Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
18 D
17

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

12
19
8
21

Digitized by Google

Digitized by Google

BERNARDI

GORDONII

OPVS, LILIVM MEDICINAE INSCRIPTVM, DE morborum propè omnium curatione, septem particulis distributum,

Vnà cum aliquot aliis eius libellis: quibus de nouo accesserunt libri,

De { Phlebotomia. / Conseruatione vitæ humanæ. / Floribus diætarum.

Omnia, quàm vnquam antehac, emendatiora, & in nouum ordinem distributa, vt septima pagina indicabit.

Cum Indice amplissimo.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

LVGDVNI,
APVD GVLIEL. ROVILLIVM.
M. D. LXXIIII.
CVM PRIVILEGIO REGIS.

Extraict du priuilege du Roy.

PAr grace & priuilege du Roy est permis à Guillaume Rouille libraire de Lyon d'imprimer, ou faire imprimer vne foys ou plusieurs, ce present liure intitulé Bernardi Gordonij opus, Lilium medicinæ inscriptum, auquel a esté adiousté de nouueau, de Phlebotomia. De Conseruatione vitæ humanæ, & autres non parcydeuant imprimés. Lequel liure il a recouuré auec grãs fraiz mises & despenses: & pource est faict defense de par ledict Seigneur, à tous autres libraires, imprimeurs & personnes quelconques, de non imprimer, vendre, ni distribuer en se païs, terres & seigneuries, ledict liure: si ce n'est par le consentement dudict Rouille, & ce iusques au temps & terme de dix ans, à compter du iour & datte que sera paracheuée la premiere impression: sur peine d'amende arbitraire & de confiscation des liures qu'ils auroyent imprimés. Et à fin qu'aucun ne puisse pretendre ignorance du present priuilege, ledict Seigneur veut & entend, que l'extraict d'iceluy estant mis au commencement dudict liure, serue pour toute notification sans en demander copie audict Rouille (si bon leur semble) & ce à leur despens. Car tel est son plaisir, non obstant oppositions & appellations quelconques, comme plus à plein est contenu & declaré par lesd. Eles lettres de priuilege, sur ce données à Blays le premier de May, mil cinq cens septante deux, & de son regne le douziesme.

Par le Roy, à vostre relation,

Signé, More.

Et seelé du grand seau en cire iaune à simple queüe.

REVERENDO IN CHRISTO PATRI AC DOMINO, D. AEGIDIO HEYNS GHElensi, abbati in Auerboode digniſs.

Ioannes Eerſſel Medicus

S. P. D.

OLIM, Reuerende in Chriſto Pater, Medicina apud omnes Magnates atq; plebeios in magno pretio atq; honore fuit, ſed paulatim negligi atque contemni cœpit, & quaſi de loco in locum tranſmigrare. Conſtat hoc imprimis ex Græcia, quæ ob exiſtimationem medicinæ Hippocrati uiuo parentis patriæ appellationem tribuit, & mortuo ſtatuam erexit: paulatim tamen hic honor decreſcere cœpit, donec penitus medicina negligeretur, & ad Arabes commigraret: qui certè aliquandiu eam ſedulò excoluerunt, multis partibus auxerunt, & illuſtriorem reddiderunt, donec tandem & ibi negligeretur, & ad Gallos, Italos & Germanos tranſfretaret. Apud Italos, atq; Gallos aliquouſque ſuum decus adhuc retinet: uerùm, quæ eius ſit facies apud Germanos, omnibus eſt manifeſtum: pallet, languet, contempta atq; neglecta iacet, migraturiréq; uidetur ad eas nationes, apud quas olim præter horridam barbariem & armorum ſtrepitum nihil in honore fuit. Sed quas quæſo? opinor Moſchos, Danos, atque Suecos, qui maximis honoribus & ampliſſimis ſtipendiis medicos ad ſe inuitant. Huius au-

tem tam frequentis mutationis quæ causa? Certè (ut meæ mentis opinionem dicam) partim hoc medicorum uitio, partim quorundam magnatum negligentia prouenire uidetur. Medici enim quot modis sese mutuò proscindunt, dum absens absentis famã rodit & lacerat, ut suam illustriorem reddat? Dum præsens cum præsente, etiam apud ægrotum, ociosè atque odiosè disputat, hic de manipulis & pugillis, ibi de unciis, drachmis, & scrupulis? unusquisq; autem magis sciens uideri cupit, quàm ægrotantis ualetudini consulere: atque ita sanè, dum sibi mutuò debitum honorem detrahunt, ab omnibus alijs meritò negliguntur. Magnatum quoque nonnulli quid discriminis faciunt inter uirum doctum, & circumforaneum aliquem planum? Certè tantus honor exhiberi uidetur ei, qui, instructus tribus uel quatuor Thessalicis experimentis, nusquam non artem suam iactitat, & uenalem exponit: quantum illi, qui omnem ætatem in lectione bonorum Auctorum, & in Artis operibus consumpsit, & interim eam uerecundè profitetur. Quid igitur restat? Certè ut penitus hunc locum medicina deserat, & ad nuper dictas gentes commigret: nisi maturè succurratur, & medici suas uices mutent & emendent, atque magnates medicinam iam labascentem foueant atque sustentent. Quod cum sedulò à te fieri, Antistes præclarissime, etiam à grauissimis uiris intelligam, æquissimum fore iudicaui, aliquod gratitudinis monumentum tibi exhibere, atq; hunc meum qualemcunque laborem dedicare: licet interim aliæ non leues causæ sint, quæ in hanc eandem sententiam animum meum induxerunt, quòd scilicet unà in eadem schola, atq; eadem domo prima philosophiæ fundamenta iecerimus: tum deniq; quòd liber de Conseruatione uitæ humanæ multa exercitiorum genera Prælatis peculiaria contineat, quæ nusquam apud alium Auctorem inueniuntur. Sed fortasse dices, Alienum est quod dedicas, non

tuum

tuum. Certè quicquid est, Gordonij est, cui nihil detrahere debeo, nec uolo: sed forte fortuna incidi in uetustissimã quandam bibliothecam, in qua præter cætera inueni exemplar manuscriptum, continens Gordonij libros de Phlebotomia, de Conseruatione uitæ humanæ, & de Floribus diætarum, hactenus nunquàm impressos: hos primò studiosè legere cœpi: & cùm stylo & sententiarum grauitate reliquis eius libris consentirent, transcripsi: & qua potui diligentia castigaui: nouissimè uerò quæcunq; Gordonij extant, in hunc nouũ ordinem disposui, & sub tuæ Amplitudinis patrocinio, imprimenda curaui unà cum reliquis operibus. Et quidem hic meus est labor, quem tibi dedico: existimans non minoris fortassis esse laudis & honoris, bonos Auctores restituere, quàm ex multis emendicatis & surrepticijs, nouum aliquem libellum corradere. Suscipe igitur, Antistes digniss. hilari uultu, quod candidè & sincerè communicatur: &, ad tentandum aliquando maiora, animum meum excitabis. Bene uale. Antuerpiæ xiij. Augusti, anno 1567.

CANDIDO LECTORI.

ADdimus Gordonio, candide lector, libros de Phlebotomia, de Conseruatione vitæ humanę, & de Floribus dietarum: in quibus si omnino tibi satisfactum non fuerit, scito nobis vnicum tantùm exemplar manuscriptum fuisse, idque tam deprauatum, vt multis in locis potius diuinandum, quàm legendum fuerit: &, si alia exemplaria ad manus tuas deuenerint, quæso restituantur, si quæ errata deprehenderis: interim præsentibus fruere, & bene vale.

BERNARDI GORDONII,

MEDICI EXCELLENTISSIMI,

in opus suum, quod Lilium Medicinæ appellatur, Prooemium.

*

INTERROGATVS à quodam Socrates, quomodo posset optimè dicere: Respondit, Si nihil dixerit nisi quod optimè sciverit: nihil autem optimè scimus, nisi quod à nobis frequenter dictum est, & quod commune est, & quod ab omnibus receptum est. Et quia paupertas ingenij difficilia & extranea non sustinet, ideo confidens de domino scientiarum, quædam communia, facilia & vtilia intendo ad vtilitatem humilium pertractare. librum scilicet de practica compilare. Et quia humilibus scribo, ex hoc superbi abiecti sunt: separatum enim est conuiuium eorum: superbi enim non sedent in communi mensa cum aliis, scripta communia contemnentes, imò erubescunt discere aliquid, ex quo semel dictum est. Et tamen dicit Seneca, Quod nunquam nimis dicitur, quod satis non dicitur. Et Horat. Decies repetita placebunt. Quia igitur memoria hominis labilis est, quod communiter de practica dicitur, repetere humilibus non erubesco: quoniam secundum Gal. 7. de ingenio, nullus potest Deo melius approximare, quàm studendo in veritate & pro veritate. Ad hoc igitur agni cœlestis, qui est splendor, & gloria Dei patris, hunc librum intitulo Lilium medicinæ. In lilio enim sunt multi flores, & in quolibet flore sunt septem folia candida, & septem grana quasi aurea: Similiter liber iste continet septem partes, quarum prima erit aurea rutilans & clara. Tractabit enim de morbis plurimis vniuersalibus, incipiens à febribus: aliæ autem sex partes erunt candidæ & transparentes, propter earum grandem manifestationem.

Incboatus autem est liber iste, cum auxilio magni Dei, in præclaro studio Montispessulani, post annum vigesimum lecturæ nostræ, anno Domini 1305. Mense Iulij.

***

SVMMA

Digitized by Google

SVMMA ET SERIES

eorum, quæ hoc volumine continentur, secundum mentem Auctoris in præfatione de Phlebotomia.

De *febribus in generali.* pag. 8
De *ægritudinibus capitis.* 146
De *ægritudinibus oculorum, aurium, narium, & oris.* 257
De *ægritudinibus gutturis.* 417
De *ægritudinibus membrorum spiritualium.* 337
De *ægritudinibus hepatis, renum, & ueſicæ.* 523
De *frigidis & maleficiatis.* 595
De *phlebotomia.* 667
De *urinis, & cautelis earum.* 730
De *pulſibus.* 824
De *conſeruatione uitæ humanæ.* 829
De *floribus diætarum.* 948
De *uictus ratione, & pharmacorum uſu in morbis acutis.* 1093
De *indicationibus curandorum morborum.* 981
De *prognoſtick tractatus, quinque particulis diſtributus.* 993

Acceſſerunt præterea pharmacorum, quæ hodie ſunt in frequenti practicantium uſu, aliquot ſchemata, omnibus medicinam facere uolentibus omnino neceſſaria, per D. Remaclum F. Lymburgium.

INCIPIT PARTICVLA PRIMA, ET PRIMO DE FEBRIBVS IN GENERALI.

CAPVT PRIMVM.

Febris quid.

EBRIS est calor innaturalis mutatus in igneum. Calor est ibi loco generis, quia omnes febres conueniunt in calore: Innaturalis dicitur ad differentiam naturalis, qui est conseruatiuus: Febrilis autem est corruptiuus mutatus in igneum. Istud est loco alterius differentiæ constitutiuæ: quoniam quælibet mutatio cum intensione caloris, non facit feb. sicut patet in calore generato propter iram, aut exercitium: Sed quando mutatio est magna, tunc læduntur operationes sensibiliter, & pro tanto dicebatur mutatus in igneum. Bene igitur dicebat Gal. febris est calor innaturalis mutatus in igneum. Nunc autem cùm feb. sit propria passio cordis, corde superaccenso & inflammato, spiritus, qui à corde procedunt vnà cũ sanguine, transeunt ad totũ corpus, & calefaciunt ipsum vniuersaliter superius & inferius, exterius & interius, nisi accidentaliter impediantur, vt in liparia, & similibus. Et quia feb. omnibus morbis molestior est, sicut scribitur à Gal. suo 8. de ingenio sani. ideo à febre dignum duximus inchoare. Nunc autem triplex est feb. in genere: Ephimera, cuius subiectum sunt spiritus. & Putrida, cuius subiectum sunt humores: & Hectica, cuius subiectũ sunt membra solida. Febrium autem sicut aliorum morborum 4. sunt tempora, scilicet principium, augmentum, status & declinatio. Qui autem differentias constitutionis generum, & specierum feb. scire voluerit, & cognitionem temporum morborum, prout distinguuntur ex parte digestionis & paroxysmorum, vadat ad librum nostrum de prognosticis. Ibi enim cum auxilio diuino fideliter aggre-

Gal. de diffs. feb.

gauimus

gauimus dicta Hippocratis, & Galeni, & Auic. & aliorum. Nunc autem intentio noſtra eſt à febre ephimera inchoare.

De febre ephimera. CAP. II.

EPhimera eſt feb. ex diſtemperantia ſpirituum procedens, vltra diem tertiam ſecundum ſui naturam nõ ſe extendens. Circa iſtam materiam quinque ſunt intelligenda. Primum erit de cauſis ephimeræ: Secundum de ſignis: Tertium de prognoſticis: Quartum de curatione: Quintum de dictorum clarificatione. Licet enim ſecundum Auic. cauſæ ephimeræ ſint multæ, ſicut eſt fluxus ſuperfluus, coitus, ira, crapula, fames, vigiliæ, ſyncopis, & multa alia conſimilia, omnes tamen ad quatuor cauſas reduci poſſunt. Prima igitur cauſa ephimeræ ſumitur à cauſis extrinſecis actu, vel potentia, calefacientibus, vel poros claudentibus, ſicut eſt caliditas ſolis, aut ignis, aut balneum, aut ſtupha cum rebus calidis, aut balneum ſulphureum, aut aqua frig. & breuiter omne illud quod claudit poros & retinet vapores. Nunc autem intelligendum eſt, quòd ſecundum diuerſitatem vaporum & corporum, diuerſæ febres generantur: quoniam ſi corpus eſt plethoricum, calidum & ſiccum, & vapores cali. & ſic. retinentur propter pororum clauſionem & ſimilium, tunc de facili ephimera generatur. Si autem corpus ſit cal. & hum. & vapores cal. & hum. retinentur, tunc de facili febris putrida generatur. Secunda cauſa ephimerę ſunt cibi, potus & medicina cal. ſicut eſt vinum purum, forte, antiquum, allia, cæpæ, piper, euphorbium & ſimilia, potiſſimè in nõ conſuetis. Tertia cauſa eſt motus animalis & corporalis, ſicut eſt exercitium & ſimilia. Quarta cauſa eſt apoſtema inguinum, aſſellarum & ſimilium, & ſi ſint aliæ cauſæ, ad iſtas poſſunt reduci. Signorum ephimeræ quædam ſunt generalia, quædam ſpecialia. Generalia ſunt iſta: ephimera enim non venit à cauſis antecedentibus, ſed à primitiuis, & vtplurimum non venit cum rigore: pulſus & vrina modicum diſtant à naturali: calor in tactu non eſt pungitiuus, nec mordicatiuus, nec multum lædens tactum, ſed eſt ſicut calor naturalis, vel irati, aut illius, qui multum laborauit, & vtplurimùm terminatur cum ſudore humoroſo naturali. Et dicit Auic. quòd ſi ponatur in balneo, &

Cauſa ephimera.

Signa duplicia.

non euenit aliqua horripilatio, tunc est signum ephimeræ. Signa autem specialia sunt ista. Si autem veniat propter solem & similia, tunc est caput calidum, oculi calidi, si tangantur, facies & cutis, pulsus accedit ad velocitatem. Si autem proueniat propter frigiditatem, mutatur pulchritudo coloris faciei, & transit in liuorem. Si autem ex stypticis & oppilantibus prouenerit, cutis sicca inuenitur, calor occultus, & si diu teneatur, sentitur calor acutus. Si autem venerit ex cibis & potibus calidis, sentitur calidiras in regione hepatis, & vrina est tincta. Si autem venerit ex labore, fatigatione, debilitas est in toto corpore & dolor in iuncturis. Si ex ira, oculi sunt eminentes, & facies rubicunda. Si ex tristitia, oculi sunt concaui. Si ex venenis, interiora inueniuntur calida, intensa & deficcata. Si ista signa specialia non sufficiant, recurramus ad indicia patientis. De causis primitiuis non est multum curandum, quoniam ingenia curandi morbos non habentur ex causis primitiuis, sed ex morbi essentia, membri natura & similibus, sicut testatur princeps medicorum Galen. 3. de ingenio, cap. 3. licet aliqui magnam credant philosophiam inuenisse, si per signa corporis possunt in causas primitiuas deuenire: tamen ad curationem non faciunt, bene faciunt ad notitiam. Vt verbi gratia, ponamus nos, quòd cutis patientis ephimeram, est dura & aspera, frigida & oppilata: morbo igitur cognito oportet me calefacere, subtiliare, ex quacunque causa fuerit, siue propter sumach, aut gallas, aut alumen, aut balneum aquæ frigidæ, aut niuem & similia. Postquam igitur morbum cognosco, curare possum quæcunque fuerit causa primitiua. Non igitur valent ad curandum, licet valeant ad cognoscendum: quoniam postquam scio, quòd aliquis balneatus est in aquis stypticis, tunc scio ꝙ pori sunt iam condensati &c. Febris autē ephimera, secundū Auic. est facilis curationis & difficilis cognitionis, cognoscens igitur poterit prędicere, hęc se. erit bonę terminationis & velocis: quoniam ephimera de natura sua nō durat, nisi per vnam diem naturalem, & pro tanto denominatur ab ephimerō Gręcè quod est piscis Latinè: ille enim piscis illa eadem die, qua oritur, eadem moritur. Ita est de ista se. de natura enim

Prognostica.

Arist. lib. 2. cap. 5. & lib. 5. c. 19. de hist. anima. scribit

enim sui nō durat, nisi per 24. horas, tunc terminatur cum sudore vaporoso nō plurimo. Sed propter malitiam regiminis & naturam corporis, aliquando extendit se vsq; ad quatuor dies inclusiuè, vltrà autem nō est ephimera: ideo si post statum nō quieuerit, pul. sit diuersus & vrina indigesta, signum est transitus in putridam: potissimè cum fœtore eorum quæ egrediuntur à corpore. Si autem corpus est siccum & aridum in tactu, timendū est de hectica. Non autem se. ephimera negligatur, quia propagines malas gignit. Patientes ephimeram quo ad curationem, in multis conueniunt. In primis quòd detur cibus facilis digestionis, sicut est hordeatum, pulli parui, vinum album, cum multa aqua, & quòd non vtatur aliquo cibo donec in declinatione feb. Attamen aduertendum est secundum Gal. 8. de inge. q̄ in extenuatis aliter est operandum. Si enim inueniatur cholericus extenuatus, qui laborauit, & fuit in sole cal. & similibus, & incurrat se. nullo modo est triduanum ieiunium imponendum, sed statim cibus est exhibēdus, aliter caderet in hecticam aut in mortem. Virtute igitur constante, non ciberur nisi in declinatione. Conueniunt balnea, quia in declinatione se. possunt omnes balneari, præter eos qui ad se. putridas sunt parati, sicut oppilati, repleti, crapulati & patientes catarrhum, nisi esset catarrhus adustiuus, sicut dicit Auicen. quia in tali catarrho posset fieri balneum in declinatione. Cura tamen specialis potest esse, quia aliter in calidis, aliter in frigidis, aliter in oppilatis, aliter in non crapulatis, & ita de aliis. Si igitur aliquis incurrat ephimeram propter causas calidas, vtatur frig. potissimè in capite, si venerit propter solem, iram & similia. Si fuerit catarrhus, R. rosarum ru. ele ctarum lib. ß. omnium sand. an. ʒ. ß. chamomillæ ʒ. 2. aquæ fontis lib. 2. aquę ro. ʒ 3. aceti. ʒ. j. bulliāt leui inundatione, & recipiat fumū. Si autem fuerit dolor capitis, calor & instantia vigiliarum, tunc R. se. papaueris al. ʒ. 3. olei rosa. ʒ. 2. aceti, aquę rosa. ana ʒ. j. succi lactucæ, portul. an. ʒ. ß. misceantur lento igni sicut decet, & panni intincti fronti & temporibus applicentur, aer domus infrigidetur cum multa aqua, salicibus, aceto, nenuphare & similibus. locus autem sit subterraneus, non rheumaticus, & portæ sint ex parte septentrionis. In declinatione autem se. balneet

epherum animal esse quadrupes & volucre.

Cura.

Cura particularis pro causarū diuersitate.

Balneū in declinatione.

neetur in aqua dul. vbi sint rosæ, chamomilla, nenúphar & melilorum, deinde cibetur cum hordeato aut auenato, aut amydo, aut paruo pullo & similibus: vtatur vino debilissimo cum multa aqua: & totum infrigidatum in medio profundi putei aquæ hausibilis, deinde dormiat & quiescat. Si autem fuerit propter frigiditatem & pororum clausionem, ponatur in domo temperatè calida, temperato modo cooperiatur, suauiter fricetur & in declinatione. Si est cum oppilatione fricetur & sudet in aëre calido, postea ponatur in aqua vbi sit chamomilla, melilotum: deinde cibetur ex auiculis minutis, aut pullis & vino, nisi esset timendum de forti oppilatione cum plenitudine corporis. Et intelligendum est, quoniam vbi est fortis oppilatio & plenitudo, & timemus de feb. putrida, tunc est facienda phlebotomia. Regulariter autem in aliqua ephimera non competit euacuatio, nisi in crapula, aut fortiter oppilato, aut repleto. Si fuerit ephimera propter cibos cal. ponantur frigida supra regionem hepatis, si cum rheumate, suffumigetur caput cum thure in plus, & rosis in minus. Si ex ira, iniungatur mansuetudo. Si ex tristitia, lætitia & similia indicantur. Si ex fame, detur cibus temperatus, sicut oportet. Si ex syncope, cõfortentur membra principalia, & infrà de aliis per contrarium reducantur. Sed quia ephimera cum oppilatione frequenter ducit ad putridam, ideo phlebotometur, deinde fricetur, postea stuphetur & fricetur cum farina hordei, cicerum, fabarum & nitri. Et si accideret quòd pateretur aliquam horripilationem in balneo, non stet ibi ictu oculi, sicut dicit Auic. Si autem aliquis fuerit crapulatus, & postea exercitet se fortiter, aut stet in sole calido, si venę sint stricta & eructuatio fumosa, timendum est de fe. putrida, sed rarò accidit in eructuatione acetosa: tamen si cibus est in stomacho, fiat vomitus: postea si venter nõ est laxus, fiant suppositoria aut clysteria: deinde in declinatione balneetur, postea cibus detur: quoniam in ephimera, longa abstinentia cõpetit ei ex crapula nauseatiua. Materia digesta, potest fieri phlebotomia: feb. autem absente, cõfortetur digestio stomachi cum diatrionpipereon: dentur sibi pulli & pisces petrosi, crapulato autem & nauseato, melior est medicina, si superueniat fluxus ventris spontaneus. Si

autem

autem fuerit propter apostema emunctoriorum membrorum principalium, aut furunculos, aut scabiem & similia, præcipiatur abstinentia, phlebotomia, pharmacia, & curentur illa, sicut debent curari. Curatio autem ponetur in suis locis. Et quia rarissimè vocatur medicus propter ephimeram, ideo de curatione eius amplius non curo.

Clarificatio.

Ad clarificationem eorum quæ dicta sunt, & dicenda sunt, oportet multa breuiter intelligere, ideo intelligendum secundum intentionem Gal. lib. de differentiis fe. In corpore enim humano non sunt nisi tria membra, scilicet solida, humores, & spiritus, & secundum hoc sufficientia fe. sumitur. Quoniam si membra solida supercalefiant primò & subiectiuè, sic est hectica, & assimilatur calori patientis in balneo secundum Auic. Si autem humores primò & subiectiuè supercalefiant, sic erit putrida: & assimilatur aquæ balnei. Si autem spiritus principaliter & subiectiuè supercalefiant, sic erit ephimera. & quia non sunt nisi tria, ideo nõ sunt nisi tres fe. Ad hoc sequitur ꝙ nulla fe. potest post se dimittere ephimeram, licet fiat econuerso, pro tanto, cùm in qualibet quodlibet calefiat, tamen non subiectiuè, ideo vna non est alia. Si igitur cesset quod est in solidiori, cessabit quod est in subtiliori. Si cesset supercalefactio membrorum & humorum, citò cessabit & spirituum: ideo nulla febr. dimittit post se ephimeram, econtrario autem bene potest fieri: licet enim cesset calefactio spiritus subiectiuè, nõ tamen propter hoc aliorum. Relinquitur igitur, quòd omnes febr. possunt sequi ephimeram, ephimera autem nullam. Secundo intelligendum quòd licet febr. dicatur calor innaturalis, nõ propter hoc erit causa & effectus, cùm causetur ab innaturali: quoniam calor qui est in minera, est causa, & calor qui est in actu inflammatus in corde, est effectus, & per illum diffinitur. Tertio notandum, quòd calor naturalis & innaturalis in feb. possunt idem, sustinentibus hanc viam per hunc modum: quoniam sunt idem in specie: vtrobiq; enim est calor, & idem numero, quia in eodem subiecto, sicut in calore fluente qui à corde procedit superaccensio: quoniam nihil aliud est febris quàm calor innaturalis mutatus in igneũ. Erunt igitur idem in numero, quia in eodem subiecto: nec sunt contraria in eodem, quia contracta sunt vel

qua

quasi,& ibi bene possunt esse,sicut sunt in quolibet misto, & pro tanto talia contraria confracta simul existentia generant nouam speciem,sicut est febris. Alij autem dicunt, quòd differunt in se & in radice,quia vnus viuificat & alter mortificat,& ita possunt stare:quia inquantum trahit ad dispositionem naturalem,viuificat & dirigit materiam cibi & morbi:inquantum autem attrahit ad dispositionē innaturalem,corrumpit & mortificat. Et est quarto notandum, quoniam supposito quòd calor & spiritus differunt, quoniam fortè non differunt, sed ponamus verbi gratia, quòd differant, non propter hoc alia feb. erit in calore naturali,& alia in spiritu, quoniā quomodocunq; sit,vtrunque tamen est delatiuum virtutis,& ita nō erunt quatuor fe. cum sint simul,& simul inflammentur,& simul sint delatores. Quarto intelligendum est, ꝙ sequitur frequētius ephimera apostema inguinum,axillarū & similium,quàm sequantur alia apostemata magna , quia sunt emunctoria membri nobilis, ideo facilè inflammatur spiritus,& cum hoc causata est ephimera:nam illa materia nō est putrefacta. Alia autem apostemata vt sunt forunculi,scabies,& similia,generantur magis de materia corrupta & putrefacta,potissimè quando est in interioribus,ideo talia sequetur putrida febr. Et pro tanto dicebat Hippo. in bubonibus,omnes feb. malę præterquam ephimera,quia materia cum qua est ephimera,videtur magis peccare ratione suę quantitatis,quàm ratione suæ malę qualitatis. Quinto aduertendum,quomodo ad nauseam,tristitiā,somnum,syncopim , & alia multa consimilia sequantur febr. cum habeant infrigidare. Dico quod est per accidens:nausea potissimè fit in cholerico, vbi fumi cal. & sicci , acuti resoluuntur , qui supercalefiunt , in aliis autem propter spirituum cōculcationem,pororum clausionem,& similia. Sexto notandum,ꝙ vtplurimum ephimera non est cum rigore,pro tanto,quia materia non est horribilis, putrida,insueta. Septimo intelligendum est,ꝙ cum dicitur,quòd in ephimera ex calore ponātur flores frigidi in lecto. Intelligo quantum est de præsenti circa lectū ad alterandum aërem,non ꝙ tangant carnem nudam,quia tunc esset timendum de clausione pororum,& ita de putrida. Octauo notandum,quòd in curatione ephimeræ non cōpetit coitus,

Aphoris. 55. part. 4.

quia

quia timendum esset de spirituum inflammatione. In ista autē materia nolo aliter ratiocinari, timēs prolixitatem.

De causone. CAP. III.

CAuson est feb.cōtinua de cholera intra vasa existente in membro nobili,aut loco proximo cordi. *Causus, id est ardor.*

Febris causonica causatur, aut de cholera rub. pura, aut de phlegmate salso, ita quòd cholera aliquando peccat plus ratione quantitatis, aliquando ratione suæ qualitatis,aliquando ratione vtriusque. Inflammatur igitur fortiter,cùm chol.rub.sit inflammabilis : & plus,quia est in stomacho, aut hepate, aut locis proximis cordi : & in hoc differt à tertiana continua,quia tertiana cōtinua,est de materia putrefacta in venis remotis à corde, sed causon in proximis.Ideo causon,incendium interpretatur,& rarò venit senibus:si veniat, est signum perditionis.Iuuenibus autem venit vtplurimùm:& si conueniant alia particularia,tanto fortius. Fit etiam de phlegmate salso secundum Auic.putrefacto, & inflammato in eisdem locis. *Causa.* *Differentia causi à tertiana continua.*

Summum incendium & inflammatio in toto corpore cum inquietudine, malitia tolerandi & multis pernecabilibus accidentibus,sicut est phrenesis,instantia vigiliarū, aliquando somnus profundus,nigredo & ariditas linguę, syncopis,icteritia,tremor,fluxus ventris,& aliquando retentio egestionum, pulsus paruus & velociſſimus, vrina rub.& subtilis. Tamen videtur multipliciter diuerficari: quoniam aliquando est à principio cruda, propter multitudinem oppilationis:aliquando tincta,propter resolutionem choleræ:aliquando liuens & turbata,propter multitudinem putrefactionis.Et si sit causon de chole.citrina aut phlegmate salso, omnia erunt remissiora:& afflictio, & alia particularia proportionantur phlegmati, & quia affligit xviij. horis, & aliquo modo videtur interpolare vj.quia tempus est hyemale,& diæta sibi conueniens præcessit,& talia consimilia. *Signa.*

Hęc enim ęgritudo est breuis terminationis valde,cum terribilibus accidētibus, & si omnia bona signa appareāt à principio morbi, liberabitur in die quarta aut infra : si mala,morietur in quarta aut infra. Aliquando autem extendit se vsq; ad vij.Ista autem ægritudo non potest prolōgari,quia natura secundum Gal. nō patitur morbi prolixit *Prognostic.*

lixitatem & moleſtationem accidentium. Signa autem bona & mala non oportet hîc apponere: alibi enim à nobis poſita ſunt. Hippo. tamen voluit prognoſticare, Quibuſcunque in cauſone tremores fiunt, alienatiuo ſolit.

Gal. de diſferen. febr. Aphori. 26. parti. 6. Curatio.

In curatione autem oportet conſiderare cauſam morbi, morbum, tẽpora morbi, & naturam accidentium. Quia igitur cauſa huius morbi eſt putrefactio cũ forti oppilatione, in primis remoueatur oppilatio, fricando pectus, ventrem, latera, & partem quæ magis dolet, cum accto albo, oleo de chamomilla, & aqua roſ. & hoc cum ſuauibus fricationibus & longis. Sed contra morbum, oportet infrigidare, flammam caloris extinguere, & nimiam ſubtilitatem materiæ ad quandam mediocritatem reducere: & hoc eſt contra maleficiatos & faſcinatos, qui non opinantur ingroſſantia ſubtilibus competere. R. lentiginis, aquæ fontis, portul. vngulæ caballinæ, ana ʒ.iij. roſarum rubearum electarũ, ſandali muſcatelini, ſpodij, florum nenupha. ana ʒ.j. aquę roſ. lib. ß. aquæ fontis lib. j. & ß. vini malorum granatorum ʒ.ij. panis zuccari lib. j. fiat ſyrupus clarificatus, & condiatur lento igne, ſicut decet. Digeſta materia, purgetur cum caſſiafiſt. aut thamarind aut myrobal. citri. & ſimilibus. Si eſſet de phlegmate ſalſo, addatur apium, bruſcus, aſparagus, & ſimilia: & in laxatione addantur myrobalan. chebuli. Ordinetur cura ſecundum tempora morbi. Si enim ægritudo terminetur in quarta aut infra, nullus cibus penitus detur, ſi virtus tolerare queat. Si verò ægritudo terminetur ante quartam, aut vltra, & virtus non poſſit tolerare, detur ſibi cibus iuxta conuenientiam particularium. Materialia autem ſunt iſta, ſuccus malorum gran. ſyrupus iulep, ptiſana hordei colata, aut non colata, lac amygdal. brodium cicerum, lactuc. portula. panis lotus in aqua, brodium paruæ pullæ cum multitudine lactucarum, hordeatum, auenatum, amyd. Accipere autem hoc vel illud, induſtriæ medici relinquitur, quoniam aliqui ſunt fortes plus vel minus iuxta naturam ætatis, complexionis, temporis, regionis, conſuetudinis, & officij quod exercent. Ex his enim & aliis, ingenium diætandi & regendi elicitur à medico ſapienti, & forma totius regiminis, ſecundũ doctrinam Gal. in regimento ſupra illam partẽ, Quo ſumpto, ſi dolor loco ingruerit, &c.

Simplicia in cauſone conuenientia.

De ratione victus in acutis libri primi.

& non

& non ſolum cibus ordinatur ſecundũ tempora morbi, ſed & medicinæ. Quoniam iſta ęgritudo eſt periculoſa, & cum terribilibus accidentibus, timemus malitiam ſymptomatum in ſtatu, ideo bonum eſt, vt in principio euacuetur. R. florum bora. florum vio. ana ℥.j. prunorũ xxx. fiat decoctio, & in decoctione reſoluatur caſſiæ fiſt. mund. tamarind. ana ℥.j. detur aliquãtulum ante auroram. In ſtatu autem & aliquantulum ante ſtatum, nihil ferè fiat, nec cibus, nec potus, nec medicinæ, nec aliquid aliud. In fine autem ſtatus, ſi videremus quòd natura eſſet ſopita in expellendo, bonum eſſet ipſum excitare, hoc diuerſimodè, & ſecundum quod natura ad diuerſa mouetur emunctoria. Si autẽ moueretur materia ad ſuperiora, tũc excitamus naturam cum ſeris porcinis infra nares ſubito intromiſſis. Si autem ad ſtomachum, cum vomitu. Si ad inteſtina, cum ſuppoſitorio vel clyſteriis. Si ad vias vrinales, cum diureticis & fricationibus circa illas partes. Si ad totum corpus, cum temperatè calidis: phlebotomia autem nunquam fiat, & ſi debeat fieri, hoc eſt de rarò contingentibus valde, ratione oppilationis aut aliquorum aliorum particularium.

Hic accipit phreneſim pro paraphreneſi.

Viſo igitur de cauſa, morbo & temporibus, videamus de accidentibus: & primo de phreneſi: quoniam phreneſis ſecundum Gale. eſt necabilis in omni genere ſuo. In principio igitur ponantur ſtupæ canabinæ à maiori commiſſura capitis vſque ad oculos, & aures intinctæ in ſucco lactucę, morellæ, aqua roſ. & aceto, & ſint actu tepida, & poſtquam xxiiij. horæ tranſiuerint, ponatur catulus fiſſus, calidus, viuus per ſpinam dorſi, aut pulmo arietis: & ſi non habeatur tanta copia, caleſiat in aqua, & extrahatur pulmo ſubito ab ariete viuo per dorſum, & capiti applicetur. Si autem febris ceſſauerit, & alienatio remanſerit propter incinerationem materiæ, fomentetur frequenter caput ex alto cum aqua decoctionis chamomillæ, meliloti, hordei, viol. & ſimilium. Et ſi adſit ſtupor propter multitudinem vaporum aſcendentium ad caput, fricentur fortiter extrema, & fiant ligaturæ doloroſæ in extremitatibus. Si autem adſunt vigiliæ, accipiatur farina papaueris albi, & diſtemperetur cum albumine ouorum, & aqua roſa. panni intincti temporibus applicentur, aut emplaſtrentur cum rubea trochiſcata circa frontem & tempora. Contra ſitim & aridi-

Ad ſitim & linguæ ariditatem.

tatem linguæ, fiant facculi de psyllio aut sem. cytoniorum, ponantur in aqua frigida, & teneantur super linguam, aut folia portula. infrigidata in aqua, aut frustum latum tenue pomi in aqua refrigeratum, & positum super linguam. Frequens ablutio aquæ frigidæ cum modico aceti valet. Confert etiam mũdare linguam, & os cum cannula aut manutergiis, & abluatur cum multa aqua, pauco aceti & melle.

Attractio aeris frigidi in acutis multum cõmendatur.

Confert etiam multum & siti & febri aërem frigidum attrahere. Infrigidetur igitur & humectetur cum multa aqua & aceto asperis, & foliis vitis albæ, cannarum, salicis, nenupharis, & similium. Et ordinetur amphora cadens ex alto, quæ continuè aquam per se haurit, sicut scitis, cum calamo sic formato, pars autem longior ponatur in aqua, & per aliam fiat fortis tractus, pòst nõ cessabit, & casus aquæ super peluim reddet patienti decoratissimam melodiam. Si autem ictericia venerit ante vij. diem, cõmendetis ipsum Christo: & si post, curetur sicut inferius dicetur, & abluatur facies cum aceto albo tepido, & vinum malorum granatorum tepidum oculis instilletur. Si autem venerit syncopis, irroretur cum aqua ros. odoret camphoram, sand. & & aquam ros. & ista etiam ponantur supra pectus: detur sibi panis intinctus in vino cum aqua rosa. multa, aut succo cytoniorum, aut acetositate citri, aut lardetur & assetur gallina, & aspergatur aqua ros. vbi fuerint ambra & gariofi. odoret eam modicum post modicum, solùm transeundo, cauendo ne ex his supercalefieri possit. Odoret & sand. mu scatelinos & fricentur extrema, & multa consimilia fiant. Si autem venter nimis fuerit laxus, detur syrupus myrtinus, aut syrupus de cytoniis. Si cõstipatus, fiat clystere aut suppositorium, aut detur sibi syrupus viola. & similia.

Syncopi superuenienti quæ auxiliantur.

Clarificatio.

Mirabile videtur, quomodo in causone vbi est vltimata inflammatio, potest esse materia cruda. Dico quòd potest esse aliquo istorum modorum, aut quia chol. est citrina, aut phlegma salsum, aut quia ratione crapulæ nouellæ, potest esse materia cruda circa primas venas, ita quòd ista materia non est subiectum febr. sed chol. ru. pura est putrefacta in locis proximis cordi, & cruditas est circa hepar de phlegmate salso, & chol. citrina. Dico quòd potest esse magna putrefactio, & ita fortis calor, aut quia oppilatio magna, aut quia in venis pulmonis, stomachi, hepatis, aut in

locis

locis vicinis cordi,& ita inflammatio magna, cruditas autem est ex parte materiæ. Secundo posset aliquis dubitare de vuis hyemalibus,quomodo possunt competere,cum sit ibi dulcedo, & sint duræ digestionis. Dico quòd possunt competere,aut ratione sitis:cum pertineant frigiditati,aut ratione fortis appetitus, iuxta illud, Parum deterior cibus, &c. Tertio posset fieri dubitatio, si cholera posset inflammari ad febr. sine putredine, sicut san.in synoc. Dico quòd opiniones sunt, melior tamen sentétia videtur quòd non, quoniam multum distat cholera à temperamento. Quarto intelligendum, quòd causon est ægritudo magna & periculosa in senibus, quia fortis est ignis, qui in aqua non extinguitur,secundo in iuuenibus minus quàm in senibus,& plus quàm in pueris, secundum Auicen. quoniam licet sit in iuuenibus cum conuenientia particularium, & inquantum est ex conuenientia causæ, & particularium antecedentium,tamen quantum est de particularibus subsequentibus & communicantibus, dissoluitur corpus, virtus, & ibi ægritudo multum periculosa. In pueris autem est humiditas multa, quæ resistit calori vehementer dissoluenti, quod quidem non est in iuuenibus. Quinto notandum est, quòd bolismus potest esse in causone, quantum est ex stomachi debilitate & corporis dissolutione. Sexto aduertendum, quòd aqua frigida mirabilissimè potest cõpetere in causone, cum istis particularibus, quòd virtus sit fortis, & materia digesta, & morbus sit in declinatione, & quòd non sit oppilatus, nec sit cruditas materiæ, nec sit apostematus, & quòd vehementissimè sitiat, & quòd aqua frigida sit dulcis, & consueuerit, & quòd in vna vice potet tantum, quantum poterit attrahere vna vice sine attractione anhelitus. Et hæc sunt quæ leguntur à Galeno in regimento supra illam partem, His autem qui pleuretici sunt,&c. Septimo intelligendum,quòd phlebotomia consilio meo non debet fieri, vt videtur: quoniam frænum auferretur choleræ, & igniretur, materia inflammaretur, & redderetur magis cursibilis, nisi fortè corpus esset plethoricum, oppilatio fortis, & similia. Etiam retineamus consilium Auicennæ, qui dicit capitulo de phlebotomia, quòd tardetur quantum est possibile.

Apho. 52 partic. 2.

Potio aquæ frigidæ, quibus,& vbi conuenit.

Acutorum morbũ 43 libri primi.

De tertiana. CAP. IIII.

Cauſe.

TErtiana eſt febris putrida de incenſione chol. genera-ta. Intelligendum eſt, quòd duplex eſt cholera ; quædam eſt chol. rub, pura : quædam non pura propter phlegmatis admiſtionem, & appellatur chol. nota. Primo chol. aut putreſcit intra venas & arterias, & generat cõtinuam; aut extra, & generat interpolatam. Tertiana igitur continua generatur de chol. putrefacta in venis & arteriis totius corporis : & in hoc differt à cauſone : quoniam cauſon, vt dictum eſt, cauſatur ex chole. putrefacta in venis pulmonis, aut ſtomachi, aut hepatis, aut in locis proximis cordi : & omnia ſunt intenſiora in cauſone, quàm in tertiana continua : & ideo curatio febr. eadem vtrobique. Tertiana autem interpolata cauſatur de chole. putrefacta extra : & ideo habet periodos, & interpolationes. Putrefit autem materia quando conculcatur, & caret euentatione, & deſtituitur, & ſupercalefit cor ; aut quia fumus putridus petit cor, aut quia calefaçit pars partem, donec veniat à minima vſque ad cor, aut vtroque modo. Calefacto autem corde, ſic vnà cum toto corpore generatur febris tertiana, igitur continua ſub cauſone reponatur: quoniam hîc magis intendimus agere de interpolata.

Signa.

Signa tertianæ ſumuntur ex naturalibus : vt quia iuuenis, cholericus : & ita de aliis ; & ſumuntur à non naturalibus : vt quia æſtas, & cucurrit, & comedit çal. & ita de aliis. & ſumuntur à rebus præter naturam : vt quia incipit cum rigore, ſicut cum acubus pungeretur : & eſt differentia conſtituriua : & à principio rigoris pulſus eſt occultus, & poſtea velox, & ſemper æqualis ; & vrina citrina & tenuis : & terminatur cum ſudore plurimo. Signa autem tertianæ nothæ ſunt alia & alia, iuxta phlegmatis admixtionem & conuenientiam particularium.

Prognoſtica.

Tertiana vera terminatur in ſeptem periodis, aut infra : & ita terminatur in decimaquarta die, aut infra : & affligit duodecim horis, aut infra : & interpolata, triginta ſex. Prima autem periodus eſt debilis : & ſecunda fortior ; & tertia fortiſſima : & quarta eſt in vltimo ; ibi enim eſt ſtatus, & nequiſſima accidentia. quinta autem incipit debilitari : ſexta autem plus, ſeptima autem modica, aut nulla. In princ. paroxyſmi venit vomitus, & in fine ſudor. Et

quia

quia ista ægritudo venit cum terribilibus accidentibus,& non patitur ignorantiam,nec stultitiam infirmi,ideo vt melius futuris periculis obuietur, & honestas medici conseruetur,bonum est semper futura pericula prædicere. Ponamus igitur quòd post tertium paroxysmum sit vocatus, & videtur sibi quòd phlebotomia debeat fieri, & syrupus administrari,& fiat totum quod debeat fieri secundum viam rationis:sed tamen nihil prognosticauit:tunc veniet quartus paroxysmus fortissimus : verè tunc assistentes dicent quòd phlebotomia interficit, aut postquam sumpsit syrupum,semper deterioratus est,& ita factus erit ignominiosus.Sed si pericula in quolibet morbo prædixerit, semper medicus commendabitur, & nihil sibi imputabitur. Sit ergo regula generalis, quòd nunquam operetur in aliquo morbo, nisi prius prognosticauerit:non est igitur prognosticatio negligenda.

In curatione igitur oportet considerare morbum & causam morbi,& naturam medicaminum, & naturam ciborũ. Intentio igitur non est vna, sed multiplex:quoniam in curando oportet considerare causam, & materiam morbi & dyscrasiam. Non est igitur intentio simplex, sed composita : ratione igitur putrefactionis oportet subtiliare & aperire:ratione autem materiæ competunt mediocriter ingrossantia : ratione autem dyscrasiæ frigida & humida. Sed quia accidentia sunt multiplicia, sicut est inquietudo & vigiliæ, & malitia tolerandi ægritudinem, ideo talibus competunt quodammodo stupefacientia : ideo vno solo ista compleri non possunt : igitur in syrupo oportet multa apponere propter multitudinem eorum quæ dicta sunt. Et in tertiana,R.endi.scariol.lactucarum nouel.& summitatum papaueris ana. ʒ. ij. quatuor seminum frigidorum maiorum & minorum mundatorum, & non mundator. ana.ʒ.j.rosarum ru. florum nenufaris, florum viol.ana.ʒ. j. & s.omnium sandalorum. ana. ʒ. ij. aceti al. ʒ. iij.panis zuccari lib. j. fiant syrupi clarificati quartariæ v. Digesta materia purgetur sic, Recipe florum borag. florum viol. ana.vnciã vnam. prunorum 20. fiat decoctio, & in decoctione resoluatur cassiæ fist. mundæ, thamarind. ana. ʒ. j. & detur in aurora.Ratione autem accidentium,quantum est de vigiliis, incipiamus à leuioribus, R.olei rosar. olei *Curatio.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

nenufa.aquæ rosa.aceti al.albuminis ouorum, ana.ʒ. j.lactis mulieris quantum omnia,& panni madefacti fronti,& temporibus applicentur. Si autem ista non valeant,paulatim ascendendum est ad fortiora:quare possumus addere papauer:cum sua enim narcoticitate domesticus est,vt dicit Auic.Deinde ascendamus ad succum lactucæ, solatri, mandragoræ,iusquiami, & similium:& similiter addamus opium cum croco,& requiem,& rubeam trochiscatam.Requies est species confectionis. Et si fuerint vigiliæ cum capitis grauitate, oportet odorare camphoram, acetum, aquam rosa.sanda.chamomillam,melilotum,& similia materiam humidam desiccantia. Si autem fuerit ibi stupor, fiant fricationes extremitatum dolorosæ. Et si fuerit vomitus,inquietudo & clamor,& reuolutio, & malitia tolerandi,suffumigetur cum narcoticis. Sed gratia putrefactionis,& oppilationis fricetur venter cum vino al.& oleo de chamomilla & aqua ros. De reliquis autem accidentibus fiat sicut dictum est in causone. Electuaria autem possunt esse suc.ros.viol.diadragantum frigidum, tria sandal. diapapauer, & similia. Si autem fuerit tertiana non vera, addatur prædictis apium, bruscus, asparagus & similia, iuxta conuenientiam particularium. Et si esset mulier,aut phelgmaticus,aut tempus hyemale, aut oppilatio multa, quòd addatur radix fœnic.petro.lactuc.spica nar.scolopendria,lupulus,& similia.Et in euacuatione possumus addere myrobal. rhabarb. diagrydi. & similia iuxta conuenientiam particularium,quæ non curo pertractare gratia breuitatis. Si autem loquamur de curatione gratia temporum morbi, tunc intelligendum est, quantum est de natura medicaminum,quòd à principio dentur aliqua leuia laxatiua,sicut est cassiafistul.& thamarindi, cum decoctione prunorum,& viol.& post tertiam accessionem potest fieri phlebotomia,si aliqua particularia conueniunt,vt fortitudo virtutis, & plenitudo corporis. In statu autem nihil fiat,nec cibale,nec medicinale,nisi aliquid aliud obuiaret, vt fortitudo symptomatis, & multitudo resolutionis,& similium. De cibis autem demus plus vel minus, sed per comparationem ad paroxysmos ante accessionem per tres horas nullus detur cibus,nec in accessione,donec venerit ad manifestam declinationem, nisi corporis liquefactio

factio impediret. Et prohibeatur somnus in principio acceſſionis & potus, niſi moleſtatio accidentium impediret. Cibus autem qui eis competit eſt, vt dictum eſt in cauſone, ſcilicet hordeatum, auenatum, amyd. ſpinachia, mica panis ter lota, lactuca, portul. melones, cucumeres, cucurbitæ, pruna, mora, pyra cocta, poma cocta, brodiũ cicerũ, brodiũ pulli, lac amygdal. pulli parui, piſces petroſi, & ſimilia. Intelligendum tamen, quòd cum olera & fructus habeant humiditates aquoſas putrefactibiles, vtile eſſet abſtinere: ſed quia rarò inuenitur aliquis ita obediens, ideo oportet multa concedere, & cum diuerſis operari ſecundum diuerſitatem particularium. Accedamus igitur ad ea quæ artis ſunt, quantum erit nobis poſſibile: quia formæ regiminis ex concurſu particularium conſurgunt.

Si dubitaret aliquis in qua febrium putrefactio eſſet maior. Dico quòd ſi nos loquamur de maioritate putrefactionis, quò ad intentionem & acumen, & furiam accidentium, tunc dico quòd maior eſt in cholerica. Sed ſi loquamur de maioritate quò ad continuationem, & nullam interpolationem, ſic maior eſt in feb. ſanguinea. Sed ſi nos loquamur de maioritate quò ad continuationem, & difficilem eradicationem, ſic maior eſt in phlegmatica & melancholica. *Clarificatio.*

Secundo poſſet aliquis dubitare ſi competit vomitus in tertiana. Dico quòd in tertiana & in omni febre interpolata in principio paroxyſmi competit vomitus: quoniam ſenſibiliter alleuiatur totus paroxyſmus, & potiſſimè ſi fuerit ſpontaneus, vel ex modo facili procuratus, & aliquid purgatur de materia antecedente, & natura poſtea melius poteſt ſupra coniunctam. Et iſta videtur intentio Auicen. cap. de quartana. Et hoc videtur ſapere Hippo. vbi quotidie rigores fiunt, quotidie febres ſoluuntur: quia ad rigorem conſueuit ſequi ſudor, vomitus, egeſtio, & ſimilia, & ita mundificatur corpus, & ita febris ceſſat. Et videmus ſenſibiliter, quòd cum aliquis patitur interpolatam, & in paroxyſmo nulla eſt euacuatio, tunc in tempore interpolationis eſt totus grauis & ponderoſus, & cum modica alleuiatione. Si autem in paroxyſmo fuerit mundificatus, in die interpolationis videtur ſibi quòd ſit curatus omnino. Vtile eſt ergo in principio rigoris mo- *Vomitus in tertiana & omnibus febribus intermittentibus eſt vtilis.*

derarè modicum vomitum prouocare, ſicut eſt multum vtile in fine paroxyſmi tolerare ſudorem.

Tertio poſſet dubitari ſi oxyſaccara, & ſyrupus aceto. competant in tertiana, poſtquam ita ſubtiliant, & materia eſt ſubtil. Intelligendum, quòd iſta materia ſuit declarata à nobis per intentionem ſupra illum aphor. Quibuſcunq; in cauſone &c. Breuiter tamen dico rationes prætermittendo, quòd in materia ſubtili non competunt ſubtiliatia quò ad ſui digeſtionem, ſecundum quod determinat Auicen. cap. de curat. feb. putrida. in generali: imò competunt ingroſſantia. Et dicit Auic. quòd ille qui dicit contrarium, non eſt audiendus. Hoc idem dicit Gal. 12. de ingenio. In tertiana igitur, quàntum eſt de reductione materiæ & dyſcraſiæ, non competunt frigida & ſicca, ſed magis frigida & hum. Sed ratione oppilationis, & putrefactionis poſſunt competere oxyſaccara, & ſyrup. acetoſus: & quia etiam cũ iſtis ponuntur roſæ & ſpodium, & multa conſimilia, ſicut dictum eſt cap. de cauſone: & ideo conſuetudo mea eſt quòd in talibus ego addam ſyrupum viol. Gratia igitur ætatis & ſexus, aut temporis, aut complexionis, aut duritiei viſcerum & oppilationum & ſimilium, autores concedunt oxyſaccaram, & ſyrupum acetoſum. Sed quantum ex parte materiæ, & dyſcraſiæ ſimpliciter non videtur competere: opiniones tamen ſunt de iſta materia, & ideo conſcientiæ operantis relinquo.

Quarto poſſet aliquis dubitare de chylo, ſi putrefiat ad feb. cum autores non faciant mentionem de feb. putridis, niſi humoralibus. Dico quantum eſt de præſenti, quòd chylus & humiditates tertiæ poſſunt putrefieri, cum putrefactio ſit in humidis & liquidis, cùm diſſolutione caruerunt, & tranſeunt in naturam alicuius humoris inanimalis per viam cuiuſdam ebullitionis, & ſupercalefactionis & aduſtionis, & ita febres putridæ ſemper ſunt humores.

Quinto poſſet fieri dubitatio, ſi vno humore corrupto alij corrumpantur, propterea quòd ſunt ſimul, & ſimul generantur, quare ſimul corrumpuntur. Dico quòd non eſt neceſſarium: quoniam hum. ſunt diſtincti per proprias formas, & per proprios ſitus, & per proprios motus, & ita quilibet habet ſuum regimen, & proprietatem, & proprium temperamentum: & ita poteſt amitti temperamentum vnius,

vnius,& non propter hoc amittetur alterius : quare non est necessarium,quòd vno corrupto alij corrumpantur.

Sexto intelligendum,quòd si iuxta prædicta aliquis dubitaret,quòd melancholia corrupta;& omnes alij corrumpantur,cùm resistat vtraque qualitate:& ita cùm sit fortis victoria ex parte melancholiæ,& tamen corrumpitur,igitur & omnes.Dico quòd solutum est, quoniam victo hoc temparamento,licet fortissimè repugnet,non tamen propter hoc temperamenta alia:quoniam particularia quæ concurrunt cum isto, non est necessarium quòd concurrant cum aliis:quare &c.

Septimo possumus notare, quòd humor cum corrumpitur, & putrefit in carne, & in stomacho, & in hepate, & pulmone,& breuiter in quacunque concauitate fuerit præter naturam,si ibidem careat euentatione,& destituatur à regimine,ibidem corrumpitur,& ibi erit minera. Et iuxta hoc intelligendum quòd chol.prassina, & æruginosa sunt tantæ pernecabilitatis,quòd putrefieri non possunt. Ante enim veniret mors.Et iuxta hoc intelligendum, quòd tertiana vera de chol.rub.naturali generata, magis in regionibus frigidis generatur. Sed tertiana notha de chol. non naturali causata,magis in regionibus cal.generatur, quia ab agente præter naturam causata est. Et iuxta hoc intelligendum,quòd in tertiana phlebotomia bene potest competere post tertium vel quartum paroxysmum, aliter nunquam,quia sic redderetur transcurtsibilis, & fieret de simplici duplex,& de duplici continua, sicut videmus frequenter.Et licet non euacuet materiam coniunctam, antecedentem tamen euacuat.

De febre sanguinea. CAP. V.

SYnochus est feb.continua de sanguine putrefacto, intra vasa.Synocha est fe.continua, quæ ephimeræ proportionatur,de sanguine peccante ratione suæ quãtitatis.

Intelligendum quòd cum aliquis consuetus est exercitari,& subito dimittit exercitium,& vtitur multis cibis,& potissimè sanguinem generantibus,aut sanguinem aquosum,sicut est sanguis generatus ex fructibus : tunc ex his & aliis sibi conformibus, multiplicatur sanguis : & si peccet ratione suæ quantitatis, generat febrem continuam Cause.

ephimeræ proportionatam ex sanguine non putrefacto: in qua si fiat phlebotomia, non cadet in putridam, sicut scribit Gal. 9. de inge. Si autem abundet san. & peccet ratione suæ quantitatis, & esset malæ qualitatis, generat continuã de sanguine putrefacto, qui synochus appellatur. Et habet tres species, augmasticam, quæ semper procedit ascendendo & augmentando, quia maior est dissolutio quàm resol. & est deterior inter omnes. Secunda species est epigmastica, quæ semper procedit diminuendo, & est aliis salubrior, quia maior est resolutio & consumptio quàm dissolutio. Tertia autẽ species vocatur homotonon, vbi omnia sunt æqualia: semper enim est in statu: æqualis enim est dissolutio resolutioni. Et istæ tres species sunt in qualibet fe. sicut declarauimus supra librum Gal. de differentiis feb. Sanguinem autem opinatus est Gal. 11. de crisi, quòd non potest facere feb. solam simplicem singularẽ: semper enim est composita: quoniam quãdo putrefit, & altera eius pars conuertitur in chol. & altera in melancholiam, ideo feb. solas simplices singulares non ponit nisi tres feb. quæ proportionatur chol. & feb. quæ proportionatur phlegmati, & feb. quæ proportionatur melancholiæ.

Gal. lib. 2. de diffe. fe. cap. 2. ponit tres istius differẽtias, epacmasticam, pæracmasticam, & homotonon.

Signa. Signorum quædam sunt antecedentia, & quædam subsequentia, & quædam concomitantia. Signa autem antecedentia sunt grauitas capitis, inflatio spatularum, repletio venarum, rubedo facici, flagellatio tõtius corporis, & similia. Concomitantia sunt dolor frontis, apparitio lampadum ardentium, paraphrenesis, turbatio mentis, tenebrositas oculorũ, plenitudo pulsus & vndositas, & diuersitas, dulcedo oris, vrina rub. & spissa & fœtida & liuens. Subsequentia sunt tumor faciei, mollities totius corporis, & aliquando superueniunt morbilli & variolæ, & carbunculi: & sunt mala signa valde, quæ consueuerunt in temporibus pestilentialibus euenire. Ista autem declarant sanguinem putrefactum. Ista autem omnia remissa sunt in sanguine non putrefacto, quoniam ephimeræ proportionatur.

Prognostica. Si autem appareant pustulæ liuidæ aut nigræ, mortem significant: similiter si in ventre audiatur sonus, sicut tonitruum, sicut dicit Auic. Lachrymæ si appareant propter malitiam morbi, difficultas anhelitus, & præfocatio,

&

& apoſtemata in viis anhelitus, & ſi poſt ſomnum ſentiat ſe grauatum, iſta omnia ſunt mortem ſignificantia. Apparitio autem velox vel tardæ digeſtionis vel indigeſtionis ſignificat criſim breuem vel longam, ſalutem vel mortem relata ad virtutē: quia in omni morbo ſunt diligentiſſimè conſideranda, quia ſecundum ea ſcies ea prognoſticare & dictare.

Cura.

Tota fere curatio iſtius morbi conſiſtit in phlebotomia. Intentio igitur fuit Gal. 9. de ingenio, quòd fiat phlebotomia vſque ad ſyncopin: & redarguit homines qui forte dolosi ſunt in hoc: & videtur mihi, quòd tutius eſt facere phlebotomiam multis vicibus, donec deficiat materia, non patiens. Magis enim diligo quòd ægritudo aliquantulum prolongetur, quàm ſi mors mihi imputetur: quia ſigna fortitudinis virtutis, aliquando fallunt. Virtute igitur forti cum conuenientia aliorum particularium, fiat phlebotomia mane, & ſero, & multis vicibus: imò ſi fuerit neglecta, non ſolum in 7. die vel in quacunque hora venerit, ſecundum Gal. 9. de ingenio. Si particularia non conueniant, fiant ventoſæ inter ſpatulas. Si autem crapula, fiant fricationes verſus extrema, & fortis abſtinentia, & fiant ſuppoſitoria & clyſteria: quia talia multum competunt in hoc caſu: & cùm crapula erit digeſta, fiat phlebotomia. Vtatur ergo iſto ſyrupo, R. endi. ſcariol cichoreę ana ℥. 2. quatuor ſeminum frigidorum ana. ℥. 1. florum nenuf. florū viola ana. ℥. 2. vini malorum granat. ℥. 3. panis zucca. libr. 1. fiat ſyrupus. Et ſi paritur inſomnietatem, ponantur in ſyrupo ſe. pauperis al. & ſi tuſſim, tollatur vinum malorum granatorum, & addantur vuæ paſſæ mundæ ab arill. iuiubę, ſebeſten. Et ſi pateretur cardiacam paſſionē, addantur roſæ, ſandali, ſpodium, coriādrum. Et ſi cōſtipationem, addantur pruna cum caſſia fiſt. & ita multa & diuerſa debent apponi ſecundum diuerſitatem compoſitionis accidentium. In vigiliis igitur fiat ſicut ſuperius, & in ſtupore ſicut dictum eſt. Et in ſiti nimia fiant facculi parui de pſyllio, vel pilulæ tales, R. ſucci vuæ acerbæ, ſucci acetoſæ, lactuc. vini malorum gra. aceti albi. an. ℥. 1. & condiantur lento igni cum pane de zucc. & fiant pilulæ. & teneantur ſub lingua & ſupra linguam. Laxetur venter cum caſſia fiſtu. mānna, thamarind. prunis, vel cum oxy. laxatiuo, diaprunis, trifera

Precipua curatio ſynochi eſt phlebotomia.

trifera saracenica. Paretur aer, locus & domus, sicut dictum est superius. Cibus autem multus vel paruus, secundum longitudinem vel breuitatem morbi: sit igitur ordeatum, mica panis ter lota, lac amygd. cũ mica panis, mala granata. Et potest administrari oxysaccara, syrupus acetosus, iulep, syrupus viol. syrupus nenufar, & hydromel, sicut aliqui voluerunt: & si sic, sit hydromel aquaticum. Sed in his temporibus inueniuntur viri & mulieres ita delicati, quòd nihil horum sumerent: & tunc sicut in naufragio oportet te cõcedere pulli parui brodium coctum in multa aqua cum fasciculo lactucę aut seminibus frigidis. Et si eadem ratione concedatur vinum, accipiantur duæ amphoræ paruæ, repleatur vna vino, & alia aqua, & coniungantur in suis orificiis, & aqua tingatur: & cum erit aliquantulum tincta, detur patienti, & appellabitur vinum succaratum: vel frangatur cum multa aqua bullienti: vel detur talis potus, R. aquæ fontis libr. 5. aceti albi lib. 5. panis zuccari pulueriza-ti ℥. 3. misceantur fortiter, & videbitur vinum album gallicum. s. & quasi viride: attamen quantitas aceti, & etiam totius mistionis, quòd non sit multum acetosum, nec parum experimento probetur.

Clarificatio. Si aliquis dubitaret, quod ingenium curandi sit fortius, vel sumptum à morbo, vel sumptum à virtute. Dico quòd ingenium à morbo aliquando est fortius, & aliquando à virtute, secundum diuersas intentiones. Vnde intelligendum, quoniam ingenia curandi sunt multa: quædam enim sunt ad digerendum, & quædam ad conseruandum, quædam ad euacuandum, & quædam ad dandum similia, & quædam contraria: tunc ponamus quòd gratia ætatis & virtutis & consuetudinis similia debeant dari in feb. sed sola feb. præcipit dari contraria. Dico quòd in hoc casu ingenium sumptum ex morbo est fortius: quoniam non obstantibus omnibus aliis particularibus contraria debentur. Et propter hoc dicebat Gal. octauo de ingenio, quòd consideratio sumpta ex morbo, omnes alias conditiones destruit & annullat. Si autem nos loquamur de ingenio sumpto ex parte euacuationis, ita quòd morbus præcipiat euacuationem, & virtus præcipiat contrarium, in hoc casu magis est credendum virtuti quàm morbo. Et secundũ hoc dicebat Gal. in regimine, quòd sublimior omnium cõ

sider

fideratiõũ ſumpta eſt à virtute. Verbi gratia, febris enim ſanguinea ſemper eſt cum ſanguinis multitudine, & ideo quantum eſt de natura morbi, cõperit phlebotomia: ſed ſi virtus eſt debilis, & non poſſet ſuſtinere: in hoc caſu magis eſt credendum virtuti quàm morbo. tabulam enim ingeniorum ordinauimus, quã oportet cum ſtudio petranſire. Secundo poſſet aliquis dubitare ſi ſanguis putrefiat, & ſi ſolus. Dico quòd putrefit, cum habeat duas cauſas, ſcilicet humiditatem, quæ eſt mater putrefactionis, & caliditatem, quæ eſt cauſa. Ad ſecũdum dico, quòd ſolus ſang. putrefit in ſuo principio & fine: ſed poſtea ratione ſui temperamenti additur compoſitio propter alterã partem cõuerſam in choleram. aliàs fecimus longiſſimos ſermones de hoc, quare & cętera. Tertio poſſet aliquis dubitare, ſi febris interpolata poſſit ex ſanguine cauſari. Dico quòd opiniones ſunt de hoc, inuenio tamen Gal. ponentem 9. de ingenio, febrem interpolatam de ſanguine, & Viaticus ponit hoc idem, & ſatis eſt rationabile: quia poſſibile eſt quòd ſanguis putrefiat in tanta diſtantia à corde, quòd calefactio non poterit continue venire ad cor: & ita non erit continua, & non erit etiam ita in remota parte, quin poſſit aliquando venire, & ita erit interpolata. Quarto poſſet aliquis dubitare vel dicere, quomodo diſtinguuntur tempora morbi propter diuerſitatem ſpecierum? Dico quòd licet non diſtinguantur quo ad accidẽtia, diſtinguũtur tamẽ quo ad digeſtionem vel indigeſtionem. Quinto notandũ, q̃ ſi phlebotomia fuerit neglecta in principio, fiat pòſt virtute ſtãte, nõ obſtãte opinione Serapio. qa Gal. vult hoc.

De quartana. CAP. VI.

QVartana eſt febris putrida de materia melãcholica generata.

Cauſa. Cauſa quartãnæ eſt illud quod multiplicat materiam melancholicam, & putrefacit illam, ſicut dicit Auicen. Intelligendum quòd quædam eſt quartana continua, quædam interpolata, & quædam eſt vera, & quædam non. Vera autem quartana generatur de melancholia naturali cum conuenientia aliorum particularium, quòd ſit melancholicus, & tempus autumnale, & quòd comederit cibaria multiplicantia melancholiam, & ſimilia. Notha autem eſt de melancholia cauſata per viam aduſtionis, & ita poteſt

test aduri melancholia naturalis & phlegma & chol. & san. propter nimios labores, comestionem ciborum nimis calidorum, & propter ægritudines intensiuas, & similia.

Signa. Incipit enim cũ frigiditate congelante & horripilatione, ossium confractione, & est pulsus occultus & paruus, & postea efficitur velox, & terminatur cum sudore plurimo: quia materia est sicca, & ita nec fumosum nec semiadustum remanet post paroxysmum, sed completè eradicatur secundum Gal. in de differentis feb. Vrina est remissa & tenuis in principio, sed postea post paroxysmum multum coloratur: & faciunt ad hoc, quia venæ sunt strictæ, & habitudo extenueta, & tempus autumnale, & alia similia quæ præcesserunt: & durat accessio xxiiij. horis, & interpolat lxviij. Signa autẽ nothæ remissa sunt, & variantur secundũ varietatẽ humorũ: quoniã si quartana sit de sanguine adusto, vergit pulsus ad plenitudinem & vndositatem, & tempus est vernale, & præcesserunt ægritudines sanguineæ, & similia. Similiter in cholerica sunt signa quæ pertinent choleræ: quoniam præcessit ægritudo cholerica, & pulsus est velox, & vrina colorata & tenuis, & est tempus æstiuũ, & comedit res calidas, & laborauit in sole, & similia. Quartana autem de phlegmate habet vrinam remissam, & spissam, & mollitiem in pulsu, & longitudinem paroxysmi, & paruitatem sudoris: & secundum diuersitatem choleræ, & phlegmatis diuersificantur signa: & ita de melancholica. Considerentur igitur signa iuxta diuersitatem humorum & specierum.

Prognostica. Quartana de sanguine est salubrior & breuior aliarum, deinde ex chol. deinde ex phlegmate, deinde ex melancholia. Quartana autem durat regulariter per vnum annum: quoniam sicut acutæ sequuntur motum lunæ, ita chronicæ motum solis. Aliquando autem durat per xij. annos sicut dicit Aui. Omnes autem quartanæ vt plurimum sunt salubres. Et quartanarius habet multas dignitates, quia rarò incurrit maniam, melancholiam, lepram, & spasmũ de repletione: quia purgatur & mũdificatur tota materia in quolibet paroxysmo. Quartana autẽ de materia melancholica cum duritie splenis aut hepatis à proprietate membrorum est pessima, & ducit ad hydropisim. Erit igi

tur

tur ægritudo longa, dato quòd bono regimine vtatur: & si malo vtatur regimine, erit longissima aut mortalis.

In curatione huius morbi oportet multa considerare. Primo, quòd non dentur nimis calida, quoniam adurunt sanguinem: & ita errant qui dant prassium & piper, nisi essent aliter repressa. Secundò, quòd non dentur nimis frigida, quia materiam congelant, & ita errant qui dant succum lactucæ, & narcotica. Tertio, quòd non dentur nimis sicca, quia materia est nimis sicca de se, & ita magis induratur, & ita errant qui dant assa & frixa & acetosa & styptica, & omnia ista intelliguntur, nisi cum aliis fuerint bene proportionata. Quartò, quòd à principio non nimis euacuetur: nam materia non potest esse digesta, quia in digestione quartanæ frequenter sumus decepti: quia homines qui vtuntur modico cibo & potu, & bene dormiunt, habent in principio quartanæ vrinam satis bene coloratam, & hypostasim: & videtur quòd sit ex materia morbi, & non est, sed cibi. Cognoscimus igitur digestionem materiæ morbi ex mitigatione paroxysmorum, & alleuiatione eorundem. Quinto oportet considerare, quòd cibus non detur nimis subtilis, nec nimis in magna quantitate: quoniam status multũ remotus est à principio: & ideo videntur errare, qui auferunt omnes carnes & vinum vsq; ad xx. vel xl. dies: quoniam virtus nimis debilitatur, & non potest resistere morbo. Sexto oportet aduertere, quòd nullum incrudans vel ingrossans materiam debet exhiberi, sicut sunt olera cruda, & fructus & carnes grossæ, & ea quæ sunt duræ digestionis, aut in nimia quantitate assumpta, & similia. Septimo diligenter aduertendum, quòd in die accessionis cibetur, & parum ante paroxysmum per tres horas ad minus vel quinque, & postea cibetur in fine paroxysmi cum eradicatus fuerit. In toto autem paroxysmo nihil cibale detur. Octauo debemus considerare, quòd ante paroxysmum, & in principio paroxysmi prouocetur vomitus facilis, & in fine sudor. Nono intelligendum, quòd fortia digestiua nec fortia euacuatiua non debent à principio administrari: sed gradatim à debilibus ad fortiora ascendere. In primis digeratur materia cum oxymelle simplici, & postea purgetur cum euacuatione sibi proportionabili: & postea digeratur cum oxym

Cura.

oxymelle diuretico,&postea euacuetur cum fortiori:dein de digeratur cum oxymelle squil.& euacuationes fiant cũ fortissimo.In præmissis euacuetur cum diasene,diaborag. & postea addatur cum his aliqua portio hieræ Ruffini, & postea cum hiera Ruffini tantùm. Decimo attendendum, quòd non dentur opiata nisi corpore mundificato, & in declinatione. Vndecimo aduertendum,quòd durities & oppilationes, & apostema splenis & hepatis cum diligentia transeamus:quia magna pars curationis existit. Visis igitur de vniuersalibus,& ad vnguem obseruatis,ad particularia veniam. Feb.igitur quartana vna sola simplex singularis cum conuenientia suorum particularium per hunc modum pertractetur.Digeratur igitur materia sic,R.radicum fœn.petrose.brusci,asparagi, graminis, apij, mediani corticis ebuli & sambuci,fraxini,geneste,an.ʒ.j.conterantur fortiter,& temperentur per diem & noctem in aceto fortissimo:tunc R. germandreæ, vtriusque stœchados, vtriusque calamenti, eupatorij, ana ʒ.x. foliorum absinthij ʒ.iij.endiuiæ,schario.cichoreæ,scolopen.ana ʒ.ij. quatuor seminum frigidorum, lactucæ, capparis, spicæ nar. spicæ celticæ,ana ʒ.j.mell.ros.℔ j.& ß.zuc.℔.ß. fiant syrup.℔.ij. largæ.sumantur igitur cum decoctione horum, & fumus terræ manè & serò tria parua cochlearia,& nouem de decoctione.Iste autem syrupus summè remouet oppilationes splenis & hepatis, & ideo valet in multis. Euacuatur igitur materia per hunc modum, R. florum boragi. viol. foliorum sennæ,epithymi,liquiritiæ mundæ,vuarum passarum mundatarum ab arill. ana ʒ. j.fiat decoctio cum sero caprino, & in decoctione temperentur cortices myroba. indorum, belliricorum, & emblicorum. ana ʒ.ß. fricentur lento igne, & colentur, & dentur in aurora ante accessionem per vnam diem vel quasi. Et cùm multis vicibus,& paulatinè, & in parua quantitate digestiuum erit exhibitum, possumus cum fortioribus euacuare. R.igitur diasennæ, diabora. hieræ Ruffini, ana. ʒ. iij. lapidis armenici nouies abluti ʒ.j.misceantur & fiant pilulę,& exhibeatur eunti dormitũ,stomachovacuo in secũda vice post accessionem.Postquã autem videmus ægritudinem declinare,stupherur,& in stupha ponamus ea quæ ponuntur in syrupo cum multa aqua pręter zucca.& mel, sed in maio-

ri quan

ri quantitate, & exeunti qualibet vice offeramus aureę alexandrinæ, theriacæ, ana ʒ.j. misceantur. Sed quia multum conqueritur de frigore & horripilatione, ideo in principio ponamus pedes & manus in aqua cal. vel applicentur lateres calidi. vel fiant fortes fricationes, calefiant extrema cum pannis calidis: vel ponantur ista vt in collo pedum & manuum. R. fuliginis, salis communis, vrticarum, & terantur fortiter, & distemperentur cum aceto: & quando corpus incipit calefieri, quòd istud remoueatur, vel quòd ponatur in balneo aquę cal. ita quòd non sit nimis calida, nec stet ibi tantum quòd sudet: vel inungatur spina dorsi, & extrema cum aragon & marciatō. Vel quòd accipiat myrrham puluerizatam cum vino cal. vel theriacam cum succo menthæ. Succus calamenti sumptus ante accessionem curat quartanam. Quies igitur & omnia humectantia competunt in omni quartana, sed calefacientia & infrigidantia diuersificantur secundum diuersitatem specierum. Ad quartanam igitur sanguineam accedamus. In quartana de sanguine fiat phlebotomia de basilica, & digeratur materia cum syrupo de borag. & de fumo terræ, & mundificetur cum decoctione boragi. & polypodij, & ani. & cassiæ fi. & thamarin. hæc enim species facillimæ curationis est. Quartana de chol. curetur sic. R. oxysa. syrupi viol. syrup. de fumo terræ, ana lib.j. misceantur, & purgetur sic. Rec. florum borag. florum viol. liquiri. mundæ, epithymi. ana ʒ.j. fiat decoctio cum sero caprino, & in decoctione temperentur cortices myroba. citri. indorum bene gummosorum, ana ʒ.j. fricentur lento igne, & coletur & detur in aurora. Si autem fuerit de phlegmate, digeratur sic. Recipe oxysacc. compositæ, oxymel. diure. de fumo terræ. ana lib.j. misceantur. purgetur sic. R. florum boragin. florum viol. polypodij, turbith. anisi, liquiri. mundæ, vuarum passarum mundatarum ab aril. absinthij, agarici, laccæ, eupatorij, ana ʒ.s. fiat decoctio in sero caprino, & in decoctione temperentur cortices myrobal. chebul. indorum. ana ʒ.j. fricentur lento igni, & coletur, & detur in aurora. Pilulæ quæ valent in omni quartana. Recipe corticum omnium myrobal. bene gummosorum, agarici, turbith, hieræ Ruffini. ana ʒ.j. succi menthæ, succi eupatorij, succi absinthij. ana ʒ.s. laccæ, amyli, spicæ nard. marathri. ana ʒ.ij. conficiantur cum

oxymell. squil. & fiant pilulæ, & possunt exhiberi ʒ.iij. & plus & minus secundum conuenientiam particularium. Vtatur pullis paruis, & auibus campestribus, & piscibus squamosis, & ouis sorbilibus. & extremitatibus porcorum, & arietum, & hœdulorum, & vtatur hordeato & auenato, & breuiter omnibus illis quæ sunt facilis digestionis, & quæ non crudificant materiam, nec ingrossant nec constipant, sed magis subtiliant, & laxant, & aperiunt. Diuersificantur ista secundum tempora morbi in quantitate & qualitate & ordine. Competunt igitur boragines, fœniculus, petrosel. brodium cicerum, pruna matura, spinachia, betæ, crocus, & similia. Et Auic. mirabiliter commendat vomitum & ante cibum & post.

Clarificatio.

Intelligendum quòd forti ægritudini fortis competit medicina: & secundum hoc in quartana medicamina fortia videntur competere: & ideo intelligẽdum quòd quoddam est medicamen forte ratione suæ quantitatis, sed non ratione suæ qualitatis, sicut oxymel squil. & hiera Ruffini. Vnde in quartana non competit in principio medicamen forte ratione quantitatis & qualitatis, quia resolueretur quod est subtile, & remaneret quod est grossum. Sed bene potest ex altera parte tantùm, vt si est debilis qualitatis, quòd detur in bona quantitate: & si est fortis qualitatis, quòd detur in parua quantitate, & hoc in principio, & in fine vtroque modo. Secundo posset aliquis dubitare, si melancholia possit putrefieri, cum repugnet putrefactioni vtraque sui qualitate. Dico quòd licet melancholia sit frigida, & sicca in virtute, actualiter tamen est liquida & fluida: & cum hoc cùm coarctatur supercalefit, & humectatur propter vapores retentos: & ita quando putrefit multum moratur, & ideo fluxerunt xlviij. horæ antequàm duę qualitates sint iunctę, cùm materia est extra vasa. Tertio possumus dubitare, si phlegma aduritur, cum repugnet aduſtioni vtraque sui qualitate. Dico quòd aduritur: quoniam frigiditas & humiditas non est absoluta, & ideo potest calefieri & aduri: vel aduritur propter admistionem partium calidarum aduſtarum, sicut est cholera, &c. Quarto posset aliquis dubitare de afflictione & interpolatione breuiori seu longiori istarum febr. Dico breuiter, quòd afflictio est longior vel breuior secundum quod materia est

aptior

aptior resolutioni vel non resolutioni, & interpolatio est longior vel breuior, secundum quòd materia resistit putrefactioni parum vel multum. Melancholia igitur longo tempore affligit; quia materia est grossa, & non est apta resolutioni, & multum interpolat: quia vtraque qualitate resistit putrefactioni. Phlegma autem multum affligit: quia materia est viscosa, & non de facili resoluitur, & parum interpolat, quia humor est paratus valde putrefactioni ratione humiditatis: & ideo aut non interpolat, aut est in falsa quiete. Cholera autem parum affligit, quia citissimè resoluitur, & interpolatio sua est inter quartanam & quotidianam, cum tardè putrefiat ratione siccitatis. Quinto intelligendum, quòd balnea competunt in quartana in fine, quantum est in ratione morbi, sed in principio gratia accidentium.

De febre phlegmatica. CAP. VII.

QVotidiana est febr. de phlegmate putrefacto. Si autem putrefiat materia intra vasa, generat cõtinuam: sed extra, interpolatam. Et si fuerit ex phlegmatibus frigidis, incipit cũ frigiditate congelante, potissimè si est phlegma vitreum. Et si ex calore, tunc est magna sitis, & tunc est ex phlegmate salso. In phlegmate autem naturali est modicum frigus, & modica sitis.

Causa huius febr. est otium & repletio nauseatiua, & ideo libenter venit in hyeme, & in sene, & in puero, & humidis, & phlegmaticis, & piscatoribus, & mulieribus, & habentibus eructuationes acetosas, & habentibus catarrhum descendentem ad stomachum, & breuiter omnia illa quæ generant chimum phlegmaticum: & sicut aliæ febres generantur generaliter ex multitudine suarum specierum, ita & hæc. *Causa.*

Incipit enim quotidiana vera cũ modica frigiditate extremitatum, & cum pulsu paruo & occulto: & cum venit ad statum, calor non est intensus, sed lentus & occultus, & pulsus est semper diuersus: & terminatur cum modico sudore, & vrina in principio est remissa. *Signa.*

Febris enim phlegmatica de difficili eradicatur propter multitudinem materiæ, grossitiem & viscositatem, & sicut cholerica rarò inuenitur continua, ita phlegmatica interpolata. Clausio pororum est fortis, & humiditas mul- *Prognost.*

ta, quare putrefactio vt plurimùm continua. Si autem in principio paroxysmi videamus vomitum spontaneum, & in fine sudorem plurimum, bonum signum est: quia ægritudinem breuem & salubrem significant: quoniam ex hoc significatur, quòd materia non est multum grossa, nec viscosa, & pori non sunt nimis densi: ista enim febris libentissimè venit cum oscitationibus multis, & aliquibus alienationibus, & cum quodam stupore, & parua siti, & tumore faciei & liuore, & de facili caderent in subeth, & sunt cum dolore stomachi continuo. Medicus igitur vt de eo fiducia habeatur, dicat aliquando aliquid de prædictis præteritis, aliquando de præsentibus, aliquando de futuris.

Cura.

Curatio igitur erit secundum diuersitatem specierum: sed cognito simplici, satis de facili cognoscitur compositum: & curato morbo vero, satis de facili curatur morbus nothus: & ideo ad veram quotidianam principaliter intendamus. In quotidiana igitur de phlegmate vitreo multum valet ptisana cum modico piperis: & quia materia est multum frigida, ideo alia exhibeantur iuxta proportionem materiæ. In quotidiana autem de phlegmate falso mirabiliter valet aqua dulcis potata, quantumcunque calidior poterit, sicut dicemus cap. de siti, propter phlegma falsum. nunquam potui inuenire remedium in phlegmate sal. cum diligenter & frequenter laborauerim, nisi in potu aquæ dulcis calidissimæ. Fiant igitur alia secundum qualitatis proportionem, quia non esset decorum omnia particularia ruminare. Si autem quotidiana fuerit de phlegmate naturali, tunc oportet aduertere. In primis igitur hic, & in quolibet morbo intendamus ad causam: quoniam si causam ignorares, quomodo curares? Secundo ad morbum propter hoc Gale. 5. de ingenio, Semper ante mentis aciem, ægritudinis cognitionem habeas, Tertio oportet aduertere ad accidentia, propter molestationem quam inducunt. Tollamus igitur in primis causam quotidianæ, & omnium febrium putridarum, cum de oppilantibus, & poros subtiliantibus, & intus & extra. Fiant igitur fricationes circa ventrem, & latera, aliquando suauiter, aliquando fortiter, aliquando cum manibus, aliquando cum pannis asperis, secundum diuersitatem particularium. R.

Nota, potus aquæ dulcis & calidæ valet plurimum cõtra quotidianã à pituita falsa.

aquæ

aquæ dulcis lib.j.vini albi ʒ.iij.aceti albi ʒ.ij.radicum apij ʒ.j.olei de chamomill. ʒ.j.& s.bulliant simul,exinde venter fricetur, & latera & dorsum, quoniam est mirabile in deoppilando,& fiat frequenter, & multis vicibus; & sit semper calidum. Secundo veniamus ad morbum: digeratur in primis materia cum hyssopo bullito in syrupo acetoso, & purgetur cum ista decoctione R. florum borag. polypodij, turbith, agarici,anisi,marathri, ameos, vuarum passarum mundatarum ab arill.liquiri. mundę.ana.ʒ.s.fiat decoctio, & in decoctione temperentur cortices myrobal.chebu.ʒ.j. fricentur, & colentur, & detur in aurora. Secundo digeratur materia cum oxysaccara composita, & cum oxymel. diure.& purgetur cum hierapi. Tertio digeratur sic.R.rad. fœn. petrof. apij,bruſci,asparagi,ana ʒ.j.hyssopi,ʒ.ij.capil. vene.lib.s.foliorum menthæ, foliorum absinthij,ana ʒ. iij. endi.scario. cichoreæ, scolopen. lactucarum nouellarum. ana ʒ.ij.quatuor semi frigidorum minorum,se.viol.se. bruſci,se.asparagi,sem.endi. se.scari, ana ʒ.j.laccæ, spicæ nar. squinanti.ana ʒ.ij.mell.ros.& panis succ. ana lib.j.fiat syrupus. Materia digesta purgetur cum istis pilulis:sunt enim tanti valoris, quòd nulla febris chronica audet stare ante conspectum earum. Recipe turbith.ʒ.j. agarici, aloës, rheubarb. corticum myrob.citri. chebulorum bene gummosorum. ana ʒ.ß. foliorum menthæ, foliorum absinthij, & eupatorij.ana ʒ.ij. zinziber. laccæ,anisi, mastiches, piperis, spicæ nar.vuarum passar.mundatarum ab arillis,liquiri. mundæ, ana ʒ.j. conficiantur cum oxymel. squill. & fiant pilulæ. Ex istis autem potest vti à ʒ.j. vsque ad ij. & possunt acui cum esula, aut diagryd. aut vtroque, & dentur post vnum mensem suæ confectionis. Dosis autem suæ exhibitionis addatur, aut diminuatur, iuxta conuenientiam particularium. Purgatione facta in declinatione morbi possunt stuphari, & in stupha ponantur ea quæ in syrupo, sed in maiori quantitate præter saccarum, & mel cum multa aqua, & exeunti detur sibi qualibet vice theriacæ probatæ drach.j. & in vltimis potest balneari. Quando autem in quotidiana videmus vrinam multam coloratam & spissam, si fiat phlebotomia cum virtute forti, non erit malum.

Viso de causa & morbo, videamus de accidentibus. In

principio igitur paroxysmi ponantur extrema in aqua calida, vbi sint chamomilla, & melilotum, & prouocetur vomitus facilis cum decoctione raphani in aqua, aut hydromell. aut syrupo acetoso, aut oxymell. diure. aut detur sibi ℥.ß. succi mediani corticis sambuci. In fine autem paroxysmi prouocetur sudor: ponatur igitur vesica ænea, plena aqua calida, iuxta plantas pedum, & aër domus sit temperatus. Si autem vomitus erat nimius, confortetur stomachus cum mentha & similibus. Si autem patiatur stuporem, odoret styracem, calamitam, & fiant fortes fricationes in extremitatibus.

Et quia stomachi dolor est cõtinuus, emplastretur cum mentha & absinthio, & pane asso, & aqua rosa, & rosis omnibus simul tritis. Si autem fuerit constipatus, fiat suppositorium aut clystere, & in clysteri præter communia ponatur succus betæ & hiepic. Viso de his, videamus de diæta: & quia parum interpolat, non possumus bene perfectè cibum ordinare. Nullus igitur detur cibus ante accessionem per quatuor horas, & cibetur in maiori tranquillitate feb. Cibus igitur qui competit, est brodium cicerum, mica panis ter lota, & postea detur cum brodio cicerum, detur hordeatum, auenatum, lac amygdal. pullę par uæ cum lactucis & petro. coctæ, & similia, & paulatim & gradatim post vniuersalem declinationem ascendat ad fortiora, ita quòd paulatinè veniat ad cõsueta, sicut in omni morbo debet fieri.

Victus ratio.

Clarificatio.

Intelligendum, quòd vomitus facilis in principio quotidianæ potest significare digestionem, & est ad bonum, non inquam digestionem completam, sed occultam, & pro tanto dicitur significare digestionem, quoniam magnam indigestionem non significat. Nam materia non est multum grossa, nec viscosa, nec frigida, nec meatus constricti: sed materia videtur satis parata digestioni: aliter enim non veniret in principio paroxysmi cum vomitu facili & spontaneo, & in fine esset sudor &c. Hoc valde bonum est, quoniam totus paroxysmus alleuiatur, cùm materia antecedens minoratur. Et potest esse, suo modo loquendi, quædam crisis particularis, & est materia digesta suo modo, intantum quòd obediens est virtuti expulsiuæ: proueniretur igitur vomitus cum facilitate in omni feb. inter

polata

polata in principio paroxysmi.

Secundo aduertendum, quoniam licet in febre phlegmatica debeat esse sudor multus, postquam materia est humida: nihilominus modicus sudor est in fine paroxysmi, imò est differentia constitutiua secundum intentionem. Gale. in de differentiis febrium. Et ratio huius est, quoniam phlegma naturale est frigidũ, grossum & viscosum, ideo materia non est apta vt conuertatur in sudorem. Si ergo aliquando conuertatur, signum est remissionis eorũ quæ dicta sunt, & ideo bonum. Tertio considerandum, quare vrina à principio est tenuis, licet materia sit humida & multa, est pro tanto, quia est materia indigesta, & meatus sunt oppilati, & materia est grossa, & non est habilis ad expulsionem: sed cum incipit digeri, & natura incipit prævalere, inspissatur, & ideo significatur principium digestionis, licet occultum. Quarto intelligendũ quòd in quotidiana de phlegmate salso aut dulci, est sitis, in aliis autem non est. Vbi notandum, quantum est de præsenti, quòd in omni quotidiana competit vinum, cùm materia sit grossa & viscosa, quæcunque fuerit, licet secundum plus & minus grossior: tamen oportet quòd vinum sit debile, & cum multitudine aquæ, & quòd detur post cibum, siue in mensa loco potus, cum habeat digerere, confortare, subtiliare, & non potest feb. intendere, quia feb. de se non est multum intensa, & cum hoc vinum est debile, & cum multa quantitate aquæ: & licet digerat, non tamen debet ante cibum administrari: quia cum sit penetratiuum, timendũ est de læsione neruorum & mentis. Sexto aduertendum, quòd licet materia sit grossa, & ita parata euacuationi inferiorum, tamen quia particula patiens est stomachus, & vt plurimum materia in stomacho continetur, & quod est in stomacho, faciliter per vomitum euacuatur: igitur in principio paroxysmi laudabilior est vomitus, quàm secessus. Septimo declarandum est, quòd balneum aquæ dulcis competit in declinatione vera totius morbi ad mundificandum, in aliis temporibus non: quoniam nimis humectaret, & materia est humida, & cum hoc est viscosa, & non dissolueretur per balneum. Et iuxta hoc videndum quoniam aqua bullita in via potus est melior: quoniam in ebullitione ratificantur partes aquæ,

Quare vrina in principio quotidiana febris est tenuis, aquosa, & cruda.

& ita partes terrestres cadunt ad fundum, & postea colatur, & est ita melior in omni febr. quæcunque fuerit aqua. Octauo declarandum, quòd panis fermentatus, & cum moderata quantitate salis, melior est secundum Gal. in de cibis, quia frumentum est multum viscosum. Si igitur talis panis est melior quàm quicunque alter panis: & talis panis erit melior, si molliatur in aqua, quæ quidem aqua debet exhiberi vt potus: nec sal retinet naturam salis: ideo enim intrauit compositionem sicut aqua, & iuuabit aquam ad penetrandum, nec habet acumen de quo fit curandum.

Motus humorum. Nono intelligendum, quòd humores mouentur in diuersis horis, & ratione radicis superioris, & inferioris: sanguis enim mouetur de mane sequens motum solis ratione conformitatis, & ipse est in oriente, ratione autem radicis inferioris: quoniam natura generauit de nocte ratione somni sanguinem multum: natura igitur sagax mouet eum in ista hora post sui generationem, vt à fumositatibus non immundetur. Cholera autem mouetur in tertiis sequens quadram calidam, & sicca ratione conformitatis, & ratione inferiorum, vt sanguinem non inficiat. Melancholia mouetur pòst in nonis sequens quadram frigidam & siccam, & ratione inferiorum, vt sanguis ratione motus euentetur, & purgetur à superfluitatibus melancholiæ. Phlegma autem in vesperis, sequens quadram frigidam & humidam, & ratione inferiorum, natura sagax, cuius sagacitati non est finis secundum Gale. in de criticis, vt purgentur superfluitates suæ, & sanguis remaneat mundus & purus, & ita de sequentibus intelligẽdum erit. Decimo intelligendum, quòd humores grossi magis mouentur de nocte propter calorem fortiorem, & quia fortiori motore indigent, ideo tunc mouentur: subtiles autem de die, ratione conformitatis, &c.

De febribus compositis vt de septena, &c. CAP. VIII.

POstquam actum est de febribus simplicibus, hîc agitur de compositis: & inueniuntur quinque species febrium compositarum, quantum est de præsenti: quarum prima appellatur septena, sextena, & ita de aliis: secunda vocatur erratica: tertia vocatur epiala: quarta causonides: quinta hemitritæus. Breuiter & in summa intelligẽdum est, quòd

phlegma

phlegma & melancholia componuntur ad inuicem, & faciunt feb. compositam. Hæc autem compositio fit aliquando ex phlegmate vitreo, aliquando ex acetoso, & ita de aliis. Et secundum diuersitatem compositionum, aliquando interpolat plus, aliquando minus: affligunt igitur aliquando de sexto in sextum, aliquando de septimo in septimum, aliquando de nono in nonum. Aliquando mouetur materia de mense in mensem, aliquando de anno in annū: & quia curantur sicut suæ relatiuæ, ideo non plus dico. Erratica autem feb. causatur ex multis humoribus in diuersis locis putrefactis & aduſtis: & quando simul conueniūt, generatur feb. quartana, secundum Hippo. potissimè versus autumnum: in se autem non errant, sed quælibet sequitur motum suæ materiæ. Nobis autem videtur, propter diuersitatem suorum paroxysmorum, ad modum planetarum. Curantur autem compositæ secundum naturā suorū simplicium. Febris autem epiala causatur ex phlegmate vitreo, cuius vna pars putrefit intra vasa, & calefacit interiora: alia autē pars, quæ non est putrefacta, dissoluitur & infrigidat exteriora. Econuerso est in lipparia, vnde versus.

Feb. composita.

Feb. erratica.

Feb. epiala.

Semper in epiala calescunt interiora,
Exteriora frigent, lipparia veritur illi.

Aliqui tamen volunt quòd aliquando hæc compositio fit ex cholera, curatur autem sicut suæ simplices. Causonides autem est febris composita ex sanguine & cholera putrefactis intra vasa: & si mistio sit æqualis, appellatur causon synochus: & si cholera in plus, causon synochides: & si sanguis in plus, synochus causonides: & curatur sicut suæ relatiuæ. Hemitritæus est feb. composita ex continua, & interpolata: & compositiones possunt esse multæ valde: omnes tamen possunt reduci ad tres species tanquā ad magis notas. Causatur igitur prima species hemitritæorum ex quotidiana continua, & tertiana interpolata. Et secunda species ex tertiana continua, & quotidiana interpolata. Tertia autem species causatur ex quartana continua, & tertiana interpolata, vnde versus:

Causonides.

Hemitritæus.

Maior hemitritæus in venis phlegma recondit,
Exterius choleram medius conuertitur illi,
Pessimus humorum inest in venis, fel coquus extra.

Et quia omnes istæ species rarò accidunt, cum acci-

dunt, curantur curatione simplicium, ideo nolo plus materiam dilatare.

De hectica febre. CAP. IX.

HEctica febris continua, & vniformis, sine humoris vitio, cuius subiectum est cor, & membra solida. Intelligendum est, quòd duplex est hectica: quædam est cum feb. & quædam sine feb. & appellatur hectica senectutis, ita quòd siccitas est multùm intensa, & caliditas est æqualis, vel quasi æqualis, & frigiditas, ita quòd ista duo non multùm excedunt. Aliquando autem frigiditas, & siccitas multùm excedunt, sicut in senibus, ita etiam quòd aliquando accidit talis hectica senectutis in iuuenibus aut pueris.

Tres species feb. hecticæ. Hectica autem cum feb. habet tres species. Prima est, cum consumitur humiditas cordis, & membrorum roralis, & est similis oleo in lampade. Secunda est, cum consumitur cambium, & est simile de oleo in ellychnio. Tertia species est, cum consumitur glutinum, & est simile de humiditate substantiali ipsi ellychnio.

Causæ. Causæ autem febris hecticæ sunt omnia illa quę calefaciunt & desiccant, & inflammant cor, & membra solida: & ideo prouenit aliquando febris hectica ex febribus præcedentibus, sicut ephimera, & causone, & similibus, & potissimè quando præcipitur eis abstinentia in non suo loco, & quando aufertur potus aquæ frigidæ, vbi deberet dari: tales enim de facili consumuntur, potissimè calidi, & sicci, & extenuati, quia pingues & carnosi non de facili veniunt ad talem consumptionem. Venit & hectica sine feb. præcedente, sicut ex nimia tristitia, & angustia, & ira, & labore, & fatigatione cordis & animæ, & ex carcere, & ex omnibus illis breuiter quæ corpus extenuant. Et venit etiam propter vitia hepatis, & cordis, & pulmonis, & pectoris, sicut in phthisi & empyemate.

Signa. Signum enim feb. hecticæ est quando maior calor est in arteria, quàm in locis vicinis: quando igitur feb. est æqualis & vniformis, & nulla cadit in eo diuersitas, quantũ est de ratione sui, nec in prima die, nec secunda, nec tertia, & cutis vergit ad quandam ariditatem, tunc est signũ quòd iam est in prima specie. Prima autem species secundum Auicen. est difficilis cognitionis, & facilis curationis. Et ratio dictorum est, quoniam prima species est, vel potest esse

esse sine siccitate, sicut declarat Gal. in de differentiis feb. In secũda specie hecticæ apparet siccitas notabilis, & cum hoc quacunque hora cibatur, magis inflãmatur, & pulsus velocitatur, sicut apparet in calce viua cum aspergitur aqua. In tertia autem specie sunt oculi concaui, & cutis tensa, & vẽter adhæret dorso, & pulsus est debilis, vacuus, & durus ad modum chordæ tensæ, & vrina est sicut oleum, & si cadat super lapidem, raucè sonat. Signum autem hecticæ senectutis, est pulsus paruus & tardus, & vrina tenuis & remissa.

Prognostica.

Prima enim specie de facili curatur: tertia autem nullo modo, nisi Deus bene vellet: quoniam sicut in ellychnio est propria, & substantialis humiditas consumpta, quantumcunque olei apponatur, nunquam postea rectificabitur: ita nec in hac tertia specie, quoniam substantiales humiditates corporis & membrorum consumptę sunt, vel vicinæ consumptis. Media autem medio modo se habet, ita quòd si curatur, cum magna difficultate curatur. Quando autem vngues curuantur, tunc est in statu: quando autem capilli cadunt, iam vicinantur morti: & si venerit fluxus ventris, iam est proximus: hoc enim apertissimè deiicit virtutem eorum: quando autem tibiæ incipiunt inflari, iam vlterius viuere non potest, imò vtplurimum infra tres dies moritur. Et patientes hecticam non bene discernunt de calore, quia mala complexio diuersa facta est æqualis, & non sentitur. Et quando feb. hectica componitur cum putrida, est difficilis curationis.

Cura.

Si hectica venerit ex calefactione hepatis vel ex apostematibus & similibus, curentur illa prius. In hectica igitur competũt frigida & humida, non solum frigida aut nimis frigida, quia deficcant, sicut dicit Auicen. nec humida cum calidis, quia nimis calefacerent. & exemplificat Auic. in vino, frigida & humida simul competunt, sicut est ptisana saccarata. Et competit etiam lac, vnde extractum est butyrum. Lac igitur conuenit phthisicis secundum Gal. 10. de ingenio, dum tamen febris putrida non sit admista. vnde lac quod magis competit, est lac mulieris, postea asinæ, deinde caprarum, postea vaccarum. Lac autem quantum est possibile, sumatur ab vbere: & si non est possibile, habeatur vas plenum aqua calida, & aliud vas vacuum abluc-

Lac phthisicis conueniens.

tum

tum cum aqua cali. desuper apponatur, & ibidem colligatur, & velociter hauriatur: quia lac citissimè corrumpitur, sicut & semen. Et si timemus corruptionem lactis in stomacho, bulliat vna inundatione, & ponatur in eo modicũ aquæ, & modicum salis & mellis, & calculi fluuiales candentes, aut frustum chalybis. Et ideo propter velocem eius corruptionem cum magna cautela sumatur. Balnea etiam competunt: ponatur igitur in tina bis in die, cibo digesto in stomacho, & aqua non sit multum cal. sed parum plusquam tepida: & non sudet ibi, nec diu stet, nec inungatur donec in exitu, & subito aqua frigida vel quasi frigida aspergatur: quoniam balneum aquæ calidæ, nisi sequatur frigida, nihil valet, secundum Gal. nec aqua frigida competit, nisi calida præcesserit. Et qui ista duo, scilicet lac & balnea, diligenter fecerit, inueniet magnum iuuamentum. & animalia bonis pascuis debent nutriri vergentibus ad siccitatem, sicut diximus capitulo de phthisi. Cancri fluuiales multum competunt, sed extrema debent abiici, & residuum fortiter lauari cum lixiuio facto de cineribus vitium, donec grauitas odoris recesserit, & postea sumantur. Hordeatum, auenatum & amydum competunt, si coquantur cum lacte vaccino, butyro remoto. Mica panis tritici ablutaîn multa aqua, frigida, dulci, & postea mista cum lacte, multum valet. Pisces squamosi de aquis mundis valent. Et oua sorbilia, & brodium carnium competũt, & etiam carnes volatilium omnium vsualium, non tamen degentium in aquis, & coquantur in multa aqua cum hordeo & coriandro recenti & lactu. aut cum fructibus frigidis, sicut sunt melones, & cõsimiles. Vinũ clarũ subtile cũ multa aqua cõpetit eis. Inungatur pectus cũ isto vnguẽto, R. medullę cerui, & vituli, & butyri sine sale, axungiæ galli naecæ, axungiæ porcinæ recentis, dragaganti, gummi arabici infusorũ, olei nenuphar. olei viol. olei de cucurbitis, olei de salicibus. ana. ʒ. 1. ceræ quantũ sufficit. & fiat vnguentum. Item vtatur isto electuario. R. puluerem receptarum istorum electuariorum, scilicet diapapaueris, diadraga. frigidi, diapeni sine cinnamomo, electuarij resumptiui. an. ʒ. 2. carnium testudinum bene præparatarum lib. s. puluerisatæ receptæ tria sanda. conserue ros. & viol. ana. ʒ. 1. panis zucca. quantum sufficit, fiat electuarium. Item vtatur

isto

isto syrupo, R. iiij. se. frig. munda. & non munda. maiorum & minorum, se. papaueris albi, pinearum, pistacearum, amygda. dul. iuiubæ, sebest. caricarum, vuarum pas. mūda. ab arill. liquiri. mundæ succi eius, hordei mundi. ana. ʒ. i. florum nenuf. florum viol. ana. lib. s. panis zucca. quātum sufficit, & condiatur cum aqua fontis, & iuxta ignem lentissimum. Et si feb. putrida esset admista, possunt cum istis addi endi. scari. lactu. cichoreæ, & similia. Et quòd purgaretur parū cum cassiafistu. & similibus. In hectica autē senectutis competit lac, & mel, & brodium carnium: mel autem in hectica, cum feb. est, multùm nociuum. Si autem esset in hectica feb. fluxus ventris, detur lac coctum cum lapidibus fluuialibus candentibus iniectis, aut milio torrefacto, aut lentes excoriatæ & elixatæ, aut se. cytoniorum, aut sumach, aut myrtili. De clarificatione huius materiæ excuso me, quia aliquid diximus in lib. de differentiis feb. Gal. & supra 10. de ingenio.

De febribus pestilentialibus. CAP. X.

FEbres pestilentiales sunt illæ quæ aduenium in tempo ribus corruptis & sterilibus: cum corrumpuntur segetes, & aer, & aqua.

Intelligendum est, quòd quædam sunt ęgritudines, quæ appellantur variæ & diuersæ, quæ proueniunt ex inepta administratione sex rerum non naturalium: & istæ sunt communes omnibus, & sunt quædam ægritudines regionales, sicut phthisis, & empyema in montibus, & fluxus ventris & hydropisis in vallibus. Et in quibusdam regionibus sunt quædam arbores, quarum fructus si comedantur, generant à proprietate bocium gulæ, & in quibusdam à proprietate aquarum generatur oppilatio splenis & hepatis, & ita fœdus color. Et sunt quædam ægritudines quæ appellantur epidimiales, seu pestilentiales: & sunt illæ quæ generantur in temporibus corruptis: & omnes tales ægritudines sunt pessimæ, & malæ terminationis, propter læsionem membrorum principalium in radice. Corrumpuntur autem ipsæ causatiuè siue effectiuè à superioribus, aut ab inferioribus: quoniam licet aer & aqua & corpora simplicia non corrumpantur in naturis suis inquantum huiusmodi, corrumpuntur tamen ratione vaporum corruptorum, admistorum: & istis corruptis, corrumpuntur *Causæ.*

pũtur animalia,& segetes,& fructus,& item de aliis:& ita corrumpuntur corpora humana,quia aer corruptus vadit ad cor:& ambit totum corpus, & nutritur ex cibis & potibus corruptis. Resoluuntur igitur vapores ex virtute stellarum, & portantur à ventis ad magnam distantiam, cum strages magna fuerit in aliqua parte mundi, & secundum diuersitatem corporum, diuersæ febres generantur,in aliquibus sanguineæ, in aliquibus cholericæ, & ita de aliis, secundum diuersitatem dispositionum:& aliqui etiam nõ lædũtur,& aliqui euadunt,& aliqui moriuntur,cum agat agens secundum dispositionem materię.

Signa. Signorum quædam sunt communia, quædam febribus propria. Signa autem pestilentiæ futuræ, cum apparet stella comata, candela rotunda & assumpta:& cùm modo est calor, modo frigus, & iterum modo calor, modo frigus, siue in eodem die siue in multis. Et cum aer est caliginosus,spissus, & videtur quòd debeat pluere,& non pluit: & cum æstas est cali. & hum. & cum aues dimittunt nidos & ouà: & cum reptilia multa apparent supra terram: ista quippe sunt signa epidimiæ futurę. Propria autem signa in febribus,scilicet quòd feb.sit pestilentialis, est quòd calor est lentus extra & intus fortis,cum siti & ariditate linguę & cum malitia tolerandi ægritudinem,& difficilis anhelitus,& dolor præcordiorũ, & fœtor omniũ eorũ quæ egrediũtur à corpore,sicut est anhelitus,sudor,egestio & vrina.

Propria signa febr.pestilentiæ.

Prognostica. Omnes sunt malæ terminationis, & cum terribilibus accidentibus,& fraudulentis, ad quas cõsueuerunt sequi variolę & morbilli,& ægritudines venenosæ,& vtplurimum deludunt medicos:quoniam vrinæ videntur laudabiles & hypostaseatæ,& non ex materia morbi,sed cibi:quia natura non audet morbum inuadere propter malitiam morbi eius:& cum expectatur crisis ad bonum, tunc venit mors. Aduertamus igitur diligẽter, quòd acutorum morborum non omnino certæ pronuntiationes fiunt neque vitæ neq; mortis.

Cura. Præseruari possumus à pestilentia, si tempus est frigidum,odorando muscum,& lignum aloes,& gariofi.& styracem,calamitã,& ambrã,& similia aromatica, seu comedendo,seu odorãdo. Et si tempus est calidum, fiat cũ aromaticis frigidis,sicut sandali & rosæ & camphora, & aceto-

stras

tositas citri. Curatio autem potest talis esse in feb. quia rectificatur aer iuxta temporum naturas, infrigidando in æstate cum follis salicis, & cannarum, & vitis albæ, & cucurbitarum, & cum multitudine aquæ frigidæ, & aceti, & aquæ ros. & similibus. Odoret igitur camphoram, rosas, sandalos, & nenuphar. omnia acetosa competunt, sicut est lac acetosum, & herba acetosa, & mala grana. & succus vuæ acerbæ, & acetositas citri, & limonum, & citrang. & acetum. Et vitetur vniuersaliter repletio cibi & potus & in tempore pestilentiali coitus vniuersaliter debet vitari. Si autem ægritudo fuerit sanguinea, fiat phlebotomia cum conuenientia aliorum particularium. Et si cholerica, digeratur materia, & euacuetur sicut decet, & ita de aliis. Potest igitur fieri talis syru. R. succi bora. succi bugloss æ, succi scario. ana. ℔. s. ros. florum nenu. ana ʒ. j. sandal. musc atell. ʒ. ij. campho. ʒ. j. aceti al. ʒ. iiij. conficiantur omnia cum aqua ros. optima, panis zucc. ℔. j. fiant syru. quartaria quinque & clarificentur. Item vtatur isto electuario, R. zuc. ros tria san. diadrag. frig. ana ʒ. iiij. pannorum auri puri. xx. magarit. hyacinthorum, ossis de corde cerui. ana ʒ. j. misceantur. Si autem infrigidarentur extrema, fiant fricationes fortes in extremitatibus, incipiendo ab interioribus, & trahendo versus exteriora: & si esset debilitas appetitus, conferretur cum aromaticis & acetosis. Clarificatio habet locum in primo regiminis acutorũ.

De sudore. CAP. XI.

SVdor est vapor humidus ab interioribus corporis resolutus, & iuxta corporis superficiem condensatus.

Causa sudoris, est omne illud, quod materiam resoluit in vaporem: & pro tanto intelligendum, quòd duplex est vapor: quidam siccus, & iste est materia capillorum, sicut dicetur inferius: & est alter humidus, & est materia sudoris. Et ideo sudor prouenit aliquando ab exterioribus, sicut est calor Solis aut ignis, aut ex vento meridionali, aut labore nimio, siue animali, siue corporali, aut propter nimias cooperturas, aut propter balnea, aut similia. Aliquãdo prouenit ab interioribus, ratione caloris dissoluẽtis. Et ex hoc elicitur, quòd quidam est sudor naturalis, & est ille qui fit ex bonitate virtutis regitiuæ, qui est semper cum aliquatione, & bona tolerantia. Et est sudor innaturalis, qui *Causa*

fit

à re non naturali cum aggrauatione,& mala tolerantia.

Signorum quædam sumuntur à parte quantitatis, & quædam à parte suæ qualitatis: à parte quantitatis quidam est multus, & quidam paruus: multus sudor fit vel à parte efficientis resoluentis fortiter: vel quia materia multa,aquosa,subtilis,calida,vaporosa, humida: vel quia pori rari: vel quia contentiua debilis, & expulsiua fortis. Paruus sudor prouenit, aut quia resoluens est debile, aut materia pauca, & pori densi,& contentiua fortis,& expulsiua debilis. Et ita veniemus in naturam sudoris ex parte suæ quantitatis. Et ita veniemus etiam in cognitionem ex parte suæ qualitatis, & hoc multipliciter. A parte coloris,primo,quia si panni intincti in sudore vergant ad rubedinem,signum sanguinis est: si ad citrinitatem, signum est cholerę: si ad albedinem,signum est phlegmatis: si ad nigredinem vel liuorem,signum est melancholiæ. Et sumitur signum ex odore, quia grauis & fœtidus significant corruptionem. Et sumitur ex sapore, quia aliquando cadit vna gutta mollis, & proprerea sentit dulcedinem, & ita supra sanguinem: & aliquando sentit amaritudinem, & ita supra choleram: & aliquando salsedinem, & ita supra phlegma salsum,& ita de aliis.

Prognostica. Omnis sudor qui venit post signum digestionis in die critica,& fit in toto corpore, & cum alleuiatione, bonus: & si quæcunque istarum conditionum deficiat, semper malus, & ideo in principio morbi semper malus, quia materia non est digesta: venit igitur vi symptomatis, non vi naturæ, iuxta illud, Nulla secundum naturam in principio bona est euacuatio. Debet igitur apparere post signa completæ digestionis,& hoc est in fine status. Et ideo in aliquo tempore morbi non est salubris, nisi in fine status: quia in declinatione virtutem deiicit: quoniam crisis non fit in declinatione, sed in nequiore horarum, si fuerit crisis vera cum omnibus suis conditionibus, quòd sit scilicet certa, salua, completa & indicata. Secunda conditio etiam est necessaria, quòd sit in die critica: quoniam in omni bona crisi secundum Gal. concurrit radix superior,& ideo oportet quòd sit in die critica, vbi natura expectauit beneficium orbis, quoniam crisis fit semper in fine quadræ aut semiquadræ: & si ista non sint quo ad lunam, sunt tamen

quantum

quantum ad signum zodiaci. Tertia conditio est necessaria, quòd sit in toto corpore, quia ex hoc fortitudo virtutis significatur potens expellere ad omnes diametros: & ideo si in vna parte tantum fuerit, debilitas virtutis significatur, siue fuerit calidus, siue frigidus, siue intercisus, siue continuus. Et ideo sudor calidus in capite tantum in febribus continuis malum, & frigidus mortem significat, si febris sit acuta: si lenta, prolixitatem ægritudinis significat. Sudor autem consurgit plus ex loco vbi est minera, iuxta illud, Vbi sudor, ibi est ægritudo. sudor qui modo venit, & modo non, est malus: sudor cum debilitate pulsus, est malus. Quarta etiam conditio est necessaria, scilicet quòd sit cum alleuiatione: quoniam dato quòd omnia particularia conueniant, & patiens non poterit tolerare, sudor esset malus: & ideo sudor vniuersaliter cum debilitate virtutis est malus. Breuiter igitur de sudore per hunc modũ poterimus prognosticare. Aut enim intendimus sudorem prouocare aut auferre: si auferre, tunc intelligendum, quòd nulla euacuatio naturalis, siue innaturalis debet auferri vsque versus tertiam diem, si virtus possit tolerare: timendum enim esset, quòd iret ad cor & membra nobilia: paulatinè igitur abscindatur: remoueantur igitur panni, & euentetur cum flabellis, & citò desinet: aut aspergatur aqua frigida in facie, aut aceto & aqua rosa: aut inungatur pectus cum oleis frigidis: sicut oleum rosa. & salicis, & nenufaris, & similium: aut emplastretur cum sandalis & camphora, & similibus. Et videtur mihi, quòd facile sit auferre sudorem solum cum flabellis, nisi fortè esset syncopalis, & tunc oportet fugere. Si autem volumus prouocare, aut est febr. aut non: si non est febr. inungatur cum arogon, marciaton, agrippa, & dialthea, & fiat stupha, & cooperimenta, & ignis, & similia. Si cum febr. accipe chamomillam, & melilotum, & semina frigida, & ponantur in sacculo, deinde in aqua cal. & exprimantur, & lateribus applicentur: aut fiat suffumigatio cum his: aut vesica ænea plena aqua calida, in extremis apponatur, & similia. Intelligendum est, quòd postquam de febre sub quodam compendio terminatum est, & feb. plurimum terminatur per sudorem. ideo vt nos sciremus quis sudor vtilis, capitulum de sudore fuit hîc

Cura.

Clarificatio.

appositum, Et ideo intelligendum autoritate Dioclis, sicut narrat Galen. supra illum aphorism. Ventres hyeme & vere. Quia omnis sudor est præter naturam, aut ex parte efficientis, aut ex parte materiæ, aut alicuius particularis. Si enim virtus esset fortis, & materia obediens, & pori, & aër, & alia particularia in debita proportione, aut euaporaret materiam insensibiliter: quòd igitur apparet sudor aliquis, repugnat resolutioni insensibiliter: & ideo omnis sudor aliquo modo præter naturam videtur: nihilominus eum comparando ad morbum, quia virtus prævalet, & purgatur materia morbi, & alleuiatur passio, ideo dicitur naturalis, & bonus. Alter est innaturalis & symptomaticus, & ideo malus, sicut præcedens bonus. Secundo intelligendum, quòd sudor materialiter ex secunda prouenit digestione, effectiuè autem ex tertia, quoniam vapores contenti in porositatibus membrorum expelluntur, & ita sudor potest esse superfluitas secundæ & tertiæ digestionis, iuxta diuersos modos loquendi & intelligendi. Tertio intelligendum, quòd si sudor veniat ex causis intrinsecis, communiter & vt plurimum magis venit in nocte, & magis in hyeme, & magis dormiendo. Si autem ex causis extrinsecis, magis veniet in vigiliis, & in æstate, & in die. De pinguibus & macilentis est intelligendum quòd pingues magis sudant, nisi humorum grossities, & pororum densitas impediat, & etiam magis venit in anteriori parte corporis, quàm posteriori, cum pars illa sit calidior & rarior, & magis in motu, quàm in quiete. Quarto notandum, quòd si medicus videat versus finem status naturam negligentem & sopitam, & non potentem expellere per sudorem, quod tunc est sudor prouocandus cum temperamento: excitanda igitur est natura, cum medicus sit minister eius. Quinto notandum, quòd in continuis sudor est maior, quàm in interpolatis, considerando vnicum sudorem tantum: sed si consideremus sudorem omnium periodorum, maior est in interpolatis: quia hîc pluries, alibi autem non. Sexto aduertendum, quòd si volumus prouocare sudorem, abstergamus sudorem. & ita præcipiebat Galen. quoniam quando sudor moratur, & non abstergitur, oppilat poros & claudit, & ita temperata absterso sudoris sine euentatione prouocat sudorem. Sanies autem

semper

semper debet abstergi, quia membra corrumperet.

De variolis, seu pustulis, quæ dicuntur Græcè exanthemata.

CAPVT XII.

VAriolę & morbilli sunt quasi quędam apostemata seu pustulæ paruæ ferè supra totam carnem apparentia, de genere infectionum, & corruptionis sanguinis & humorum: ita quòd variola generatur magis de sanguine, & morbillus magis de cholera.

Ista passio generatur ex sanguine menstruo retento in porositatibus membrorum fœtus: & natura fortificata expellit, & mundificat corpus in infantia, aut pueritia, aut adolescentia: rarò autem in iuuentute, rarissimè autem in sene etute, & iste modus euacuandi est communis omnibus. Accidentaliter autem venit ex aliis causis, vt si aliquis esset generatus in tempore menstruorum, & iste modus est valde malus: quia tales sic generati, rarò effugiunt lepram aut aliquam terribilem ægritudinem. Generatur etiam ista passio ex malo regimine, & potissimè cum vtuntur cibis de facili, & cito corruptibilibus, sicut est lac, & pisces in eadem mensa, & potissimè cal. & hum. negligentibus phlebotomiam. Quarto generatur ista passio in temporibus corruptis, & pestilentialibus. Quinto consueuit sequi malas crises febr. sanguineæ. Quinque igitur possunt esse causæ, & quatuor sunt eius species: quoniam quædam sunt de sanguine, quædam de cholera, & quædam de melancholia, quædam de phlegmate. *Causæ.*

Signorum quædam sunt quæ prædicant variolas futuras, sicut est pruritus narium, apparitio lampadum, timor in somno, rubedo in facie, punctio veniens in toto corpore: & cum incipiunt apparere, sunt sicut capita acuum, aut sicut granum milij, aut sicut caput formicæ: deinde incipiunt multiplicari & magnificari, deinde faciunt crustam & saniem, deinde desiccantur & cadunt. Et si fuerint ex sanguine, vergent ad rubedinem: & si ex chol. ad citrinitatem: & ex phlegmate, ad albedinem: & si ex melancholia, ad quandam fuscedinem & terrestreitatem. *Signa.*

Si fuerint paucæ, & cito apparentes, & quod cito maturarentur, signum est bonæ crisis: quia quasi per modum crisis eueniunt. Si autem vergant ad colorem viol. aut liuidum, aut viridem, aut nigrum, omnes pessimę & morta- *Prognostic.*

les. Si autem appareat sanies fœtulenta, mortale. Si modo appareant, & modo occultentur, pessimum est. Si autem fuerit difficultas anhelitus, pessimum: si autem fuerit cum debilitate anhelitus, & alleuiatione febr. bonum est. Si autem in variolis febr. fuerit fortis, & angustia magna, & sitis vehemẽs, & virtus debilis, & anhelitus constrictus, signum est mortis proximæ: vt plurimum enim moriuntur suffocati. Si supervenerit syncopis, pessimum est. Et si vrina fuerit nigra aut viridis, ista sunt pessima & mortalia: fluxus enim ventris in variolis est malus.

Curatio. In primis si corpus est plethoricum, aut si sanguis dominatur, aut virtus est fortis, fiat phlebotomia de mediana, postea de summitate nasi. Cauendum est in hoc morbo, quòd non ponantur repercussiua, quia materia repercuteretur ad membra nobilia, nisi in oculis, propter nobilitatem eorum. Secundo verò aduertendum, quòd cum oleis non inungantur. Tertio, quia frigida ab extra non applicentur: nec aër sit ita frigidus, quòd pori possint claudi: nec detur aqua frigida: & caueantur ea quæ infrigidata sunt in niue, aut in puteo. Omnia acetosa videntur competere secundum Auic. & pro tanto competit succus acetosæ, succus mali granati, & succus vuæ acerbæ, & succus citrangulorum, & succus omnium fructuum acetosorum, & competit coriandrum, & nenufar, & camphora, & sandali, & similia. Cibus eorum sit hordeatum, auenatum, amydum, vua passa munda, caricæ, iuiubæ, sebesten, lentes coctæ in duabus aquis, & postea coquãtur in alia aqua. Si igitur fuerit materia sanguinea, digeratur materia cum oxysaccara in plus, & syrupo viol. in minus, & syrupo de fumo terræ. Et si cholerica, cum syru. viol. in plus, & oxysaccara in minus, & syrupo de fumo ter. Et si materia fuerit phlegmatica, cum oxysaccara composita, & syr. de fumo terræ. Et si materia fuerit melancholica, cum oxymell. diure. & syrupo de borag. & fumo ter. Et aduertendum in laxatiuis & mundificatiuis, quòd sint multum debilia, si exhibeantur: quia ista ægritudo libenter concordat cum fluxu ventris, & hoc est quod multum abhorremus: deinde inuoluatur totum corpus in panno rub. Deinde fiant ista, vt trahatur materia ad exteriora. R. apij, fœnic. ana fasciculum j. decoquantur in aqua cum lenticulis multis; & cum tepidum

dum fuerit, linteamen intingatur in illa aqua, & exprimatur, & patiens inuoluatur. Cum verò maturantur, perforentur cum acu de auro, deinde totũ corpus isto puluere aspergatur. R. farinæ fabarum, cicerum, lentium, lupinorum, orobi, lithargyri, ceruſæ, aloë, fiat pul. iſte enim puluis desiccat & cicatrizat, & carnem regenerat, & ſi fieret culcitra ex iſtis pulueribus, bonum eſſet. Ad cuſtodiam oculorum. R. coriand. ſumach, aquæ roſa. albuminis ouorum, fiat collyrium, & frequenter oculis inſtilletur. Ad cuſtodiam narium inungatur cum agreſta, & aceto, & aqua roſa. Ad cuſtodiam gutturis, gargarizetur frequenter vinum mororum cum aqua hordei cal. Ad cuſtodiam pulmonis vtatur diapapa. Ad cuſtodiam inteſtinorum, vtatur trochiſcis factis de ſumach, & corian. & ſpondio conditis cũ ſucco acetoſæ. Ad remouendum mala veſtigia, quæ in facie poſt variolas remanſerunt. R. lithargyri, ceruſæ lotę, cathimiæ lotę, pulueris cannarum aduſtarum, pulueris conchularum marinarum, & cum oleo de lilio, & cera quantum ſufficit, fiat vnguentum.

Si dubitaret aliquis de caricis, quomodo competunt, poſtquam vergũt ad ca. & humi. Dico medicamen bonum conſueuit fieri de caricis, & de dragagantho infuſo, lacca & ſem. fœni. & croco, & lentibus excoriatis, iſtis ſimul coctis, & tritis, & ſimul piſtatis & confectis. Iſtud enim medicamen valet in principio, & confortat virtutem, & facit ad expulſionem: ibi enim ſunt caricæ & dragaganthum propter pectus alleuiandum, ad præcauendum ſtricturam pectoris, quæ libenter venit in iſta paſſione, & ibi ponatur ſem. fœni. ad aperiendum & ſubtiliandum, & lacca ad remouendum oppilationem hepatis, & croceus ad confortandum cor. Et propter hoc vetulæ ex quodam inſtinctu naturæ quotidie dant in tali caſu aquam, vbi eſt crocus, & lentes, ad confortandum inteſtina. Patet igitur quòd talis miſtio eſt vtilis. Valent igitur caricę propter vias anhelitus conſeruandas, & ad multa alia. Secundo poſſet aliquis dubitare, quare non competit fluxus ventris, poſtquàm per illas partes fit fluxus criticus, & cũ hoc illa membra ſunt apta ad recipiendum ſuperfluitates. Dico quòd fluxus ventris non competit in variolis, poſtquam manifeſtè apparent, & potiſſimè ſi fiat à natura: cuius ratio eſt,

Clarificatio.

quoniam postquam natura incipit hanc materiam venenosam expellere ad exteriora, si postea reuerteretur ad interiora, timendum esset quòd hoc esset vi symptomatis, & ita esset timendum, quòd iret hæc materia venenosa ad aliquod membrum nobile. Præterea ex alio ista materia est acuta & pungitiua, & esset timendum de excoriatione intestinorum: igitur fluxus ventris prohibeatur quantum erit possibile. Tertio intelligendum, quòd variolæ fiunt magis cùm sang. purus recipit ebullitionem: & si sang. cholericus ebulliat, vocantur magis morbilli, & sunt minoris quantitatis & minoris acuminis: & si sang. cum phlegmate, erunt variolæ phlegmaticæ, & ita de melancholia.

Quarto intelligendum, quòd ex parte purioris sanguinis nutritur fœtus, & quædam pars impura, & immunda remanet in porositatibus membrorum, & hæc est materia variolæ. Quinto notandum, quòd ad hoc, vt variolæ generentur, oportet duo concurrere, scilicet ebullitionem, & fortitudinem caloris impellentis: & propter hoc non generantur in matrice, quia membrum frigidum est, nisi esset per accidens, & sequeretur morbos sanguineos, nec in fœtu existente in vtero, nec statim post vterum, sed pòst cum calor incipit vigorari, & confortari. Sexto aduertèdum, quòd variolę & morbillus possunt generari in membris interioribus, sicut in pulmone, & intestinis, & similibus, sicut dicit Auicen. & est valde malum, quia debilitas virtutis expulsiuæ significatur. Septimo considerandum quòd ista passio magis generatur in vere, & quia sang. magis abundat, & quia virtus fortior est. Secundo in autumno ratione corruptionis: in æstate autem minus, quia materia exhalat: & in hyeme longè minus, quia pori sunt clausi.

Quo tempore sectio vene conueniat in variolis, idque in adultis.

Octauo intelligendum, quòd in variolis postquam manifestè apparent, & expansæ sunt per totum, non competit phlebotomia: quia tunc attraheretur materia ab exterioribus ad interiora. Sed quando materia adhuc est in interioribus, tunc bene competit, & hoc est in principio: & ista videtur fuisse intentio Auicennæ.

De venenis. CAP. XIII.

VEnenum est materia subtilis, aquosa, horribilissimæ qualitatis à tota substantia permutans corpus humanum. Intelligendum est secundum intentionem Auicen. quòd

Causa.

quòd eorum quæ ingrediuntur corpus humanũ, quædam sunt quæ agunt ex parte materiæ, sicut est cibus: & quædam sunt quæ agunt ex parte qualitatum, & hoc est medicina: & quædam sunt quæ agunt à tota substantia, & illius totius substantiæ quædam sunt quæ habent aspectum beniuolum, conseruatiuum, sicut peonia, aurum, & similia: & quædam sunt quæ habent aspectum maliuolum, corruptiuum & destructiuum, sicut habent venena vniuersaliter, & ideo quod transmutat corpus humanum & non transmutatur, venenum est: causa igitur quare venenum interficit est contrarietas pernecabilis totius substantiæ ad corpus humanum. Et venenorum quædam interficiunt ridere faciendo, sicut crocus ratione suæ quantitatis, quæ determinata est ad hoc, & ideo postquam interficit, dignè ponatur sub genere venenorum. Et quædam sunt quæ interficiunt oppilando, sicut plumbum: & quædam mortificando, sicut opium: & quædam calefaciendo, sicut euphorbiũ: & quædam corrodendo, sicut cantharides: & quædam putrefaciendo, sicut vermis pini. Et quædam à tota substantia, sicut napellus, quam totam substantiam aliqui appellant formam substantialem rei, per quam res est id quod est: aliqui appellant virtutem orbis, aliqui appellãt totam substantiam illam proportionem, & harmoniam secundarum qualitatum, quæ resultat ex vnione formæ cum materia. Auerroes tamen dicit super cantica Aui. quòd naturales defecerunt in inuestigatione totius substantiæ, nec est in via omnino sicut ipse dixit. Signum quòd aliquis sumpsit venenum, est cum aliquis sentit saporem horribilem, aut odorem, aut mordicationem, aut arsuram, aut fluxum saliuæ, aut permutationem colorum, modo apparet vnus, modo alter, nausea & inquietudo. Et si sumpsit venenũ frigidum, patitur stuporem: & si calidũ, arsuram & inflammationẽ: & si euomat, cognoscitur in colore: si est ceruſa, vertit ad albedinẽ: si opium, odorẽ horribilem: & ita de aliis iuxta naturam venenorũ, quod esset nimis longum enarrare. Ista enim sunt signa mortalia in istis qui sumpserunt venenũ, cum occultatur pupilla, & sola alba oculorũ apparent, & tumor faciei & gulæ, & mutatio coloris in liuorem & nigredinem & viriditatẽ, nigredo linguæ, & exitus eius, & multitudo saliuæ, dolor præcordiorũ, spasmus,

Crocus in genere venenorum.

Signa.

Prognostica.

& syncope, ista inquam mortem significant in ianuis.

Præseruatur aliquis à veneno, quoniam aut ipse est cum domesticis, aut cum aliis: si cum domesticis, si suspectos habet, diligentissimè cauere debet: quoniam secundum Sallustium, vbi maior amicitia, ibi maior copia fallendi erit.

Cura. Non comedat igitur nec bibat aliquid subitò, sed diu in ore tenendo: quoniam venenum est tantæ horribilitatis, q̃ non poterit esse, quin cognoscat, & percipiat per gustum, per odoratum: & ideo caueat omnia vehementer dulcia, & acuta, acetosa & salsa. Non sit igitur famelicus, nec auidè sumat cibum suum. Si autẽ sit inuitatus ad alienã mensam, & habeat illam suspectã, antè quàm vadat, sumat nuces, aut auellanas, aut ficus, aut rutam, aut mithridatũ. Et si senserit mordicationem & arsuram statim surgat omni verecundia post posita, & euomat quantum poterit, & faciat clysteria & phlebotomiá & balnea: in fine enim accipiat theriacam: quoniã theriaca si sumatur ante venenũ, confortat cor, & expellit venenum: & si pòst, confortat cor, & trahit venenũ & expellit. Et ideo quocũq; modo sumatur valet, nec istæ sunt operationes contrariæ respectu finis: vtrunq; enim est salutare, siue faciat hoc, modò attrahẽdo, modò pellendo, modò vtrũq; faciendo: natura enim potuit dare duas virtutes contrarias simul, & quãlibet per se dare gratia finis: sicut virtus attractiua, quæ attrahit contraria, vna & eadẽ, & quælibet per se gratia finis: attrahit enim cibũ tempore sanitatis, & medicamen tẽpore ægritudinis. Forma igitur theriacę post fermentationem simpliciũ vna est adiutorio naturæ, & regimine eius, potest contraria facere per se, vnũ tamen est gratia finis &c. liberare, saluare.

Præcautio ab intoxicatione.

Medicinæ igitur quæ valent contra venenum, sunt multæ, sicut est arist. gentia. saluia, ruta, baccæ lauri, tormentilla, & herba tunici, quæ appellatur apud Dioscoridem, palamenon. Autores enim quos vidimus non faciunt mentionem de istis duabus vltimis: experimentum tamen verè certificat quòd summè valent contra venenum, non sicut dixerunt aliqui de smaragdo.

Et tamen cauendum est, quòd aliquis incusetur sine culpa: quia aliquando accidit, quòd araneæ & scorpiones, & similia animalia venenosa ceciderunt in ollam, aut scutellam, aut in pastam, aut in dolium, aut in vas vbi est vinum:

hoc

hoc enim potest fieri propter immunditiam locorum, aut quia cibus fuit absconsus in nemore, aut inter paleas, aut inter loca subterranea, & multa consimilia: quæ obliuioni tradere non debemus, & vt caueamus, & vt alios iniustè non accusemus. Curatio potest esse, quòd immediatè cũ sentit nocumentum, euomat cum oleo sisamino & similibus, & quòd accipiat lac & butyrum, & cibum multum, & postea euomat: & dato quòd non euomeret, adhuc est bonum: & si venenum descendat, fiant clysteria, & sumat bolum armenicum cum vino, & fricetur totum corpus, & caueat sibi à somno modis omnibus quibus poterit. Et si considerat quòd venenum sit frigidum, sumat allia: & si calidum, sumat coriandrum & camphoram: & si fuerit de illis quæ interficiunt à tota specie, sumat theriacam, agaricum, & se. rutæ, & pulpam colocynth. & se. iuniperi, & serapinum, & castoreum, sunt enim medicinæ bonæ contra venenum, quoniam faciunt euomere, & ducunt per secessum, & valent à virtute specifica. Intelligendum, quòd si os abluatur cum aqua frigida, aut etiam si potetur, valet ad discernendum qualitates venenorum, pro tanto, quia aqua sine sapore est. Si lingua esset infecta aliquo sapore, aliquando non posset bene discernere: vt igitur lingua & os, & stomachus mundificentur, & quòd ista aliquo sapore non sint infecta, bonum esset sumere aquam frigidam.

Curatio.

Qui venenum hauserunt, caueant vehementer à somno.

Clarificatio.

Sciendum quòd auellanæ, & similia vnctuosa, competunt, quia oppilant, & ita valet terra sigillata. In principio enim ista non permittunt qualitatẽ veneni venire ad cor. Lac etiam potest competere, licet de facili corrumpatur, propter hoc vt euomatur, & quia reprimit malitiã veneni.

Secundo intelligendum, quòd non omne calidum in quarto est venenum, sicut apparet in alliis, & pipere, & similibus: nisi cum hæc habeant aspectum inimicitiæ, sicut euphorbium: & cum omnia frigida in quarto sint venena, quoniam frigiditas non ita conuenit cum corpore humano, sicut caliditas, nec ficca & humida per se possunt esse venena, quoniam sunt qualitates passiuæ, & venenum est multum actiuum.

Non omne cal. in 4. gr. est venen.

Tertio notandum, quòd cum venena sunt quædam, quæ interficiunt à tota substantia, & quædam à qualitatibus sunt rectificabiliora, & iuxta hoc de venenis calidis & fri-

gidis, quę sunt peiora: Dico quo ad penetrationem, peiora sunt calida: sed postquam venerunt ad cor, frigida sunt peiora, tanquam vitæ principiis magis resistentia.

Quarto intelligendum, quòd habens cor calidum, citius interficitur à veneno, quàm habens cor frigidum: quoniam habens cor calidum, habet venas latas & meatus latos: & cum venenum à tota specie penetrat cor, ideo facilius penetrat per meatus latos. Nunc autem habens cor frigidum, habet meatus strictos, & ideo diu moratur in via, & tunc alteratur & digeritur: & propter hoc turdi nutriuntur ex elleboro, & consimilia animalia, & ex quibusdam aliis venenis: quoniam habent meatus strictos, & stant in tanto tempore, donec sit digestum. In homine autem meatus sunt lati, & ideo ex eisdem venenis citò moriuntur, habentes cor cal. licet virtus sit fortior, moriũtur, & quia venenum attrahit ratione caliditatis, & quia penetrat ratione amplitudinis meatuum. Quinto notandum, quòd licet omnis operatio procedat à complexione, non tamen propter hoc venenum quod interficit à tota substantia, operatur mediante complexione: quoniam à complexione bene procedit operatio vel immediatè vel mediatè: attamen venenum quod interficit à tota substantia, in sui generatione ratione suæ commistionis, vel ex qualitatibus elementalibus, vel ex aliquo aspectu orbis, acquirit virtutem occultam, per quam operatur. In cognitionem autem huius non possumus deuenire, nisi per viam experimenti, secundum Gal. 5. de simplici medicina. Et intelligendum, quòd venenum quod interficit à tota substantia, potest esse cibus, & hoc si continuetur, & in paruissima quantitate sumatur: sicut patet de puella, quæ habitantes cum ea interficiebat: attamen illud nutrimentum non erat bonum nec conueniens, nec ab omni parte verè transubstantiatum, & semper retinebat malas qualitates, & hoc patet, quoniam gallinæ fugiebant sputum eius. Nutritur igitur corpus humanum & veneno, sicut famelicus nutritur. Et iuxta hoc intelligendum, quòd medicinæ liberantes à venenis, secundum Gal. Auerro. libro suo de theriaca, sunt mediæ inter medicinas, & propter hoc valet theriaca, in qua laborauit Andromachus. Theriaca tamen non competit in corporibus temperatis, nec in quibuscunque

cunque lapsis, sed in magnis, & non in quibuscunque magnis, sed in illis qui proueniunt ex phlegmate, & melanc. in san. & cho. non, nisi vehementer exirent terminum naturalem, & in istis, & in omnibus cum magna cautela. in febribus etiam non competit. Ista sunt verba Auerrois libro suo de theriaca.

De morsu serpentum, & aliorum venenosorum.

CAP. XIIII.

MOrsus est solutio continuitatis facta ab aliquo animali venenoso, sicut sunt serpentes, araneæ, scorpiones, vespæ, & similia animalia venenosa apud nos habitantia. Intelligendum, quòd homines mordetur à serpentibus gratia loci, aut gratia temporis, aut quia excitantur, & tunc serpentes ruunt furiosè in homines, & mordent & vulnerant. Aduertendum tamen est, quòd serpentes sunt diuersarum specierum & modorum, secundum diuersitates regionum, sicut patet habitantibus in Hierico, & in climatibus calidis: quoniam quidam vocantur tyri, ex quibus conficitur theriaca: & quidam vocantur dracones, & quidam aspides, & quidam basiliscus, & hoc genus est peius inter omnia animalia, quia visu & tactu interficit, & aues volantes, aut plantas quæ iuxta cauernam sunt. Nos autem non habemus tales diuersitates serpentum. Diuersificantur igitur serpentes secundum alium modum serpentum; quidam sunt masculi, & isti sunt deteriores quàm fœminæ, & quidam sunt de locis siccis, & isti sunt deteriores quàm de locis humidis: & quidam sunt iuuenes, & isti sunt deteriores quàm senes: & quidam sunt famelici, & isti sunt deteriores quàm satiati: & quidam sunt in æstate, & isti sunt peiores quàm in aliis temporibus: & quidam sunt commoti & iritati, & isti sunt deteriores quàm quieti: aliquo igitur accidente superueniente, mordent homines, & venenant. Signa sunt satis manifesta, aut esset bene insensibilis: est ergo in loco dolor, mordicatio, & inflatio, & mutatur color: modo in albedinē, quādo calor reuertitur ad interiora: modo ad viriditatē, & liuorē, & nigreditatē, quādo ad exteriora mouetur, & est ibi calor vehemens & arsura, quia serpentes sunt calidi, sicut dicit Auic. vomitus, ventris torsio, & stranguria. Cum apparet sudor frigidus, & frigiditas extremitatū, & stupor, & spasmus, & syncopis, & col

Causa.

Tyros vipe-ras vocat corruptæ-ce generis vipis.

Ex his omnibus theriaca.

Signa.

Prognostica.

& color corporis mutatur in viriditatem & liuorem & nigredinem, tunc iam mors quiescit, & sedet supra pedes, ac mors incipit à pedibus secundùm Gal. in prognosticis.

Cura. In primis ligentur extrema ligationibus fortibus & dolorosis. Secundo accipiatur gallus, & deplumetur anus, & ponatur supra locũ morsuræ: & si gallus moriatur, bonum, quoniam signum est quòd venenum attractum est ad exteriora, & ideo multi applicentur vel gallinæ. Tertio accipiatur spongia, vel lana, vel aliquid consimile, & ponatur in aqua cal. & exprimatur, & ponatur supra locum morsuræ, & hoc fiat multis vicibus. Quarto si ex his non curetur, ponatur ventosa supra locum morsuræ, & cum scarificatione, si necessarium fuerit. Quinto emplastretur locus cum theriaca. Sexto emplastretur cum emplastro facto ex his, scilicet galbano, serapino, myrrha, asa, opopanaco, pipere, sulfure, temperatis in vino & mistis. Septimo accipiantur frondes maligranati, & pistentur cum ficubus & desuper apponantur. Octauo vtatur ista potione, R. malum granatum & summitates eius, coriandrum, & fol. eius, gentianam, & turbith, hæc omnia decoquantur in aqua, & sumatur. Nono habeatur persona vilis, vt fugat fortiter locum morsuræ: caueat sibi tamen quòd stomachus sit repletus vino, alliis, ruta, ac nucibus, ficubus: & etiam abluat os frequenter cum vino & oleo. Decimo & vltimo, si non habemus aliam viam, & membrum est paruum, ab-

Clarificatio. scindatur. Notandum est hîc, quoniam licet serpentes sint calidi, & venenum calidissimum, nihilominus potest inducere sudorem frigidum, & congelare san. cordis, mortificando calorem naturalem, & corrumpendo virtutem cordis & mẽbrorũ principaliũ, & propter hoc valet theriaca, quia calefacit & subtiliat, & calorẽ naturalẽ cõfortat, & qualitates veneni reprimit, & ipsum exterius substantialiter expellit. Secundo posset aliquis dubitare de serpentibus, quòd non essent calidi, quia accumbũt in antris in hyeme sine sensu, & motu: quomodo igitur erit venenum calidum postquam serpentes sunt frigidi? Dico quòd serpentes sunt cali. quod declarat motus & furia, & sunt tantæ raritatis, quòd frigiditas penetrat ad interiora, & ideo stant quasi mortui. Et posito quòd serpentes essent frigidi, tamen venenum posset esse calidum, sicut patet in

apib

apibus, quæ sunt frigidæ naturæ, & sanguine carent, & tamen venenum est calidum: & sicut venenum serpentum est calidū, ita venenū scorpionum est frigidissimū, secundum Gal. Tertio intelligendū, vt superius dictum est, quoniam theriaca valet contra venenū, trahendo & expellēdo: siue sumatur antè, siue pòst, siue intus, siue extra. Quarto aduertendum, quod aliquibus videtur, quòd theriaca non operetur à tota substantia, quoniam illam dat natura, & theriaca conficitur ab arte. Dico, quòd quædam sunt quæ natura dat materialia, & ars præparat & disponit, & vltimè natura complet, vt in vino & blado & theriaca, & ita versus 5. annos suæ confectionis, vel circiter habet formā perfectam, quam acquisiuit ex fermētatione mistibilium, per quam operatur & contra venena calida & frigida: quatuor tamen ætates habet, sicut & homines. Quinto notandum, sicut dictum est superius, quoniam licet venenum nutriat à parte materiæ, & conuertatur ad naturam corporis, nihilominus in porositatibus membrorum remanet quædā mala qualitas, quæ magis agit in corpus, quàm agatur à corpore, & per istam agit, & per hunc modum etiam alterantur syrupi &c. Mirabile videtur de basiliſco, quòd interficiat solo visu, cum simus intus susceipientes, & nihil extra emittētes. Et mirabilius est quòd si respiciat se in speculo, moriatur, cum suum venenū sit sibi amicabile. Et adhuc est mirabilius, cum homo sit tēperatus & digestiua procedant vlterius semper rectificādo, quomodo saliua hominis ieiuni, cum sit superfluitas iij. digestionis, possit esse venenum. Dico quòd quo ad receptionem specierū, sumus intus recipientes: nihilominus multa alia possunt ab animalibus emitti mala & corrupta: & ideo mulier mēstruata inficit speculū: & lupus facit hominē raucū. Aliqui sunt homines qui interficiunt fixè intuēdo aues, pueros paruos, & equos, tāquam si essent fascinatores. Et ideo non est mirabile, si basiliscus, cum sit animal venenosissimum, corrūpat aerē, & interficiat ad longā distantiam, & ita moriuntur aues volantes, & miles qui cum lācea pungit eum. Inficiuntur igitur partes mediæ, donec sit in termino, & ex reflexione in speculo moriūtur: quoniā alterius natura est cum est reflexus, sicut sanguis cum est extra venas. Saliua etiam potest acquirere aliquā venenositatem, non ratione digestionis, sed

De basiliſco mirabilia.

sed ratione cõtrarietatis. Est igitur venenum in quibusdã animalibus, & propter hoc Gal. dicit, quòd homo & vipera perimunt se adinuicem ratione contrarietatis: post cibum autem non interficit, propter mistionem eius cum cibo.

De punctura scorpionum. CAP. XV.

SCorpiones sunt quædam animalia ad modum scarabæorum, nisi quòd habent caudas: quidam tamen eleuant caudas, & illi non sunt ita venenosi: & quidam trahunt caudas, & illi sunt magis venenosi: & quidam volant de regione ad regionem, & inueniuntur iuxta locum vbi Alexander inclusit Gog & Magog, & inueniuntur prope nos in Auinione, & in multis aliis regionibus. Et dicunt indiginæ, quòd scorpiones diligunt multum pannos mundos, & ideo cum aliquis habet femoralia munda & camisias, tunc ponunt se iuxta carnem, & lambunt cum lingua: & si comprimantur capita eorum, statim volunt mordere, & pungunt cum cauda: & foramen est valde paruum, quasi insensibile, & tamen licet quantitas veneni sit paruissima, effectus tamen est magnus valde in totum corpus.

Signa. Et quia venenum est frigidissimum, secundum Gal. in loco punctura sentitur magna frigiditas, & etiam in extremitatibus, & dolor, & punctura, & tumor, & inflatio, & quandoque calor in toto. & dicit Gal. quòd si punctura sit in arteria, sequitur syncopis, & si in neruo, putredo.

Cura. Curatur igitur cum theriaca siue intus accepta, siue suprapositra, quia calefacit, & desiccat, & trahit, & expellit: & confortat, & qualitatem veneni destruit, & contraria potest facere & per se cum adiutorio caloris naturalis. hoc idem facit mithridatium & theriaca diatessaron, & etiam confectio facta de baccis lauri, & aristolochia rot. & pyrethro, & pipere, & maiorana, & gentiana in æquali portione, & agarico in minori, & pulpa colocynthidis longè in minori, & conficiatur cum butyro & melle, & quòd sumatur interius vsque ad ʒ.j. & etiam desuper emplastretur. Alia etiam sumpta cum vino puro in parua quantitate, valent. Et quod plus valet omnibus, est quòd sumantur scorpiones, & bulliant in oleo, & vngatur particula patiens, statim curat. valet hoc oleum in dolore aurium si instilletur.

Oleũ Scorpionum.

De

De punctura apum. CAP. XVI.

APes & vespæ habent aculeum, & pungunt & cauterizant: & sentitur in loco dolor, tumor, calor, & arsura. Vespæ autem non dimittunt aculeum, sed apes fortiter adhærent, & dimittunt aculeum, & postea parum viuunt: & licet sint animalia carentia sanguine, venenum tamen est calidum cicatrizans: natura enim prouida dedit aculeum, & hoc amittunt loco armorũ: & hoc patet, quia rarò aut nunquam lædunt, nisi lædantur: & ideo cum lædũtur, & rapiuntur, coadiuuant se, & faciunt exercitum, & pugnant contra raptores, lædendo equos, si in equis sint. Animal autem est multum fructiferum: venenum igitur non admittunt, nisi cùm indigent ad suĩ tuitionem. Rex apum non habet aculeum, & egerit volando: ex proprietate igitur præter complexionem habent venenum calidum: ponantur igitur frigida supra locum, non vt repercutiant, sed vt alterent & infrigident: tunc igitur valet ferrum desuper appositum, aut plumbum infrigidatum in aceto, aut malua, & hordeum, & coriandrum pistata cum aceto, & desuper emplastrentur, & similia frigida &c.

Plura de apibus lege apud Arist. lib. de hist. animal. & apud Plin. lib. xj. nat. hist.

De morsu canis rabiosi & hydrophobia. CAP. XVII.

HYdrophobia est passio melancholica, in qua homines abhorrent aquam mundam, & etiam sonum eius. Intelligendũ quòd multa sunt quæ mordent homines: & quædam sunt sana, & quædã sunt quæ sunt corrupta: sicut homo mordet hominem, & canis, & lupus, & mustella, & simia, & lepus, & multa consimilia. Ea, si non rabiosa fuerint curantur sicut vulnera, præseruando vt locus non apostemetur: abluatur igitur vulnus cũ aqua & sale, & fabæ fractæ crudæ masticatæ, & desuper positæ multũ valẽt, & oleũ de orobo, & confectio facta de cæpis, & lithargyro, & orobo, & fabis fractis, & melle, & vino dulci. Si autem fuerint rabiosa, aliter oportet considerare, & exemplificemus, quia in cane frequentius accidit. Canes sunt frigidæ & siccæ conplexionis, & incurrunt rabiositatem in fine æstatis, & in principio autumni, propter nimiam aduenientem caliditatem, & in hyeme propter nimiam frigiditatem, & in vere propter malos cibos, vt quia comederunt cadauera mortuorum, & aquas puteorum corruptas, & similia.

Gal. in libris de temperamentis scribit canes esse calida & sicca temperatura.

Signorum quædam sunt quæ significant canem rabiosum,

Signa.

sum, & quædam significant læsionem factam in morsu à cane rabioso. Si sit canis rabiosus, primum signum, quòd non cognoscit domũ suam, & incedit solitarius, & capite inclinato, & aures pendentes, & oculi rubent, & saliua exit ab ore, & latrat vmbræ suæ, & latratum habet raucum, & portat caudam plicatam, & alij canes fugiunt ab eo, & latrant ei, & si buccella panis inuoluatur in loco morsuræ, & detur aliis canibus, & comedant, non erit rabiosus. Signorum autem quæ significant impressionem venenositatis factam in corpore, quoniam habet somnia timorosa & terribilia, & est stupidus, sentit puncturas & mordicationes in corpore, & habet singultum & sitim, & siccitatem oris, & permistionem mentis, & abhorrent aquã & moriuntur. Morsus à cane rabioso, dato quòd nihil horum sentiret, non reputet se certificatum: quia aliquando occultantur ista per 15. dies, aliquando per sex menses, aliquando per vnum annum, aliquando per 7. annos: & diuersi sunt termini secundum diuersitatem susceptientis, & secundum naturam veneni, & regiminis, & aliorum. Pessimum igitur est signum & mortale permistio rationis, & abominatio aquæ mundæ, ita quòd vix aliquis aut nunquam euadit, postquam incipit aquam abhorrere.

Prognostica.

Curatio.

Recta via curationis est, quòd trahatur materia venenosa ad exteriora per locum morsuræ, quare sanum consilium est, quòd non fiat phlebotomia, nec pharmacia, nec clystere, nec balneum, donec transiuerint ad minus tres dies. Aliter magis traheretur venenum ad interiora. In primis igitur ponatur ventosa super locum morsuræ cum scarificatione: & sanguisugæ sunt vtiles, & non permittatur morsura claudi: & emplastretur cum his, opopanaco temperato in aceto, eruca, cæpa, alliis, ruta, & butyro: & non respiciat sanguinem suum: & detur sibi hiera Ruffini acuata cum pulpa colocinthidis: & fiant clysteria, vbi sit hierapicra: & fiat balneum in fine, & vtatur cæpis, alliis, ruta, & aqua in qua ferrum sit extinctum, & vtatur theriaca, & etiã desuper emplastretur. Cancri fluuiales cõpetunt eis, & etiã puluis desuper appositus. Vtatur per annum integrum ista confectione vsq; ad ʒ.j. mane & sero. R. rad. aristo. ro. gentianæ, cancrorũ fluuialium adustorum, origani, calamenti, rutæ siccæ, baccæ lauri, ana ʒ.j. piretri, opopanacis, boli

arme

armenici, ana ʒ.iiij.caricarum, ʒ.ij. bulliant in vino cocto cum melle & butyro condiantur. Si autem ista omnia neglecta fuerint, cadet in maniam dæmoniacá & in mortem. Si autem venerit ad dispositionem, quòd abhorreat aquã, iam videtur ægritudo confirmata, & tunc ingeniandum est, quòd occultè per calamum ex longinquo detur sibi aqua cum magna cautela, quòd non possit videre aquam nec audire, vitet picturas & speculum & vitrum, & breuiter regatur in omnibus sicut maniaci & melancholici debent regi. Mirabile est, quòd canis rabiosus & homo morsus à cane rabioso, cum confirmatur ægritudo, quòd ita abominentur aquam claram & mundam, cum magis deberent appetere, ratione contrarietatis. Dico primo sic: Impressio fit de facili in humido, & ideo sicut videmus ad sensum, & Gal. vult hoc in de liquidis motibus, quòd cum aliquis videat alium oscitare, oscitat: & cum alium videat alitare, alitat: quia ista sunt in humido: & imaginatiua de facili imprimit in humido: sicut videmus cum aliquis mingit, alter vult mingere: & cum aliquis abluit manus, vult abluere. In humido igitur de facili fit impressio. Cum igitur rabiosus sit intus immundissimus, & melancholia sit adusta, ita quòd manente vita, iam vlterius corrumpi non potest: ideo cum videt aquam, statim mouetur imaginatiua hinc inde, & quod habet intus, extrà imaginatur: & in aqua, & in aliquo modo ratio viget: & tunc si petatur ab eo, sicut dicit Rasis, quare abhorret aquam: respondet & dicit, quòd in aqua sunt intestina & stercora & viscera canum: & quia ista naturaliter abhorrentur, ideo paruissimum lumen rationis ista abhorret, putans illa ibi esse propter corruptam imaginatiuam. Secundo modo, dico, quòd hoc est à proprietate. Tertio dico, si hæc ægritudo est confirmata, & mala complexio est æquata, sicut in hectica, etiam ideo non competit contrarium vt curans, imò primo odit tanquam contrarium corrumpens. Simile autem appetunt, & ideo appetunt volutari in terra & puluere, & gaudere in siccis ratione similitudinis: contrarium autem nihil appetunt, quia totum est eis naturale vel quasi naturale. Secundo cadit illud mirabile, vnde canes habeant audaciam & velocitatem in motu, postquam sint animalia frigida & sicca, & cum audacia veneris à calore,

Clarificatio.

Argumentatio.

Hydrophobiæ causa, de qua lege apud Cassiũ medicũ problem. 73

& calidum est bene mobile. Dico quòd audaces habent cauernulas cordis angustas, & ideo ebullit ibi sang. & calefacit, & irascuntur, & acquirunt audaciam per accidens: quia ratione siccitatis cerebrum inflammatur, & mouentur cum impetu & furore. Lepores autem habent cauernulas cordis latas, & ideo de facili exit ille paruus calor, cum sint frigidæ complexionis, & ideo timent multum. Ista tamen duo animalia conueniunt in vno, quoniam velocissimè currunt: & hoc non est à parte complexionis, sed ex habilitate corporis: quoniam habent neruos siccos: nerui autem quanto sicciores, tanto meliores ad motum, nisi essent ita sicci quòd corrumperentur, sicut testatur Galen. in lib. suo de morbo & accidenti. Tertio intelligendum, quòd in vrinis talium, apparent carnis fiusta, & hoc est cum venenum sit frigidum, congelat sanguinem, & ita videntur carnis frusta, & tamen est sang. congelatus. Vltimo notandum, vt dictum est in materia, quòd balneum non competit, donec corpus fuerit mundificatum, aliter permiscereret, nec phlebotomia, nec pharmacia competunt donec post tres dies: aliter magis traherent interius, quàm exterius: post tres autem dies venenum per totum corpus expansum est, & tunc bene possunt competere. In principio autem cum attractiuis & cum scarificationibus insistere debemus, & post tres dies amplius ipsum per illum modum non molestemus: illud autem quod fortiter attrahit, est cauterium.

In vrina hominũ à canũ rabiosi morsu apparent carunculæ.

De dolore. CAP. XVIII.

Dolor quid. DOlor est sensus rei contrariæ: aut dolor est mutatio cum corruptela: quando sensus apprehendit rem contrariam, tunc est dolor.

Causæ. Causa enim doloris est duplex, scilicet mala complexio diuersa, & solutio continuitatis: ista enim quando veniunt fortiter & subito, sunt causa doloris: si autem paulatinè, non sentiuntur: & si ita fortiter veniant quòd stupefaciant membrum, non sentiuntur, sicut in phrenesi: & si sint æquata, non sentiuntur, sicut in hectica. Calidum igitur & frigidum sunt causa doloris, quia sunt actiua, & fortiter imprimunt. Siccum autem non inducit dolorem, nisi per accidens, inquantum soluit continuum: humidum autem nec per se, nec per accidens, sed accidentaliter & per accidens, gratia materiæ, & reduci-

tur

tur ad ſolutionem continui. Calidum & frigidum quando multum excedunt, ſoluunt continuum, & ideo antonomaſicè loquendo, dolores non ſunt niſi vlcera. Solutio autem continuitatis non inducit dolorem, niſi in fieri: ſecundum quod vult Galen. in de morbo. & ſi dolor ſit in vulnere ſeu in membro, poteſt fieri hoc propter humiditates, quæ concurrunt ratione malæ complexionis diuerſæ. Dolores igitur, aut proueniunt à cauſis intrinſecis, aut extrinſecis. A cauſis extrinſecis ſic eſt exercitium, flagellum, caſus, & obuiatio, durus decubitus, & cum aliquis dormit diſcoopertus, & multa conſimilia. Si autem dolor prouenit ab intus, tunc ſunt diuerſæ ſpecies doloris, ſecundum diuerſitatem hum. & particulę patientis, & ſecundum naturam multitudinis & paucitatis, & ſecundũ quòd dolor in membro ſenſibili eſt, & eſt dolor acutus: & ſi in membro pauci ſenſus, eſt dolor grauatiuus: & ſi materia eſt acuta, faciet dolorem acutum pungitiuum: & ſi materia eſt frigida, faciet dolorem grauatiuum: & ſi ventoſa, extenſiuum: & ſi parata putrefactioni & febri, inflammatiuum. Species autem doloris ſunt multę, ſecundum Auic. & ſecundum Gal. poſſunt reduci ad tres ſpecies vel 4. ſicut ipſe dicit ſupra illum aphoriſmum, Labores ſpontanei. & in libro ſuo de regimine ſanitatis. Eſt enim quidam dolor, qui appellatur dolor acutus, pungitiuus, vlceratiuus: & eſt alter dolor extenſiuus: & eſt alter grauatiuus, ſiue apoſtemoſus: & alter eſt inflammatiuus. Et ſi ſint aliæ ſpecies, ad iſtas poſſunt reduci. Signa partim ſunt dicta, ſi alicui veniat conquaſſatio & aggrauatio, ſicut cum acubus pungeretur, aut cum vrticis, & ſentit motum deambulatiuum inter cutem & carnem pungitiuum; pruritiuũ, perforatiuum, ſignum eſt quòd hum. cholerici, acuti aut ſalſi aduſti dominãtur in corpore, qui diſſoluti in vapores cum vadunt ad membra ſenſibilia, inducunt dolores acutos. Si autem ſentiat extenſionem in membro, tanquam ſi eſſent rigida & tenſa, ſicut chorda arcus, tunc ſunt hi melancholici, quos natura non poteſt bene regere, aut ventoſi. Et ſi dolor ſit affixus, humores ſunt. Si deambulatiuus, ventus eſt. Si autem fuerit grauatiuus dolor, ſicut ſi ſentiret magnum pondus, ita etiam quòd non audet ſe expandere, tunc eſt ſignum quòd eſt ibi humor & multus & malæ

Dolor.
Acutus.
Pungitiuus.
Extenſiuus.
Grauatiuus
Inflammatiuus.
Signa.

qualitatis. Primus autem dolor significat hum. malos, & secundus multos, tertius vtrunque. Quarta autem species doloris, potest vocari dolor inflammatus: videtur enim homini, quòd quædam flamma caloris transeat per spatulas, & in paratis ad febres putridas, & potissimè de sanguine: & in tali dolore sic grauatiuo, sic confractiuo, sic inflammatiuo competit statim phlebotomia. Si autem non fiat phlebotomia, & incurrat feb. magna, fortuna erit, si vnquam euadit: & si contingat quòd euadat, cum terribilibus accidentibus, sicut dicit Gal. lib. suo de regimine sanorum.

Prognostic. Magna pars prognosticationis dicta est, quoniam omnes istæ conquassationes, & dolores prognosticant morbos futuros, & ideo pars ista valet in regimine præseruatiuo: prognosticemus igitur cum Hipp. Labores spontanei, sine causa manifesta narrant morbos. Vel possemus dicere, quòd hîc agit de dolore, prout dolor est morbus, vel tenet locum morbi, pro tanto, & quia quærimus causam & signum & curam. Et secundum hoc possemus prognosticare, quòd omnes dolores sunt mali, quia dolores prosternunt virtutes, & sunt causa apostematum & syncopis. Et omnis dolor, qui aufert somnũ, est pessimus, quia destruit naturalia: & vbicunque permiscet se dolor, omnes alias operationes destruit: quia nihil vel quasi potest fieri dolore manente, quod satis declarauimus in tabula nostra ingeniorum. *Causa.* Dolores curantur tribus modis, secundum Gal. 5. de simplici materia. Primo per euacuantia, si fuerit cum humoris vitio, iuxta qualitatem humoris & plenitudinis. Secundo cum anodynis calefactoriis & euaporatoriis, tamen cum corpus non est plethoricum. Tertio cum narcoticis, quãdo dolor est vehemens, scilicet quando alia non proficiant, & quando adest desperatio, vt in forti dolore oculorum, aut in colica, aut in doloribus iũcturarum, & similibus. Et tamen sit cautela in narcoticis, quòd non fiant in longo tempore, sed modo sic, & modo non, & quòd sint bene repressa, sicut opium cum croco & cassia lignea. Considerandum est iuxta naturam dolorum, quia si fuerit vlceratiuus & humores pauci, sufficit abstinentia & fricatio: & si multi, mundificentur ab humoribus acutis. Si autem dolor fuerit tensiuus, & abundantia non plurima, tunc fiant fricationes fortes, abstinentia, & balneum. Si autem fuerit

fuerit plenitudo magna, fiat phlebotomia. Si autem fuerit dolor grauatiuus, tunc competit fricatio, & phlebotomia, & balneum, & mundificatio. Et si fuerit dolor inflammatiuus, statim fiat phlebotomia magna, quia iste dolor est valde periculosus, & ista materia multum in via præseruatiua: & oportet se fundare in istis radicibus, sicut manifestabitur, cùm de regimine sanitatis scribemus cum auxilio dei. Tertio considerandum est quòd quando alicui fortiter & subito & sine causa manifesta venit dolor minus, tunc melior materia est phlebotomia, sicut docet Gal. supra illum aphorism. Quæ egeruntur, non multitudinem. & est, quoniam si fuerit de sand. aut si corpus est plethoricum, & virtus possit tolerare, tũc directè & per se cõpetit. Si autem fuerit de aliis causis, si virtus possit tolerare, adhuc posset, vel potest competere phlebotomia per accidens: quoniam fortissimus dolor est causa trahendi materiam ad locum, dato quòd corpus non sit plethoricum, sicut dicit Gal. 13. de ingenio. Quarto intelligendum, quòd tria sunt instrumenta, in quibus medicus operatur, quæ si applicentur debitè, & sicut oportet, videntur miracula in doloribus fortibus, & ægritudinibus subitis. Primum est phlebotomia, statim enim facit cessare morbum. Secundum instrumentum est clystere, statim enim facit cessare morbum sicut in colica. Tertium instrumentum est calefactorium, quoniam statim curat fortes dolores, si corpus non est plenum, aut saltem dirigit quid agendum. In doloribus igitur, & quassationibus & fatigationibus vtatur calefactoriis temperatis. Primo igitur accipiatur spongia, & ponatur in aqua cal. & exprimatur, & particulæ patienti applicetur: aut fiat de furfure posito in sacculo: & si causa est frigida, ponatur in vino puro cal. & si causa fuerit cali. ponatur in aqua cali. vel fiant sacculi de chamomilla, & meliloto, vel de sale & milio, vel de auena, vel de tegulis, vel consimilibus quæ non habent virtutem in attrahendo. Sed si confidimus quòd corpus non sit plethoricum, possumus ascendere ad calefactoria facta de anso, fœniculo, ruta, orobo, fœnogræco, & similibus. Et post vniuersalem purgationem in istis doloribus, mirabiliter mitigatur dolor ex balneo aquæ dulcis calidæ. Si autem dolor & conquassatio fiunt à causis extrinsecis, aut à fia-

Gal. non appellat dolorem inflãmatiuũ, sed dicit dolorẽ pulsatiuum significare inflammationem.

Quæ in principio morbi conueniãt corpore mundificato.

gello,vel à similibus, tunc in primis fiat phlebotomia, & postea balneum, & inungatur cum melle, aut dialthæa. Contra liuores,R.succi absinthij,anisi, & meliloti,& baccarum lauri, & fiat vnguentum, vel fiat sic, Bulliat absinthium in vino,& desuper apponatur.Contra carnem mortuam,R.costum,orobum,fœnumgræ.& bulliant in vino,& immergatur lana succida, & exprimatur, & in loco applicetur. Contra fractionem,R.absinthium,axungiam porcinam,bulliant in vino bullito,& stupæ cãnabinæ inuoluantur,& desuper applicentur.

Clarificatio. Intelligendum sicut dicit Aui. quòd dolor est aliquando causa morbi: sicut fortis dolor est causa syncopis & apostematis.Aliquando autem dolor est morbus, vt dolor capitis antiquus:aliquando est accidens morbi, sicut dolor qui sequitur feb. & alias ægritudines. Et ideo intelligendum,quòd Auic. large accipit dolorem:quoniam exquisitè loquendo,dolor non potest esse morbus per se:sem per enim est accidens morbi: quoniam morbus est qualitas membri:accidens autem est qualitas accidentalis:sem per enim sequitur ad illud quod immediatè, & per se lædit operationem,sicut est mala complexio diuersa, aut solutio continuitatis.Materia autem doloris fuit dilucidata à nobis supra quartum de morbo, & in multis aliis locis, & ideo breuius pertranseo. Secundo notandum de doloribus,& de deliciis,quòd propriè loquendo tamen sunt in sensu tactus:tamen quia sensus tactus est communis omnibus sensibus,ideo consequenter possunt esse in quolibet sensu.Si autem nos loquimur de doloribus, & deliciis animalibus,sic possunt esse propriè in quolibet sensu, quoniã delectatur anima ex subiecto proportionato sensui, & tristatur in obiecto inconueniente &c.Si dicat aliquis quòd calefactoria non competunt,pro tanto, quia trahunt materiam ad locum,& soluunt continuum. Dico quòd non trahunt,nisi corpus esset plenum, & non competunt, nisi post vniuersalem purgationem,nec soluunt continuum de quo sit curandum:hoc enim rarificando, & poros dilatando.De somniferis, debemus intelligere quòd competunt in dolore vehementissimo,& si generetur dolor in capite, non tamen in eadem parte vbi erat, sed in alia parte spiritus ingrossando generans dolorem:alium tamen dolorem

curat

curat ad tempus: hoc enim minus malum est, nisi somnifera nimis excederent, quia dolores prosternunt virtutes.

DE APOSTEMATIBVS GENERATIS per viam aduſtionis, continens Rubricas octo.

CAP. XIX.

De apoſtematibus in generali, & eorum cura. Rub. 1.

Phlegmon. Eryſipelas. Oedema. Scirrhus.

APoſtema est inflatio seu tumor præter naturam. Diuisiones apostematum sunt multiplices. Apostematum quædam sunt de materia calida, & quædam de frigida. Apostematum quædam sunt de humoribus: & si de sanguine, vocatur phlegmon: & si de cho. vocatur eryſipelas: & si de phlegmate, zimia: & si de melancholia, cancer, vel scliros: quædam de aquositate, & causant hydropisim: & quædam de ventositate, & causant cachexiam, & tumorē mollem. Apostematum quædam causantur per viam congestionis, sicut sunt illa quæ generantur ex superfluitate nutrimenti, & debilitate membri: & quædā generātur per viam deriuationis ex ruina materiæ, vsque ad locum: hoc autem fit propter debilitatem membri recipientis, & propter fortitudinem impellentis, & ex multitudine materiæ, vel eius mala qualitate, vel vtroq;, & propter latitudinē meatuum. Apostematum quædam sunt exterius apparentia, & quædā latent interius, sicut pleuresis, & peripneumonia, & similia. Apostematum quædam sunt simplicia, & hoc est rarò: & quædam sunt composita. Apostematum quædam sunt in membro nobili, & ista sunt magis periculosa: & quædam sunt in membro ignobili. Apostematum quædam sunt in membro multi sensus, & sunt magis periculosa: & quædā sunt in membro pauci sensus.

Apostematum quædam sunt in membris mobilibus, & quædam in immobilibus. Et apostematum quædam sunt in ossibus, & substantia cerebri medullari, & quædam in aliis patribus. hoc dicitur pro tanto, quia multi negauerunt hoc. Apostematum quædam sunt in diuitibus, & ista tardius curantur secundum Gale. quia nolunt facere phlebotomiam, nec alia vt oportet: & quædam sunt in pauperibus. Apostematum quædam sunt de materia non

aduſta,nec multum corrupta : & quædam ſunt de materiâ aduſta & corrupta, vlcerante, corrodente, & corrumpente carnem & oſſa,& alia : & iſta ſunt multiplicia valde, ſicut eſt ignis perſicus,ſeu ignis infernalis,ſeu ignis ſancti Antonij,quia idē eſt,& carbũculus, & anthrax,& noli me tangere,lupus,ſeu herpeſtiomenus,impetigo,ſerpigo, formica miliaris,formica deábulatiua,gangrænæ, fiſtula,& cancer.Iſta autem generantur ſecundum ſuos modos,aliquãdo ex ſanguine ſubtili,aliquando ex groſſo , aliquando ex cholera ſubtili,aliquando ex groſſa, & ita de aliis.Aliquãdo ſanguis eſt in plus,& aliquando cho.& aliquando concurrunt:& aliquando melancholia , ſiue naturalis aduſta, ſiue innaturalis. Et ſecundum diuerſitatem commiſtionis diuerſæ ſpecies generantur, ad quæ narranda non ſufficeret præſens dies. Apoſtematum quędam ſunt cum feb.& quædam ſine feb.& quædã cum febre peſtilentiali,& quædam non.Et ita quædã apoſtematum ſunt morbos per ſe, & quædam per accidens:per accidens,quando alios morbos ſequuntur:per ſe,quando primo & per ſe,& immediatè lædunt operationes. Et ita diuiſiones apoſtematũ ſunt 23.quantum eſt de præſenti. Intelligendũ ſecundum intentionem Auic.quòd omnis puſtula vlcerans, & corrodẽs,& denigrans,& cauterizans,& eſcharam faciens,ſicut cauterium,poteſt vocari ignis perſicus, ſeu carbo,ſeu carbunculus,& videtur ſub iſtis cõprehendere formicã & quædam alia.Noli me tangere eſt vlcus corroſiuũ, calidũ, ſequens apoſtemata,& puſtulas malè curatas de cho.intenſa,corrodens & cauernam faciens. Et poteſt dici noli me tangere, quia inficit tangentẽ:& accidit vt plurimũ circa nares , & oculos. Anthrax & carbunculus, ſunt apoſtemata parua, ſeu puſtulæ venenoſæ, ita q̃ in carbunculo eſt maior aduſtio, & ideo eſt locus niger ſicut carbo. In anthrace cho. magis dominatur. Et diſcernuntur iſta, quia in circuitu puſtulæ,apparent in principio multi colores,quidã citrinus, quidam rubeus,quidã liuidus , quidã niger in circuitu ad modũ circuli.Cauſantur enim ex ſan.& cho. aduſtis, trãſmutatis in naturã veneni,& melancholiam aduſtã.Et ideo corrodunt & vlcerant:& pro tanto dicitur anthrax,quia facit antrum:& carbunculus, quia cõburit ſicut carbo ignitus,qui poſtea denigratur. Herpeſtiomenus eſt vlcus corroſiuum

Anthrax & carbo ſynonyma ſunt , duæ eius ſpecies ponuntur à Gal.lib.2. ad Glauc. quæ lõgè diuerſæ ſunt ab iſto anthrace , & carbunculo, quos hîc diſtinguit.

rosinũ de cho. grossa adusta, sed non ignita in erysipela, sed plus membrum mortificans quàm cancer, sicut dicetur inferius: & adurit plus in partibus inferioribus, & vocatur alio nomine lupus. Interpretatur igitur herpestiomenus seipsum comedens & corrodens. Gangrænæ sunt malæ dispositiones de cho. & melancholia adusta, cum colore mortificato, & cum quadã insensibilitate membri, veniens vt plurimùm in partibus inferioribus, sicut dicetur inferius & melius. Erysipelas est apostema de cho. grossa ignita, & cum vlcerat, corrodit circa se, & denigrat, & escharã facit, & tunc potest vocari sacer ignis aut ignis persicus.

Fistula est vlcus concauum, profundum, carnosum de phlegmate putrefacto, corrupto, & adusto. Cãcer est vlcus corrosiuum, de melancholia corrupta adusta. Impetigo, serpigo, formica miliaris, & formica ambulatiua, sunt pustulæ paruæ corrũpentes, & inficientes cutẽ de cho. adusta magis subtili, & pro tanto serpũt & mouentur, & crescũt, & deambulant per cutem, & quasi aliquando videntur volitare, & aliquando quiescere in vno loco, & aliquando occupant parum de cute, & aliquando multũ, & vocatur aliquando vulgariter endebet, aliquando ignis volatilis, cum calore & rubore, & dolore, & infectione, & aliquando vlcerant & corrodunt: inter igitur infectiones, & corruptiones cutis, possunt reponi. Ista enim omnia apostemata, & reliqua, aut proueniunt ab exterioribus, aut ab interioribus: ab exterioribus, sicut ex casu, percussione, obuiatione & similibus. Si ab intus, aut proueniunt ex multitudine materiæ & malitia eius, aut ex bonitate naturæ mundificantis corpus, & mittentis materiam à membris nobilibus ad membra exteriora vilia, & talia vniuersaliter sunt facilis curationis. De apostematibus autem frigidis pertractabimus magis particulariter inferius, cum loquemur de glandulis & nodis. Signa apostematis sanguinei, sunt rubedo, durities, tensio, dolor, calor, & pulsatio. Et si fuerit de cho. signum est citrinitas, mollities, dolor, & punctura, & mordicatio. Et si fuerit de phlegmate, est ibi mollities, albedo, & paruitas doloris. Et si de melancholia, erit color fuscus, niger, terreus, cum duritie, & modico dolore. Et si apostemata componantur, erit signorum cõpositio secundum diuersitatem componentiũ, & est multa valde. Si autẽ

Signa

apostemata fuerint de humoribus corruptis, adustis & trãsmutatis in materiam veneni, est ibi fœtor, dolor, pruritus, vlceratio, deambulatio, liuor, denigratio, cauterizatio, mẽbri mortificatio, & corrosio. Et si in tota cõpositione domi netur nigra cho. corrupta, color vergit magis ad rubedinẽ claram. Et si san. ad rubedinem non claram. Et si phlegma salsum, ad albedinem cum quadã citrinitate. Et si melancholia, ad nigredinem: & quanto malitia maior, magis denigrat, & cauterizat & escharam generat. Apostematum quædam terminantur per insensibilem resolutionẽ, & hoc est valde bonum: & quædam per virulentiã, & hoc est pessimum: & quædam per saniem laudabilem, & hoc est bonũ: & quædam per petrositatem & duritiem, & est malũ. Apostematum quædam sunt de materia cal. & terminantur in die 20. & quædam de materia frigida, & terminantur in 40. die. Apostematum quædam sunt cum feb. continuis, & si expuant saniem ante 7. diem, impossibile est ꝙ euadant: quoniã quando ita cito natura generat saniem, natura non inuenit omnino viã: & si virtus est debilis, cito morietur: & si multa bona signa apparent, dicit Hipp. vitã sunt pollicentia, id est, mortem tardãtia, sicut elicitur ex dictis Gal. & est verbum notabile. Omne apostema de materia adusta, sicut anthrax, & carbunculus, & formica, & sic de aliis, omnia sunt pessima, & mortifera. Si ista fuerint cum febr. raro aliquis euadit. Et si fuerint in locis ex directo cordis, aut prope, mortale est. Et si materia reuertatur ad interiora, mors supra pedes quiescit. De apostematibus autem in particulari loquemur inferius, secundum quòd sunt in diuersis membris, & tunc prognosticatio erit secundũ materiam apostematum & membrorum. Curatio apostematum in generali est hęc. In primis apponantur repercussiua, nisi aliud impediat: illud autem quòd impedit, est cùm materia est venenosa, sicut in anthrace, & similibus: secundo quando corpus est plethoricum: tertio quando apostema est in membro nobili, aut vicinatur membro nobili: quarto quando apostema est criticum: quinto quando apostema est causatum per viam congestionis: sexto quando materia est frigida & grossa. In his enim, & similibus non competunt repercussiua: aliter autem apponantur repercussiua, sed diuersimodè: quoniam frigida competunt in

Prognostica.

Per saniem laudabilem intelligit pus laudabile, id est albũ, lene, & æquale.

Cura.

Quibus & quando repellentia cõ ueniant.

aposte

apostematibus cal. & calida in frigidis. Materia autem repercussiuorum potest esse aqua frigida, acetum, oleum ros. ceratum de cera infrigidata in aqua frigida, & oleo ros. & aceto, & aqua ros. lactu. portul. solatrum, coriadrum, & similia. Repercussiua autem in materiis frigidis possunt esse, spica nar. absinth. folia caulium, nux cypressi, cum quibusdam frigidis, sicut est coriandrum, portulaca, rosæ & similia. In augmento autem ponantur repercussiua cum maturatiuis: in statu autē maturatiua. Materia autem maturatiuorum est hęc, malua, bismalua, coriandrū, axungia porc. recens, axungia gallinacea rec. oleum oliuarum, farina tritici, hordeum, frumentū, & hoc in materiis cal. In materiis autem frigidis sunt ista, apium, fœnugræcum, semen lini, ireos, radix lilij, mel, oleum antiquum, iuiubæ, caricæ, vuæ passæ, liquiritia, & similia. In declinatione ponantur dissolutiua, & possunt esse chamomilla, melilotum, anthos, aqua salsa, aqua cal. cum aceto, vinum album cal. & similia. Intelligendum tamen circa istam materiam secūdum doctrinam Gal. 5. de simplici medicina, quòd illud quod maturat, calor naturalis est: et ideo quod conseruat naturalem calorem, maturat: quod autem resoluit aut mortificat, non maturat: et ideo fœnugræ. quod resoluit, non maturat inquantum huiusmodi. Applicatio igitur manus supra apostema, summè maturat: sed quia hoc esset difficile, applicentur ea quæ calorem confortant et conseruant. Ista sunt, farina tritici, et aqua, et oleum. In apostematibus igitur cal. R. farinam tritici, et aquam, et oleum, bulliāt ad spissitudinem, et fiat emplastrum: et si esset materia frigida addatur fermentum et sal: et ita cum diuersis proportionibus omnia apostemata poterunt maturari. Notandum etiam, quòd in omni apostemate postquam venit ad saniem, si natura nō rumpit, aperiatur cum phlebotomo, aut cum ruptorio quod fit de calce viua et sapone iudaico. Intelligendum igitur quòd in apostematibus causatis à causis exterioribus, nisi corpus fuerit plethoricum, sufficiunt sola repercussiua. In apostematibus autem quæ proueniunt ex causis intrinsecis, non est possibile, quin sit repletio vniuersalis vel particularis. Intelligendum autem quòd apostema est in principio, cum iam apparet: sed in augmento, quando iam manifestè magnificatur, et dilatatur:

dilatatur:ſtatus,quando amplius non magnificatur:declinatio quando manifeſtè incipit minui. Intelligẽdum quòd in apoſtematibus membrorum interiorum,non debent poni maturatiua:ſed debet fieri phlebotomia & purgatio & reſolutio. Intelligendum etiam quòd poſtquam in principio applicauimus repercuſſiua, poſtea debemus trahere materiã ad oppoſitum : vt ponamus quòd apoſtema ſit in dextra manu, tunc debemus pondus portare in ſiniſtra,vt trahatur materia ad oppoſitum. Intelligendum quòd in ſimplicibus apoſtematibus, ſimplicia debent poni, & in compoſitis compoſita : & altera pars compoſitionis,licet non ſit ita notabilis,ſicut altera, non eſt negligenda. Dicto de curationibus apoſtematum in generali, veniamus ad particularia.Si apoſtema fuerit de ſãguine,& virtus ſit fortis, & alia particularia conueniant, fiat phlebotomia de parte oppoſita : & ſi neceſſarium fuerit, poſtea de eodem:& ſi virtus non eſt fortis, fiat ventoſatio de parte oppoſita cum ſcarificatione, & ponantur repercuſſiua deſuper,niſi aliud impediat.Materia autem chol.purgetur cum manna,caſſiafi.& prunis,& violis & ſimilibus.Et poſtea in vtroque ponantur iſta repercuſſiua, R. ſucci ſolatri,lactu. portul.virgę paſtoris,lentiginis,muccilaginis pſyllij.ana: & panni intincti deſuper apponantur,& tandiu continuentur, donec locus albeſcat. Si autem ex nimia appoſitione frigidorum locus fuerit mortificatus, aut denigratus,tunc fomentetur locus cum aqua calida, aut cum aqua ſalſa pauca. In augmento autem fiat tale emplaſtrum.R.hordeum, coriandrum,bulliant in oleo viol.& cera ibidẽ malexetur,& deſuper apponatur,deinde ponãtur maturatiua de biſmalua,& farina tritici,& oleo,& ſi volumus reſolue re materiam ſanguineam,addamus cum illis mel, ſuccum apij & coriandrum. Curationem autem apoſtematum frigidorum tangemus inferius.

De curatione eryſipele,anthracis, & carbunculi, & ignis ſacri. *Rubrica* 11.

ISta enim omnia apoſtemata, ſeu puſtulæ, ſeu infectiones,conueniunt in iſtis,quia materia eſt cal.pungitiua, aduſta, dolorem introducens,& vlcerans, & quia iam trãſit & paratiſſima eſt tranſire in naturam veneni. In his autem omnibus à principio antequam ſit facta vlceratio, ſi

videat

videatur plus de genere cholerico, insistamus plus cum in frigidatiuis: & si de genere sanguineo, cum euacuatiuis. In materia igitur sanguinea fiat phlebotomia ex parte magis proxima, vt materia venenosa extrahatur. Ita fiat in materia chole. si phleborotomia videatur expedire, & purgetur cum cassiafi. & mãna & similibus, aut cum aqua casei & diagrydio. In principio autem antè quàm cutis sit vlcerata, cum in loco apparet magnus calor, & dolor, & præcedat rubedo siue citrinitas, infrigidetur locus cum spongia infusa in aqua frigida & aceto, aut cum lactu. & portul. & nenupha. & extremitatibus vitis albæ & plantagine, hordeo, teratur vnum ex illis aut multa, & desuper apponantur. Et si timeamus quòd locus vlceretur, bulliat stercus vaccinum in aceto cum melle, & thure, & desuper apponatur. Et si vlceratio iam facta est, administretur theriaca, aut mithridatium omnibus modis administrationis: & tunc nihil actu frigidum desuper apponatur, quia frigidum vulneribus mordax, sit igitur tepidum. Scindatur igitur malum granatum per medium, & bulliat in aceto, & postea teratur, & desuper tepidum applicetur, & bolus cum aceto in circuitu. Et extunc nihil applicetur humidum, quia vulnera non curantur nisi prius desiccentur: apponantur igitur frigida styptica cum quibusdã resolutiuis. Materialia autem sunt ista, plantago, portulaca, virga pastoris, coriandrum, ceruſa, bolus, acacia, opium, nitrum, ruta, sal, sulfur, nux antiqua vnctuosa, oleum ros. cucumer asininus, fel hirci, piper, panis cum multo furfure, gallæ, lentes, alumen, granata acetosa, vua passa, ficus, camphora, cera alba, vinũ ponticum. Medicus igitur diligens & solicitus accipiat aliqua ex istis, aut omnia, & bulliant in aceto, & terantur, & desuper apponantur, & remoueatur emplastrum ter inter diem & noctem. Sed quia ista postquam venerint ad nigredinem & escharam, magis curantur manu diuina, quàm humana, ideo experimentis vtendum est. Accipe igitur vitellum oui crudum, & sal tritum, & misceantur fortiter, & desuper apponantur: istud enim valet ante vlcerationem & post. Secundum tale est, quòd accipiatur scabiosa, & teratur, & desuper applicetur, & valet ante et post. Tertium est istud, quòd accipiatur brunera, et teratur, et desuper applicetur, et valet ante et post. Hoc idem facit consolida maior,

ior,et omnes ſpecies conſolidarum. Tormentilla potata valet multum,et ſimiliter herba tunici. Cùm igitur adiutorio magni Dei et S.Antonij,igneitas iã euolauerit, inſiſtamus cum regenerantibus carnem, quæ fiunt cum maſtiche et thure, et aloe,et lithargyro, et radice ariſtolochiæ, & ſimilibus.

De curatione vlcerum ſanioſorum. *Rubr.* III.

DIgeratur in primis materia cum oxyſaccara et ſyrupo de fumo terræ,et vtatur rubea trochiſcata,et poſt ea fiat phlebotomia, et remoueatur cruſtula cum dialthæa et populeon:et poſtea talis puluis apponatur, R.cineris vitium,et lithargy. cadmiæ lotæ, æris vſti, aloes, aluminis,corticis maligranati,ceruſæ lotæ,ana ʒ.ʒ. atramenti tartari,calcis viuæ,ſalis gemmæ.ana ʒ.ı.fiat puluis,et in vlcere apponatur: vel cum cera et oleo roſ.fiat vnguentum, hoc enim vnguentum mortificat et curat actualiter omnia vlcera ſanioſa antiqua, quæ ſunt de difficili curabilia: et ideo curam chirurgico relinquamus, qui cum ferro et realgar repreſſo curabit,ſi Deus voluerit.

De curatione gangrænæ & herpeſtiomeni ſine lupi. *Rubr.* IIII.

INtelligendum quòd interdum corrumpitur complexio membri, & virtus animalis ſenſibilis,deinde putrefit,& corrumpitur,& humectatur locus & profundatur.Et tunc in principio quando apparet fœditas coloris & quædam inſenſibilitas,tunc iſta accidentia appellantur nomine gangrænæ. Et quando illa accidentia iam venerunt ad putrefactionem,& cutis vlcerationem, & malorem inſenſibilitatem & humectationem & virulentiam,tunc talia accidentia poſſunt appellari herpeſtiomenus. In primis igitur rectificetur diæta, & vitentur calida adurentia, & frigida mortificantia, & ſic in regimine temperato mundificetur corpus cum phlebotomia,& pharmacia, ſicut debet fieri in humoribus corruptis, poſtea ſcarificetur locus, & ponantur ibi ſanguiſugæ, & inungatur locus cum tali vnguento,R.orobi,farinæ fabarum,ſalis cõmunis,ariſtol.romellis,ana ʒ.ı.puluerizentur & bulliant in ſyrupo aceroſo donec ſit in ſpiſſitudinẽ mellis,& illiniatur locus.Vel iſtud quod eſt probatum, & laudabile multum in gangrẽnis,& in omnibus diſpoſitionibus, & cum membri complexio incipit corrumpi, & deſtrui, & mutari in citrinitatem, in liuor

liuorem, & viriditatem, & in quandam fuscedinem mortificatam, ſicut apparet in tibiis frequenter, & apoſtematibus malè curatis, Recipe olei roſ. ceræ albæ, ana ℥.6. ſucci fructus vuæ lupinæ, ℥.4. ceruſæ, ℥.1. plumbi vſti & loti, pompholygos, i. illius fumi qui adhæret infornacibus fabrorum vbi funduntur metalla, olibani, an. ℥.1. Modus conficiendi eſt iſte: Liquefiat cera & oleum, & deponantur ab igne, & alia ſubtiliter pulueriza & cribrata ſimul, omnia in mortario diutius commiſceas, & ſupradictum ſuccum fundas, & cum ſine intermiſſione per 5. horas fuerit agitatum, permitte coagulari, & ſupranatantem ſuccum proiice, & reſultat quædam confectio, ſi bene conficiatur, quaſi eſſet diachylon, & ſemper extenditur ſupra alutam, & poſtea ſupra locum: & eſt mirabile valde in omnibus vlceribus calidis, fraudulentis, ſanioſis, recentibus tantùm, quoniam in antiquis oportet fortiora cõiungere. Cum autem gangræna cadit in herpeſtiomenum, & iam incipit locus humectari & corrumpi, tunc melius eſt remouere quod putrefactum eſt cum medicinis putrefacientibus, & carnem cadere facientibus, aut cum cauterio, & ſimilibus, quàm cum inciſione. Apponatur igitur tale vnguentum, R. radic. ariſtol. aluminis, floris æris, vitrioli, gallarum, æris vſti, ceruſæ lotæ, aloes, ſucci cucumeris aſinini, ana ℥.2. bulliant cum melle & aceto, quantum ſufficit, & inungatur locus, donec appareat ſana caro: & ſi locus eſſet nimis humidus, cauterizetur: & quia talia cum ſunt antiquata, ſunt difficilis, aut impoſſibilis curationis, ideo curam reſtauratoribus relinquamus. Vnguentum ad vlcera cal. in plus ſanioſa difficilis curationis corpore mundificato, ita quòd deus noluit vſque ad hunc diem melius reuelare. Recipe antimonij, æris vſti, lithargyri, climiæ, & marchaſitæ argenti, ceruſæ lotæ, balauſtiæ, aluminis, ſarcocollæ, corticis thuris, põpholygos, id eſt, illius fumi qui adhæret in fornacibus vbi funduntur metalla, ana ℥.1. conficiantur cum fæce olei antiqui & cera, quantum ſufficit, fiat vnguentum, iſtud mirabiliter deſiccat ſine mordicatione, & pro tanto eſt vtile in membro ſenſibili, & viro delicato. Vnguentum ad cicatrizandum, & decorandum loca ſordida plena quaſi humiditatibus, propter vlcera corrumpentia colorem cutis, Recipe gallarum, corticis maligranati,

nati, sanguinis draconis. ana ʒ. 2. ceruſæ, aloes, ſarcocollæ, lithargyri, catimię lotæ, aluminis, çris vſti abluti, myrrhę, corticis thuris, pompholygos. ana ʒ. 3. pulueri zentur & conficiantur cum cera & oleo roſ. & fiat vnguẽtum. Conſiderentur igitur medicamina quæ poſita ſunt in hoc capitulo, quia mirabilia ſunt in cauſis ſuis.

De impetigine & ſerpigine. *Rubr.* v

IMpetigo, & ſerpigo, ſunt infectiones cutis de chol. ſubtili, miſta cum hu. groſſo terreo, ita quòd chol. ſubtilis aliquando eſt in plus, aliquandò chol. groſſa, & aliquando æqualiter. Quando eſt in plus de cholera, de facili curatur, quando humor groſſus, plus tardè curatur: & quando æqualiter, media eſt curatio. Mundificetur igitur corpus in primis iuxta naturam ſuæ complexionis: corpore autem mundificato, & bono regimine ſuppoſito, fiat balneum: quoniam balneum ſubtiliat, & aperit, & iuuat ad euacuandum hum. Impetigo recens, in primis curatur cum ſaliua ieiuni, ſi illinatur: vel fiat tale medicamen. Rec. farinæ riſi, milij, hordei, fabarum, lupinorum, cicerum. ana ʒ. j. gallarum, oſſium myrobalanorum, mell. ana ʒ. ß. bulliant omnia in aceto & ſucco betæ vſque ad ſpiſſitudinem, & illinatur locus. Si autem fuerit antiquatum, inungatur cum oleo de frumento, vel fiat tale vnguentum. Rec. nitri, lithargyri, ſtercoris fureti, fol. agni caſti, æris vſti. ana vnc. j. vitrioli, ſulfuris viui. ana ʒ. 3. bulliant in acero vſque ad ſpiſſitudinem, & locus illinatur. Si autem adueniat pruritus & ſquamæ, & quaſi quædam excoriatio, illinatur locus cum iſto medicamine. R. anacardi, coſti, ellebori nigri, atramenti, ariſtoloch. combuſtorum. ana ʒ. 6. terantur, & cribellentur, & conficiantur cum aqua, aut omnia iſta quæ dicta ſunt conficiantur cum modica quantitate ceræ & olei, & melius adhærebit. Vnguentum mirabile ad omnes rubores, & infectiones cutis de chole. aut ſanguine, aut vtriſque inficientibus cutem vbicunque fiunt. R. ſulphuris viui, auripigmenti rubei. ana ʒ. 2. pulueri zentur & cribellentur in vltimo, & conficiantur cum ſucco de ſumo terræ, & ſi non inueniatur, cum ſyrupo de ſumo terræ, & fiant trochiſci, & deſiccentur in vmbra: & cum vti volueris, diſtemperentur cum vnguento citrino, & inungatur locus, & cum aqua furfurea calida abluatur, & hoc fiat totiens donec

donec curetur. Oleum de sinapi delet impetiginem, sicut oleum de frumento: hoc idem facit acetositas citri, & sinapis cum aceto, & sulphur citrinum cum aceto, & cortices mali granati. vel fiat istud, R. vnguenti citrini, vnguenti fusci, lithargyri. ana ʒ. ij. misceantur.

De formica miliari. *Rubrica* VI.

FOrmica miliaris, est pustula parua acuti capitis, calida, aut multæ pustulæ, & videntur ambulare, quoniam videntur mutari, aliquando vlcerant, & aliquando non. Curantur enim sicut eryspelas, quoniam ante vlcerationem possunt apponi humida, sed postea non. In principio igitur ponantur magis frigida cum stypticis, in declinatione magis resolutiua: in medio ponatur medio modo. In principio igitur ponantur supra locum lactuca trita cum portulaca, & muccilagine psyllij, & in medio hordeum, & papis furfureus, & plantago, & cortex mali granati, & versus finem sal, & nitrum, & ruta, & cucumer asininus, & conficiatur cum vrina pueri, & succo plantaginis. Quia igitur in omnibus istis materia est venenosa, magnum studium, & magna cautela adhibeatur, sicut in igne persico, rectè.

De fistula. *Rubrica* VII.

INtelligendum est, quòd vlcus concauum, sordidum, latum interius, & strictum exterius, quod inquam modo clauditur, & modo aperitur, declarat fistulam, & per ista accidentia fistula declaratur. Digeratur igitur materia in primis cum oxymelle diuretico, & syrupo de fumo terræ, & purgetur cum hierapicra, & hiera Ruffi, & stuphetur, & vtatur theriaca, & sit in bona diæta, & bono regimine. Ista passio est difficilis curationis valde, & potissimè quando antiquatur: quoniam oportet, quòd cum nouacula, aut cauterio per omnem ambitum caro mortificata remouea-tur, donec esset deuentum ad viuam. Sed multi sunt, qui prædiligunt sic esse, quàm sic curari. Si autem fistula fuerit in carne, sanies est alba: si in osse, est sicut lotura carnis; si in neruo, est nigri coloris. Corpore igitur mundificato, elargeturvulnus cum gentiana, aut cum medulla sambuci; & postea ingenietur quomodo pulueres intromittantur cum tenta, aut per modum emplastri, & similium, ita quòd virtus medicaminis possit venire ad profundum, & consumere totum, quod mortificatum est, donec appareat ca-

ro rubea sana: & postea est magna cautela adhibenda in generatione carnis: quoniam dato quòd sit curatus, caro non generabitur vniformiter, & iterum in profundum sanies generabitur: quare tenta tincta in iis quæ carnem generant, continuè debet apponi, & paulatinè diminui, donec totum fuerit plenum sua carne. Hoc igitur medicamen confert in fistula, R. zinziberis ʒ. iij. viridis æris ʒ.j. aloës ʒ.ij. pulverizentur fortiter, & bulliant in aceto, & addatur mellis ʒ.ß. bulliant iterum, donec fiat quasi vnguentum: & intingatur tenta, & fistulæ apponatur. Vel fiat per hunc modum, quoniam materialia medicaminum mortificantium sunt hæc, arist. myrrha, aloë, ceruſa, lithargyrum, æs vstum, viride æris, vitriolum, tartarum, radices ireos, radic. scolopend. cadmia, testæ ouorum combustæ in furno figuli, nitrum, spuma maris, stercus humanum combustum, argentum viuum extinctum, limatura ferri, calx viua, sulphur viuum, sal armoniacum, auripigmentum rubeum & citrinum, vitriolum, alumen, realgar repressum, cantharides, sal, nitrum, sapo gallicus, centaurea, orobus, ellebo. opopanax, plumbum vstum, sal tostum, succus tithymali, hermod. afrodil, stœchados, mel, aqua rutæ, aqua chelidoniæ, distillata per alambicum, agrimonia, acetum, axungia porcina antiqua, ista inquam sunt materialia, cum quibus omnia vlcera fraudulenta, sordida possunt curari, cum curabilia sunt. Intelligendũ, quòd nec in his nec in aliis multis pono nutritiuum, neque eligo ex materialibus, quæ magis propria, & quæ minus, nec in multis pono doses. Cuius ratio est, quoniam hîc ponitur ars & doctrina, & multa relinquũtur medico particulariter operanti: quoniam in particularibus est magna diuersitas: quoniam aliquãdo passio est noua, aliquando antiqua: aliquando est in superficie, aliquando in profundo: aliquando in membro nobili vel iuxta, etiã aliquando in ignobili, aliquando in carne, aliquando in neruo, aliquando in osse. Et secundum hoc omnia oportet medicamina diuersificari. Præterea quædam sunt medicamina debilis virtutis, & quædam virtutis fortis, & quædam magni iuuamenti, & quædam parui, & secundum hoc diuersificantur doses. Comparetur igitur vnum alteri, & accipiantur aliqua ex istis, & conficiantur, & fistulæ, vt dictum est, applicentur. Quando autem fistula antiqua est

in profun

in profundo, fiat talis aqua, R. salis armoniaci, vitrioli, auripig. rubei & citrini, viridis æris, ana. puluerizentur & ponantur in alambico de vitro bene lutato, & fiat lẽtus ignis, & prima aqua abiiciatur donec alambicum fiat rubeum, & seruetur in vase vitreo obturato, aliter exhalaret: tantę virtutis est ista aqua, quòd ossa penetraret, & omnia metalla. & in omni concaua fistula ponatur vna modica gutta, sta tim cauterizat sicut ignis, & remoueatur arsura, & dolor cum albumine oui aut butyro: & adhibeatur cautela quæ dicta est in generatione carnis, quia verè ista aqua omnem fistulam mortificat, sed in ponendo adhibeatur cautela, quia in vltimo fortitudinis est. Sed pro timidis & pueris, fiant ista multum iuuantia, R. fol. rutę, chelidonię, fol. agrimoniæ, ana. & ponantur integra in aqua vitæ, hoc est in vino albo distillato per alambicum, & vna gutta in fistula distilletur. Vel fiat talis potio, quæ curat omnem fistulam à principio, Rec. agrimoniæ, foliorum oliuæ, ceterac. ana M. j. scindantur minutissimè, & ponantur in vino albo, & quotidie in aurora potetur scyphus vnus, & continuetur donec curetur, radix ellebori posita in fistulam curat eam. Scolopendria collecta cum oratione dominica, & portata ad collum, curat fistulam. Intelligendum quòd experimentum est multum vtile, postquam lux rationis præcessit: & quia omnia materialia quæ dicta sunt, sunt abstersiua & mundificatiua: & ex illis quæ dicta sunt, sunt quædam fortissima, & quædam debilia, & quædam mediocria: ideo experimentator debet accipere aliqua ex fortissimis in parua quantitate, & multa de debilibus, & in magna quantitate, & quædam de mediocribus, & in modica quantitate, & componat, & vtatur eis modo per modum pilularum, modo per modum vnguenti, modo per viam emplastri, modo per viam aquæ distillatæ, seu infusæ: quia etsi non prosunt singula, multa iuuant. Inferius dicemus aliud de fistula, capitulo de ægritudinibus in lacrymali. & quia hæc passio difficilima est ad curandum, postquam antiquata est, restauratoribus reliquamus.

De cancro. *Rubrica* VIII.

CAncer est apostema melancholicum de melancholia aduſta: & est à principio paruę quantitatis ad modum fabæ, durum, rotundum, fusci coloris, cum paruo calo-

re, cum magno dolore aliquando, aliquando cum paruo, aliquando non vlcerat, & aliquãdo vlcerat, & hoc est cùm melancholia generata est ex aduſtione ſanguinis, aut cholerae puræ ſolius. Et dicitur cancer, propter triplicem proprietatem. Primo, quia habet figuram rotundam, ſicut cancer. Secundo, quia ſicut cancer firmiter tenet quod tenet, cum cibum venatur, ita iſta paſſio fortiter adhæret. Tertiò, quia ſicut cancer habet multas tibias, & longas & tortuoſas, ita iſta paſſio habet multas venas, & diuerſas repletas circumquaque ſanguine melancholico.

Signa. Cancer autem diſcernitur ſic, quia corrodit circumquaque ſine cauernis, & calloſitate & duritie labiorum, cum rubore & calore à principio, ſed cum inueteratur, liuet, & viret & fuſceſcit, à principio autem difficilis cognitionis eſt

Prognoſti. valde. Cancer autem aut eſt recens, & tunc eſt curabilis: aut eſt antiquus, & tunc non curatur. Cancer aut eſt exterius apparens, & tũc curatur: aut eſt interius, & tunc non curatur. Et pro tanto dicebat illa ſententia altiſſima Hipp. Quibuſcunque cancri abſconditi ſunt, &c. Et forte intelle-

Curatio. xit de curatione per inciſionem. Ad curam igitur poſſibilem intendamus. In primis ſi indiget, fiat phlebotomia, poſtea curetur cum epithymo, & aqua caſei, vel hiera Ruffi: ſi eſt fortis, cibetur cum cibis frigidis & humidis, ſicut eſt aqua hordei, piſces ſquamoſi de aquis mundis, & vitella ouorum mollia, atriplices, borago, & crocus competunt, & lac vaccinum ebutyratum, & alia ſimilia. Si igitur locus ſit talis, quòd poſſit incidi, ſicut mamilla, & ſimilibus, incidatur omnino totus locus, & cauterizetur, & permittatur fluere multus ſanguis, hoc tamen fiat cum magna cautela. Cauterium etiam fiat cum magna cautela, quoniam periculoſum eſt. Apponantur igitur medicamina abſterſiua ſine mordicatione. Rec. tutiæ lotæ, plumbi aduſti & abluti, & corticis malorum granat. coriandri, aloës ablutæ, boli armenici. ana ʒ.j. conficiantur cum oleo roſa. & cera quantum ſufficit, & fiat vnguentum. Et ſi locus eſſet multum calidus, tunc agreſta, & coriandrum, & muccilago pſyllij deſuper applicetur. Succus chelidoniæ, ſuccus foliorum oliuæ curant cancrum in principio, & in gingiuis, & in ſummitatibus mamillarum. Cetera potatum curat proculdubio cancrum. Si autem magis particulariter

culariter volueris procedere, digeratur materia sic, R. succi borag. succi fumi terræ, succi scabiosæ, ana lib. ß. endiuiæ, scariolæ, ana ʒ.ij. epithymi, cuscutæ, sol. senæ. ana ʒ.iij. vini malorum grana. ʒ.iiij. panis zucca. lib. j. fiat syrupus. Materia digesta purgetur sic, R. oxylaxati. electua. de succo rosa. hieræ Ruffi. ana ʒ.ij. misceantur, postea stupheturin prædictis herbis, & postea dentur duæ partes rubeę trochiscatæ, & tertia theriacæ. Postea infrigidetur locus cum his, R. succi plantaginis, succi coriandri, succi portula. succi vermicularis. ana ʒ.iij. aceti albi, olei rosa. aquæ rosat. seri caprini. ana ʒ.iiij. bulliant vna inundatione, & pãni intincti tepidi desuper apponantur, & deinde deiccetur, & talis puluis desuper apponatur. R. hæmatites, coralli, cadmiæ argenteæ, & aureæ lotarum, fuliginis, telæ aranęæ, plumbi vsti & loti, spodij, ossium myrobala. citri. fiat pul. vel cum oleo rosa. & cera, fiat vnguentum, & abluatur locus quotidie cum sero caprino, aceto albo, & aqua rosa. tepidis. vel fiat sic. R. filtri blaui, stercoris columbini, corticis maligran. gallarum, adurantur supra testam, & puluerizentur, & puluis supra locum canceratum apponatur. Si autem cancer esset inueteratus, oportet fortiora medicamina adhibere. Addãtur igitur cum fortiori medicamine, vel cum isto, sed in parua quantitate. R. radi. aristol. rotun. aloës, myrrhæ, nitri, vitrioli, tartari, atramenti, vtriusque auripig. gallarũ, &c. & abluatur locus cum decoctione istarum herbarum. R. boraginis, scabiosæ, fumi terræ, lapatij acuti. centaureæ, bulliant in sero caprino in plus, & aceto, & vino alb. in minus, & semper abstergatur locus, & desiccetur cum panno lineo antiquo mundo. Sed quia ista passio est difficilis curationis, aut impossibilis, postquam est in interioribus, aut postquam antiquatur, ideo deinceps restauratoribus relinquamus. Notandum est hic, quòd in omni apostemate est triplex morbus, morbus consimilis, morbus officialis, & morbus communis: consimilis, ratione malæ complexionis: officialis, ratione tumoris: sed communis ratione solutionis continuitatis. Attamen intelligendum, quòd morbus consimilis est ibi morbus per se officialis, & communis sunt morbi per accidens: quoniam prius læditur membrum ratione malæ complexionis, quàm ex aliis, sicut declarauimus in de morbo & aę- *Clarificatio.*

cidenti. Secundo notandum, quòd nullum apostema fit ex spiritu. Si aliquis diceret Gal. dixisse quòd sic: dico quòd per spiritum intellexit ventum, vt in tympanite. Tertio notandum, quòd nullū apostema fit sine materia, cum fit ibi tumor, quoniam aut est humor, aut ventus, aut aquositas. Quarto intelligendum, quòd cum interius digerimus, modo digerimus & alteramus, modo cum calidis, modo cum frigidis, modo cum siccis, modo cum humi. quoniā quando apostema est exterius, digerimus & maturamus semper cum calidis, & humidis tēperatè digerimus teste Gal. 5. de simplici medicina. Dico quòd cum intus digerimus, ad hoc facimus vt expellamus, & ideo semper fit cum contrariis: extra autem propriè intendimus maturare, & istud fit cum iis quæ conseruant calidum naturale, & talia sunt calid. & humida temperata: tamen in apostematibus calidis vergunt ad frigiditatem, & in frigidis ad caliditatē, et ita de aliis. Quinto notandum circa impetiginem, quoniam licet balneum aquæ dulcis non competit in lepra, sicut dicetur inferius, nihilominus bene competeret in impetigine et serpigine: quoniam lepræ materia est profunda, et incinerata: et ideo balneum aquę dulcis non sufficeret, sed impetiginis et serpiginis materia est magis in exterioribus, et non est nisi semiadusta, et pro tanto per balneum aquæ dul. bene potest euaporari. Et pro tanto intelligendum vt dictum est, quoniam impetigo et serpigo sunt de materia subtili mista cum grossa: et quando plus abundat subtilis materia, dicitur impetigo, quasi scabies impetuosa, et quia velocius mouetur, et occupat maiorem locum. Si autem plus abundet materia grossa, tunc dicitur serpigo: et quando æqualiter, tunc dicetur serpigo miliaris vel serpigo granosa. Aliquando ista sunt cum calore et ardore, et vlcere et sanie, et aliquando non, ita quòd impetigo magis vergit ad ruborem, et serpigo ad nigredinē, et ita medicamina aliquo modo sunt diuersificanda. Sexto notandum, quòd frumentum debet poni inter laminas ferreas candentes, et quod eliquat, est oleum eius, et istud oleum licet sit cal. tamen mirabilem proprietatem habet contra impetiginem, et serpiginem, et similes infectiones, quoniam satis velociter totum delet. Septimo notandū, quòd impetigo, et serpigo possunt causari ex cho. et melancholia:

Differentia impetiginis & serpiginis.

lia: & ex melãcholia inquam in naturali causata per viam aduſtionis choleræ, vel ſanguinis: & hæc aduſtio non eſt cõpleta, ſed mediata: & quia materia in parte eſt ſubtilis, ideo expãditur ad cutem: & quia partim groſſa, ideo remanet iuxta cutem. Octauo notandum, quòd comedentes panem ratatum, incurrunt impetiginem, & ſerpiginé ratione infectionis, cùm mures habeant aliquam naturã venenoſam: ideo etiam pauperibus talis panis non eſt dandus. Nono aduertendum, quoniam licet impetigo, & ſerpigo ſint extra venas, nihilominus bene poteſt competere phlebotomia propter materiam exiſtentem in venis. Decimo intelligendum, quòd in impetigine & ſerpigine non competunt frigida repercuſſiua, niſi eſſent miſta cum quibuſdam reſolutiuis. Vndecimo intelligendum contra carbunculum, quòd aliqui apponunt in curatione frumentũ maſticatum, & fermentum, & ſal, & ſimilia cal. & tamen carbunculus eſt de materia cal. Dico quòd carbunculus eſt de ſanguine, & chole aduſtis & incenſis, ita quòd plus dominatur ſang. & dicitur carbunculus, vt dictum eſt, à carbone viuo: quoniam ſicut carbo calet & rubet, ita iſtud apoſtema: & ideo in principio fiat phlebotomia ex eadem parte: & in circuitu apoſtematis ponantur frigida, & deſuper apponatur frumentum maſticatum, quia maturat & attrahit temperatè: & magis ratione maſticationis apponatur fermentum, quia habet duplicem naturam cali. & fri. & ſal. quia calefacit, attrahit, reſoluit, & confortat ratione ſtypticitatis. Poſtquam autem venit ad rupturam, tunc apponantur reſolutiua, vt non conuertatur in anthracem, aut ſacrum ignem: aſpergatur igitur aqua cal. cum modico ſale, & ponantur ibi ventoſæ & ſimilia, quæ dicta ſunt ſuperius. Duodecimo notandum circa carbunculum, ſicut frequenter dictum eſt, quòd in carbunculo, nec in aliquo apoſtemate venenoſo, non competunt repercuſſiua, & tamen autores iubent apponere frigida. Dico quòd verum eſt: quia materia venenoſa curreret ad cor, & ad viſcera: quòd autẽ apponantur frigida, hoc non ſuprà, ſed in circuitu. Præterea ſi apponantur frigida, hoc nõ eſt vt repercutiant, ſed vt ardorem mitigent, propterea ſemper admiſceantur ſtyptica, vt confortent. poſtea ſuperapponantur reſolutiua, vt non penetrent, quæ

quidem actu tepida, vt non repercutiant, sed vt ardorem refrenent. Præterea illa frigida post vlcerationem non sint humida, sed ficca, vt mundificent. Et iuxta hoc intelligendum quòd maturatiua nec cal. nec frigida, non competunt in carbunculo, sed magis resolutiua & euaporatiua, ideo non debent esse ita ca. quòd adurant. Vltimo notandum de cancro, quòd in sui nouitate potest curari: sed cum antiquatus est non, & potissimè in interioribus, & ideo dicebat Hippo. Quibuscunque canceri sunt absconditi &c.

De verrucis porris, acrochordonibus & lupiis. CAP. XX.

ISta sunt peccata officialia in numero addito. Verruca autem est caro dura, & spissa per totum corpus nata, maximè in pedibus & manibus, de materia phlegmatica & melancholica. Idem sunt porri, nisi ℘ porri sunt verrucæ minutim fixæ ad modum porrorũ habentium multas barbas, & hoc est propter maius dominium melancholiæ siccæ & terreæ. Acrochordones, sunt quædam excrescentiæ ad modum capitis vberum, molles, pendentes, de materia phlegmatica. Lupiæ sunt quædã quæ generantur in palpebris, & in aliis partibus corporis, de materia phlegmatica: & differunt à scrophis & glandulis, quia scrophæ & glandulæ sunt magis intus in poris, & carne circũuolutæ folliculo: alię autem sunt magis extra. Curatio verrucarũ est abstinere ab omnibus melancholicis: deinde ℘ frequenter scarificentur vnguibus, vt sanguis effluat, & ℘ apponatur lac ficus frequenter, & proculdubio curat, aut quòd ligentur verrucæ cum setis equi, vel ℘ pistentur ista, laĕ tithymali, auripigm. & pasta, & fiat capsula, & desuper apponatur. Vel fiant ista, R. viridis æris, auripigmẽ. & pulpæ colocynthidis, salis armoniaci. ana ʒ. j. & pistentur cum lacte tithymali & cera, & fiat capsula. vel quòd radatur cum nouacula, & dimittatur fortiter exsanguinari, & postea proiiciatur desuper lac ficus, aut lac tithymali, aut puluis lithargyri & auripigm. distemperatus cum forti aceto. Lupia autem & acrochordones omnino abscindantur: sed lupia seu nodus qui est in palpebra, & apparet in interiori palpebrę, debet abscindi vel remoueri, vel in istis excrescẽtiis fiant ista, terantur allia cum sale, & desuper apponãtur, & remoueantur ter inter diem & noctem, & continuentur vsq; ad nouem dies, & ℘ talia cum lamina plumbea fortiter cõpri

Cura.

mantur.

mantur. Si aliquis dubitaret, quomodo competunt sicca, nónne talia indurant, & materia est dura? Dico quòd sicca, *Clarificatio.* styptica, & frigida indurant: sed hic ponuntur sicca, quæ resoluunt, sicut acetum, aut ficca quæ consumunt, euaporant, eradicant, rumpunt, & cauterizant, sicut auripigmentum, & similia talia competunt. Secundo notandum, q̃ huiusmodi excrescentiæ nõ possunt causari de cho. quoniam chol. euaporat & euanescit, & non potest deuenire ad tantam conglobationẽ: fiunt igitur de phlegmate vitreo-caseato cõglobato aut gypseo, aut melancholia. Tertio aduertendũ, vtrum vna magna scrophula, seu verruca possit generare multas paruas, cum extra se nihil emittant in generato? Dico quòd magna verruca multũ attrahit de sanguine melancholico, quo attracto, multæ aliæ paruæ hinc inde generantur, & ita de scrophulis. Quarto intelligendũ quòd licet sanguis pedum, & manuum sit subtilis, nihilominus plures generantur verrucæ in illis partibus, quàm in aliis: non quòd ex illo sanguine subtili generentur, sed quia virtus mundificatiua mittit superflua ad extrema. Quinto notandum, quoniam licet in his inquantum huiusmodi non competat phlebotomia, tamen quantum est ex vniuersali purgatione potest competere.

DE APOSTEMATIBVS FRIGIDIS, continens Rubricas quatuor. CAP. XXI.

De apostematibus phlegmaticis exituralibus. Rub. 1.

APostematum quædam sunt cal. & quædã frigida: & ideo postquã determinatum est de apostematib. ca. secundum omnem sui ambitum, hîc agitur de frigi. Apostemata autẽ frigida, quædam sunt de phlegmate, quædã de melancholia, quædam de aquositate, quædam de ventositate. Illa autem quę sunt de phlegmate, quędã sunt mollia, humida, tractabilia & sine calore, et quædam sunt solida et dura, quanto duriora, tanto frigidiora. Suppositio quòd vniuersalia præcesserunt, sicut est bona diæta, et bonum regimẽ, et q̃ materia sit digesta, et euacuata, et ita de aliis, sicut decet per ordinem, ad regimen particulare veniamus. Reperiatur igitur in primis materia cum siccis et resolutiuis. Accipe igitur lixiuium, et resoluatur ibi nitrũ et ace- *Cura.*

tum,& tunc ſpongia noua intingatur,aut pānus lineus,aut lana, aut filtrum, aut pannus de bombace, & fomentetur locus,& deſuper etiam apponantur, & iſta continuentur, & quotidie augmententur, & fiat poſtea fortis fricatio in loco. Quando autem videmus,quòd apoſtema non eſt reſolutum,& accedit ad ſtatum,& incipit maturari, tunc iuuemus naturam ſic,R.radicem lilij,fœnugræci,ſe.lini. ana ʒ.j.bulliant in aqua,& fortiter conterantur, & miſceantur cum fermento,& fiat emplaſtrum.In declinatione autem, apponantur olea cal. reſolutiua, ſicut eſt oleum laurinum, oleum de ſpica nardi,& ſimilium,vel quòd in prædicta decoctione quæ fit in principio,addatur ſulphur extinctum, & oleum roſaceum, & ſal, & fiat fomentatio, & ſpongia intincta ponatur deſuper.Si autem conqueritur de magno dolore,pro tanto quia apoſtema erat in membro neruoſo, aut chorda,tunc accipe lanam ſuccidam, & vinum coctū, quod appellatur ſapa, & modicum de ſpica nardi, & chamomilla,& melilotum, & fiat fomentatio, & lana deſuper apponatur.

De glandulis,nodis & ſcrophulis. Rubrica 11.

Curatio. ISta apoſtemata cauſantur de phlegmate caſeato, duro & congelato, quorum cura triplex eſt. Primo comprimatur fortiter & fricetur, vel accipiatur tabula plumbea ſolida,& locus fortiter comprimatur cum tabula, & ligetur deſuper,& ſit totum ſtudium in fortiter comprimēdo. Secundo poteſt curari cum medicinis cauterizantibus.R. ellebori nigri,auripigmēti rubei,viridis æris, calcis viuæ, atramenti,ſulphuris viui,ana ʒ.j. lithargyri, æris vſti, ana ʒ.iiij.conficiantur cum oleo roſ.& fiat vnguentū cum cera, aut fiat emplaſtrum cum galbano & bdellio mollificatis in vino.Tertio curatur ſic, Extendatur cutis ex vtroq; late re,& ſcindatur,& diſcatnetur vndique, & extrahatur tota burſicula vbi iſta continentur, deinde curentur ſicut vulnera.Sit tamen duplex cautela, ſcilicet quòd nihil remaneat de burſicula,quia iterum reueniret. Secunda ſit,quòd cùm iſta ſunt proxima neruis & chordis,quòd illa non lædantur. Scrophulæ generantur ex phlegmate vitreo, & melancholia,& aſſimilantur nodis, & generantur vtplurimùm in carne molli, & ideo multiplicantur in collo & axillis:rarò inuenitur ſola,ſed ſunt multæ : aliquando eſt

vna

vna grossa magna, aliquando coadunantur nodi multi, & videtur esse racemus suspẽsus: salubres sunt in pueris, graviores in iuuenibus. In primis subtilietur regimen, vitet repletionem cibi, & potus, & potissimè repletionem nauseatiuam, & omnia illa viter quæ replent caput vaporibus, sicut sunt allia, cæpæ, vinum forte, vociferatio, ira, solicitudo, & tenere caput inclinatum, & multa consimilia. In primis fiat phlebotomia, si particularia conueniunt, digeratur materia cum oxymelle diuretico, & euacuetur cum diaturbith. R. turbith ʒ. x. zinzi. ʒ. v. zuc. q. ß. ad condiendum, & vtatur eo donec materia grossa phlegmatica antecedés fuerit sufficienter euacuata, postea resoluamus: quoniam repercussiua non competunt hîc, nec in magnis scrophulis competit ferrum, vt dicit Auicen. Illud autem quod sufficienter resoluit, est apostolicon, & diachylon. Materialia autem medicaminum resoluentium scrophulas sunt ista simplicia, radix lilij, stercus caprarum, radix cucumeris asinini, ficus qui ceciderunt ante maturitatem cum sunt albæ, farina fabarum, amygdala amara, radix colocynthidis, alumen, sinapi, semen vrticæ, sulphur, spuma maris, aristol. scilla, fœnugræ. calx, nasturtium, stercus columbinum, orobus, nitrum, mel, & ista gummi, bdellium, armoniacum galbanum, pix naualis, resina, & huiusmodi similia. Tunc medicus accipiat vnum ex illis, vel plura, aut omnia, & cõficiatur cum aceto & oleo antiquo, & potest facere vnguẽtum, aut emplastrum cum gummis in maiori portione. Dicitur etiam quòd serpens ponatur in olla, & lutetur, & in furno decoquatur, & caro cum aceto, & melle fortiter cõmisceatur, & locus illinatur. Si autem cum illis fuerit magnus calor in scrophulis, addatur magna quantitas coriãdri cum prædictis medicaminibus: finaliter oportet recurrere ad manum chirurgicam, sed caueat sibi restaurator in venis & arteriis & neruis, etsi non vadamus ad reges, quia reges consueuerunt curare solo tactu, potissimè serenissimus Rex Francorum, & ideo morbus regius appellatur. Aliqui sunt timidi, & timent incisionem, & longitudinem viarum: in talibus rumpatur locus cum cãtharidibus & sepo hircino: sed quia ista cura est turpis, & difficilis, totaliter restauratoribus derelinquo.

De apostematibus duris, & lapideis. Rubr. III.

ISta apostemata causantur ex materia phlegmatica aut melancholica, aut vtrisque, & pro tanto vergunt ad plumbeitatem, si sint de melancholia: & ad colorem cutis naturalis, si sint de phlegmate: & medio modo, quando compositio est media, & callus & durities & similia consueuerunt generari in iuncturis, & potissimè in pedibus, ita quòd frequenter impediunt gressum: & ideo talia sunt abscindenda, & curanda, quia frequenter cadũt in cancrum. In apostematibus igitur duris cauendum, vt non ponantur fortiter exiccantia, nec fortiter resoluentia, quia maior fieret induratio: ponantur igitur lenitiua cum resoluentibus. Caueatur igitur à sale, quòd ibi nõ apponatur in axungiis: & caueatur acetum quòd apponatur in parua quãtitate, quando locus est neruosus: in carnoso autẽ plus potest apponi, & etiam in principio plus debemus vitare acetum quàm in fine. In primis igitur suppositio bono regimine, in sex rebus non naturalibus, & in illis quæ reducũtur ad illa, sicut est balneum, fricatio & similia: accipe lapidem molarem cãdentẽ, aut marchasitam, & aspergatur aceto, & suffumigetur locus, donec sudet. Materialia autem vnguẽtorum, & emplastrorum quæ huiusmodi materias duras resoluunt, & mollificant sunt ista, axungia gallinæ, & anatis, & vulpis, & lupi, & leonis, & vulturis, & aquilæ, & medulla vituli, & cerui, & talium consimilium, sicut fœnugræcum, & semen lini, & ista gummi, opopanacũ galbanum, serapinum, bdellium, styrax, calamita, mastiche, ladanũ, pix naualis. Et de omnibus istis quanto recentiora, tanto meliora. Gummi temperentur in aceto aut fæce eius, quando est in loco neruoso, & fiat compositio ex vno aut ex multis, secundum quod videbitur expedire: vel per modum olei, & vnguenti vel emplastri, quod tuæ industriæ derelinquo.

De scrophulis clarificatio. Rubr. IIII.

INtelligendum quòd scrophulæ non multiplicantur in neruis, nec in carne dura, licet habeant maiorem conuenientiam cum eis, pro tanto quia non generantur per viam congestionis, sed per viam deriuationis, & cum hoc illa membra non sunt parata ad receptionem materiæ propter soliditatem, quia caro mollis est rara & spongiosa, & ideo de facili recipit superfluitates, & pro tanto multiplicant

cantur plus in collo & axillis, & quia caro mollis, & quia emunctoria. Secundo notandum, quòd licet senes abundent magis in materia phlegmatica accidentaliter, & melãcholica naturaliter: & cũ hoc licet sint magis debiles naturaliter quàm pueri, tamen magis multiplicantur scrophulæ in pueris: & quia sunt magis gulosi & petoris regiminis communiter, & mẽbra sunt magis parata ratione raritatis: senes autem vt plurimũ sunt melioris regiminis, & mẽbra sunt solida, & nõ recipiũt ita superfluitates: quare scrophulæ magis multiplicantur in pueris, quàm in senibus. Tertio considerandum, quòd scrophulæ sunt plures quàm verrucæ, & glandulę, quia materia est peior, & ideo plus multiplicat sibi simile. Vel posses dicere, quòd nihil aliud est scrophula quàm glãdula multiplicata: vnde quãdo videmus vnam solam, glandulã appellamus: quando autem multas, scrophulas. Quarto intelligendum, quòd repercussiua non competunt in scrophulis, nec in consimilibus apostematibus duris: cuius ratio est, quoniam materia est ita grossa & cõpacta, quòd non posset retrocedere: nec etiam competit scarificatio, quia ratione doloris magis traheretur materia ad locum: sed ratione vomitus bene competit, & licet non euacuet materiam coniunctam, antecedentem tamen euacuat. Vltimo possumus hoc addere: posset aliquis dubitare de ordine nostrarum receptarum, quare aliquando ponimus materialia, & non ponimus dolses. Dico quòd hîc traditur doctrina operandi, sed modum operandi particularem propter conuenientiam & disconuenientiam particularium, oportet frequẽter mutare, addere, & diminuere, sicut dictum est superius, cum loquebamur de fistula. Et ideo hîc possumus ponere canonem elec. Mesuæ, quando aliqua simplex medicina est fortis virtutis, tunc debemus apponere in parua quantitate, quia timemus effectum eius nimium, sicut in scãmonea, & elleboro & pulpa colocynthidis, & ita possumus intelligere in alterantibus. Si autem sint debilis virtutis, debemus apponere in magna quantitate: quoniam aliter non haberet effectum, sicut in cassiasi. & similibus, & ita in alterantibus. Si autem res fuerit magni iuuamenti, debemus in magna quãtitate apponere, sicut esset pęonia, ruta, hyssopus in epilepsia. Si autem sit debilis iuuamenti, debemus apponere

in

in parua quãtitate, sicut esset endiuia aquatica in febre cholerica. Consideremus igitur, si res magni iuuamẽti, & parvę virtutis cõueniãt, debemus apponere multũ valde, quia vtraq; conuenit. Si autẽ esset iuuamentũ magnũ, & virtus fortis, apponamus in quãtitate mediocri, quia alterũ præcipit, & alterũ negat. Si autẽ fuerit magnę virtutis, & parui iuuamẽti, ponamus mediocriter: quoniã parũ apponemus ratione iuuamẽti: sed quia virtus est debilis, non haberet effectũ, si quãtitas esset parua: fit igitur mediocris. Et ita diligens medicus poterit se aliquo modo informare.

De lepra. CAP. XXII.

LEpra est morbus consimilis corrumpens figuram, & formam, & compositionem membrorum, & finaliter soluens continuum, prouenies de materia melancholica sparsa ad totum corpus. Intelligendum est, quòd materia melancholica, aut spargitur ad totum corpus, aut ad partem: si ad totum, aut putrefit, aut non: si putrefiat, tum generatur febris melancholica. Si non putrefiat, tunc aut mittitur ad carnem, aut ad cutem: si ad carnem, generat lepram: si ad cutem, morpheam. Si autem ad partem mittatur, vbi adunatur, vt quasi extra cutem, & non aduratur, tunc generat verrucas & nodos. Si autem subtus carnẽ magis, & non aduratur, tunc generat scliroſim & duritiem. Si autẽ aduratur, aut materia est grossa, aut subtilis: si grossa, sic generat cancrum: si subtilis, sic generat herpestiomenũ: & ita herpestiomenus potest generari ex melancholia adusta, & ex adustione humorum calidorum, vt superius dictum est. Ex his patet, quòd lepra per se est morbus consimilis, seu accidens morbi consimilis: quia vtrunque potest dici suo modo loquendi, sicut manifestabitur inferius. Et ita in lepra est triplex morbus, consimilis, officialis, & cõmunis. Consimilis, est propter malam complexionem frigidam & siccam, quæ est causa immediata, & per se, quare errat virtus assimilatiua. & pro tanto dicebat Gal. 6. de morbo, quòd lepra est error nimius virtutis assimilatiuæ in carne. Et ideo dicit Gal. in de virtutibus naturalibus quòd cum virtus digestiua errat in disseminando, tunc causatur hectica: & quando errat in assimilando, tunc causatur lepra: & quando in vniendo, hydropisis. Mala igitur complexio frigida & sicca existens in carne, propter

mater

materiam melancholicam non potest hanc materiam corruptam assimilare carni, ita quòd sit rubea, & caro vera, sed generat carnem phlegmaticam, quasi separatam, granulosam, & ita generatur lepra. Patet igitur, quòd lepra est morbus consimilis, & est etiam morbus officialis propter corruptionem figuræ: quoniam tanta est malitia complexionis, quòd etiam figuram corrumpit: imò corruptio formæ & figuræ sua differentia constitutiua, sicut patebit infrius. Et etiam morbus communis, quia finaliter soluitur cõtinuum, nisi præueniat mors. Bene igitur proponebatur in notificatione, quòd lepra est morbus consimilis, corrumpens formam, figuram & cõpositionem membrorum, & finaliter soluens continuum proueniens de materia melancholica sparsa ad totum corpus. Lepra igitur est error nimius virtutis assimilatiuæ in carne. Lepra enim aut introducitur ab vtero, aut post. Si ab vtero, hoc est quia generatus est in tempore menstruorum, aut quia est filius leprosi, aut quia leprosus concubuit cum muliere prægnante, & ita baccalarius erit leprosus, & ex his corruptionibus magis aduenientibus conceptui generatur lepra. Si post vterum, hoc potest esse, quia aer est malus, corruptus, pestilencialis, aut quia continuauit cibaria melãcholica, sicut sunt lentes & alia legumina: & carnes melancholicas, sicut sunt vulpes, vrsi, apri, lepores: & quadrupedalia, sicut sunt afini, & similia. Et in quibusdam regionibus omnia talia feralia comeduntur, & prouenit etiam ex nimia confabulatione cum leprosis, & ex coitu cum leprosa, & qui iacet cũ muliere cum qua iacuit leprosus, semine adhuc in matrice existente: quoniam ex coitu cum leproso mulier non inficitur, nisi nimis continuaret, propter densitatem matricis: & si sanus iacet cum muliere cum qua iacuit leprosus, semine adhuc in matrice existente, necessariò erit leprosus: quia pori sunt rari in masculo, & infectio statim transit ad totum corpus, quare mirabiliſſimè est cauendum. & si aliqua opportunitas aut malitia cogeret, ingenietur quòd semen exeat matricem, saltando, sternutãdo, balneando, & matricem cum aquis mundificatiuis abstergendo, & quòd etiam præcedat longum tempus quantum erit possibile. Et multi alij modi sunt, quos non oportet narrare in expellendo semen receptum: sin autem,

patet

paret se ad cucurbitam, & stellas, & ad opprobrium sempiternum. Cauere debet sibi quilibet quòd non iaceat cum
Historia. leprosa muliere, & dicam quod accidit. Quædã comitissa venit leprosa ad Montempessulanum, & erat in fine in cura mea, & quidam Baccalarius in medicina ministrabat ei, & iacuit cum ea & imprægnauit eam, & perfectissimè leprosus factus est. Igitur *felix quem faciunt aliena pericula cautum.* Comedere etiam lac & pisces in eadem mensa inducit lepra: repletio etiam nauseatiua, ex cibis calidis sanguinem adurentibus, aut ex frigidis & siccis melancholicis; vt dictum est. Homines igitur cholerici extenuati, multum calidi, aduſti, & habentes hepar calidum, caueant sibi, quia ipsi sunt in media via: licet enim causa immediata lepræ sit materia melancholica, & mala complexio frigida & sicca, & sic non sit nisi vna species: tamen considerando causas antecedentes sunt quatuor, quoniã aliquando aduritur
Lepra leonina. cholera, & trãsit in melancholiã, & generatur lepra quę appellatur leonina, quæ citissimè venit ad augmentum: & quando aduritur sanguis, generatur alopecia, & est saluior
Alopecia est species lepræ. inter omnes: & post eam cholerica à principio citius curatur, & aduritur melancholia, & causat elephantiam, & tardius venit ad augmentum, & tardius curatur, & aduritur phlegma, & causat tyriã, & habet se medio modo inter ista.
Tyria Arabia, est ophiasis Græcorum. Signa infallibilia sunt ista, depilatio supercilliorum & grossities eorum, rotunditas oculorum, dilatatio narium exterius, & coarctatio interius cum difficultate anhelitus, & quasi si cum naribus loqueretur, & color faciei lucidus, vergens ad fuscedinem mortificatã, & terribilis aspectus faciei, cum fixo intuitu, & cum gracilitate, contractione pulparum aurium. Et per vnum signum non debemus iudicare: quia frequenter sunt æquiuoca, sed duo vel tria: tamen sunt certiora, & sunt multa alia, sicut sunt pustulæ, & extrescentiæ, & consumptio musculorum, & potissimè illius qui est inter pollicem & indicem, & insensibilitas extremitatum, & scissuræ & infectiones cutis: & sanguis cũ est ablutus sicut decet, habet contenta nigra, terrea, aspera, arenosa, & multa alia valde quæ ponunt autores: mihi tamen sufficiunt illa quæ in facie inuenta sunt, sicut clarificabitur in clarificatione dictorũ. Ista autem sunt signa detecta, manifesta, quibus apparentibus patiens est à populo

seque

sequestrandus. Signa occulta quæ signant lepram cum est in principio, sunt ista, color faciei rubens, vergens ad nigredinem, & incipit anhelitus immutari, & vox aliquo modo rauescit, & capilli incipiunt gracillari & paruificari, & est sudor eius, & anhelitus decliuis ad fœtorē, & apparent mores melancholici & mali & dolosi, & multiplicantur in somno somnia melancholica terribilia, & sentit in somno grauedinē maximam supra corpus suum, & in quibusdam apparet scabies & pustula & morphea per totum corpus, & incipit fieri fœda corporis dispositio, & dumtamen nō corrumpatur forma & figura, nondum est iudicandus ad separationem, sed est fortissimè comminandus. Signa autem quæ significant naufragium & approximationem ad termi num, sunt ista, corrosio chartilaginis, quæ inter foramina narium, & casus eiusdem, sciſura pedum, & manuum, & casus eorundem, grossities labiorum, & dispositio corporis glandulosa, dyspnœa, & difficultas anhelitus, & vox rauciloqua, catullina, terribilis aspectus faciei, & coloris nigri, pulsus occultus paruus. Signa autem humoris peccantis sunt, si fuerit lepra ex sanguine, color faciei vergit ad rubedinem obscuram, faciem habet subtumidam, cum humoribus multis vlcerosis, & cum virulentia, oculi sunt rubei, & palpebræ inuersantur, & ex qualibet leuissima causa exit sang. à naribus, odor grauis & fœtidus, in toto corpore, vrina vergit ad ruborem & spissitudinem. Si autem fuerit ex cho. color vergit ad citrinitatem nigram, punctura & mordicatio est in facie, & palpebris, irascitur velociter, & est tyrannus moribus, vrina vergit ad citrinitatem, aliquando est ibi impetigo & serpigo, & citissimè venit ad augmentum. Si autem fuerit ex phlegmate, color est albus, vergēs ad niueum, faciem habet subtumidā, & extremitates cum resolutionibus furfureis, & squamis albis, vrina est alba vergens ad spissitudinem cum quadam glaucositate sanioſa. Si autem fuerit de melancholia, facies vergit ad nigredinem turbatam, ita quòd si aër fuerit nimis calidus, aut moueatur, aut irascatur, color erit rubeus: si turbatus, vergens ad nigredinem: & si aër infrigidetur, aut timet, color erit liuidus & turbatus, vergens ad nigredinem: nodositates multæ in toto corpore, mores sunt melancholici, stupor & insensibilitas, vrina tenuis & remissa. Si igitur fuerit de san-

Signa lepræ iam factæ.

guine, vocatur alopecia: & si de chol. leonina: & si de phlegmate, tyria: & si de melancholia, elephantia. Prognosticare pro certo possumus, quòd in sempiternum lepra postquam venit ad manifestam corruptionem formæ, & figuræ, non curabitur: sed vitam prolongare possumus, & impedire cum medicaminibus, ne materia venenosa, melancholica & incinerata non vadat ad cor & membra principalia: quia intelligendum est quòd lepra incipit primo ab interioribus, & postea manifestabitur in facie, & extremitatibus, & iteraro reuertitur ad interiora. & tũc est mors, quia membra nobilia ruinam sustinere non possunt, tum propter horribilitatem materiæ, tum propter malam complexionem frigidam & siccam oppositam vitæ principiis. Et propter hoc innuebat Auic. quomodo curabitur lepra, quę est cancer vniuersalis, cum iam non potest curari cancer particularis. Alopecia enim est minus periculosa & facilioris curationis à principio: leonina autem facilius venit ad augmentum: elephantia tardius venit ad augmentum, vt dictum est, et tardius curatur. Tyria medio modo se habet. In primis incipiamus à phlebotomia. Intelligendum est igitur, quòd postquam ægritudo est confirmata, quod cognoscitur per corruptionem, non multum prodest phlebotomia, nec fortis medicina: commouent enim & nõ eua cuant, infrigidant, et desiccant, & virtutem abiiciunt, & de materia morbi modicum aut nihil euacuant, quoniam non iam est in venis, sed in membris. Si autem competat phlebotomia in lepra confirmata, hoc est, quia lepra est de sanguine, & quia sanguis multum abundat, aut si fuerit etiam in muliere propter retentionem menstruorum, aut propter retentionem hæmorrhoidum insolitam, aut si veniret patiens ad magnã difficultatem anhelitus, ita quòd timeremus de suffocatione, aliter non videretur competere, & esset minus malum quòd foret de venis paruis, quàm de venis, magnis, vel quòd fieret ventosatio cum scarificatione inter scapulas aut in tibiis: à principio autem melius est, & directius potest competere phlebotomia, quoniam materia est in venis: fiat igitur vt oportet & sicut oportetret tamen video communiter operantes errare, quoniam indifferenter faciunt, & multas. Valde vigilemus igitur. Secundo oportet cõsiderare de pharmaciis & de digestione materiæ

Prognostic.

Cura.

teriæ in principio cum est curabilis: quia de confirmata non debemus nos intromittere quantum ad curam, nisi ad prolongandum vitam, et quòd prædicatur, si medicus fortiter fuerit rogatus. In primis digeratur materia per hunc modum, R. succi bora. succi fumi ter. succi scabio. succi lapatij acuti, ana ʒ.3. florum borag. florum viol. fol. senç, epithymi, cuscutæ, polypodij, anethi, liquir. mundæ, ana ʒ.j. mell. ros. & panis zucca. ana quartaria iij. fiat syr. clarificatus. Si autem hu. cal. dominentur, addatur succi endi. scar. lactu. & acetum. Si autem materiæ frigidæ dominentur, addantur ista, origanum, scilicet, et calamentum, anthos, stœchados, anisum, & marathrum. Et si fuerit mulier cum retētione menstruorum, addatur artemisia, et sauina, & secundum aliorum particularium diuersitatem oportet aliquid addere vel diminuere. Quoniam si pauper fuerit, & materia sit cali. digeratur cum oxysaccara, et syrupo de fumo terræ: et si causa est frigida, cum oxymel. diuret. & scill. & syrupo de fumo terræ. Si autē fuerit delicatus & diues, digeratur cum his electuariis, R. diābræ, diacamerō, diarh. iulij, diamargariton. Si autem fuerit pauper, cum diāthos, & dianison, & si causa esset calida, addatur zucc. rosar. & tria sandal. Materia digesta tertio loco oportet deuenire ad medicinas: medicinæ fortes elleboricæ non dentur nisi in medio veris semel, & in medio autumni semel: faciles autem dentur multis & multis vicibus, imo fortè quotidie vsque ad vnam bonā ascellam vel duas, vel parum plus iuxta conuenientiam particularium. R. florum borag. florum viol. fol. senæ, epithy. polypo. anet. vuarum passu. munda. ab arill. liquir. mundæ, ana ʒ.j. fiat decoctio cum sero caprino, & in decoctione temperentur cortices myrobal. indorum, bellericorum, & emblicorum, bene gummosorum. ana ʒ.ſs. fricentur lento igni, & colentur, & detur vsque ad mediam libram in aurora, ista decoctio est multum vtilis, & ideo diligenter reseruetur. Si autem in materia dominaretur hu. calidus, addantur myrobal. citri. vel diagrydium cum mastiche bulliti in sacculo. Et si materia esset phlegmatica, addantur myrobala. chebul. vel turbith cum esula, zinzibere, & mastiche bullitis in sacculo, & in decoctione. Medicinæ autem fortes sunt hiera Ruffi, hieralogod. theodoricon, emperiston: acutæ cum pulpa colocynthidos

in paruissima quátitatę. Et si dominatur chol. addatur electuarium de succo ros. & similiter si fuerit materia cal. detur cal. R. electuarij de succo ros. oxylaxati. hiera Ruffi ana ʒ.iij. interiorum colocynthidis, bdellij, ana ϑ.ß. fiant pilulę. Si autem fuerit phlegmatica, R. hieræpic. ʒ ß. hiera Ruffi ʒ.iij. esulæ, mastich. ana. ϑ.j. fiant pilulæ. Si autem melancholia dominetur, R. diasenæ, diabor. hiera Ruffi. ana ʒ.iij. pulpæ colocynthidis, bdellij. ana. ϑ.ß. fiant pilulæ. Istæ tamen doses variabuntur iuxta conuementiã particularium, quia aliqui sunt fortes, aliqui debiles, aliqui morantur in clima te calido, aliqui in frigido. Industriæ autẽ medici derelinquo, quia periculosæ sunt omnes medicinæ eleboricæ, & omnes colocynthidis, quia inter fortes istę solę cõueniunt. Vt igitur his periculum euenire non possit, accipiantur raphani, fœn. petrosel. radices, & perforentur cum subula, & lardentur cum elleb. nigro, cooperiantur sicut decet, & stẽt ad minus sub terra xl. diebus, & postea cũ vti voluerimus, remoueantur omnes lardones, & de residuo fiat oxymel. & erit mirabile digestiuum, & euacuatiuũ. Vel euacuetur sic per totum annum, & fortè sufficienter. R. pul. epithymi, & quolibet mane sumatur cochlear vnũ cum sero caprino: & est tantæ virtutis, quòd nullus paratus ad lepram incurret lepram, si isto medicamine assuescat. De modo autem laxatiuo tractabimus, cũ de serpẽtibus loquemur. De laxatiuis autẽ sufficienter dictũ est quátum est de præsenti. Quarto loquemur de caput purgiis & cauteriis. Corpore igitur mũdificato purgetur caput sic, R. chelido. tapsiæ, nastur. agni. casti, pulegij, orig. ana M ß macropiperis, nucis musca. ana ʒ.iij. cõquassentur & bulliant in vino albo, & addantur olei sisamini ʒ.ij. & bulliant simul, & colentur, & tũc intingatur lana aut bombax, aut stupæ cannabinæ, & similia, & patiens sit resupinus, & cõprimatur in naribus vna gutta, vel duæ, & hoc fiat de mane ante cibum, & hoc faciet eum sternutare aut emũgere, & purgabitur cerebri superfluitas, & aquositas, & similia. Vel iniciatur succus maioranæ, vel succus mediani corticis sambuci. Vel fiat sternutatoriũ cum. pul. castrij, vel piperis & ellebori. Vel fiat masticatorium. R. euphorbij, sinapis, ana ʒ.j. misceãtur cum oxymel. scill. & modico ceræ, & fiat cerotum, & inter dentes suauiter cõquassetur pars huius ceroti vsq; ad quantitatem fabę. Purgetur

igitur

igitur caput aliquo istorum modorũ. Deinde fiant cauteria in vtrisque tibiis subtus genu in concauitate, quę est supra musculum, eodem modo fiant in brachiis, & fiant setones in collo, & ventosæ inter spatulas cum scarificatione, & fiãt cauteria in capite in quatuor partibus supra commissuras, si patiens possit tolerare, & teneantur ista ad minus diebus xl. aperta. Quinto veniamus ad balnea, patiens stuphetur, & in stupha sint ista, fumus terræ, scabiosa, lapathũ acutum, anthos, flores stœchados, & chamomilla, melilotũ, & sint ista in abũdantia, & radatur caput & supercilia, & abluatur totũ cum ista decoctione, R. pyrethri, staphid. agr. euphorbij, macropiperis, nucis musca, sulphuris viui, auripig. rubei, sinap. aloës, puluerizentur, & bulliant in aceto multo, & postea cum panno aspero intincto fortiter fricetur à capite vsque ad pedes, antè & retro, & postea lauetur cum aqua dulci calida, & postea detur sibi theriacę ʒ. j. cum vino decoctionis fumiterræ. Modus autem omnium istorũ sit talis. De mane cum surrexerit, exercitetur temperatè, & conetur expellere omnes corporis superfluitates, & postea intret stupham, & ibidẽ fricetur per totum corpus, & postea abluatur, vt dictum est, & hoc fiat multis diebus ac mensibus continuè vel interpolatè, sicut patiens poterit tolerare: & in exitu à balneo postquam omnia prædicta facta fuerint ante exhibitionem theriacæ, inungatur isto oleo, vt humiditates corporis cõseruentur: bulliant gallæ, & myrobalani, & electuarium sisaminum in aceto, & totum corpus inungatur: post hæc omnia fiat iterum stupha cum prædictis herbis, & inungatur totus cum theriaca: post hæc omnia inungatur cum ista aqua, R. radicẽ lilij, iari, dragunteæ, & conquassentur, & distillentur per alembicum, & addatur aqua de floribus fabarum, & aqua ros. vltramarina, optima, & parum gariofil. & nucis mus. & cum ista aqua inungatur quotidie facies & caput, & totũ corpus: ista enim sunt quæ decorant & palliant. Idem facit sanguis leporis calidus, si facies, & totum corpus liniantur. Sexto loco veniamus ad serpentes de locis ficcissimis cum dorso nigro, & ligentur versus caput & caudam, & cum virgis minutis flagellentur, & subito duo viri abscindant caput & caudam, vnus caput, alter caudam, & ambo vno instanti, & permittatur volutari per terram, & quanto plus mouebitur, & plus exibit de

Electio & præparatio viperarum.

sang. tanto melius: tunc excorietur & abluatur cum aqua salsa calida, & postea cum vino puro: & istis serpentibus vtatur omnibus modis quibus poterimus considerare, quia breuiter loquendo, in leprosis post corporis mundificationem aliam viam non habemus. Decoquantur igitur in aqua vsque ad ossium separationem cum semine fœniculi & anethi, & pane bis cocto, & modico sale, & postea sorbeat brodium, & comedat carnes sic præparatas, vel terantur cũ ala gallinæ, & modico zinzib. & pane de zucca. & fiat comestio alba, vel aliter, quòd carnes sint paratæ cũ puluere zinziberis, & coriandri, & croco, ponantur in artocrea: vel aliter quòd carnes paratæ terantur fortiter, & cum pul. zinzib. & nucis musca. & pane de zucca. fiat electuariũ: vel aliter serpentes viui ponantur in vino optimo, cum epithymo & senæ, & polypod. & anisо, & summitatibus fœniculi, & anethi, & non potetur nisi vinũ cum temperata quantitate aquę. Vel ista omnia tempore vindemiarum ponantur in musto, & vas quasi nõ sit plenum, & cum vinum fuerit clarum, ponatur in alio vase, & ibi conseruetur. Istud vinum laxat quotidie bis vel ter, & est cibus & potus & medicina. Abluatur totus cum aqua decoctionis serpentum: & quando videmus post multum vsum serpentum ipsum squamari, & pati scotomiam, & syncopim, & tumorem in toto corpore, optimum signum est: quoniam serpentes valent quocunque modo, & aliter nullus curatur nec præseruatur, & ideo multum valet theriaca. Omnia autem ista debent fieri corpore mundificato. Septimo veniamus ad remotionem tuberositatum, multi enim sunt modi eleuandi has eminentias: quidam findunt in cruce: aliqui deuastant cum corrosiuis, alij cauterizant. Sed melior modus eleuandi est iste, quòd nodus iste seu tuberositas eleuetur cum vnco, postea cum rasorio radicitus abscindatur, & ita fiat de omnibus, si sustinere possit. Et totus sanguis, qui fluit colligatur, & cum lithargyro bene puluerizato fortiter commisceatur, & tota facies seu locus emplastretur, & stet ita tribus diebus, & postea abluatur cum aqua furfuris. Et ita fiat de omnibus eminentiis, postea inungatur cum isto vnguento, R. vnguenti citrini ʒ. ß. vnguenti fusci ad scabiem, lithargyri. ana ʒ. ij. misceantur, & tota facies aut loca omnia inungantur, & stet ita die ac

nocte,

nocte,& cum comedere voluerit,abluatur cum aqua resolutionis furfuris. Si autem fuerit delicatus, suffumigetur prius facies cum aqua decoctionis maluæ, bisimaluæ,lapatij, fumiterræ: deinde inungatur locus cum lardone, & postea abscindatur. Si autem times incisionē, corrodatur locus,& cauterizetur cum puluere tartari, & viridis æris, salis armoniaci,& calcis vitæ, puluerizentur & misceātur cum aceto,& ponatur in capsa de ære, & superponatur loco quem volumus corrodere & cauterizare, ne loca vicina corrumpantur. Octauo veniamus ad narium oppilationem,fiat tenta,& intingatur in vnguento citrino, & aspergantur pulueres lithargyri,arist.ro. & tartari. Aut fiat stuelus de aurea alexandrina, & abluantur nares quotidie cū vino tepido,trahendo per nares. Nono considerandum de regeneratione pilorum in supercilijs, scarificentur supercilia,& sanguisugæ apponantur, & deinde cum isto oleo inungantur,R.capill.vene. recentiū,& ladani partes æquales,bulliant in oleo laurino, & supercilia inungantur. Vel fiat tale vnguentum,R.talpam combustam, cortices auellanarum,nucum,castanearum,& cum hoc apes, & muscas & omnia cōburantur,& tunc R. capillo.vene.re. spicanardi,ladani,bulliant omnia in oleo laurino, & addatur cera, & fiat vnguentum,& post scarificationem supercilia inungantur. Decimo aduertendum ad illum qui iacuit cum muliere,cum qua iacuit leprosus:sentit enim puncturas inter corium & carnem,& modo calefactiones in toto,& postea frigus,& insomnia, & statim phlebotometur & de multis partibus & multis vicibus, & tunc fiant omnia quæ dicta sunt superius,scilicet digeratur materia,& postea euacuetur,& postea stuphetur,& postea fiant cauteria, & regatur sicut superius dictum est per totum. Vndecimo tractemus de diæta. In primis vitet coitum, siue fuerit temperatus, siue distemperatus,& quæcunque fuerit causa lepræ, quia nulla via competit coitus leprosis: vitet etiam omnes res nimis calidas,sicut sunt cæpæ & allia,porri, piper, & vinū forte:vitet etiam omnes res frigidas melancholicas, sicut sunt legumina omnia, præterquam brodium cicerū:& vitet carnes leporinas, & syluestres, & omnia sale indurata: & vitet omnia putrefactibilia, sicut sunt lac, & pisces &

Victus ratio.

carnes porcinæ. De lacte tamen adhuc dicemus. Vitet irã, solicitudinem, nimium calorem, nimium laborem, & nimium frigus, & vitet aërem pestilentialẽ, & loca sordida, & breuiter, vitet omnia quæ corpus extenuant, & humores adurunt, & corpus infrigidant & desiccant. Item vitet omnes fructus, & omnia frixa, & assa & cocta in pasta. Aër sit mundus, clarus, longè à lacubus, & à superfluitatibus, & sit semper contrarius causæ morbi. In leonina & alopecia eligatur aër frigidus: in tyria & elephantia eligatur aër vergens ad caliditatem. Panis sit ex duabus partibus tritici mundi, nati in terra alta, leui, non fimata, & ex tertia hordei mundi, & sit de vna die ad alterã. Vinum sit clarum, mundum, odoriferum, citrinum. Aqua sit munda, fontana, clara, aliena ab omni sapore, & currat versus orientẽ. Carnes sint vt plurimum & quantũ erit possibile, volatilia tam domestica, quàm sylvestria vsualia, præterquam illa quæ degunt in lacubus & aquis: & de quadrupedibus domesticis, vtatur hœdinis, mutoninis, vitulis lactentibus, extremitatibus porcorũ, incolentibus montana, sed rarò: de sylvestribus vtatur cuniculo iuuene, & tenero ferè vsque ad sex menses suæ natiuitatis, quadam coniectura proxima veritati: & de capriolinis eadẽ regula, & de ceruinis eadẽ regula: omnes alias carnes vitet. De leguminibus vitet omnia præterquam brodiũ cicerum. Et de oleribus vtatur boragine, spinachiis, fœnic. nouello, petrosil. asparago, betis, aliquando cum lactuc. & herbis frigidis, in causa calida serpyllo: & calidis in causis frigidis. De ouis, potest vti ouis gallinarum sorbilibus. Sed de piscibus si contingat ipsum vti, vtatur piscibus squamosis de aquis mundis currentibus, longè à lacubus, & superfluitatibus. De caseo nihil. De lacte posset vti aliquando, quãdo anhelitus est difficilis valde, hoc supposito, quòd non corrũpatur in stomacho, & quòd esset contentus illo cibo, si esset possibile. Vtatur exercitio temperato ante cibum, & in aëre temperato, & à multis manibus fricetur. De balneo & accidẽtibus animæ, & aliis consimilibus dictum est superius. Ista materia est ita sordida, & magna clarificatione indiget: & ideo si aliqualiter prolongemus, nullus debet habere pro malo. In primis occurrit mihi dubiũ propterea quæ vidi in quodam viro, vtrum esset possibile, & aliquis esset perfectè leprosus,

Causæ.
Clarificatio.

prosus, nullo signo lepræ in facie apparente: & videtur q̃ sic, quia possibile est quòd membra faciei sint fortia, & extrema debilia, & cum venit materia ad faciem, quòd mittatur ad extrema, & ita apparebunt signa in extremis, & in facie nihil: & ideo videmus in signis mortiferis, quòd apparebunt in extremis, & in facie nihil: & videmus vnam partem spasmari, & aliam non: & videmus digestiuã corrumpi in vna parte, & in alia non. Possibile igitur est, quòd extrema sint leprosa, & totum corpus, tamen in facie nihil apparebit. Et ecce quid accidit. Fuit quidam, qui omnes digitos pedum & manuũ habuit ita corruptos in forma, & figura, & solutione continuitatis, quòd de tribus non apparebat nisi vnus, nec erant ibi vngues, & erat ibi vltimũ enormitatis & sœditatis, & tamen cum tanta enormitate nihil in facie penitus apparebat: videtur igitur ex hoc exẽplo, quòd aliquis sit leprosus confirmatus, postquam cadũt & deformantur pedes, & manus, omnino nullo signo lepræ in facie penitus apparente. Oppositũ videtur sentire Gale. & Auic. alij etiam omnes qui ponunt signa lepræ, incipiũt à signis repertis in facie: quare videtur quòd non sit possibile, aliquẽ esse leprosum, nullo signo in facie penitus apparente. De ista quæstione ego nescio, Deus scit: tamen quod occurrit mihi, sine præiudicio dicam hîc. Dico igitur, quòd non est possibile aliquem esse perfectè leprosum, nisi signa lepræ notabiliter, & manifestè appareãt in facie. fortè bene est possibile, quòd in facie comparendo signa lepræ, erũt debilia, & in aliis erunt multùm manifesta: sed quòd penitus nullum signum appareat in facie, non videtur possibile. Et ratio dictorum est, quoniam membra nobilia interiora mittunt materiam melancholicam ad exteriora: & tunc de facili recipitur in membro raro, molli, tenero & concauo: quoniam in concauitatibus propter dispositionẽ receptaculi, facilius superflua recipiuntur: nũc autem membra faciei sunt talia, mollia, rara, multarũ concauitatum, & potissimè versus oculum, & ideo fortissima signa sumuntur ab oculo, siue mortis, siue vitæ, siue in moribus, & physionomia. Et propter hoc dicebat Gale. in de crisi, quòd oculus indicat dispositionem omnino in tempore sanitatis, nedum in tempore ægritudinis. Cùm igitur materia melancholica corrupta recipitur in concaui-

Historia.

tate nerui optici, truncat & corrodit materiam, ex qua generabantur capilli superciliorum, & ita cadunt, depilantur igitur in primis supercilia: & quia materia est grossa, & terrea, non potest natura assimilare, & deinde ingrossat supercilia, & generat nodos, & pustulas circunquaque: deinde ratione malitiei, quę est in materia corrupta adusta, cõtrahit lacertos, qui mouent oculum, & ita spasmus generatur, quare oculus rotundatur. Iam igitur habemus quatuor, & casum capillorum qui sunt in superciliis, & grossitiem superciliorum, & nodos & excrescentias circunquaque, & rotunditatem oculorum. Deinde cùm materia vadat ad neruum auditus, & tympani exterioris, contrahit eum & debilitat, & ita apparet in pulpis aurium contractio, & macies, & frigiditas. Deinde cum recipitur in carunculis narium, & pulmone, & canalibus suis, & contrahit illa membra, & corrumpit formã, & figuram, & coarctat interius: & quia materia multiplicatur exterius, ideo exterius dilatat nares, & ideo habet aspectum horribilem, sicut illud animal quod appellatur Soron. Vox igitur paruificatur & rauceseit, & anhelitus angustiatur: & in fine finduntur membra & cadunt. Signa ergo lepræ, vt plurimũ in plus apparẽt in facie, propter dispositionem loci, quæ in aliis partibus non inueniuntur, sicut sunt concauitates, & receptacula, multa raritas, subtilitas & teneritas. Non videtur igitur possibile, quòd lepra sit confirmata, & quòd nihil penitus in facie appareat: imò ibi vt in plus, & vt in pluribus. Intelligendũ etiam iuxta hoc sicut dictum est, quòd in lepra est triplex morbus, consimilis, officialis, & communis: & inde consimilis est morbus, quia lepra est error assimilatiuè in carne, & inde per aliquod signum quod debeatur morbo consimili, non cognoscimus lepram, nec iudicamus: sed per ea quæ debentur officiali, sicut est corruptio formæ. Cum autem videmus formam manifestè corruptam, statim iudicamus lepram esse, & est quodam modo simile in hoc: quoniam in apostematibus est triplex morbus, consimilis, & officialis, & communis, & tamen consimilis est morbus per se: & tamen in exterioribus nunquã dicimus apostema, nisi sit ibi tumor: & tamen tumor debetur membro officiali. & cum volumus scire naturam apostematum, dicimus quòd apostema est tumor præter naturam.

Soron animal intelligit Satyrũ. Nam Gal. libro 2. de cauſ. morb. ſcribit elephãticos Satyris ſimiles eſſe.

natura, non igitur venimus in cognitionem eius per cõsimilia, sed per officialia. Et ideo Gal. cũponebat signa lepræ in secundo de morbo & accidenti, accipiebat signa sumpta à corruptione formæ, & figuræ. Litera igitur Gal. talis est: Leprosis autem nasus dominatur, anhelitus grossus efficitur, aures subtiliantur, & fiunt quasi animal illud quod Soro vocatur. Et dicit Gal. in fine tertiæ particulæ de morbo, talia verba. Item mala digestio non generat maciem, sed mutat speciem membri, sicut videmus in morphea, & lepra. Ex quibus verbis concluditur, quòd nullus debet iudicari leprosus, nisi manifestè appareat corruptio figuræ. Et dico vobis, quòd toties repeto de corruptione figuræ, quoniam pessimè iudicantur, vt mihi videtur, hodie leprosi: qui igitur aures habet, audiat, si vult. Et tunc cum arguitur ad primum dico, quòd bene est possibile, quòd signa lepræ sunt magis derecta aliquando in aliis partibus quàm in facie: propter fortitudinem membrorum faciei, & debilitatem aliorum, & quia homines sunt magis solici ti in regimine faciei. Sed quòd nullum signum appareat in facie, non videtur possibile, propter causas dictas. Ad exẽplum dico, quãtum occurrit mihi, quòd non erat lepra, sed erat quædam species arthriticæ, & quædam leprositas & scabies, & vlcus vnguium, quare corrumpebatur forma, & figura pedum & manuum: sicut de ista materia tangemus inferius capitulo de ægritudinibus vnguium. Et ideo dico vobis, quòd illum volui absoluere, & frequenter interrogaui si aliquod signum apparebat in facie. & steterat bene sic fere xx. annis, & adhuc viuit cum illa fœditate ex tremorum, sed nihil apparet in facie. Et ideo coniectura proxima veritati coniector, quòd non erat lepra, nec videtur possibile tanto tempore stetisse, quin facies fuisset corrupta. Et licet fuissem alterius opinionis, modo cum in isto opere diligenter laborauerim, sum alterius, nec modo aliquem leprosum iudicarem, Deus tamen scit veritatem, ego nescio. Secunda dubitario quæ occurrit, hæc est, vtrum lepra sit morbus totius: & est mirabile, si est morbus totius, propter tria: primo propter materiam melancholicam adustam & corruptam & naturæ odiosam, & cum ratione malæ complexionis, frigidæ & siccę contraria in vltimo vitæ principiis, & cum hoc ratione

Nota hic verum signũ leprosõrum.

corrup

corruptionis harmoniæ consimilium, & officialium, & vtrorumque, quæ omnia contingunt in lepra. Quo modo igitur tantæ corruptiones, & ita intensæ possunt esse in toto corpore vita manente, non videtur rationabile. Oppositum tamen videtur sentire Auice. qui dicit quòd est cancer totius, quare &c. Dicendum quòd lepra potest esse vel dici morbus totius, & morbus partis, suo modo loquendi. Intelligendum tamen, quòd si lepram intelligamus malam complexionem frigidam & siccam in carne corrumpentem assimilatiuã virtutem, tunc lepra potest dici morbus. Si autem intelligamus per lepram illud quod sequitur hanc malam complexionem, sic est accidens. Et ita diuersis respectibus potest dici morbus & accidens. Et ita possumus dicere de spasmo & quibusdam aliis. appelletur igitur morbus vel accidens non curo. Intelligendum etiã, quòd cuilibet actioni superueniunt tria accidentia, quorum causa est morbus. Assimilare igitur nutrimentum est quædam actio: hæc igitur actio quandoque aufertur, quandoque minoratur, aliquando corrumpitur. Quando igitur actio assimilandi nutrimentum in carnem corrumpitur, tunc est lepra: caro enim recepit materiam melancholicam frigidam & siccam, & tunc non potest sibi assimilare nutrimentum, & cõuertere in carnem rubeam, calidam & humidam: sed generat frigidam, phlegmaticam, granulosam & separatam, quæ non erat vera caro, & sic generatur ita horribilis infirmitas sicut est lepra, sicut tangit Gal. 6. de morbo. Lepra igitur est error assimilatiuæ in carne. Ista igitur passio potest dici totius, quia materia mittitur ad totum secundum Auic. Potest etiam dici totius, pro tanto, quia manifestatur in partibus integralibus constituentibus suum totum, sicut sunt membra consimilia & officialia, & debita vnitas vtrumque, cùm lepra sit morbus consimilis per se, officialis & communis secundario. Quia igitur ista constituunt totum, lepra autem manifestatur in istis, ideo dicitur totius. Tertio potest dici totius, quoniam incipit ab interioribus, & postea manifestatur in exterioribus, & postea reuertitur ad interiora, & tunc est mors: quia igitur occupat exteriora & interiora, ideo dicitur morbus totius. Quarto potest dici totius, quia omnes virtutes corrumpit: de animali patet, quia falsam habent

imag

imaginationem, & somnia terribilia, & in sensibilitatem exteriorũ: de vitali patet in voce & difficultate anhelitus: de naturali patet in fœdo colore, & terribili aspectu, & vniuersali defœdatione mẽbrorum. Quinto dicitur totius, quia finaliter totum corrumpit: his igitur modis, & quibus dã aliis dicitur morbus totius. Potest etiam dici morbus partis suo modo loquendi. Cùm enim membra non sunt æqualiter fortia, sed secundum plus & minus, tunc quædã membra recipiunt materiam, & quædam non. Et ideo in quibusdam manifestatur: primo in naribus, & oculo non: & in quibusdam in oculo, & in naribus non: & quibusdã in musculis, & in superciliis non: quia quædam partes recipiunt, & quædam non. Ideo potest dici partis, quoniam non est intelligendum quòd hæc virtus assimilatiua corrumpatur in corde & hepate, & membris principalibus, nec in membris solidis, nec in radicalibus, sicut sunt nerui, arteriæ, & ossa: quoniam antequam possent patitantam corruptionem, centies prius aduenire mors, pro tanto, quia nobiliora sunt, & mittunt super fluitates ad debilia: & pro tanto dicitur incipere ab interioribus, quia virtus membrorum interiorum mittit materiã ad exteriora: propterea venæ, arteriæ, nerui, & ossa propter soliditatem eorum, materiam grossam non sunt apta susc ipere. Præterea cum ista membra sint naturaliter frigida & sicca, non possunt pati tantum lapsum propter elongacitatem eorum à temperamento, vnde longè citius veniret mors. Caro igitur quia fluit & refluit, & est membrum calidum & humidum, potest recipere multas alterationes & corruptiones & transmutationes vita manente. Videns igitur lepra quòd nullum membrum corporis valebat ipsam susc ipere, nisi solùm caro, ideo requieuit & habitauit in ea. Est igitur lepra morbus carnis, & non cordis, nec ossis, & ita de aliis: ideo dicitur morbus partis. Quæstiones igitur soluuntur hinc inde, diuersis viis. Tertia dubitatio, quæ occurrit nunc, est scilicet, vtrum in lepra, mala complexio sit æqualis. Complexio enim mẽbri naturalis videtur victa, & facta similis transmutanti: & non potest resistere notabiliter nec sensibiliter alteranti: imò membrum videtur informatum mala complexione superueniente, ita quòd naturalis totaliter est victa, quòd quantum ad nostrum iudicium, amplius

plius reſiſtere non poteſt. Eſt igitur æqualis:& ſigna quę declarant hęc,ſunt iſta.Primum eſt,quòd lepra confirmata amplius curari non poteſt. Secundum eſt corruptio formę & figuræ. Tertium eſt quòd alia caro in ſpecie videtur cum generatur,& quia phlegmatica, & quia granuloſa ſeparata. Quartum eſt membrorum inſenſibilitas.Iſta enim & ſimilia declarant malam complexionem æqualem. Contrarium videtur ſapere Gal. verſus princip. lib. ſui de mala complexione diuerſa, dicens ſic: quòd quædam eſt mala complexio diuerſa in toto,ſicut eſt in hydropiſi carnoſa:& quædam in parte,ſicut in lepra,& gangræna.Et ita dicit duo, & quòd lepra ſit morbus partis, & quòd ſit ibi mala complexio diuerſa.Litera tamen Gal.eſt,Lepra quoque huius generis eſt &c. Dico quantum eſt de præſenti, quod in lepra eſt mala complexio diuerſa, & nullo modo poteſt eſſe æqualis,& ſi aliquo modo æquaretur,ſtatim eſſet mors. Vnde in iſta materia debemus quatuor conſiderare:primum,ſcilicet complexionem naturalem:ſecundo, malam ſuperuenientem:tertio, diuerſitatem & diſtantiam huius malæ à naturali:quarto terminum huius malæ complexionis ſuperuenientis, qui terminus eius eſt æquatio, & victoria ſupra naturalem, ſic quòd naturalis facta ſit ſimilis tranſmutanti,& membrum ſit informatum hac mala complexione ſuperueniente, & tunc dicitur mala complexio ſuperueniens æqualis. Et tunc cum quæritur,ſi mala complexio in lepra poſſit eſſe æquata: dico quòd non. Duo enim videntur impedire, & malitia complexionis, quæ eſt frigida & ſicca oppoſita principiis vitæ,& perneceabilitas materiæ melancholicæ, corruptæ, aduſtæ, & quaſi incineratæ.Cum enim vita ſtet per calid.& humi. & iſta in vltimo contrarientur,non videtur poſſibile vita manente, quòd iſta informent membra :prius enim eſſet ſuffocatus propter anhelitum: aut membra fuiſſent diſſoluta propter ſolutionem continuitatis. Eſt igitur lepra mala complexio diuerſa, & nunquam æqualis. Et cum dicebat Gal. Lepra quoque huius generis eſt. Dico quòd eſt huius generis cum cancro, quia vtrobique eſt mala complexio diuerſa, & vtrobique mala complexio cum materia, & vtrobique eſt per viam deriuationis non congeſtionis, & vtrobique eſt materia multa aduſta corrupta. Omnibus

Signa lepræ cõfirmatæ.

bus enim istis modis est huius generis: sed in hoc non est huius generis, quòd lepra sit morbus partis sicut cancer, nisi forrè à principio: quia aliqua pars carnis recipit corruptionem in lepra, & non tota caro. Nec est necessarium ad hoc, quòd sit morbus totius, quòd sit in toto sicut patet in hydropisi: est morbus totius, & tamen non est in osse: & paralysi vniuersali, quæ non est nisi in medietate corporis: si enim esset in toto corpore, esset apostema, & instantiæ non sunt sufficientes. Ad primam dico, quòd multæ sunt ægritudines incurabiles, sicut febris acuta, quæ interficit in prima periodo, aut infra, & tamen mala complexio non est æquata. Ad secundam instantiam dico, quòd corruptio figuræ non significat æquationem, scilicet lepræ complementum & perfectionem, sicut in hectica esset à principio, figura & forma corrupta, & ita essent oculi rotundi, & ita de aliis. Et ita in lepra nulla differentia constitutiua discretiua. Ad tertiã dico, quòd remanet species carnis, licet alteratio sit magna: complexio enim carnis est cali. humid. & naturæ consentanea, & ideo potest alterari & variari per viam multitudinis & paucitatis: aliæ autem complexiones non sic, quare &c. Ad vltimam dico, quòd insensibilatas non est accidens virtutis naturalis, sed animalis per se, sicut minoratio membri non est accidens assimilatiuè posse, sed magis disseminatiuè. Et ideo macies corporis non est de differentiis cõstituentibus lepram. Preterea leprosus nõ amisit sensum omnino, nisi aliquando in extremitatibus, imò sentit se grauatũ & debilẽ. Sed mirabile est, quòd in hectica, vbi est ægritudo confirmata, quòd habeat sensum exteriorem, & non habeat sensum propriæ passionis, cum contrarium accidat in lepra. Nec est mala complexio diuersa, vbi sensus exteriorũ non est perfectus: imò si tangatur cum acu, non sentiet: & tamen aliquo modo habet sensum suæ propriæ passionis. Dico quòd mala cõplexio in hectica est calida, & non aufert sensum exteriorum, cum calor possit penetrare, sed sensum suæ passionis aufert, quia nulla est contrarietas nec passio in frigida: in lepra autem frigidum claudit poros, & impedit aduentum spiritus, & ita impeditur sensus exteriorum &c. Quarto posset etiam aliquis dubitare, si competeret phlebotomia, postquam apparet corrupta figura.

Vtrũ phlebotomia cõ ueniat.

Dico

Dico quòd in sententia est istud explanatum: quoniam quando figura mirabiliter est corrupta, tunc materia est delegata ab interioribus ad exteriora: nunc autem melius est quòd materia corrupta sit in exterioribus, quàm in interioribus iuxta membra nobilia, quoniam citò interficeret: & ideo non competit phlebotomia, postquam figura est corrupta. Vnde directè & per se non competit phlebotomia, nisi per accidens, sicut dictum est, vt si sanimis dominaretur, & esset causa, aut nimia repletio, vbi esset timendum de suffocatione, aut vbi caueremus putredinem in venis, & alia quæ dicta sunt superius. In sententia tamen bene dico vobis, quòd turpiter video homines quotidie errare in phlebotomia leprosorũ, multotiens vidi quòd nihil aliud intendebant medici, nisi quòd totum sanguinem traherent. Vigilate ergo. Quinto posset aliquis dubitare de balneo aquę dulcis, vtrum competat in lepra. Dico quòd si aliquis authorum dicat quòd non competit, verum est solum, quia balneum non mundificat nisi quod est iuxta cutem, & pro tanto competit in impetigine & serpigine, sed in lepra materia est magis profundata, & balneum aquæ dulcis non sufficeret: indigemus igitur fortioribus, sicut est stupha cum herbis & similibus, sicut dictũ est, & postea quòd abluatur cum aqua dulci, & per hũc modum bene competit. Sexto intelligendũ, quòd causa immediata lepræ, est humiditas causata ex humore melancholico retinens proprietatem & dispositionem humoris, quæ humiditas siue humor est ita horribilis, quòd natura carnis non potest perfectè sibi assimilare. Et ideo corrumpitur assimilatio, & generatur lepra. Et licet quilibet aliorũ humorum possit esse causa lepræ, nullo tamen modo causa immediata possunt esse, quia nullus habet tantam contrarietatem ad naturam humanã sicut melancholia: quare oportet quòd adurantur, & in melancholiam transmutentur, & illa melancholia transit vlterius in humiditatem, licet non perfectè digestam, nec dealbatam, nec mundatam, sed est humiditas fæculenta, terrea & horribilis, in tantũ quòd non est in potestate naturæ, quòd illam in membris perfectè assimilet, quare &c. Septimo notandum, quòd putrefactio materiæ causantis lepram, non est putrefactio fluidorum, & liquidorum, sicut in febribus, nec est putrefactio

Balneũ an sit conueniens.

factio ex qua sanies causatur, nec virulentia, sicut in apostematibus. Sed si aliquis dicat putrefactionem ibi esse, hoc est dictu, adustionem, incinerationem, & ita materia lepræ est putrefacta. Octauo aduertendum quòd error secundæ digestiuæ in hepate, potest esse causa lepræ remota: sed error virtutis immutatiuæ, in carne, est causa immediata. *Causa lepræ immediata.* Nono intelligendum, quòd cùm materia lepræ sit humor melancholicus, innaturalis, adustus & incineratus, ideo diuersa inducit symptomata, quia altera pars vadit ad vias vrinales, & ideo apparent ibi arenulæ: altera autem pars vadit ad musculos, & cõsumit eos: & potissimè illum qui est inter pollicem & indicem ratione subtilitatis. Et altera vadit ad pulmonem, & cannam, & laceratos viarum anhelitus et oculorum, & ideo spasmat, & contrahit, & immutat omnes illas partes, vt dictum est superius: & cum vapor ille multiplicat se ad supercilia & nares, & faciem, ingrossat & inflat illas partes, & ita per diuersa supplicia corrumpit corpus humanum. Decimo notandum, quòd materia lepræ, licet non sit in membris principalibus causata, tamen est tantæ pernecabilitatis, quòd in matrice corrigi non potest, & ideo est morbus hereditarius, & podagra similiter. Et tamen si habens hepar calefactum generet, nõ dimittet hereditatem generatio, licet sit in membro principali, & alia non: quoniam materia est magis corrigibilis. Igitur materia incorrigibilis & intestificabilis, generat morbum hæreditarium, & interficit se & vicinum suum, sicut ista,

Febris acuta, phthisis, pediculi, scabies, sacer ignis,
Anthrax, lepra, lupus nobis contagia præstant.

Vndecimo occurrit nobis mirabile, quomodo est hîc possibile, q leprosus generet, & si generet, quomodo masculum, cum sperma sit corruptũ, & distemperatum in substantia, & complexione, & talia impediant generationem, & potissimè filiorum. Dico quòd licet ista impediant, plus tamen impeditur generatio propter peccatum complexionis, quàm substantiæ spermatis. Et ideo licet sperma leprosi sit corruptum in substantia corruptione irreuocabili, corruptio seu alteratio complexionis aliquo modo alterabilis est: quoniam possibile est, quòd leprosus sit boni regiminis, & tempus temperatum, & ita corrigitur lapsus

complexionis, & quod inuenitur in matrice etiam rectificat, & ita poterit generare filios. Et vt videmus, negare nõ possumus: quia igitur lapsus complexionis aliquo modo corrigibilis est, & ille plus facit, ideo, &c. Vel possem dicere, quòd quicunque leprosus non generat, sed ille vbi nondum vehemens corruptio facta est, & iste habet membra interiora sana, licet exteriora sunt infecta, & quia sperma deciditur à membris principalibus, ideo potest generare & masculum, sed sanum simpliciter, non quia semen infectum est, licet non corruptum, & ideo generat sibi simile, sicut podagricus, dato etiam quòd materia non decideretur nec à pede nec à carne. Duodecimo & vltimo notandum hoc, quòd nulla via, nullo modo competit coïtus in lepra, nisi in materia sanguinea ante eius confirmationem, quoniam infrigidat sicut phlebotomia, & ideo non competit phlebotomia in confirmata, quia nimis infrigidaretur, & ipse magis indiget calefacientibus & humectãtibus temperatè, quantum est de natura rei. Et si dicatur etiam competit coïtus in mania: Dico quòd in mania non est causata corruptio, nec incineratio sicut in lepra, & ideo in mania potest competere. In lepra autem materia nõ est solum corrupta, sed etiam venenosa, & ideo cum mouetur materia venenosa, interficit partes vicinas. Quia igitur commouet humores, materiam venenosam permiscet cum humoribus, & infrigidat & desiccat, & omnes leprosi sunt frigidi & sicci in radice, quãtum est de natura ægritudinis, ideo in lepra coïtus non competit, licet sit vulgaris opinio & erronea, quòd non solùm confert, sed curat.

Coitus in lepra multũ nocet, quia infrigidat.

De morphea. CAP. XXIII.

Causa. MOrphea, est cutis defœdatio maculosa. Intelligendum est, quòd omnia illa quæ sunt causa leprę, sunt causa morpheæ: vnde quod est lepra in carne, est morphea in cute. Aduertendum igitur, quòd morphea habet conuenientiam cum lepra: quoniam sicut in lepra errat virtus assimilatiua, ita in morphea, sed hoc differunt, quoniam lepra est in carne, & morphea in cute. Morphea etiam habet conueniẽtiam cum icteritia: quoniam vtrobique est cutis maculata. Sed differunt, quoniam morphea est infectio in cute maculosa partim sic, & partim non: sed in icteritia est vniuersalis, vel quasi vniuersalis cutis defœdatio. Secũda

differen

differentia est, quoniam in ictericia non errat virtus assimilatiua, in morphea autem errat. Concluditur igitur, q morphea est error virtutis assimilatiuæ in cute. Considerandum etiam circa istam materiam, quòd autores communiter loquendo non ponunt nisi duas species morpheæ, scilicet albam & nigram, de quo summè miror: quia postquam morphea & lepra non differunt, nisi quia hæc in carne, & hæc in cute, & species lepræ sunt quatuor, ita & morpheæ. Et fortè non posuerunt autores, quia non fuerunt famosę, & rarò accidunt: quoniam si sit de sanguine, & sit in facie, appellabitur gutta rosacea: si sint in residuo corporis, appellabuntur rubores: & si infectiones sint de chol. appellabitur impetigo, & serpigo: & ita istæ duæ species absorptę sunt. Sed scientia medicinæ, rerum est scientia, & non vocum, sicut scribitur 3. de morbo, & ideo nec de numero, nec de nominibus curo, dum tamen res intelligamus. Supponamus igitur, q quatuor sunt species morpheæ, quædã est de sanguine adusto, quædam de cholera adusta, quædam est de phlegmate salso, & quædam de melancholia adusta,

Si color fuerit rubeus, fuscus, maculosus, tunc est de sanguine: & si fuerit citrinus & fuscus maculosus, tunc est de chol. & si fuerit albus maculosus, tunc est de phlegmate, & ista species est famosa: & si color fuerit niger maculosus, tunc est de melancholia, & ista species est famosa. De nominibus igitur nulla sit contentio, dum tamen res intelligamus. Si morphea fuerit nouella, curabilis est: si antiqua, incurabilis est, vel cum magna difficultate. Si morphea occupauerit modicum spatium, curabilis est: si magnum, difficilis est. Si locus morpheatus pungatur cum acu in superficie cutis, ita quòd nõ profundetur vltra cutem, & sanguis exierit, curabilis est: si autem aquositas, incurabilis est, aut cum magna difficultate valde. Supponamus bonam diætam & bonum regimen, sicut in lepra, & digestionem & euacuationem iuxta conuenientiam humoris peccantis, sicut dictum est in lepra. Tunc veniamus ad localia remedia. In primis fricetur fortiter locus cum panno aspero, & tunc si cutis infectio fuerit de causa calida, non curo, sed emplastretur morphea, vel infectio cutis, dum tamen locus sit rubeus vel citrinus, maculosus, tamen corpore purgato & mundificato, sicut decet, & bona

Signa.

Prognosti.

Curatio.

diæta ſuppoſita, R. auripigmẽtum rubeum, & pulueriz etur fortiter, & cum ſucco de fumoterrę piſtetur, & informẽtur trochiſci, deſiccẽtur in vmbra, & cum vti volueris, diſtemperetur vnus, vel plures cũ ſyr. de fumoterræ, & fiat ad modum vnguenti, & locus maculoſus inungatur, & in craſtinum abluatur cum aqua furfuris calida. Et ſit regula generalis in quacunq; infectione rubea, aut citrina, in quacunq; parte corporis fuerit, quòd nunquam locus maculoſus abluatur cum aqua frigida, ſed ſemper cum calida, quia frigida colore rubeo colorat, & calida diſcolorat. Et ſit etiam regula, quòd in omnibus infectionibus apponatur fumus terræ. Si autem morphea fuerit de cauſa frigida, corpore mundificato, tũc fricetur locus fortiter cum foliis ficus, & præterea inungatur cum oleo de tartaro. Oleum autem de tartaro ſic fit, Tabulæ tartari calcinentur in furno calcinationis, & poſtea ponantur ſupra marmore, & quod diſtillabitur per filtrum, erit oleum clariſſimum, & reſeruetur in vaſe vitreo, & locus inungatur, & curat proculdubio. Sed iſte modus nõ eſt notus niſi alchimiſtis, quia modus alchimicus in multis eſt vtilis in medicina, ſed in aliis eſt ita triſtabilis, quòd in eius via infinitiſſimi perierunt. Vel ſic, Si infectio fuerit de cauſa calida, inungatur locus cum vnguento citrino acuato cum lithargyro. Et ſi fuerit de cauſa frigida, addatur vnguentum fuſcum, vnguentum ad ſcabiẽ, & acuatur cum ſulphure viuo. Vel poteſt fieri vnguentum ex iſtis, cuius materialia ſunt calx abluta, ſulphur canulatum, atramentum, auripigmentum rubeum, & citrin. ſal armoniacum, viride æris, alumen, æs vſtum, lithargyrum, cathimia aurea, & argẽtea, marchaſita, radix ariſtolo. radix cucumeris aſinini, radix lilij, & gentianę, & dragonteæ, & arũ, & ſanguis leporis, asfodel. cantharides, aloë, myrrha, ſtaphiſagria, ſpuma maris, radix vitis albæ, & ſemẽ ſinapis, & ſemen raphani, eruca, flos papaueris ruffi, gũmi rutæ agreſtis, euphorbium, acetum, enula, ſcilla, folia ficus, vipera, piper, mel, & ſimilia. Accipiãtur aliqua ex iſtis, aut plura, aut omnia ſecundum certas doſes iuxta conuenientiam particularium, & pulueriz entur, & bulliant in oleo, & locus inungatur. Aut cum tota ſubſtantia & cera, & oleo fiat vnguentum. Et poſſunt fieri emplaſtra, aut pulueres, & multa conſimilia iuxta arbitrium operantis, & etiam aqua. Et ſi

Oleum tartari.

locus

locus veſicetur,& fluat aquoſitas & ſanguis,bonũ eſt, quia materia euacuatur. Si autem morphea ex his non curetur, tunc curetur cura lepræ. Et ita intelligendum eſt de omni infectione, quoniam in lepra tractauimus magis particulariter: hîc autem & in multis ſimilibus multum breuiter tractamus, & ideo ad complementum recurramus, quod eſt in cap.de lepra Intelligendum quòd in morphea,ſicut dicunt ſapientes,non competit phlebotomia:& verum eſt, quoniam ipſi non ponebant niſi duas ſpecies, & quælibet erat de cauſa frigida. Poſſumus etiam dicere,quòd in aliqua ſpecie,ſicut in lepra non competit phlebotomia,& potiſſimè poſtquã ægritudo eſt confirmata,quia materia traheretur ab exterius ad interiora, attamen ſi nos ponamus morpheam de ſanguine, ſeu rubores,tunc in principio cõpetit phlebotomia. Si etiam ponamus morpheam de chol. ſeu infectionis,& corpus ſit plethoricũ, à principio poteſt cõpetere phlebotomia. Nec videtur procedere ratio quam ponit Auic.& quidam ſequaces eius, quoniam vbi eſt ſanguis multus malus,& paucus bonus,phlebotomia bonum rapit,& malum dimittit. Tunc ponamus ſanguinem putrefieri intra vaſa, ſicut in ſynocho,nónne eſt plus de ſanguine malo,quàm de bono,& tamen ſit phlebotomia. Nec valet ratio, quia natura retinet bonum, quia indiget, & dimittit abire malum, ſicut videmus in pharmacia cum ſuperfluit,quia vltimo euacuat ſanguinẽ: vnde igitur poteſt competere phlebotomia in morphea à principio, ſanguine dominante, aut corpore plethorico exiſtente. Secundo debemus intelligere,quòd cauſa immediata morpheæ eſt error virtutis tertię digeſtiuæ,quia morbus cutis:tamẽ cauſa antecedens poteſt eſſe error aliarum digeſtiuarum,& potiſſimè hepatis materiam corruptam generãtis:qua expulſa ad cutem, virtus tertiæ digeſtiuæ aſſimilare non poteſt, & ideo non errat expulſiua niſi per accidens, eò ꝙ virtus expulſiua interiorum fortis mittit ad exteriora,& virtus cutis expulſiua debilis,à ſe expellere non poteſt:digeſtiua ergo errat per ſe, ſed expulſiua per accidens. Tertio notandum,quòd cum naturalia perfectè ſe habẽt, & non naturalia rectè adminiſtrantur: tunc humores quatuor ſunt obedientes tanquam non peccantes,nec quantitatiuè,nec qualitatiuè,ſed ordine turbato: cum humores peccant quan-

Clariſicatio.

titatiuè & qualitatiuè, tunc sunt inobedientes: qua igitur ratione phlegma, & melancholia cum non sunt sub naturali dispositione, sunt inobediētes, sed generant morpheā: ita sang. & chol. cū non sunt sub naturali dispositione sunt inobedientes, & causant morpheam: sic enim causant lepram, quod est fortius. Quarto aduertendum, quòd icteritia defœdat totam cutem, & morphea non: sed est defœdatio maculosa: cuius ratio est, quoniam in icteritia materia non est ita malitiosa, nec ita corrupta, & ideo omnes partes cutis recipiunt ipsam æqualiter: in morphea autem est magis corrupta, & ideo partes cutis fortiores expellunt ipsam à se, & debiliores recipiunt eam. Quinto intelligendū, ꝙ morphea, quanto plures partes occupat, tanto difficilius curatur, quoniam materia maior, & virtus debilior. Sed in hydropisi, in qua totum corpus inflatur, facilior est curatio à principio, quàm in illa, in qua non totū inflatur, pro tanto, quia sunt duę species, & ex alia materia, sicut est tympanites & ascites. In morphea autem eadem est materia in parte, & in toto. Sexto aduertendum, quòd materia morpheæ adhuc existente in venis, bene potest fieri phlebotomia, sed postquam notabiliter apparet extrà, non: quantum est ex hoc, vt dictum est in sententia. Septimo notandum, quòd à principio morpheæ, potest dari medicina fortis debilis, ita quòd sit fortis in se, sed quòd detur in parua quantitate: quoniam licet morbus sit chronicus, quantum est ex hoc, debilis medicina debet dari vtroque modo: tamen si ægritudo esset confirmata, periculū esset, & ideo pro acuta reputatur quo ad fortitudinem medicinæ, sed non quo ad quantitatem, iuxta illud Hippoc. Ad vltimas ægritudines vltimę curationes sunt potentes, &c.

Aphor. 6. Partic. 1.

DE SCABIE, CONTINENS RVbricas tres. CAP. XXIIII.

De scabie non vlcerosa nec squamosa. Rub. 1.



Scabies est infectio cutis, aliquando squamosa, pruriginosa, aliquando sicca, aliquando humida, aliquando sanioſa, vtplurimùm in extremitatibus, aliquando magnam partem corporis occupans. Huius passionis, sunt humores corrupti in hepate generati, qui conuersi in fumositatem

Causæ.

sitatem & vaporem, à virtute regitiua in corporis superficiem expelluntur. Vnde si vapor fuerit nimis subtilis, euaporat insensibiliter. Si autem non fuerit in tanta subtilitate, & pori fuerint densi, conuertuntur in sudorem. Si autē fuerint grossi, generatur scabies. Si fuerint mediocres, generatur pruritus, secundum maiorem vel minorem corruptionem, generantur infectiones diuersæ. Sudor igitur grauatiuus grauis odoris antecedit: & si corruptio augmētetur, causatur pruritus: & si plus fortificetur, generatur scabies: & si plus, scabies fœda: & si plus, impetigo & serpigo, vbi est maior adustio, & non est ibi sanies: & si plus, morphea, deinde lepra. Lentigines igitur & panni, & aliæ infectiones multæ generantur ex superfluitatibus ad cutē delegatis. Quando materia est multa, & virtus expulsiua cutis est debilis, remanent iuxta cutem, & faciunt diuersa genera infectionum, secundum diuersitatem humoris peccantis. Scabiei igitur sunt quatuor species, ex sanguine, ex chol. ex melancholia, & ex phlegmate salso. Aduritur autē sang. quando in cibis & potibus species aromaticæ in nimia quantitate apponuntur, & ita est de aliis humoribus, sicut est piper & allia, & vinum purum, & stare in sole, & labor fatigatorius, & ita de aliis quæ adurūt sanguinē & humores. Scabies si fuerit ex sanguine, tunc locus vergit ad ruborem cum humiditate, & pruritu magno & delectatione magna in pruritu, licet in fine sit dolor. Si autem fuerit de phlegmate salso, sunt ibi squamæ, & sanies, & pruritus vehemens, & delectatio in scalpendo, sed in fine est vehemens dolor. Si autem fuerit de melancholia, locus totus in circuitu vergit ad nigredinem, & pustulę, & scabies sunt siccæ, cum modica sanie & virulentia. Si autem fuerit de chol. locus vergit ad citrinitatem cum magno pruritu & siccitate & scissuris. Scabies in decrepitis, est difficilis curationis, aut impossibilis: sufficit enim blandire, & quòd bonum regimen inducatur. Scabies fœda, vlceratio fœtida, multas partes corporis occupans, corrumpens, habet malam radicem, & approximatur ad malas ægritudines, & est difficilis curationis valde. Si fuerit parua, modicam partem corporis occupans, non angustiosa, non somnum auferens, facile curabitur, & econtrario, contrariè. Si fuerit ex sanguine, fiat phlebotomia, & mundificetur corpus.

Multis modis sanguis aduritur.

Signa.

Prognostica.

Cura.

cum manna & cassiafi. & tamarindis, præcedente vsu oxysaccaræ, & syrupi de fumoterræ, & syrupi de boraginibus. Si autem fuerit de chol. & corpus est plethoricũ, fiat phlebotomia, deinde vtatur syrupo acetoso, & viol. & de fumo terræ, & purgetur cum myrobala. citrinis, & indis, & cassiafist. paratis sicut decet. Et si fuerit scabies, & non curetur, purgetur cum electuario de succo ros. & trifera saracenica, & hiera Ruffi. Si autem fuerit de phlegmate, & corpus sit plethoricum, & virtus fortis, fiat phlebotomia, deinde vtatur oxymelle diuretico, oxysaccara composita, & syrupo de fumoterræ, deinde purgetur cum myrobal. chebul. & indis, per hunc modum. R. florum bora. florum viol. foliorum senæ, epithy. liquiri. mund. vuarum pas. mund. ab arill. ana ʒ. ß. agari. turbith, zinziberis. ana ʒ. iij. fiat decoctio cum sero caprino, & in decoctione temperentur cortices myrob. chebul. indorum, ana ʒ. j. fricentur lento igne. & coletur, & detur in aurora vsque ad ℔. ß. Et si fortius purgare volumus, purgetur sic. R. aloes, agarici, turbith. ana ʒ. j. & ϑ. ß. pulpæ colocynthidis grana vj. foliorũ menthæ, foliorũ absinthij, ana ϑ ß. zinziberis, masticis, anethi, bdellij. ana ϑ j. conficiantur cum oxymelle scil. & fiant pilulæ, & dentur de sero, vacuo stomacho post vij. dies suæ confectionis. Si autem adhuc fortius purgare volumus, purgemus sic. R. hieræ picræ. ʒ. ß. hieræ Rufi. ʒ. iij. esulæ, masticis, ana ϑ. j. misceantur, & fiant pilulæ. Si autem fuerit melãcholia, vtatur oxymel. diure. scill. syrupo de fumoterræ, ana ℔. ß. misceantur. Materia digesta, purgetur cum myrob. indis, belliricis, & emblicis, & epithymo, paratis sicut decet. Et si fortius sic. R. diaborag. diasenæ, hieræ Rufi. ana ʒ. iij. lapi. armenici ix. abluti, anethi, ana ϑ j. misceãtur, & fiant pilulæ. Corpore autem mundificato fiat stupha, & si causa fuerit cal. ponantur ista in stupha. R. florum bora. florum viol. florum nenu. epithy. chamomillæ, meliloti, fumiterræ, ana ℔. ß. misceantur, & exeunti à stupha dentur rubeæ trochiscatæ, ʒ. iij. deinde inungatur cum isto vnguẽto. R. vnguenti citrini ℔ ß. lithargyri, ʒ. ij. sulphuris, ʒ. iij. misceantur cum syrupo de fumoterræ, & inungatur. Si autem causa fuerit cholera, ponantur in stupha ea quæ dicta sunt, & plus scabiosæ, lapathi acuti, ana ℔ j. & exeunti à stupha qualibet vice detur sibi aureæ alexandrinæ ʒ. ß.

Aduerte hanc dosin esse vehemẽtem, & sequentem vehementiorem.

Deinde

Deinde inungatur cum isto vnguento. R. vnguẽti fusci, vnguenti ad scabiem, ana ℔. ß. calcis extinctæ, sulphur. lithargyri. ana ʒ. ß. conficiantur cum syrupo de fumoterræ, & misceantur. Materialia autem vnguentorum valentia ad omnem scabiem, secundum tamen plus & minus sunt ista: succus bora. succus fumiterræ, succus scabiosæ, succus lapathi acuti, succus enulæ campanæ, succus raphani & scillæ, & siclæ, radices istarum, & frondes, & folia, & suligo, aloë, lithargy. cadmia, pompholyx, ceruſa, calx lota, sulphur extinctum, vterque elleborus, tartarum, oleum antiquum, axungia antiqua, acetum, argentum viuum extinctum, oleum de sinapi, aristol. sal armoniacum, flos æris, & radix cucumeris asinini. Valet etiam balneum aquæ marinæ, & sulphureatæ & aluminatæ, siue fuerint naturalia siue artificialia. Accipe igitur vnum ex istis, aut multa, & misceantur cum oleo ros. aut cum oleo nucum, aut cum butyro, aut oleo sisamino, aut cum axungiis, aut aceto & cera, & fiat vel oleum, vel vnguentum. Si autem fuerit aliquis nimis debilitatus, R. succum radicum enulæ campanæ, axungiæ porcinæ recentis, ana. misceantur lento igni. Vel istud. R. fuliginis olei ros. facti cum oleo nucum, aceti, misceantur, & fiat vnguentum cum modica cera. Vel istud quod non solum valet in scabie, sed in vlceribus saniosis fraudulentis fœdis. R. antimonij, æris vsti, lithargyri, climiæ, argenti marchasitæ, ceruſæ, balaustiæ, aluminis, sarcocollæ, corticis thuris, pompholygos, ana ʒ. ß. conficiantur cum fæce olei antiqui, & cera quod sufficit, & fiat vnguentum. Istud etiam valet in gangræna, sicut dictum est superius. In fortibus autem, corpore mundificato, R. radicum ellebori albi recentis, contundantur fortiter, & cum axungia porcina recenti misceantur, & fiat vnguentum, omnem scabiem antiquam delet, & malum mortuum.

Simplicia vnguentorum ad scabiem optimè conuenientia.

DE SCABIE VLCEROSA

ſicca cum ſquamis (ita quòd videtur membrum contrahi) & pruritu. Rub. 2.

ISta frequenter veniunt in nauibus, & ideo corpore mundificato, & bona dieta ſuppoſita, madefiant manus quotidie in aqua decoctionis maluæ, & biſmaluæ, paleæ hordei, & auenæ,

Hæc ſcabiei ſpecies ſæmibus admodum frequens.

deinde inungatur cum axungia porcina recenti, vel gallinacea recenti, vel fiat vnguentum. R. succum apij, succum foliorum lilij, succum papaueris albi, aquæ rosa. ana ʒ. j. aloë. ʒ. iij. olei sisamini, & ceræ quod sufficit, & fiat vnguentum. Inungatur etiam locus pruriginosus.

Vel istud in scabie multum sicca. R. diadraganti, gummi arabici infusorum, seminis maluæ, bismaluæ. ana ʒ. ß. aloë, sarcocollæ, ana ʒ. j. conficiantur cum axungia porcina recenti, vel cum gallinacea, vel oleo sisamino, vel oleo amygdalarum dulcium, & cera quod sufficit, & fiat vnguentum.

De malo mortuo. *Rubrica* 111.

MAlum mortuum, est quædam species scabiei, quæ oritur ex melancholia naturali adusta, & ex adustione phlegmatis salsi cum liuore & nigredine, et pustulis crustosis, magnis, fœdis, sine sanie cum ærugine, et cum quadam insensibilitate, et cum turpi aspectu, in coxis et tibiis frequentius eueniens.

Causa. Causa autem huius scabiei, est multa comestio ciborum melancholicorum, oppilatio splenis, et retentio menstruorum, et ciborum præter consuetudinem, et similia.

Curatio. Digeratur igitur materia per hunc modum. R. radicis fœniculi, petroseli. brusci, asparagi, graminis, corticis capparis, fraxini, thamarind. ana ʒ. ij. conquassentur et temperentur in aceto albo per diem et noctem, tunc R. borag. scabiosæ, fumiterræ, lapathi acuti, buglossæ, melissæ, vtriusque stœchados. ana ℔ß. foliorum sennæ, epithymi, polypodij, anthos, florum bora. florum viol. ana ʒ. iij. anisi. ʒ j. mell. ro. panis saccari, ana ℔j. fiat syrupus. Materia digesta, purgetur cum hiera Ruffi, aut hieralogodion, aut theodoricon, et dosis sit iuxta conuenientiam particularium, tres enim ʒ. possunt dari sine periculo. Corpore purgato, stuphetur multis diebus stomacho vacuo, et in stupha ponantur ea quæ ponuntur in syrupo, et in extu qualibet vice accipiat aureæ Alexandrinæ, theriacæ, ana ϑ. j. cum vino decoctionis fumiterræ. Mulieri autem detur aurea Alexandrina solum, et postea fiant vnguenta quæ superius dicta sunt. Vel istud. R. succi raphani, spatulæ fœtidæ, aristolochiæ, cucumeris asinini, borag. fumiterræ, scabiosæ, lapathi acuti, ana quart. j. vtriusque ellebori, sulphuris viui extincti.

extincti ana ʒ.2. Tunc ista pulueriza ta cum prædictis succis, & oleo, nucum, & cera, incorporentur, & fiat vnguentũ. Et aduertendum, quòd si superuenerit ex rheumate, vel scrophulis, vel glandulis, vel splene, vel menstruis, vel hæmorrhoidibus, tunc illa prius debent mundificari, & postsimè splen.

De pustulis. CAP. XXV.

PVstulæ, sunt quædam vesiculæ paruæ ad modum granorum ficuum, sicut sordities sudoris, & possunt vocari in vulgari prouincialium, brollia dura. Quandoque proueniunt ista ab exterioribus, sicut à casu, & à percussione, & labore, & exercitio, & propter negligentiã abluẽdi corpus & vestes, & propter vnguenta & alia fortia, quæ corpori applicantur, sicut est tapsia, & viride æris, & multa consimilia. Si ab interioribus, hoc est propter abundantiam humorum, & malam qualitatem eorum, quare veniunt frequenter post somnũ & sudorem cum pruritu, ita quòd aliquando sunt de sanguine, aliquando de chol. aliquãdo de phlegmate salso, aliquãdo de melãcholia. Si autem venerit à causis exterioribus, indicatione patientis cognoscitur. Si ab interioribus, & fuerit de sang. color est rubeus cũ pruritu, & calore & dolore. Si ex cholera, tunc est citrinitas, & pũctura & acumẽ. Si ex phlegmate, albedo, & squamæ & pruritus. Si ex melancholia, liuor, nigredo, & modica punctura. Omnes istæ pustulę, si negligantur & non mũdificẽtur, in scabiẽ conuertuntur. Et si fuerint de causa calida, vlterius ad impetiginem & serpiginem, & alia mala accidentia. Si autem fuerint de phlegmate, post scabiem, in fistulam conuertuntur. Si autem fuerint de melãcholia istæ sunt duriores ad curandum. Si fuerint ex sanguine, fiat phlebotomia. & mundificetur corpus cũ cassiafistu, & thamarind. & similibus. Si ex chol. & corpus est plethoricum, fiat phlebotomia: deinde digeratur materia cum oxysaccara, & syrupo violar. deinde purgetur cum oxylaxatiuo & electuario de succo rosar. vtrisque competit balneum, & inunctio cum populeon, aut cum vnguento citrino, acuato cum litargyro. Si autem fuerit de phlegmate, digeratur materia cum oxymelle diure. & syrupo de fumoterræ, & oxysaccara composita, & purgetur cum hierapi. & hiera Ruffi. Si autem de melancholia, digeratur cum o-

Causæ.

Signa.

Prognostica.

Curæ.

oxymell

xymelle scillitico, & syrupo de boragine, & sumo terræ purgetur cum diasenæ, & diaboragi. & hiera Ruffi. Istis enim ambobus competunt stuphæ, & balnea, & quòd vngatur cũ istis vnguentis. R. vnguẽti fusci, vnguẽti ad scabiẽ, ana ℔b. ß. lithargyrij. ʒ. 3. tartari. ʒ. 2. vtriusque ellebori. ana ʒ. 2. arg. viui extincti. ʒ. 1. misceantur cum aceto, & fæce olei antiqui. Vel cum isto. R. succi chelidoniæ, fumiterræ, borag. scabiosæ, laparthi acuti. ana quartas 2. lithargyrij, ceruse lotæ, æris vsti. ana ʒ. ß. misceantur cum fęce aceti, & axungia antiqua, & fiat quasi vnguentum. Et istud potest valere non solũ hîc, sed in omni scabie, & in omni genere infectionis. Et ideo cum aliquis ignorat quid particulariter est agendum, vtatur isto vnguento, & non dicipietur, & appellatur, Vade mecum. Intelligendum quòd si istę pustulæ veniunt ex causis exterioribus, vtplurimum corpus non est plethoricum, & tũc cõpetit aqua frigida desuper aspersa, vel q̃ balneetur in aqua frigida, & natet in ea, & quòd aspergatur postea farina fabarũ, lentiũ, & hordei, vel inungatur cum lithargyrio & aceto, & sandalis, & rosis & oleo rosac. & si materia abũdaret, mundificetur corpus. Si autẽ fuerit causa frigida, balneetur in aqua dulci, & postea aspergatur puluis orobi, & risi, & hordei, & lentiũ, & lupinorũ. In omni igitur causa valet balneũ aquę dul. corpore mũdificato si indiguerint, & tũc nihil trahit, & ita nocumẽtũ inducere nõ poterit, & tũc euaporabit, & resoluet, & iuuamẽtum inducet. Secũdo notandũ, quoniam si pustulę venerint à causis intrinsecis, vt à virtute mũdificatiua corporis, tũc plus veniunt in vere. Si autem veniãt à causis extrinsecis, vt ex labore, calore & similibus, tunc veniunt in æstate.

Vnguentũ efficax ad scabiem.

Clarificatio.

De vulneribus & plagis & solutione cõtinui. CAP. XXVI.

VVlnus est solutio continuitatis facta in membro consimili & officiali, & ita est morbus communis vtriusq;. Solutio continuitatis, aut prouenit ab exterioribus, aut ab interioribus: & tunc aut est ex sanguine corrupto adusto, cutem vlcerante, & rumpente, aut ex cholera adusta, aut ex melancholia adusta, aut ex ventositate rumpente, aut ex caliditate solis, aut ignis, aut ex frigiditate vlceran te. Et istæ solutiones possunt magis appellari vlcera, quoniam omnis solutio virulẽta, saniosa, sordida, vlcus potest appellari, secundũ Auicen. Si autem prouenient ab exterioribus,

Causa. Gal. 3. & 4. Methodi hæc duo vocabula confundit vlcus, & vulnus, licet

ribus, sicut à casu, aut percussione, aut gladio & similibus, tunc si sit in carne, appellabitur plaga, aut vulnus: si in osse, fractura. Si autem fuerit in musculis & neruis cum re comprimente, concussio appellatur. De nominibus igitur nulla est contentio, sed ad res reuertamur: quia cõplementum medicinæ rerum est notitia, & non vocum, sicut habetur tertio de morbo. Species igitur solutionis continuitatis, quantum est de præsenti, sunt quatuor: est enim solutio continuitatis simplex, sine deperditione substantiæ. Secunda species est solutio continuitatis cum deperditione substantiæ, quæ concauitas appellatur. Tertia species est vulnus profundum, ita quòd superficies & profundum constituunt tertiam speciem. Quarta tamen species concussio appellatur, quæ prouenit cum corpus cum baculo, aut lapide comprimitur, & conquassatur, & flagellatur, & talis solutio appellatur contusio. Et curatio huius speciei differt ab omnibus aliis secundum Gal. in de ingenio. Quoniam in omni specie vulneris competunt abstersiua & mundificatiua. Sed in concussione à principio competunt putrefactiua. Nunc autem istas species aliquando concomitãtur accidentia multa sicut est magnitudo, & paruitas, rotunditas, triangulatio, sordities, sanies, calor, frigus, & caro addita, verruca, apostema, fluxus sanguinis, fluxus humorum, corrosio, liuor, & rubedo, recentia, & vetustas, & multa cõsimilia. Ista enim sunt accidentia & compositiones concomitantia, & non sunt differentiæ constitutiuæ, quæ additæ speciem nouam faciant, sicut declarauimus tertio de ingenio. Solutio igitur continuitatis fit in cute, & carne, & musculo, & vena, & arteria, & chorda, & neruo, & ligamento, & panniculo, & in ossibus, & iuncturis, quæ dislocatio appellatur, & in membris principalibus & non principalibus, in quibus omnibus medicum solicitum portendunt & diligentem. Si vulnus est magnum aut paruum, siue in superficie aut profundo: si est cum deperditione substantiæ, aut sine: si est in membro radicali, aut fluente: si est in membro principali, aut non principali: si est in membro sensibili aut non sensibili, aut parui sensus, si est cum magno dolore, aut paruo: si est cum fluxu humorum, aut sine fluxu: si est cum sorditie, aut sine sorditie: si est simplex, aut compositum. Et aduertere debet ad magnitudinem

chyrurgi & stinxerunt.

Ruptio & cõuulsio citra vulnerationem, Gal. 3. Metho.

Quatuor species solutionis continui.

Gal. 3. & 4. Methodi

Quia omne cõtusum necesse est putrefieri & in saniem conuerti.

compositionum, si labia vulneris distant multum, aut nō: si fractura ossis est cum dentibus, aut sine dentibus: si nervus est punctus, aut incisus: si cor est vulneratum, aut capsula: si cerebrum, & si pia mater, aut dura mater. aut substantia cerebralis: si est cum contusione, aut sine contusione. Consideret igitur genus, & quatuor species, & multitudinem accidētium, & compositionum concomitantium & superuenientium: si prouenerint ista ex malitia humorum, aut vulneris, aut imperitia restaurationis, aut omnium eorū, quæ extrinsecus sunt: quæ omnia solerti ingenio considerāda sunt, si ad finem curationis deuenire curamus. Si autem solutio continuitatis prouenerit ab interioribus, sicut est ex sanguine, tunc est cum rubore & calore, & punctura & sanie. Et si ex chol. tunc est cum citrinitate & ardore. Si ex phlegmate, est cū albedine & humiditate. Si ex melancholia, cum liuore, & ita de aliis signis, quæ singulos humores concomitantur. Si autem fuerit ex causis extrinsecis, ex notitia patientis habentur, aut assistentium, aut cum oculo, aut digito, & similibus, quæ perfectius in libris chirurgiæ continentur. Omnis solutio facta in membro bonæ complexionis, de facili curatur: sed cùm est in corpore malè complexionato, de difficili curatur: ideo vlcera hydropicorum aut leprosorum, aut nunquam curantur, aut cum difficultate magna. Vulnera cordis non curā tur. Vulnera capitis & stomachi & hepatis, aut splenis, aut renum, aut vesicæ, aut matricis, aut intestinorum si sint parua, possunt curari: si magna, aut nunquam, aut de rarò contingentibus. Vulnera pulmonis non curantur. Vulnera membrorum radicalium sine perditione substantiæ, bene possūt vniri in pueritia, sed in aliis ætatibus non, sed fit porus in circuitu. Vulnera membrorum radicalium cum deperditione substantiæ nunquam perfectè restaurantur. Si venæ minutæ & capillares deperdantur in magnis musculis, tunc natura generat loco illarum poros & meatus carnosos. Solutio continuitatis in neruo, si est incisio, aut punctura, spasmum & alienationem & mortem inducit, nisi diligentissimè succurratur: & si omnino incidatur, non est periculum, nisi quia membrum suppositum caret tactu, aut sensu, aut vtroque, secundum diuersitatem neruorum. Vulnera intestinorum cum nausea & fluxa ventris

Signa. Morbi interiores comitantur: exteriores verò tactu, visu, & colore partis laborātis cognoscuntur.

Prognostic.

Periculosa est soluta continuitas in nervo propter dolorē, qui fit

sunt

sunt pessima. Vulnera capitis ad quæ sequitur nausea & febr. sunt pessima. Fractura ossium cum dentibus, cum periculo consolidatur, sed postea cum difficultate frangitur: fractura ossis secundum rotundum de facili vnitur, sed postea de facili rumpitur. Omne vulnus transiens à superficie in superficiem, est malum, quia natura non inuenit radicem vnde sumat principium. Si autem in vulneribus propter nimium fluxum venerit alienatio, malum: & si spasmus, vrplurimum moriuntur: & si syncopis cum singultu, mors est in iannis. In primis fundemus nos in dictis Hippo. Vulnera non curantur, nisi prius deficcentur. Gal. exponit istum canonem in 3. de ingenio totum. Intelligendum est quòd in omni vulnere, cum membrum sit debilitatum, adunatur duplex superfluitas, cùm natura omnino nutrimentum assimilare non possit, scilicet subtilis & grossa, quare indiget duplici medicamine, abstergente & mundificante. In omni igitur vulnere competunt medicamina sicca aliquantulum supra complexionem membri, & quòd calor non multum excedat temperamentum. In omni igitur vulnere competunt sicca, sed diuersimodè: quoniã cõplexio naturalis membri debet conseruari. Si igitur membrum siccum & humidum patiatur solutionem cõtinuitatis, in membro sicco debemus apponere magis sicca, & in mẽbro humido minus sicca: quia si in membro humido ponerẽtur multum sicca, corrumperetur complexio naturalis: sed illa debet seruari in tempore morbi, quãtum est de præsenti intentione: multitudo etiã humiditatis conseruãda est. Et si sordities vulneris est multa, multum sicca sunt apponenda: & si modica, parum sicca. Et tunc debemus cõparare, si membrum est siccum, & sordities multa, multum sicca competunt: & si membrũ est humidũ, & sordities modica, parum sicca sunt apponenda: & si membrum est siccũ & sordities pauca, minus sicca: & si membrum humidum, & sordities multa, plus sicca: & ita de aliis. Patet igitur, q̃ restaurator membrorũ complexionem & naturam medicaminũ scire debet. In simplicibus igitur vulneribus simplicia medicamina sunt ponenda, solùm abstergentia, & mũdificantia. Si autem esset vlcus sanioſum cũ sordicie multa, tunc fortissima medicamina sunt apponenda, sicut est calx, atramentum, sulphur, viride æris, & similia & ideo

nũ excitat: fluxio autẽ phlegmonẽ, phlegmone spasmũ. Gal. 5. Method.

Cura.

Gal. 3. & 4. Method.

ex

Gal. 4. & 5. Methods. Prohibemus fluxū humorū ad partem vlceratā, deligatura, medicamento repellente, sitū partis cōuenienti, & phlebotomia.

ex viridi æris & cera & oleo, secundum Gal. in de ingenio, possent curari: viridi enim æris nimis penetrat, & dissoluit & pungit, & vrit: sed cera & oleum nimis humectant, putrefaciunt: & ita cera & oleum obtundit acumen quod est in viridi æris: & viride æris reprimit putrefactionem aliorum, quare posset fieri medicina temperata secundum naturam componentium, & naturam membrorum: sed in hoc oporteret, quòd medicus esset multum expertus. Ad alia igitur recurrendum est. In omni igitur solutione continuitatis, oportet tria considerare: primo quòd intercipiatur fluxus: secundò quòd præseruemus vulnus à putrefactione: tertiò quòd vulnus curemus cum medicinis, & cibis conuenientibus, & bono regimine in 6. rebus nō naturalibus. Ponamus igitur quòd vlcera fuerint à causis interioribus: tunc purgemus vniuersaliter corpus, & deinde mundificemus particulariter secundum exigētiam humorum. Et ista ita tibi frequenter dicta sunt, quòd non oportet repetere. Tunc vtantur isto medicamine, R. lithargiri, ceruſæ lotæ, cadmię lotæ, æris vsti & abluti ana ʒ. j. aloë, sarcocollę, rad. aristol. tartari, ana ℈. j. fiat puluis subtilissimus, & vlceri applicetur, & cum vino & melle calidis abluatur: aut apponatur modicū de cera & oleo, & fiat vnguentum. Aut in vlceribus calidis apponatur vnguentum citrinum, acuatum cum lithargyro, & in frigidis vnguentum fuscum acuatum cum puluare aloës, & aristolo. Et si esset vlceratio cum calore magno, aut ratione humi calidi, aut ratione cōbustionis factæ ex igne, aut ex aqua calida, aut ex sole, tunc inungatur locus cum populeon, aut cum duabus partibus populeon, & tertia vnguenti citrini, aut fiat vnguentum ex his, ex mucilagine psyllij, & cāphora, & sandal. & rosis, & succo portul. & plantaginis, & papauere, & coriandro. Si autē fuerit vulnus ex frigiditate, inungatur cum axungia vulpina, aut cum vnguento ad scabiē acuato cū assa fœtida, & galbano, & serapino, & similibus. Sufficiant igitur ista, causa breuitatis, de vlceribus causatis ab interioribus. Si autem incisio vel plaga, aut concussio, aut fractura, aut perforatio, aut punctura corpori aduenerit propter causas exteriores, canonibus vniuersalibus obseruatis ad vnguem, de contingentibus nihil obmittentes, cum dei auxilio sic incipiamus operari. Vulnus aut est magnum,

Solutio continuitatis à causa extrinseca fit quatuor modis, videlicet, incisione, tēsione, raptione, fractione.

magnum, aut paruum: si paruum, natura sufficit per se ad curandum, aut quod ponatur rasura lardi in panno lineo desuper, aut quòd ponatur tela aranea, vel rasura camisiæ, & similia. Si autem fuerit magnum, aut est cum deperditione substantiæ, aut non: si non, tunc permittatur fluere sang. quoniam vt plurimum iuuat, quoniam præseruat ab apostematibus, & hoc est quod multùm timemus. Si autem volumus sanguinem restringere, accipiantur stupę cauabinæ, & madefiant in aqua frigida, deinde in albumine ouorum, & desuper apponantur, & cauendum quòd aqua non approximetur vulneribus. Si autẽ essemus coacti balneare, ratione alicuius accidentis, tunc vulnus emplastretur, & ligetur, & inungatur taliter quòd aqua vulnus tangere non possit. Et in omni magno vulnere, est ingeniandum, quòd illud quod colligitur quotidie mũdificetur, ita quòd sit foramen in parte inferiori: aut membrum taliter situetur, quòd locus mundificetur. Si autem vulnus fuerit magnum cum deperditione substantiæ, non coniungantur labia, sed instemus in mundificatione vulneris, & cauendo quòd hum. non possint fluere ad locum, & alia omnia quæ dicta sunt, quòd corpus non sit plenum, & similia. Et tunc dantur sibi, quæ generant carnem deperditam materialiter, ficut sunt gallinæ, & perdices, & agnus annualis, & similia. Materialia autem carnem in vulneribus effectiuè generantia sunt ista, aloë, thus, aristolo. æs vstum, cadmia lota, myrrha, sanguis draco. sarcocolla, orobus, radix lilij, farina hordei, farina fabarum, & similia. Vel istud, Accipe galbanum, & liquefiat in oleo myrtino, deinde apponatur pannus lineus, antiquus, mundus, minutissimè tritus, & carpinatus, & aspergatur puluere olibani, & aloë, & rad. aristolochię, & fiat emplastrum, & desuper apponatur: cum autem caro venit ad superficiem, tunc induretur, vt stet loco cutis: hoc autem fit cum his, scilicet myrrha, aloë, æs vstum, vitriolum vstum, galla, balaustia, sang. draco. & dragagantum vstum, & similia. Et intelligendum, quòd illud quod generat carnem in vno membro, non generat in alio: quoniã quædam sunt membra humida, & quędam sicca: & vulnera quędam sunt cum sorditie multa, & quædam cum pauca: quare medicamina vulnerum quę sunt in pudibundis, debent esse ficcissima, & in oculis minus sicca. Alia

autem sunt, quæ debentur neruo, & alia carni, & alia arteriæ, & ita de aliis. Quare restaurator debet esse solicitus in cognoscendo complexionem membrorũ, & sensum, & nobilitatem & naturam medicaminum, & ita poterit eligere ex his medicaminibus quæ competunt isti & quę illi, & ita ratio præcedere debet: & nisi totum postea experimento probetur, orationes sunt rhetoricorum, qui propositiones habẽt decoratissimas rei substantiam non tangentes. Si autem fuerit contusio, attritio seu flagellatio, tunc à principio fiat phlebotomia, dato ꝙ corpus non esset plenum: deinde apponantur frigida styptica desuper, vt nõ fiat fluxus ad locum: deinde festinemus euacuare, & ab intus & ab extra, quia citò fieret apostema, aut sanies, aut cancer, aut fistula. Abintus igitur dissoluatur sic, decoquatur centaurea maior, & costus in syr. acetoso, & sumatur mane, & sero. Ab extra autẽ, ponatur lana succida cum farina hordei, & apponantur calida resoluentia, & subtiliantia. Fomẽtetur igitur locus cum aqua decoctionis chamomillæ, & similiũ, & si necessariũ fuerit, apponantur vẽtosæ cum scarificatione. Putrefacto igitur & corrupto remoto, curentur sicut alia vulnera curãtur. Curatio igitur istius secundũ Gal. ab aliis solutionibus continuitatis est diuersa. Si autẽ vulnus fuerit profundum, ponatur tenta vsque ad profundũ, & mundi ficetur quotidie bis, aliter fistulare tur locus. Si autem vena aut arteria fuerit incisa, fluxus nimius distrahatur cũ fricationibus, & ligaturis, & similibus, & istud emplastrũ desuper apponatur. R. aloën, thus, sang. drac. bolũ armeniacum, pilos leporinos minutissimè contritos, & conficiantur ista cum albumine ouorum, & est vltimum in iuuamento. Si autem vulnus vel punctura fuerit in neruo, tunc in pueris, & mulieribus ponãtur minus fortia, sicut est resina, pix naualis, sordities aluearis apũ, sordities quę adhęret parietibus balneorum, sed ꝙ sint abluta & mundificata cum lixiuio, & componantur cum fœce olei antiqui, & vino, & fiat emplastrum aut oleum aut vnguentum. Si autem fuerit in corporibus duris, addatur euphorbium, stercus columbinum, sulphur canulatum, calx extincta, opopanacum, serapinũ, lac tithymali: quoniã punctura nerui duri, siccissimis indiget, & potissimè quando est in profundo: & vltimo fiat cauterium. Supponamus enim quod corpus sit mundificatũ cum

In loco tamen neruoso cauendũ ne tendatur nervus, aliquin ratione doloris se queretur phlegmone. Hoc emplastro non solum vtebatur Gal. in fluxu sanguinis ab arteria, sed in cerebri mẽbrano, & vnus ligaturis vide lib. 5. Methodi.

phlebo

phlebotomia, pharmacia, abstinentia, & similibus, aliter de facili incurreret spasmum, aut apostema, & similia: non fiat igitur particularia, nisi vniuersalia præcesserint, sicut clysteria, & similia. Si autem fuerit apostema in neruo, tunc valent orobus, & farina fab. & hordei, & quòd cõficiantur cum aqua dissolutionis serapini, & in fine ista abluantur cum vino cocto. Si autem fuerit dislocatio, quod cognoscitur, quia ibi est eleuatio aut profunditas, & quia moueri nõ potest, & quia differt à suo simili: quoniam si ad omnes partes posset moueri, nulla esset dislocatio. Et rarò accidit simplex, & singularis, quin sit ibi vulnus, aut fractura, aut attritio, aut apostema, aut putrefactio, aut similia, & tunc curatio debet esse composita. Aliquando enim est tantus dolor, quòd reponere non audemus in locum suum, & tũc stamus vsque ad tres dies: deinde os dislocatum reponatur in loco suo, & ponatur in proprio situ, & reponendo aliquando auditur sonus, & fomentetur cum vino pontico, & ligetur. Si autem fuerit dislocatio ex nimia humiditate lubricante iuncturas, tunc fiat cauterium, & emplastrũ desuper apponatur, quod sit ex galla, & balaustia, & acacia, & nuce cypressi, & gummi iuniperi, & modico castorei. Si autem fuerit fractura in osse, rarò accidit sine aliqua compositione: quoniam ibi est aliquando attritio, vulnus, dentatio, apostema, fluxus humorum putridorum, & multa consimilia, quæ omnia oportet diligenter considerare. Hoc autem facto, partes fractæ vniantur, quia in pueritia consolidantur, sed cum indurata sunt, natura generat in circuitu poros. Ponamus igitur propriè, verbi gratia, quòd sit in tibia, tunc debemus patientem in loco ponere resupinum, & extendere ambas tibias, & æquare, & fractam aliquantulum longiorem: ossa enim fracta non debemus omnino vnire, quoniam sequeretur dolor & feb. nec nimis prolongare, quia sequeretur claudicatio. Fiat ergo vnio mediocris, & etiam vniendo reddatur pars parti, & dens denti, cauendo quòd de osse comminuto nihil intus remaneat, nec remaneat aliqua concauitas, quia ibi generaretur putredo corrumpens totum membrum. Hoc facto ligetur, & ligamentum sit de panno lineo mundo, lato iuxta membri dispositionẽ, & incipiat ligatio in medio fracturę, trahatur hinc inde per modum crucis, vna pars cõtra aliã, quia

Phlegmone, nisi medicus solicitus fuerit, statim occupat partem ægram, quã obrem quæ valenter digerunt & siccant, admouenda sunt.

Solutio cõtinui in osse.

Gal. lib. 6. Methodi.

optimè ſtringit locum,& in panno ſeu ligatura non ſit aliqua ruga,& duret tantum,quòd occupet vel cooperiat aliquantulum de parte ſana hincinde:& in fractura ſit magis ſtrictum,& in parte ſana minus,vt ſuperfluitates poſſint ſuperius currere:& ſit ligatura aliquantulum dolorosa,aut ſit firma, & non tantum,quòd ex hoc humores poſſint fluere ad locum. Deinde omni die tertia ſeu quarta remoueatur ad videndum locum. Si eſſet pruritus, quòd fomentetur cum aqua calida donec incipiat rubeſcere. Et ſi indigeremus medicamine conſolidatiuo,ponatur nux cypreſſi cum vitriolo:deinde ligetur, & ponantur plumaceoli duplicati vt ligamentum ſit fortius, deinde ſtellæ,aut ponatur tibia, aut brachium in vaſe ligneo ad modum nauiculæ, ne propter aliquem motum repentinum frangatur, quoniam in dormiendo contingit ſomniare,& aliquá do repentè ſe mouere, & tunc niſi membrum eſſet bene appodiatum, eſſet timendum de fractura.In fractura tibiarum, ſupra lectum ſit chorda pendens, vt cum vult aliquam partem corporis mouere, quòd ibi ſe appodiet:& quòd lectus ſit perforatus, cum voluerit aſſellare,quia tunc eſſet magnum periculum,cum oporteat ipſum iacere diebus 40.& amplius.Detur cibus qui generet porum,ſicut eſt vitulus lactens,& aſſetur frumentum coctum,& faba fracta,& ſimilia.Sed quia iſta conſtipant, oportet alia adminiſtrare, & ideo ratione accidentium frequenter oportet multa facere contra naturam morborum.Operemur igitur iuxta naturam morbi,& accidentium,& particulæ patientis. Si autem eſſet fractura cranei,aut eſt cum vulnere,aut ſine vulnere:& cum hoc, aut eſt cum læſione durę matris,aut piæ matris:vel eſt cõtuſio,aut inciſio,aut perforatio, aut eſt magnum, aut parvum,& ita de aliis differentiis accidentalibus.Et cognoſcitur occulta fractura,quia grauiter dormit,& grauiter egerit,& grauiter mingit, & cum grauitate frãgit auellanam, & cum grauitate maſticat eruſtam,& ſi chorda lyræ teneatur in ore inter dentes,& trahatur & percutiatur,cum grauitate ſuſtinet,& ſemper fracturam cranei cõcomitatur febris & nauſea. Et ſi dura mater, & pia mater fuerint læſæ, tunc eſt paraphreneſis,rubor faciei,eductio oculorum,debilitas totius virtutis animalis.In primis igitur fiat potio, quę valet in vulneribus & plagis & fiſtula,& conſimilibus.

Plumaceoli diuerſimodè fiũt, de quibus vide Guidonem de Cauliaco.

Et omnia glutinoſa et viſcoſa, vt ſunt extremitates animaliũ, medulla oſſiũ, &c.

Et hoc eſt in fractura cranij.

Quo pacto meninges læſæ cognoſcantur.

Potio efficax in vulneribus.

R.agri

R. agrimoniæ, pimpinellæ, betonicæ, verbenæ, centaureæ maioris, stœchados, saluiæ, piloſellæ, trium conſolidarum, plantaginis, ſanamundæ, rubiæ maioris, caulium rub. pedis columbini, callitrici, abſinthij, tanaceti, linguæ auis, hederæ terreſtris, fragariæ, bugloſſæ, gentianæ, iſta omnia vel maior pars conterantur, & bulliant in vino albo, & addatur modicum mellis, & potet quotidie, & ſi febris eſt fortis, accipiat in parua quantitate, & ſi debilis, in magna: quia mirabilia facit in omni vulnere, ſeu vlcere ſordido. Deinde apponatur iſtud emplaſtrum ſupra craneum fractum, & ſupra piam matrem & duram, cum læſa ſunt. R. picis liquidæ, ceræ, terebinthinæ, ana lib. ß. liquefiant ſimul, & infundantur in aceto, & fortiter ſimul malaxentur. Secundò iterum liquefiat, & proiiciatur in lacte mulieris aut vaccæ, & malaxetur fortiter. Tertiò liquefiat, & proiiciatur in ſucco betonicæ, & malaxetur fortiter. Quartò iterum liquefiat, & proiiciatur in ſucco centaureæ maioris, & malaxetur fortiter. Et tunc accipiatur vna pars, & ſupra fractum craneum apponatur: & noli reuelare niſi dilectis. Emplaſtrum magiſtri Anſelmi Ianuenſis, quo conſolidatur cerebrũ, & omne vulnus capitis. R. terebinthinæ partes duas, ceræ albæ partem vnam, liquefiat ad ignem, proiice ſuper colatoriũ, & inferius ſit acetum, ita quòd iſta cadant, cum fuerit infrigidatum comprime bene de aceto. Secundò liquefiat vt ſuprà, & cadat per colatorium ſuper ſuccum herbarum, betonicæ partes duas, verbenæ partem vnam, incorpora cum ſucco vt melius poteris. Iterum liquefiat & cadat, vt ſupra, ſuper lac mulieris vel vaccæ, ita quòd lac cooperiat totum, & incorpora vt melius poteris: ſi non poteris habere ſuccum, habeas de pulueribus, & fiet vt ſupra. Habeas ergo pannum perforatum in multis locis cum forſicibus, & ſupra pannum emplaſtrum ſubtiliter pone, vt ſanies per ea tranſeat, & craneo ſuperpone leuiter, & poſt tertiũ diem amoueas: ſi fœtet, ſignum curæ eſt: amoue, & iterum repone ipſum idem vel de recenti. Et quia iſtud opus eſt difficile, & periculoſum & prolixum, & maiori ſolennitate indiget, ideo reſtauratoribus derelinquo.

Emplaſtrũ admodũ efficax in vulneribus capitis, incarnat, abſtergit.

Intelligendum eſt circa materias præcedentes, quòd in fracturis cõpetit ſubtilis diæta, & fomẽtationes: ſed diæta ſubtilis eſt duplex: ſubtilis in paſſione, ſicut olera & pulli:

Clarificatio Diæta ſubtilis duplex.

subtilis in ratione paruæ quantitatis, sicut sunt assaturæ, & frumentum coctum, cum dantur in parua quantitate. Et ideo si autores dicunt, quòd subtilis diæta competit: verũ est quantum ad quantitatem: quoniam quantum ad qualitatem, in fracturis semper competunt grossa, & ea quæ generant chymum grossum & viscosum. Subtilis autem in passione competit per accidens, vt quia est constipatus, aut quia non potest digerere ratione otij & quietis, & propter hoc, & grossa competunt in parua quantitate. Secundò notandum, quòd membrorum, licet ab vtero, quædam restaurentur, sicut caro: & quædam non, sicut ossa. Nã post vterum vtrobique deficit agens generationis, & materia: quia post vterum, nec matrix, nec didymi, nec semen, nec sanguis mẽstruus. Dico quòd caro est superfluitas, & quia superflua possunt restaurari, sicut apparet in cauda stellionum, ideo possunt restaurari, & cum hoc sanguis inuenitur sufficienter in corpore, & quia caro ex sanguine, & ita sanguis, & hic sanguis ideo restaurari potest: semen autem nõ sic inuenitur: quia saltem in viris deficit locus generationis, qui est matrix: & in mulieribus deficit semen viri, & quia radicalia loquendo medicinaliter, non inueniuntur cum omnibus conditionibus post vterum, quia ex seminibus generantur: ideo in ætate puerili si discontinuentur, bene vniuntur: sed si substantia deperdatur, nunquam: & cũ hoc etiam, quia radicalia vtplurimum sunt frigida & sicca, præter principalia & nobilia: principalia autem & nobilia, si eorum substantia deperdatur, propter eorũ necessitatem, & nobilitatem, nunquam essent restaurata, prius esset mors. Si sint alia, tunc sunt frigida & sicca: & ita deficit attractiua, quæ viget per calidum: & disseminatiua, quæ requirit poros largos: & digestiua, quæ viget per calidum & humidum: & ita non fit restauratio, quia omnia deficiunt eis. Sed caro habet omnia. est enim calid. & humida, & ita nihil sibi deficit: quare omni tempore posset restaurari: & forte etiam, dato quòd esset ex seminibus primis, secundũ conditiones datas. Tertio notandum, quòd membrorum quædam sunt humida humiditate naturali, & quædam accidentali: tunc si vulnus fuerit in membro humido naturaliter, facilius curatur, quàm in sicco: & si in humido accidentali, tardius, sicut in hydropicis. Vulnera igitur facilius curantur

Sola caro deperdita regenerantur, ossa verò, venæ, nisi capillares neruiset aliæ partes spermaticæ, non regenerantur nisi in pueris.

curantur in membro humido naturaliter, quàm in ſicco, propter copiam nutrimenti. Quarto aduertendum, quòd in ſolutione continuitatis paulatinè, ſicut ſi aliquis cum acubus pungeretur, maior eſt dolor, quàm ſi fieret ſubito, etiam ſi totum membrum truncaretur. Et ratio dictorum eſt, quoniam ſecundum Gal. in de morbo, in ſolutione continuitatis non eſt dolor, niſi in fieri: & quando fit ſubito, cito tranſit illud fieri: & ideo non eſt dolor, quantum eſt ex illo: ſed in illis quæ fiunt paulatinè & continuantur, cõtinuè eſt fieri & actio & paſſio, & ideo maior dolor.

DE FLVXV SANGVINIS IMMOderato. CAP. XXVII.

FLuxus ſanguinis immoderatus, venit aliquãdo propter vulnus, & ſimilia extrinſeca, licet ſit dictum, tamen breuiter tranſeamus. Aliquando fluxus ſanguinis eſt modicus, ita q̃ ſufficit digitũ apponere, vel pannum lineum intinctum in aqua frigida, aut aceto, & aqua frigida, aut in aqua roſ. aut ſtupæ cãnabinæ intinctæ, in albumine ouorũ, aut raſura panni linei, aut tela aranea, aut mica panis. Aliquando tamen vulnus eſt magnum, aut quia vena magna, aut arteriæ inciſæ ſunt, vt dictum eſt, & tunc teneatur digitus, aut pannus lineus intinctus in aqua frigida, aut obturetur aliquo ingenio dicto, donec medicamen ſit compoſitum: quia raro inuenitur quòd medicamina ſint prompta, & tamen ſanguis eſt nimius, ita quòd ſi eſt de arteria, eſt ſubtilis, clarus, & venit ſaltando, & cum impetu modo ſuperius, modo inferius, modo dextrorſum, modo ſiniſtrorſum: in venis non ſic, & eſt groſſus. Apponatur igitur medicamen quod dictum eſt, ſcilicet de aloë, & thure, & maſtiche, & ſanguine draco. & bolo armenico, & pilis leporis minutiſſimè tritis, & conficiantur cum albumine ouorum, & deſuper apponatur, & in ſecunda appoſitione non remoueatur primum, quia timendum eſſet de apertione, & ſi fieret, fiat paulatim & cum cautela. Si autem non poſſit reſtringi ſic, tunc cauterizetur locus cum ferro ignito, & ſi timeat ignem, patiens cauterizetur cum myrrha, & aloë, & atramento, & calce viua, & ſanguine drã-

Gal. lib 3. Method.

Glutinatorium anteria diuiſa.

Escharotica non conueniũt, nisi in fluxu à putrefactione, sintque valde periculosa, idcirco aduertant diligẽter chirurgi.

De aliis autem fluxibus sanguinis loquemur in capitulis suis. Intelligendum quòd cibus temperatus, & caro annualis generat carnem materialiter, vt dictum est, pili leporini, & alia medicamina effectiue abstergendo, deficcãdo, mundificando, superfluum remouendo, complexionem temperando, fluxui resistendo, confortãdo, cauterizando, constringendo, oppilando, & ita de aliis. Præterea notandum, quòd incisione facta non in eodem instanti fluit sanguis, quia calor & spiritus refugiunt ad interiora. Et ideo multi vulnerati non credunt se esse vulneratos, imò non sentiunt, sed aliqua mora facta modica, calor & sanguis currunt ad apertum locum, & fit fluxus. Nota quòd calida in quarto possunt restringere sanguinem cauterizando.

De morbis vnguium, sicut est panaricium, spasmus, leprositas, vnguium albedo maculosa, fœda citrinitas, scissura, & similia.

CAP. XXVIII.

PAnaricium est apostema calidum, dolorosum in radice vnguis, aliquando cum vlcere, aliquando cum sanie virulenta, & tunc non caret digitus periculo. Diæta igitur subtilis adhibeatur, deinde phlebotomia, pòst pharmacia. Corpore igitur mundificato à principio, fiat emplastrum cum muccilagine psyllij facta in aqua ros. & opio, & camphora, & farina hordei, & aceto. In augmento autem illinatur locus cum sorditie auris: & in statu, cum muccilagine psyllij facta cum lacte: & in fine status, perforetur cum acu: & in declinatione medicetur cum farina lupinorum, & melle. Et si esset ibi vlcus, curetur cum aloë, thure, & arsenico. Et si esset fissura in vnguibus, illinatur cum mastiche dissoluta in oleo sisamino. Et si esset spasmus, citrinitas, & leprositas in vnguibus, corpore à melancholia mundificato, inungatur cum adipe gallinæ, & oleo sisamino: deinde radatur cum vitro, deinde emplastretur cum semine lini & gummi cypressi. Et si volumus quòd vngues cadant, inungatur cum oleo & aliis, aut cum sulphure, arsenico & aceto. Et si ex attritione sanguis niger mortificatus fuerit subtus vnguem, perforetur suauiter vnguis cum acu, & mittatur sanguis fluere. Deinde fomentetur cum vino albo & chamomilla. Et si in vnguibus fuerit albedo enormis maculosa, illinantur cum nuce cypressi, & farina lupinorũ & aceto. Et si esset citrinitas, fiat cũ aceto, & oleo

de

de eruca. Intelligendū quòd vngues sunt ex superfluitatibus cordis, & ideo vngues sunt quasi emunctoria cordis. Et nihilominus in panaricio competunt repercussiua, sicut in aliis apostematibus, & plus, quia sunt in loco multū sensibili, & ideo est magnus dolor: quare etiam non solum frigida competunt, sed etiam narcotica: nec materia est ita venenosa, licet calida multum, quin competant repercussiua. Licet igitur vergat ad liuorem, virorem & nigredinē, plus tamen fit hoc ex dispositione loci, quàm ex malitia materiæ. Quantum est igitur de natura panaricij, materia non est ita adusta, quin repercussiua possint cōpetere: nec quia emunctoriū: quoniam tanta est distantia vsq; ad cor, quia materia potest esse consumpta, euaporata, expulsa, ita quòd nocumentum non veniet ad cor. Non est igitur timendū de malitia materiæ, in tantū, quin à principio bene possit competere phlebotomia de parte opposita, & quin repercussiua apponantur. Verū est hoc, quòd cum malè regitur, efficitur virulenta, & tunc bene esset timendū de digiti amissione. Secundo intelligendum, q̄ dentes & vngues sunt ex summis ossium, non quo ad materiam primam radicalem, sed similitudinariè, quia generantur ex materia grossa terrea. Et iuxta hoc sciendū, quòd vngues generantur in extremitatibus pedum & manuum, quia ibi venæ & arteriæ terminantur, & sunt in extremitatibus quibusdam animalibus loco armorum, vt in auibus & hominibus, vt possint se scalpere, & minuta possint capere, & vt digiti sint fortiores. Et ideo quando vngues sunt grossi & rudes, hominem rudem & indignum significant, quoniam humores grossi in corporibus eorum abundant: & si sint subtiles, contrarium significant. *Clarificatio.*

De incendio ignis, & aqua calida. CAP. XXIX.

CORpus humanum aduritur & comburitur, aliquando cum igne, aliquando cum oleo feruenti, aliquando cū aqua bulliente, & ita de aliis: dicta igitur sit subtilis, & fiat phlebotomia, si particularia conueniant. Deinde inūgatur cum frigidis, sicut est populeon, aut vnguentum citrinum: quoniam aliquando non sunt vesicæ, & aliquando sunt, & aliquando sunt cum vulnere, & aliquando non. Quando non est vulnus, ponantur frigida & humida: & quando est vulnus, ponantur frigida & sicca. Materialia autē illorum

possunt esse bombax, stupa cānabina, pannus lineus, lana abluta, pannus de serico, & similia cum intinguntur cum liquidis: & ista sunt huiusmodi, aqua frigida, acetum, aqua ros. oleum rosa. succus semperuiuæ, & lactucæ, & endi. & plantaginis, & portul. semen myrti, ceruſa, bolus armenicus, chimolea, camphora, albumen ouorum, & similia. Intingatur igitur pannus in vno ex istis, aut in multis, desuper apponatur, & frequenter innouetur. Circa istam materiam, intelligendum, quòd cum aliquis combussit sibi digitum cum candela & similibus, tunc docuit experimentum, quòd si digitus ponatur in aqua frigida, tunc augmētatur dolor, quia partes adustæ retinentur: & si ponatur temperatè ad ignem, sedatur paulatim dolor, quoniam partes adustæ exhalant. Ex his possumus elicere cautelā, quòd populeon, & alia frigida non apponantur actu frigida, sed tepida, tunc facta sunt anodyna. Anodyna autem sunt ea quæ summè dolorem mitigant, & ideo talia sunt iuuatiua, quia ratione suæ actualitatis resoluunt, & ratione suæ virtutis alterantur, & ita remouent igneitatem. Secundo intelligendum, quòd calidum habet triplicem effectum: cum enim agit temperatè calefaciendo, digerendo, tunc dealbat: & si vlterius augmentetur, & fortificetur, & aduratur, tunc mortificat & denigrat: & si vlterius fortificetur, tunc incinerando dealbat. Tertio notandum, quòd oleum, licet non competeret in anthrace, pro tanto quia inflammaretur ex hoc, quia ab intus calor affixus est, nihilominus in combustionibus posset competere, potissimè ros. & non inflammaretur, quia talis ignis volatilis est, & quasi ab extra. Quarto aduertendum, quoniam calida bene possunt competere, potissimè quando locus est vlceratus, & ideo calx abluta cū multis aquis frigidis, & dulcibus, & postea cum oleo ros. valet.

Clarificatio.

Anodyna quæ sunt.

De vlceribus, & rhagadiis manuum. CAP. XXX.

VLcera & fissuræ aliquando veniunt in extremitatibus ex materia frangente, vel ex aliqua attritione, vel ex sotulari, & similibus, & de facili curantur cum vnguento fusco & citrino, & axungiis, & aqua calida. Si autem fuerit ab interioribus, vt ex cholera adusta, vel melancholia, tunc oportet mundificare corpus, & diætam congruam ordinare. Hoc facto ad particularia veniamus, ex quibuscunque

cunque fuerint, fiant igitur fomentationes cum aqua calida frequenter & multis vicibus. Materialia autem vnguẽtorum sunt ista, Medulla vituli & cerui, axungia gallinacea, porcina, anserina, anatina, ceruſa ablura, lithargyrũ, cadmia lota, cortex malorũ granatorũ, sumach, acacia, oleum roſ. dragagantum, gummi arabici, infusorum, oleum ſiſaminũ, oleum amygal. dul. ſepum hirci liquefactum, cera alba, ſuccus liquiritiæ, & ſimilia. Intelligendum, quòd acacia eſt frigida & ſicca, & eſt multum reſtrictiua, conglutinatiua & deſiccatiua, & ideo ſi rhagadiæ fuerint cum calore, multum valet, quia infrigidat, & ita valet contra accidens, & deſiccat & conglutinat, & ita valet contra vlcus. Si autem iſtæ fiſſuræ eſſent cum magna frigiditate, tunc per ſe non competeret, niſi cum multis aliis poneretur, & ita diuerſis modis vtrobique poteſt poni. *Clarificatio.*

Secundo notandum, quòd melancholia per ſe non vlcerat, quia non penetrat nec ſeparat, nec ratione ſuæ ſubſtantiæ, nec ratione qualitatum, ſed per accidens, quia aduritur, aut quia comprimit, aut priuat oppilando.

Quare in talibus multum confert ipſam euacuare cum thymo, & ſero caprino. Poſtea quæritur de vnguibus, vtrum fuerint ex materia oſſium, quod ſic videtur per Auicenn. contrarium tamen ſic probatur: Oſſa ſunt orta ex ſpermate, quare ſi deperdantur, non reſtaurantur: ſed vngues perditi reſtaurantur, quare non ſunt ex ſpermate. Dico quòd eſſe ex materia oſſium triplex eſt, vel eſſe ex eadem materia ex qua oſſa, vel eſſe ex ſuperfluo nutrimento oſſium, vel eſſe ex conſimili & vniformi nutrimento. Et iſto vltimo modo dicit Auicen. dentes, & vngues eſſe ex materia oſſium, & quod ſic eſt ex materia oſſium ſi perdatur, bene reſtauratur vel regeneratur. Item quæritur ſi vngues habeant aliquod regimen. Quod ſic videtur, quoniam omne quod augmentatur & nutritur, habet virtutem, per quam attrahit nutrimentum, vngues ſunt huiuſmodi. Contrarium habetur à Gal. in techni, dicente quòd vnguiũ nullum eſt regimen, quod concedo. Ad argumentum tamen in contrarium, quod erat, quòd augmentatur: dico quòd augmentari dicitur tripliciter, ſecundũ latum, longum, & profundum, ſecundum trinam dimenſionem. Et quod ſic augmentatur, habet virtutem regentem. Sed vngues non *Ad vngues ſint de mate. oſſiũ.*

augmen-

augmentantur, nisi secundum longum, vnde est ibi augmẽ tum aggregationis, sicut est in aceruo lapidum, & ideo nõ exigitur quòd sit ibi regimen.

Itẽ quæritur, quare vngues habẽt esse in extremitatibus.

Itẽ quæritur, quare magis sunt exterius quàm interius.

Itẽ quæritur, quare per vngues apprehendimus secundũ quod dicitur subtilitatem ingenij vel grossitiem. Ad primũ quæsitum dico, quod vngues in extremitatibus, prout dicit Auic. sunt & collocantur quatuor de causis: Vna est, vt fortiores: Secunda est, ipsis mediantibus subtilia, vt pili, fila, & similia, possint apprehendi. Tertia est, vt cum ipsis possint se homines scalpere. Quarta est, vt sint defensoriũ, sicut patet in auibus: Ad aliud dico, q̃ sunt exterius, quia pars exterior magis est passibilis quàm interior, & ideo magis indiget defensorio aliquo. Ad tertium & quartum dico, quòd vngues causantur à superfluitatibus cordis, & humores subtiles sunt ingenij causa subtilis, & grossi humores causa sunt ingenij grossi: vnde si vngues sint grossi, signant grossos humores: si sint subtiles, significant subtiles esse humores. Et ita per vngues ex consequenti apprehendimus alicuius ingenium esse grossum, vel subtile. Sũt autem in extremitatibus manuum & pedum potius, quia arteriæ exeuntes à corde ibi terminantur, ipsos vngues siquidem generantes. Consequenter quæritur de panaricio, quod est apostema accidens in ipsis vnguibus, vtrũ debeat medicari, sicut alia apostemata, primo apponẽda repercussiua, & sic deinceps. Ad hoc respondeo, & dico quòd sic, cũ sit valde calidum apostema inferens magnum dolorem, propter temperantiam carnis quæ ibi est, quare magis sensibilis est. Quarto quæritur, quare caro per aduſtionem habeat dealbari, quia dicit Auic. quòd calidũ agens in humidũ, denigrat ipsum, agens in siccũ dealbat: ergo cum caro sit humida, potius deberet denigrari à calido, quàm dealbari. Dico hîc, quòd ipsius ignis triplex est effectus, primus est dealbare, secũdus verò vrere, tertius est incinerare, vnde dico postquã caro decoquitur, remanet alba. Ad argumentum in contrarium, quòd est calidum agens in humidũ, &c. dico quòd verum est, si agat aduerendo, sed si decoquendo, dealbat. Item quæritur, quod istorum faciat maiorem impressionem, aut aqua cal. aut ignis carbo, &

quòd

quòd ignis carbo videtur, cum calidum existens in grossa materia, vt in ferro vehemẽtius imprimat: sed carbo grossior est quàm sit aqua cal. igitur calor in igne fortior est, & magis imprimit quàm in aqua: contrarium tamen patet. Dico ad hoc, quòd in depressione facta à calido, possumus loqui dupliciter: aut qualitatiuè, & sic maior est ab igne: aut quantitatiuè, & sic maior sit ab aqua, quia subtilior est & profundius penetrat. Item quæritur de cura, & primo vtrum competat oleum ros. quod non videtur, quia habet inflammare. & ideo non competit in erysipelato membro: contrarium habetur in litera. Dico quòd competit ad illud quod obiicis in contrarium, quòd non competit in erysipelate: dico quòd non est simile, quia in erysipelate calor est adunatus, vnde oleum appositum magis inflammaret, sed ad combustionem calor iam recessit, & ideo ibi non inflammat, sed mitigat. Iterum dicit Auic. quòd calx competit contra, quod habet magis vlcerare non competit, calx est huiusmodi, igitur &c. Dico quòd calx dupliciter accipitur, aut prout calx nõ est extincta, aut prout calx est extincta, & abluta, & isto vltimo modo mixta cum oleo competit: & non primo modo. Vlterius quæritur de rhagadiis, siue fissuris: & primo quæritur, si iter agentibus cõperat ablutio pedum cum aqua ca. & post inũgere, & quòd sic videtur per Aui. Contrarium videtur, quia nihil quod remollit neruos competit, ablutio & inunctio sunt huiusmodi. Dico ad hoc, quòd ablutio & inunctio duobus modis considerantur: aut quantum ad modum, & sic non competunt, quia remolliunt neruos: aut quantum ad infrigidationem aeris, & sic competunt: quia vlceratio pedum cum aqua calida trahit calorem, & spiritus ad extremitates, & postmodum cum vnguentis oppilatur interius calor naturalis, & sic prohibetur introitus frigiditatis ipsius aeris. Itẽ quæritur de stupore pedum facto à frigiditate, si competat ablutio in aqua calida vel frigida: non in calida, sicut volunt autores. Dico ad hoc, quòd competit in aqua frigida ablutio, si natura fuerit fortis, eò quòd calor naturalis interius confortatur, & confortatus humorem congelatum dissoluit: sicut apparet in fuctibus congelatis, qui positi in aqua frigida decongelaptur ratione prædicta: sed in aqua cal. positi illà caliditas naturalis exhalaret, quare &c. Item

quæritur

quæritur, si ignis nocet in stupore manuum & pedum, quia videtur quòd deberet adiuuare, quia cura fit per cõtrariũ. Dico quòd ignis noceret, quia subito humorem congelatum dissolueret, & maiorem dolorẽ faceret, quia frigiditas intenderetur, sicut patet in degelatione gelu vel niuis, & ideo melius est quòd à longe paulatim membra à frigido stupida calefiant, vt sic paulatim & non subito illi humores congelati dissoluantur, & calefiant. Iterum quæritur, quibus competat in æstate abluere manus, & pedes cum aqua frigida, & quibus cum aqua calida. Dico quòd habentibus raram habitudinem competit abluere cum frigida, vt calor interius includatur & retineatur, quia satis à calore extraneo exhalat: habentibus verò spissam habitudinem & compactam competit abluere cum cal. vt sic calor inclusus exhalet & euaporet. Sed tunc quæritur, quare si aliquis aduratur, competit calefactio membri adusti: quod non videtur, quia quod est causa doloris, non est eius cura: contrarium patet per vulgares. Dico quòd competit calefactio, quia propter calorem seu adustionem cutis indurata est, & calor est inclusus faciens dolorem: sed per calefactionem cutis reducitur, & sic calor inclusus exhalat: vel potest dici, & melius, quòd attrahit tanquam à suo simili. Vltimo quæritur de rhagadiis, quomodo à frigido habẽt generari, & videtur esse falsum, quia nihil quod habet cõstringere, habet facere solutionẽ cõtinuitatis: frigiditas est huiusmodi, ergo frigiditas non habet facere solutionẽ continuitatis. Contrariũ tamen ponit Viaticus. Dico quòd frigiditas duos habet effectus inducere, vnus est constringere partes intermedias, & quo ad hoc non facit rhagadias, siue solutionem continuitatis. Sed alia via facit solutionem continuitatis, siue rhagadias, scilicet nimis à circunferentia versus centrum comprimendo.

De itur agentibus. CAP. XXXI.

INtelligendum quòd quicunque facturus est longas itinerationes, aut transire maria, aut ire ad bella, aut quocunque loco vel modo se debeat exercere in motibus violentis agonisticis, sicut sunt motus bellicosi, debet se primo purgare, & corpus mundificare cum phlebotomia & pharmacia & balneis & abstinentia & similibus, vt exercitium inueniat ipsum mundum, aliter timendum est de febre,

bre,de apoſtemate,de nimio fluxu,de ruptura venæ.Secundo debet ſe præmuntre cum iis quæ aeri & ſiti & accidentibus repugnant.In tempore igitur calido & in regione calida,ſitis hominem multum aggrauat, fiant autem pilulæ quas teneat ſub lingua.R.ſucci vuæ acerbę, acetoſę, ſucci maligranati, ſucci ſummitatū papaueris albi,ſucci portuan.℔.ß.miſceātur & ponātur in vaſe,donec faciant reſidētiā.& tunc aqua quę ſupernatat ponatur ad partē,& quod reſidet conficiatur cum modico de ſucco ad ſolem vel ſupra cineres calidos, & fiāt pilulæ,& teneātur ſub lingua,& alia pars liquida ſyrupizetur cum zuccaro, & in tempore magni æſtus cum aqua frigida ſorbeatur. Vel poteſt vti iſtis electuariis,R.diadraganti frigidi,diapapaueris,zuccaro.zucca.vio.triaſanda.an.ʒ.2.& ſimul miſceantur.Vel fiāt pilulæ tales,R.quatuor ſe.frig.mund.ſe.papaueris al. ſucci liquiri,diadraganti infuſi.ſe.portu.an.conficiantur cum ſyru.nenupharino,& fiant pilulæ.Vtatur etiam ſyrupo limonum cum aqua frigida,aut ſyrupo nenupha.aut viol.autro. aut ſyrupo acetoſo aut ſyru.de ribes,ſi ribes inueniatur in regione,prout inuenitur in regione Acon, aut ſyrupus factus de acetoſitate citrangulorum,& ita de aliis fructibus acetoſis aromaticis.Illud etiā quod ſumme ſedat ſitim,eſt quòd accipiat aquam fontis frigidam,& ponatur parū acēti mundi, clari,aut vini malorum granatorum ; & modicū de zuccaro,aut ſola cum magnis hauſtibus ſorbeatur. Et quia pectus & caput ſupercalefaciunt,tunc Recipe olei de ſalicibus,nenuphari.roſ.de papauere, oleum de muccillagine pſyllij,miſceantur & inūgatur pectus & caput, aut cera al. noua malaxetur in his oleis , & fiat emplaſtrum pro pectore , aut ſupra partem anteriorem capitis apponatur: cooperiatur igitur caput & alia ſicut decet. Si aliquis debet in hyeme itinerare per loca niuoſa & vētoſa,tunc inūgat pectus cum arogon,& marciaton,& comedat aſſa allata,cum vino puro,& vtatur iſtis electuariis,R. diatrion pipereon,diamenthæ, dianthos cum modico pliris,duplicato cum muſco,diābra,& ſimilia aromatica.Et ſi ſit pauper, quolibet mane tranſglutiat tria grana piperis integra,aut tria grana thuris,aut ſex folia mēthę.aut abſinthij,& odoret propter rheuma ladanū,ambram,thus & muſcum,& ſimilia , aut fiat pomum, aut ponantur in aqua , & recipiat

fumum

fumū, aut ſupra carbones, & pelles ſint vulpinę. Et ſi incedat peditando, tunc de nocte abluat pedes cum aqua ſalſa calida, & teneat diu ibidem, & cum deſiccati fuerint, inungat pedes, & iuncturas & peritonæon cum mixtura facta, de ſepo hircino, butyro & axungia gallinacea liquefacta, & modico oleo de caſtoreo. Si autem nimis cœnauerit, incedat in craſtinū paulatim, & non comedat niſi crapula ſit digeſta. Si autem de mane crapulauerit, euomat & dormiat multum. Si autem nimium potauerit, & non poteſt dormire, fricentur teſticuli cum ſale & aceto, & ſumat folia caulium, aut truncū, aut ſuccum. Et ſi iuerit equitando, talis poteſt melius diætam ſeruare. Nullo igitur modo, ſto macho ingurgitato audeat aliquis equitare: quoniam timendum eſt de dolore capitis, & nauſea & fluxu ventris, & torſione, & dolore ſtomachi, & indigeſtione. Et de mane cum ſurrexerit, vadat paulatim, donec ſuperfluitates digeſtiuarum ſint expulſæ, & poſtea equitet: parum cibi & potus ſumat, & cum hoſpitatus fuerit, ſumat cibū ſibi neceſſarium: quare & naturaliter maior quantitas cibi deberet ſumi die ſecūdo. Si autem itinerantes fuerint conſtipati, vtantur iſtis electuariis vno aut pluribus, ſcilicet diabor. diaſena, cathartico imperiali, trifera ſaracenica, diaprunis, oxylaxatiuo, electuario ducis, ſtomachico laxatiuo, & diaturbith. Itinerantes etiam communiter loquendo, iſto pnluere poſſunt vti in ſalſamentis. R. zinzibe. albiſſimi lib. ß. cinamomi optimi ℥. 4. garioſi. nucis muſc. ſpicænar. ana ℥. 1 panis zucc. ℥. 1. & ß. fiat puluis, & ponatur in ſacculo de aluta. Si autem laxatiuum facere voluerimus, addamus pul. foliorum ſenæ, epithymi, polypo. Si autem eſſet nimis laxus, comedat pyra ante cibum, aut coctana. & ita de aliis fructibus ſtypticis: aut vtatur caſeo recenti ſine ſale, aut aliquo coagulo, aut caſeus bulliat in aqua dulci multis vicibus, donec ſalſedo fuerit amota, & fortiſſimè cōſtringit. Si autem fuerit in mari, eligat quantum erit poſſibile locum lōginquum à ſentina, & ab omni ſorde, & ſtet in aēre frigidiori & altiori quantum erit poſſibile. Et de facili nauſeet, teneat ſe ad columnam, & odoret panem aſſum cum aceto. Et ſi aqua eſt corrupta, euentetur, & cum aceto ſumatur: & ſi deficiat, aqua marina tranſeat per arenam multis vicibus, & efficitur dulcis: aut bulliat in caeabo, & linteam

Aqua marina qua ratione dulcis fiat.

linteamen mundum ponatur super fumum, & postea expri matur, & erit dulcis: aut distilletur per alembicum suauiter, & erit dulcis. Carnes salsæ sint bis coctæ in aqua dulci, aquam remouendo, dimittat legumina & vtatur brodio, sumat valde parum de cibo & potu, & dominus Iesus dirigat in tranquillitate. Si autem fuerit in exercitu, teneat tentorium & regimen medicorum & restauratorum, scilicet chirurgicorum: semper sit in altiori loco, & in eminentiori, & ex parte venti melioris: & nullo modo ponat se in parte inferiori exercitus, quoniam ibi currunt superfluitates: eligatur igitur bonus aër sine omni fœtore cadauerum, aut alicuius alterius rei: in æstate igitur vertatur tentorium versus septentrionem, in hyeme versus meridiem.

Et medicus debet esse diligẽs ad considerandum omnia illa propter quæ veniunt ægritudines in exercitu, & illa auertere debet quantum potest: illa autem sunt aut quia tempus epidimiale calidum, humidũ, & pluuiosum: multitudo cadauerum non sepultorum, multitudo nucum, vel caulium, vel malarum arborum & plantarum, & multitudo reptilium, & multitudo paludum, & similium. Dominus autem det pacem in diebus nostris, quoniam iam est initium magnarum tribulationum. De multis autem generalibus prætermittimus, quoniam intendimus per Dei gratiam sanitatis regimen ordinare, & illa quæ dimisimus, ibidem apponemus. Intelligendum quòd balneum aquæ dulcis calidæ, nec in toto, nec in parte, nec ablutio pedum competit itinerantibus: quoniam omnia ista mollificant neruos, & ita impediunt motum, & præparant, vt pedes recipiant superfluitates: sed ablutio & fomentatio pedum in aqua multum salsa bene competit. Et si iuuenis carnosus fatigatus ex via, labore, & calore, in æstate inueniret flumen mundum & clarum, si proiiceret se in flumine & nataret, tunc infrigidaretur & mitigaretur sitis, & fatigatio, & calor naturalis confortaretur, sicut declarauimus decimo de ingenio. Secundo notandum, quòd cum aliquis transiuit per loca niuosa, aliquãdo patitur stuporem in extremitatibus, quandam insensibilitatem, & tunc cauẽdum, quòd non approximetur subito aquæ calidę aut igni, quoniam magnus dolor causaretur in radicibus vnguiũ, cum mala cõplexio æqualis fiat diuersa. Et causam huius osten-

Clarificatio.

dimus in lib. Gal. de mala complexione diuersa. Tunc ergo melius est vt ponatur in aqua quasi frigida vel tepori vicina, vel in fine, vel longe ab igne, vt non fiat subita mutatio.

Tertio notandum, quòd licet in æstate debeamus manus abluere cum aqua frigida, & in hyeme cum calida, nihilominus homines rari debent semper abluere cum aqua frigida, & habentes poros densos cum calida.

INCIPIT SECVNDA PARTICVLA, IN QVA de omnibus cerebi ægritudinibus vsque ad oculorum affectus tractatur, suntque xxxj. capitula.

DE ALOPECIA. CAPVT I.

Causæ.

ALOPECIA est casus capillorum cum vlceribus siue squamis & furfuribus. Humores corrupti infecti, sunt causa huius passionis: quoniam trucant vaporẽ, ex quo capillus deberet generari, sicut est sanguis, cholera, phlegma, melancholia. Et ideo inferamus hoc de generatione capillorum & natura eorundem. Capillus ergo est vapor siccus à corpore resolutus, & cum per poros egreditur, in longum & rotundum est protensus, & ab aëre deficcatus.

Pilorũ generationis causæ.

Causæ autẽ capillorum sunt quatuor. Causa scilicet efficiens: & hic est color resoluens naturam in vaporẽ: & ideo homines frigidi sunt imberbes, & cum paucitate pilorum: & propter hoc etiã de facili cadunt in senibus: quãdo etiã caliditas nimis exuberat, facit ad casum capillorum: quoniam calidum forte cõsumit vaporem, & exhalare facit, & dilatat poros intantũ, q̃ vapor dilatari non potest. Et ideo homines cholerici, & qui habent partem anteriorẽ cerebri cal. & siccã, de facili incurrũt caluitiem in iuuẽtute. Causa igitur efficiens est calidũ non nimis excedens. Causa autem materialis, est vapor siccus. Duplex enim est vapor, siccus,

cus,& humidus: humidus autẽ est materia sudoris, siccus autẽ quidã est multũ subtilis, & ille exhalat insensibiliter: & quidam grossus, & iste est materia vnguium: & quidã est mediocris,& iste est materia capillorũ. Et ideo inter omnes homines, cholerici sunt magis pilosi,quia concordat causa efficiens cum materiali. Cùm autẽ deficit vapor siccus,deficiũt capilli,& cadũt,et nõ regenerãtur,sicut in phthisicis, hecticis,cõsumptis,et senibus. Causa autẽ formalis est porus:quoniam quando pori cutis sunt mediocres,tũc vapor ibidẽ retinetur,& condensatur, & transit in materiã capillorum. Modus autẽ suæ generationis est iste,cum vapor retentus est in poro etiã condensatus, tũc venit secũdus vapor,& percutit primũ,& coadunatur cũ eo, & tertius percutit secundũ,& impellit ab extra, et ideo fit vaporũ quædam concatenatio,& ita capillorum sola est generatio sine omni alio regimine. Informatur igitur vapor, secundũ naturam pori: quoniã si porus est rectus,& vapor erit rectus, quantũ ex hoc, et capillus planus: si tortuosus, & capillus tortuosus: & ita efficitur crispus,quoniam secundũ Gal. in de complexionibus,non contingit deuenire à tortuositate in rectitudinem,nisi mollificentur prius. Aliæ autem sunt causę crispitudinis,sicut est calor et sic.cũ nimis excedunt, & debilitas virtutis vaporem debiliter impellentis,& oppilatio pori,& tortuositas,vt dictum est. Mediocritas igitur pori est causa formalis capillorũ: nimia autem raritas, aut dẽsitas,est causa priuationis capillorũ:& ideo in volis manuum nõ crescunt capilli,propter nimiã rarit atem,quoniã exhalat vapor insensibiliter, & retineri non potest: nec in plantis pedũ,propter nimiã densitatem:et ideo in animalibus squamatalibus aut testeis nõ crescunt capilli, propter nimiã pororum densitatem, sicut testatur Gal. in de complexionibus. Causa autem finalis est necessitas,vtilitas,& decoratio. Necessitas fuit vt distingueretur sexus,vt nobile ab ignobili distinguatur,et ad hoc est barba,et pilus palpebrarũ ad oculi defensionem: sunt enim pili in palpebris,sicut sepes in hortis. Vtilitas fuit, vt mũdificaretur corpus à vaporibus siccis,aliter enim possent inducere nocumentũ. Et ad hoc fiũt pili inguinũ et asselarũ, et reliquarum partium: et ideo non approbo sententiam illorum, qui impediũt in puellis generationem pilorum in pudibundis,cum

Quare bibuli magis pilosi.

Quo pacto pus in corpore humano generatur, et colore ac formadiuersificatur.

narcoticis aut cauterio, aut quocunque alio modo: quia illi vapores retenti, multa possint inducere nocumenta. Fiũt etiam capilli ad decorem & honestatem, sicut in supercilliis & capite: & ideo cum præter naturam amissi sunt, nos intendimus ad eorum generationem quoniam decor à corpore est ablatus, & cum hoc causa quæ vaporem truncat, multa peiora posset inducere nocumenta, quare salus est causam remouere. Causa igitur alopeciæ est malitia humoris vaporem truncantis. *Signa.* Cum videmus pilos fluere à capite sine causa manifesta, tunc videamus si sint squamæ aut resolutiones furfureæ: & si non, consideremus si in radicibus capillorum sint vlcera: & si sint vlcera & non alia, tunc est alopecia: & si color vergat ad rubedinem, de sanguine infectus est: & si ad citrinitatem, de cholera est: & si ad albedinem squamosam, vel quasi, de phlegmate est: & si ad nigredinem vel ad liuorem, de melancholia est. *Prognostic.* Omnis casus aut priuatio capillorum, propter priuationem causarum naturalium est irrestaurabilis: & ideo frustra laboramus in caluitie naturali, in eunuchis, in homine imberbi, senibus, phthisicis, & consumptis in cicatricibus. Et si fuerit accidentalis causa, & est recens, remediari potest: & si antiqua, aut est impossibile, aut summè difficile, quoniam mala complexio est æquata. Hippocr. autem etiam noluit prognosticare: quoniam varices cum innascuntur, causa sunt quòd rursum capilli non fiant. Cuius ratio est, quoniam mala materia quæ truncabat capillos, iam reuoluta est ad inferiora, & ideo ex hoc scimus quid agendum. Vtile est igitur prognosticare, ne impossib ilia promittamus.

Curatio. In primis purgemus materiam peccantem. Si igitur sanguis est in causa, fiat phlebotomia, & purgetur corpus cum manna, & cassia fi. & tamarindo, & cum diaprunis, & similibus, & vtatur diæta tenui & infrigidatiua. Et si cholera est in causa, vtatur dieta dicta, & digeratur materia cũ oxysac. & syr. viol. & syr. de bor. & syr. de fumoterræ. Et euacuetur cum myrobal. citri. & indis temperatis in lacte, & vuis pas. & liquiri. quoniam ista regulant myroba. quoniam temperari debẽt semper cum lacte, aut cęteris vbi sint vuę passæ, & liquiri, aliter corrugant stomachum, & dimittunt mala vestigia post se. Recordẽtur igitur, quoniam nobilis medicina est, cum ex locis proximis purgẽt omnes humores ci-

trini chol. chebuli, phlegma indi, melancholiam bellerici, & emblici aduſtam. Et ita poſſumus purgare omnes humores, quare deinceps ipſos in reuerentia habeamus. Si autem cauſa fuerit antiquata, cholerica paſſio fortis, tũc purgetur cum electuario de ſucco roſ. & hiera Ruffi. deinde ratur caput, & ſtuphetur, & in ſtupha ponatur multitudo fumiterræ, deinde vtatur rubia trochiſcata & theriaca, & rectè fiat, ſicut in morbis infectis. Si autẽ fuerit phlegma, vtatur cibis calidis temperatè, & digeratur materia cum oxymel. diure. & ſyr. de fumoterræ, & euacuetur cum myroba. chebu. aut cum hierapic. & hiera Ruffi. & fiat ſtupha cum herbis diureticis, & detur ſibi aurea alexandrina & theriaca. Si autem fuerit materia melancholica, digeratur materia cum oxymel. diuret. & ſcill. & ſyr. de fumoterræ, & purgetur cum myrobala. indis, & lapide armenico, aut cum hiera Ruffi. & diaſena, & fiant ſtuphæ, & dentur ſibi opiatæ, & alia, ſicut decet. Corpore autem mundificato, ad localia remedia veniamus. Si autem fuerit cauſa calida, inungatur cũ iſto vnguento, cuius materialia ſunt hęc, Cortex caſtanearum, amygd. auellanarum, nucum, ſtercus caprarum, mel & acetum. Iſta enim debent aſſari, puluerizari, et cum aceto & melle miſceri ad modum vnguenti. Capite autem prius raſo et fricato, & ſcarificato, & poſtea debet inungi. Si autem cauſa fuerit frigida, fiat ſicut prius, & poſtea inungatur cum iſto vnguẽto, cuius materialia ſunt hęc, Vterque elleborus, ſtercus columbinum, euphorbium, ſtaphiſagria, tapſia, gummi rutæ agreſtis, ſinapis, naſturcium, eruca, colocynthis, ſtercus ſoricis tritum, ſpuma maris, ladanum, ſpica nardi, radix cannæ, folia ficus. Accipiantur igitur aliqua ex iſtis vel multa, & puluerizentur, & cum oleo laurino, aut cum oleo amygda. amararum, & cera quantum ſufficit, miſceantur, & fiat vnguentum, et poſt lauetur cum aqua decoctio fabarum & ſiclæ: & iſta totiens reiterentur, donec habeatur intentum.

Myrobalanorũ ſpecies quinque.

Aliquis poſſet dubitare, cuius complexionis eſſent capilli. Dico quòd capilli in ſe, et quantum eſt ex parte materiæ ſunt frigidi & ſicci, quoniam vapor eſt terreus, frigidus, & ſiccus. Et ideo dicebat Aui. quòd frigidius, quod fit in corpore humano poſt phlegma, ſunt capilli, et ideo forte nullum animal nutritur ex capillis. Quantũ eſt igitur ex parte

Clariſicatio. Capillorum tẽperatura.

materiæ, capillus est vapor frigidus & siccus. Sed si nos loquamur de complexione capillorum quantum est ex parte agentis, tunc secundū diuersitatem caloris, diuersificantur capilli in multitudine, & paucitate, crispitudine & colore: quoniam multitudo capillorū seu pilorum, attestatur supra caliditatem, & sic paucitas supra frigiditatem, in quacunq; parte corporis fuerint, siue in capite, siue in pectore, siue in hypochondriis, & ventre seu inguine, & ita de aliis.

Multa de causis capillorum natura diuersa.

Complexio igitur calida multiplicat, & frigida minorat. Et sicut diuersificantur capilli ex parte complexionis, ita ex parte ætatis & climatis. In complexione igitur melancholica vergunt capilli ad glaucedinem: & in phlegmatica, ad albedinem, seu flauedinem: & si phlegma fuerit putrefactum, ad canitiem: & si cholera dominetur, vergūt ad citrinitatem: & si sanguis, ad rubedinē: & si temperies fuerit, ad ruffedinem: & si fiat humorum aduſtio, vergunt ad nigredinem. Et sicut est de complexionibus, ita de ætatibus: quia in infantia vergunt ad flauedinē, deinde ad ruffedinem & ad citrinitatem, deinde ad rubedinem, postea ad canitiem. Et ita est de regionibus & climatibus, quoniam Indi & Aethiopes habent nigros & crispos: & Anglici, & Teutonici flauos & planos: & medij mediocriter. Et licet capilli & multitudo eorum, attestetur supra caliditatem, tanquam supra causam efficientem, tamen propter hoc in natura sua non erunt calidi, quoniam glacies à caliditate dissoluitur, & later à calido adunatur, & tamen ista sunt frigida in se: ita est de capillis. Patet igitur cuius complexionis sint in se, & quo ad materialia, & cuius sint quo ad efficientia. Secundo notemus de caluitie. Caluities quædā est naturalis, & quædam accidentalis. Naturalis fit à calido excedente: licet enim calidum multiplicet capillos & plantas, tamen quando multum excedit, consumit humidum, & consumendo humidum, consumit seipsum. Primò igitur deficit agens, quod erat causa efficiens capillorum. Secundò deficit materia, cum per calidum sit consumpta: Tertiò calidum constituit sibi hęredem, scilicet frigidum: nunc autem frigidum claudit poros: & ita vapor si aliquis esset, non habet exitum: patet igitur, ꝙ cholerici de facili calueſcunt: sed pueri & senes, eunuchi & mulieres non calueſcunt, cum calor non sit tantus, ꝙ possit naturam consumere

Caluities duplex.

Cur pueri, senes, eunuchi non calueſcunt.

mere capillorum. Hoc autem fit potissimè in anteriori parte capitis, cum illa pars sit calidior, & substantia cerebralis subtilior, & sit etiam à craneo elongata secundũ Arist. 3. de historiis animalium, cap. 1. & ideo caluities non recipit curationem. Est etiam alia caluities accidentalis, in qua fluunt capilli, sicut in conualescentibus, & famelicis, & in incarceratis, & in vtentibus nimio coitu. In istis enim deficit materia, & ideo cum otio, & nimio nutrimento, & balneis curantur: necnon cadunt etiam capilli, & generatur caluities, propter humorum corruptionem, & de ista causa partim dictum est, & partim dicetur. Tertio dicendum, q materia capillorum sunt humores, qui in hepate generantur: sed materia immediata à tertia digestiua procedit, per quam fit euaporatio, & fumorũ expulsio. Et ideo iuxta hoc intelligendum, quòd ex superfluitatibus primæ, & secundæ digestiuæ, membra aliqua non generantur propter earum impuritatem, licet aliqua animalia generentur per viam putrefactionis: materialis autem superfluitas tertiæ digestiuæ est magis pura, & ideo generantur inde quędam membra, sicut sunt pili, & vngues, & cornua, & soleæ. Quarto notandum, quòd in alopecia competit aliquando phlebotomia, & pharmacia, & ideo notandum est gratia materiæ, quòd cum phlebotomia & pharmacia competunt, tunc aut est in sanis, lapsis, aut in ægris. Si in sanis, præcedat pharmacia, cum non timeamus humorum corruptionem: & postea sequatur phlebotomia: & ita fiat euentatio fumorum derelictorum à pharmacia. Si autem fiet in ægris, tunc phlebotomia debet præcedere, cum tunc putrefactio sit velocior: & phlebotomia est purgatio vniuersalior, & pharmacia debet subsequi. In tali igitur casu, debet præcedere pharmacia, nisi forte esset valde facilis, sicut est cassiafistul. & similia. *Materia capillorum.*

De casu capillorum. CAP. II.

CAsus capillorum, est fluxus capillorum paulatinus sine humoris vitio. Postquam dictum est de fluxu nimio, & repentino cum humoris vitio, hic agitur de fluxu paulatino sine humoris vitio: cuius duplex est causa, priuatio materiæ, & inepta pororum dispositio. Priuatio materiæ fit, sicut in nimis iciunantibus, & extenuatis, & in fine febrium acutarum, & chronicarum, *Causa.*

& similibus. Pori autem redduntur inepti, aut quia nimis dilatati: dilatantur autem propter malam complexionem cal. vt propter solutionem, laborē, balnea, & vnguenta cal. & similia: & ita vapor non potest condensari, pori autem aliquando condensantur, & vapor non habet exitum: vnde aliquando constringuntur propter frigiditatem aëris, aut

Signa. niuis, aut propter vnguenta frigida & similia. Priuatio humoris cognoscitur per extenuatam habitudinem, & quia præcesserunt febres, & per indicia patientis: raritas cognoscitur per continuum fluxum: densitas quia vix oriuntur

Prognostica. & sunt exiles, & per indicia patiētis. Prognosticare potest medicus, quia satis de facili curabitur, si velit medico obedire.

Curatio. Si est propter priuationem, iniungatur sibi otium & diæta humida, & resumptiua, & inungatur caput cum oleo de ladano, & mastiche. Si autem fuerit propter nimiam raritatē, inungatur cum omphacino, & cum oleo ros. & myrtino, & sesamino, & cum oleo de citoniis, & cum oleo corticum nucum, auellanarum, castanearum assarum, & cum oleo radicis cannæ assæ, & cum oleo de gallis, & de capill. vene. Si autem fuerit propter oppilationem, inungatur cū oleo de amygdal. amaris assis, & cum oleo laurino, & cum oleo de absinthio, & cum oleo de spica nar. & cum nigella assa, & cum similibus oleis calidis, & aperitiuis habētibus quandam stypticitatem: & qui nō potest habere simplicia, fiat per composita: & possunt fieri vnguenta, & emplastra,

Clarificatio. & pulueres, & similia. Intelligendum, quòd vt plurimum citius cadunt capilli in capite, quàm in aliis partibus corporis, non obstante frigiditate cerebri, & pororum clausione, per quam deberent obseruari. Dico quòd plus abundāt in capite, quàm in aliis partibus corporis sub naturali

Cur multiplicātur pili plures in capite, quā aliis corporis partibus. dispositione se habente, quoniā cerebrum est sicut caminus toti corpori, & ideo fumi de facili ascendunt, & multiplicantur capilli. Si igitur sit corpus siccum præter naturā, citius ibi deficiunt propter longitudinem viæ: aut quia fumus propter sui paruitatem ascendere non potest: aut si ascenderet, consumitur propter malitiam humoriū, & his similibus. Cum ergo calor citius deficiat in extremis quā in medio, ideo citius deficiunt capilli propter destitutionem caloris naturalis, & virtutis regitiuæ, & ideo mors citius incipit, & apparet in pedibus, secundū Gal. in prognosticis.

sticis. In barba autem & facie, non cadunt ita cito, nisi esset causa fortis valde, pro tanto quia natura est magis solicita in regimine propter nobilitatem sensuum, qui ibi sunt: & quia fuit barba propter discretionem sexus, vtile fuit in natura, vt habitus naturalis & artificialis virorum, & mulierum esset distinctus, & solo visu discernere: aliter enim discretio posset esse ignominiosa. Natura igitur propter finem pilos barbæ abire non permittit: nec etiam cadunt in axillis & inguinibus, cum sint emunctoria, & ideo satis vadit de vapore: nec etiam cadũt in pectore propter cor, nec in vẽtre propter hepar, nec in coxis propter testes, & quia natura non facit nisi solum cõseruare. Isti enim qui à principio nati sunt, illi conseruantur, & non cadunt propter fortitudinem virtutis contentiuæ: nec in cerebro virtus contentiua est ita fortis, cum est præter naturam: quoniam omne membrum infrigidatum, operationes habet læsas de necessitate, sicut dicit Gal. in illo apho. Quibuscunque iuuenibus &c. Fluunt igitur capilli communiter loquẽdo citius in capite quàm in aliis partibus. Secundo intelligendum, quòd pili non sunt in toto corpore, licet sudor possit esse in toto, & ratio huius est, quoniã sudor est vapor subtilior, & pili sunt ex substantia grossiori. Et alia causa est, quia rarum & densum impediunt generationem pilorum, humidum autem facilius potest resudando exire. Tertio notandum, quòd viri habent barbam, etiam quia calidiores, & propter distinctionem sexus. Si autem eunuchi ante pubescentiam amiserint socios, nunquam barbescunt: & si post illam, barba quæ nata est conseruatur. Quarto aduertendum, quòd in regione cal. & complexione calida, citius pubescunt: quia talis citius mouet vaporem & aperit poros. In regione autem frigida, & complexione frigida tardius, propter causam contrariam. Quinto sciendum, quòd in leprosis citius cadunt pili in supercilijs, propter vaporem corruptum latitantem in concauitate nerui optici, sicut dictum est superius, capitulo de lepra.

Cur pili in toto corpore non generãtur, sicut in capite, facie & locis emunctoriis.

Causa pilorum casus in leprosis.

De asperitate capillorum. CAP. III.

ASperitas est truncatio seu fissura capillorũ, adueniens viris, & mulieribus calidæ complexionis in iuuentute existentibus. Intelligendum est, ꝙ capillis veniunt quædam fœdæ dispositiones, quæ vulgariter appellantur siro-

nes, aut polæ, aut ratatio, quoniam ratati videntur truncati & mutilati, & cum hoc aliquando bifurcantur, & talis dispositio appellatur asperitas capillorum. Et causatur ex chol. adusta truncante vaporem, & ideo vnus capillus videtur longior altero, & alter breuior, sicut si mures inæqualiter corrosissent: & hoc quia calidum affixum vapori consumit in parte vaporē & adurit, & ideo non potest prolongari vlterius cum deficit sibi materia, & quia inæqualiter aduritur, capita inæqualia apparent. Non ergo capita sunt truncata, sed videntur truncata, cum vlterius capilli non crescant. Vel possem dicere, quòd imò etiam truncantur, propter adustionem, & hoc potissimè propter negligentiam culturæ. Finduntur etiam quando vapor est multum grossus, adustus, viscosus, & ideo in capitibus geminantur obstante sua figura gracili & rotunda. Capilli truncantur, asperantur, rarantur & finduntur, quoniam cholera adurēs cursum naturalem permutat. Signa igitur sunt manifesta, detecta: postquam causam cognoscimus, iam scimus quid agēdū. Quia igitur ista dispositio iuuenibus lasciuis fœda est, & quia vlterius nocere posset, ideo iniungatur diæta renuis & infrigidatiua, & postea digeratur chol. adusta cū frigidis & humidis, & postea euacuetur: & quia talia sæpissimè dicta sunt, & etiā dicentur, nō oportet in quolibet loco digestiuū humoris, & euacuatiuū ponere. Ad localia igitur remedia veniamus. In primis inūgantur capilli, & caput, & pannus lineus intinctus per totā noctē capillis applicetur.

Curatio.

Olea quæ infrigidāt, & humectant.

Olea autē sunt ista, oleum sesaminum, ros. viol. nenuphar. & de salicibus, de coctanis, de cucurbitis, aqua psyllij, aqua hordei, aqua cucurbitæ. Madefiant igitur capilli per totā noctem, & de mane cum aqua calida abluantur. Si autem habuerint caput debile, aut de facili incurrerent rheuma, & hemicraniā, fiant ista cum cautela. Ista materia non indiget alia clarificatione, quia insinuando clarificata est, nisi propter contrarietates dissoluendas, quoniam causa antecedens huiusmodi passionis calida est, coniuncta autem est frigida.

De canitie vel apparatu, vel ornatu capillorum. CAP. IIII.

Causa.

CAnities est infectio alba capillorum ad quandam vergens fuscedinem. Intelligendum quòd duplex est canities: quædam naturalis, sicut est in senectute: & quædam innat

innaturalis, sicut in iuuentute. De innaturali agitur hic. Causa autem immediata est phlegma aquosum putrefactum. Causa autem remota, est omne illud, quod debilitat caput, & facit exhalare calorem naturalem: nimia ergo eo opertura accelerat canitiem, & nimis frequenter lauare caput, & passiones stomachi nauseatiuæ, & consimilia, quę in stomacho & capite aggregant phlegma. Canities est manifesta: sed distinctio inter naturalem canitiem, & innaturalem, hæc est. Quãdo pili primò sunt cani in capite, & in radice nigri, tunc est canities naturalis morti similis, cum mors incipiat ab extremis. Quando autem canities est innaturalis, tunc pili sunt nigri in capite, & cani in radice. De canitie sunt quædam signa rememoratiua, & quædam demonstratiua, & quædam prognostica. Rememoratiua sunt, quoniam aut ipse habet caput debile naturaliter, aut stomachum, aut fuit homo mali regiminis, aut fuit genera tus in tempore senectutis. Demonstratiua sunt quia caput corrrupto phlegmate plenum habet. Prognostica sunt, quoniam mors verticis capitis vexillum proprium applicat. In primis vtatur exercitio ante cibum, & diæta cal. & diure. & vitet omnia quæ phleg ma consueuerunt generare, & vtatur fricationibus capitis, & consimilibus. Deinde digeratur materia cum oxymel. diure. & purgetur cum hie rapicra, aut cum medicaminibus in quibus intrat elleborus, sicut est hiera Rufi, theodoricon, emperistõ, hieralogo dion, & similia. Vel vtatur isto medicamine. R. aloës, agari ci, turbith. ana ʒ. 2. pulpæ col. ℈ 2. masti. bdellij, zinzi. anisi, cinamomi, foliorũ absinthij, fo. menthę. an. ℈ 1. conficiantur cũ oxymel. scill. & fiant pilulæ, & dẽtur post 7. dies suæ confectionis ʒ. 3. vel 4. vel plus iuxta cõuenientiã particulariũ & est medicamẽ mirabiliter bonũ pro phlegmatis euacuatione, siue fuerit in proximis, siue in remotis & est medicamẽ vbi nullũ potest cadere periculũ, nisi quãtitas esset nimia, aut patiẽs debilis, aut error nimius accideret, aut forte aspectus orbis cõtrarius, quod nõ pertinet ad propositũ declarare. Supponimus enim in omnibus medicamẽtis, quòd materia sit bene digesta, & meatus aperti, & quòd nõ sit cõstipatus, & quòd nõ sit debilis, & quòd habeat omnia vitæ necessaria cũ omnibus suis appẽdiculis, & ꝙ medicina sit bene confecta & bene repressa, & simplicia sint optima

Signa.

Prognostica.

Pilule soluẽtes pituitam admodum commendate.

optima&bene proportionata & fermẽtata:&fortè si dator esset talis & esset sub planeta benivolo cõfecta, esset melꝰ: sed istud dimitto,quia directè non competit medico. Tũc dico quòd ista medicina non est periculosa, & potissimè quia non intrat ibi elleborus. Considera igitur istam medicinam: quia cum quantitatem suæ exhibitionis expertus fueris in materia phlegmatica, gaudebis, & bene tibi erit. Corpore autem mundificato,accedamus ad tincturas, potissime in mulieribus vt placeant viris,& quòd ipsas nõ reputent vetulas nec antiquas. Materialia autem quæ capillos tingunt sunt ista, Galla contrita, & in oleo frixa, nux cypressi,cortex nucis exterior, quæ non indurat,stipites fabarum,limatura ferri,agrimonia, cortex auellanarum combustarum,lacerta viridis absque capite & cauda, cortices malorum grana.dul.alumen,æs vstum,dragagantum vstum,calx viua cum sapone saracenico,oleum nucũ, acetum,& similia. Modus autem est iste,quòd accipiantur aliqua ex illis cum aqua pluuiali, & illinantur capilli: aut quòd illud fiat cum oleo nucum,& ita poterit fieri pasta,aut aqua,aut aliquod aliud, & inungantur capilli,& erunt valde nigri.Attamen summopere cauendum est de capite,cùm ista sint vt plurimùm frigida styptica: & melius esset habere modicum de verecundia fatua, quàm dolorẽ perpetuũ in capite inducere,aut forte postea abintus maiorem canitiem generare. Et notandum hîc,quòd alcãna est talis virtutis, quòd si distemperetur cum oleo nucum, denigrabit:& si cum vino ru. rubefaciet capillos:& si cum albo,flauos faciet capillos. Si vis dealbare capillos, fac lixiuium de cinere truncorum cauliũ,& apponatur alumen, & abluatur caput multis vicibus:hæc enim ablutio ratione aluminis præparat capillos ad recipiendum omnem colorem:tunc in isto lixiuio distemperetur camphora,& erũt albi. Si autem suffumigentur cum sulphure,idem fiet. quoniam suffumigatio facta cum sulphure dealbat:& hoc patet in flore papaueris rubei,& in rosa rub.si cum sulphure suffumigetur. Si vis rubificare capillos, in prędicto lixiuio apponantur folia buri,& rasura eius,chelidonia,palea hordei,& auenæ,lupini,nitrũ, & farina ciceris. Si vis capillos flauos facere,in prędicto lixiuio ponãtur flores stœchados & genistę. Si vis auferre capillos,Fiat primo stupha,& post ea

Ratio vtẽdi his medicaminibus.

Quo pacto capilli reddãtur albi.

Rubri capilli.

Flaui.

ea emplastrentur loca cum psilothro facto de calce viua, & auripigmento, & bulliat totum in aqua donec pluma apposita deplumetur, & si esset nimis spissum, addatur vrina, & postea abluatur locus cum aqua calida, & si sit dies, ad datur muscus. Si vis vt amplius pili non renascantur, pilis euulsis, inungatur locus cum oleo de hyoscyamo, aut de mã dragora, aut de opio, aut de sanguine pediculi, aut ranę viridis, aut verspertilionis. Si vis capillos subtiliare, fiat hoc cum aqua decoctionis orobi, & lupinorum, fellis tauri, spuma maris, nitri, colocynthidis & aloës. Si vis eos crispos facere, R. calcis viuæ, lithargyri, emblicorum, gallæ. an. ℥.2. fiat puluis & temperetur cum succo myrti, inungantur capilli & ligentur. Si vis facere saponẽ. Et quia caput frequẽter abluitur cum sapone, bonum est quòd sciamus facere saponem. In primo faciamus capitellum: capitellum autẽ fit ex duabus partibus cineris stipitum fabarum, & tertia calcis viuæ, & infundantur in aqua ad modum lixiuij, & coletur, & quod distillat est capitellum. Sapo autem saracenicus fit ex duabus partibus capitelli huius, & tertia olei oliuarum. Sapo autem gallicus, fit ex duabus partibus huius capitelli, & tertia sepi arietum. Non est igitur mirabile quòd sapo abstergit & mundificat, & propter hoc fiunt suppositoria de gallico sapone. Intelligendum, quòd canities nõ attestatur supra digestionem, quoniam talis albedo est mortificata: & prætera non omnis albedo venit à calido digerente, sicut apparet in niue, & in vrina alba lactea & charopo, & sputo albo subtili, aut albo viscoso, vt in pleuresi: & patet in viris & mulieribus in toto corpore, quoniã quanto albiores, tanto frigidiores, cum albedo sit filia frigiditatis. Canities igitur nullam digestionem significat, sed corruptionem & mortificationem: vnde canities prouenit ex calore naturali in cerebro quasi mortificato. Cum enim calor deberet attrahere vnctuosum sanguinis, propter sui impotentiam trahit aquosum phlegmatis, & ita generat albedinem mortificatam in capillis, quæ canities appellatur. & hoc est quod attestatur Ari. 3. de historiis animal. Et licet phlegma sit humidum, & capillus ille canus sit generatus ex phlegmate, non tamen propter hoc ex humido vapore, sed ex parte ficciori illius aquositatis: cum omnis capillus generetur per viam cuiusdam adustionis: hîc

Ablatio capillorum.

Modus cõficiendi saponem.

Sapo saracenicus.

Sapo gallicus.

Clarificatio.

Charopus color, teste Actuario, similis est pilis subalbidis cameli, vel vngui lapillo sic appellato.

hîc tamẽ nõ est tãta adustio, quòd possit capillus denigrari, quoniã generatur ex phlegmate aquoso putre facto, nõ putrefactiõe quę est ebullitio, sed putrefactiõe quę est corruptio & destructio. Capilli igitur qui generãtur ex phlegmate naturali, trahũt ad albedinem: & qui ex innaturali, ad canitiẽ: & qui ex melancholia, ad glaucedinẽ: & qui ex sanguine, ad rubedinẽ: & qui ex chol. ad citrinitatẽ: & qui ex tẽperamẽto, ad ruffedinẽ: & qui per adustionẽ, vergũt ad nigredinẽ. Et ideo quia capilli generãtur per viã adustionis, vt plurimũ omnes vergũt ad nigredinẽ: vapor enim ex quo generantur vngues, nõ potest propter grossitiẽ ita aduri, & sint nigri. Licet igitur vngues generẽtur per viã cuiusdã adustionis, nihilominus sẽper naturaliter sunt albi. Et sicut est de humoribus, ita de cõplexionibus & regionibus & ętatib. quoniã ista proportionãtur in colori bus capillorũ Licet igitur sanies alba, & hypostasis significẽt digestionẽ, nõ tamẽ propter hoc canities. nullum igitur bonum naturale significat, licet moraliter significet, iuxta illud, Canities venerãda patrum &c. Secundo notandum, quoniam licet tertia digestio procedat dealbando, & capillus sit ex tertia digestione, cũ naturaliter non est albus, sed magis niger, quoniam causatur per viam cuiusdam adustionis. Tertio intelligendum, quòd propriè proprium inest homini canescere in senectute, solus autẽ homo habet capillos: & ideo si canities inueniatur in aliis animalibus, non est in capillis, sed in pilis, aut non est propriè canities, sed quædam dealbatio pilorum. Licet igitur canitiẽs sit appropriata hîc tamen non est solùm ex proprietate: sed quia talẽ proprietatem comitatur complexio frigida, & humida, cum debilitate virtutis: & quia talia sunt semper in senectute, ideo consurgit proprietas, quæ est semper canescere in senectute, quia causæ canitiei semper sunt in senectute, licet secundum plus & minus.

Capilli secũdum humoris copiosi dominium, & adustionem, colore deuersificãtur.

Solus homo canescit.

De furfuribus capillorum. CAP. V.

FVrfures sunt quædam squamæ in cutis superficie, sine vlcere, capillos euellentes, & fœdam in capite dispositionem inducentes. Causa furfurum, sunt vapores corrupti ab humoribus resoluti, conuertentes cutẽ in squamas, & furfures, & est tãta corticabilitas, quòd pilos educit vbicunque fuerint. Hoc autem fit ex phlegmate salso, aut sanguine

guine corrupto, aut cholera aduſta, aut melancholia. Signa autem huius paſſionis per prædicta ſunt ſatis manifeſta. Caueat patiẽs ſibi bene, quod niſi fecerit, in lepram eſt ueniturus. Si corpus non eſt plethoricum, ſufficiunt gargariſmata, & ſtuphæ, & fricationes, & vnguenta. Et ſi corpus eſt plenum, fiat phlebotomia, & pharmacia iuxta conueniẽtiam humoris. Et ſi eſt ſimplex, fiat ſimplex euacuatio: & ſi eſt humorum corruptio, medicamina ſint compoſita. Digeratur igitur vnuſquiſque iuxta ſuam naturam, & poſtea euacuetur, & poſt ſtuphetur, & poſtea dentur opiatæ, & ita de aliis. Et quia de iſtis humoribus frequenter dictum eſt, non oportet repetere: igitur ad localia remedia veniamus. Materialia autem medicaminum ſunt iſta, farina cicerum, farina lupinorum, orobi, & fœnugræci, ſuccus betæ, folia ſeſamini, myrtus, & malua, furfur, oſſa myrobal. aqua molę fabrorum, & fæx eius, ſtaphiſagria, nitrum, & omnia fella. Ex iſtis igitur poteſt fieri aut aqua, aut oleum, aut vnguentum, aut emplaſtrum. Et poſſunt confici cum aqua, aut aceto, aut vino, aut fæce olei antiqui, aut cum oleo nucum, aut cum cera. Arbitrio igitur medici formę introductionem derelinquo, & numerum & doſem vniuſcuiuſque. Intelligendum, quòd duplex eſt ſolutio continuitatis. Quædam magna & manifeſta, vbi apparent quædam fiſſuræ & rimulæ, & tales apparent in alopecia ſine ſquamis. Eſt autem alia modica ſolutio continuitatis, in qua caro non eſt ſeparata, nec tota cutis, etiam à ſuperficie ad ſuperficiem, ſed ſunt quædam reſolutiones, quarum quędam ſunt ad modum ſquamarum piſcium, aut ſicut furfur, ſicut nos videmus in decrepitis, in capite, cum ſcalpunt ſe, aut in toto corpore, cum ſunt in ſole aut iuxta ignem & ſcalpuntur, exeunt quædam ſolutiones farinoſæ, & ſi inſufflentur volitant hincinde: talis, inquam, ſolutio continuitatis modica cum hac quæ non tranſit cutem, eſt tamen cauſa euuliſionis pillorum. Secundo notandum quòd reſolutiones ſquamoſæ poſſunt prædicere lepram futuram, & lepram curatiuam. Quando autem apparent in principio, tunc ſunt ſigna lepræ occulta, non manifeſta, non detecta: non enim ſunt differentiæ conſtitutiuæ, ſed ſigna ſunt cuiuſdam præparationis & diſpoſitionis: quoniam lepra cauſatur ex humoribus corruptis aduſtis: quare ſi malum regim

Prognoſtica.

Cura.

Simplicia medicamẽta, quæ ad furfures cõueniũt, ſunt ea quæ abſtergunt, digerunt, & ſiccant.

Clarificatio.

regimen vlterius continuetur, poterit esse causa lepræ, & ita prædicunt lepram. Possunt etiã prædicere curationem, per alium tamen modum, cum sunt in toto corpore post corporis mundificationem, & post longum vsum serpentum: quoniam venenum expellit venenum, & si materia le præ venenosa expellatur, signum est curationis lepræ. Tertio intelligendum, quòd furfurositas est primo per se ægri tudo cutis: quoniam quasi eam excoriat reddendo ipsam squamosam: & per consequens est passio capillorum, cum cadant propter squamationem cutis. Quarto notandum, quoniam licet capilli non habeant virtutem innatam nec influentem nec influxam, sed solum generationem, operationem tamen habent finalem, quæ est vtilitas, necessitas, & decor. Nunc autem ita est, quòd si loquamur de furfurositate per relationem ad capillorum amissionem, sic potest esse morbus, & accidens morbi. Quoniam si per furfurositatem intelligamus qualitatem malam cutis euellentis capillos, sic est morbus, cum sit qualitas membri, & ita compositionis. Si autem per furfurositatẽ intelligamus ipsam euulsionem iam factam, sic est accidẽs, sicut spasmus & cæcitas. In capillis igitur euulsis actio est læsa: & habebant operationẽ finalẽ, sicut est necessitas, vtilitas, & decor, &c.

Quinto notandum, quòd licet acetum sit inimicum nervorum, tamẽ repressum & cum aliis appositum in his passionibus & in aliis potest competere.

De pustulis capitis. CAP. VI.

PVstulæ sunt quædam parua apostemata in capite nascentia, sicut si essent quædam ampullæ paruæ, aut capita parua vberum, aut si aliquis fuisset punctus ab vrticis, aut si pediculus famelicus alienus momordisset eum. *Causa.* Humores autem mali abundantes in corpore, sunt causa huius passionis. Signa autem humorum frequenter dicta sunt, prognosticare non oportet. Cura generalis fiat sicut frequenter dictum est secundum exigentiam humoris.

Particularis autem hæc est. scilicet quòd sumantur ista materialia, scilicet nux cypressi & folia eius, lithargy. ceruſa, acacia, galla, hypocist. sulphur, ossa myrobal. galla musc. nitrum, cortex maligr. oleum ros. acetum, cera, aqua, vinũ. Fiat igitur compositio diuersa secundum diuersitatẽ partium. In ista autem compositione tria debemus aduertere,

vere, scilicet quòd in causis calidis, vnguenta frigida ex his facta applicemus, & in frigidis contrarium. Secundum quod debemus considerare, est quòd in pustulis antiquis ponamus acetum, et in recentibus aquam. Tertium est, ꝙ frigida stiptica narcotica in parua quãtitate apponamus, vt pori non claudantur, et forte quòd materia adintus nõ repercutiatur. Vel fiat istud, R. summitates ficuũ, recentes palmites, & folia, & conterantur sicut si essent pultes, & illinatur caput, & non solum curat istas pustulas, sed etiam verrucas. Qui autẽ gaudet in multitudine compositionũ, cum isto vnguento posset addere axungiã porci antiquam, fœcem aceti, fuligi. lithargyri, & fiat vnguentum, & cum solo vnguento posset homo viuere in mundo. Quatuor sunt quæ indigent clarificatione, scilicet quomodo cerusa potest competere in pustulis capitis, postquam est frigida, lædens neruos & ossa, et etiam fœtorẽ anhelitus est inducẽs. Secundum est de sulphure, postquam est cal. in quarto, attractiuum et adustiuum. Tertium est de aceto, postquam inimicatur neruis, & ægritudo est chronica. Quartum est, quomodo oleum rosa. & albumen ouorum competant in vulneribus, postquã sunt frigida putrefactiua. Dico quòd competunt primo, quia desiccatiua, mundificatiua, consumptiua, & quia corpus mundificatum est, & quia sunt repressa & in parua quantitate, & quia vnum reprimit malitiam alterius. De cerusa dico, quòd reprimit malitiam sulphuris & econuerso, & frangitur malitia eius, si puluerizetur & ponatur in patella vitreata super ignem, & agitetur, deinde abluatur, & tunc nullum facit nocumentum, & iuuamenta sunt magna. De sulphure dico, quòd ponatur in parua quãtitate, & quia ponitur ab extra in corpore mũdificato, & iungitur aliis, ideo nõ nocet. De aceto dico, ꝙ ponatur in parua quantitate, & vt penetret vel penetrare faciat virtutem aliorum medicaminum. De aliis dico, ꝙ possunt cõpetere, aut quia vlcera sunt de materia ca. aut quia medicamina nimis calida præcesserũt, aut quia timemus aperturã venæ, & cum hoc oleum ros. desiccat ratione rosarũ, & albumẽ cõglutinat: quare in tali casu bene possunt cõpetere & exhiberi, & si adderetur cerusa pauca, nõ minus valeret.

Clarificatio.

Quo pacto sulphuris nocumentũ extinguatur.

De sano. CAP. VII.

Causa.

FAuus est lues acuta capitis exiens sine tumore. Phle-

gma enim salsum corruptum aggregatur subtus cutem, & non egreditur, nec facit tumorem, de quo sit curãdum, sed mollificat cutem, & si comprimatur, exit virulentia multa, cum pruritu, & quadam irrigatione sicut mel ex fauo, cum sit phlegma putrefactum in cauernis subtus cutem. Signa
Curatio. non oportet ponere nec prognosticationem. Mũdificetur primo corpus secundum exigentiam humoris, & præcedant vniuersalia omnia sicut decet. In particulari operandum est sic: radatur caput, & abluatur, & abstergatur, & sea rificetur, & postea inungatur. Materialia sunt ista, lithargy. ceruſa, aloë, agaricus, aristol. nitrum, arsenicum, calx, cortices auellanarum, nucum, castanearum vstarum, cornu cerui vstum, myrrha, cadmia, thus, mastix, stercus columbinum, semen rutæ, sinapis, fella, oleum lauri, acetum, oleum nucũ, & aqua. Eligatur igitur ex his secundum exigentiam humoris & ætatis, & aliorum particularium, & potest fieri pul. & ꝙ desuper aspergatur, vel oleum vel vnguentum, vel linimentum & similia. In pueris tamen lactentibus sufficit lithargy. ceruſa, fuligo, & acetum, & oleum nucum. In aliquibus enim excrescentiis in capitibus lactentium, non debemus apponere nimis stiptica, sicut gallam, & acaciam: nec nimis calida, vt calx, & sulphur, & arsenicum, sed quę desiccant sine violentia magna, sicut sunt ea quæ dicta sunt. Intelligendum est, quòd phlegma facit pustulas humidas saniosas, cum aquositate multa, & cum magno pruritu & dolore: cũ enim phlegma salsum causetur ex partibus calidis aduſtis, mixtis cum insipidis, ideo licet phlegma salsum sit calidum & siccũ, non tamen totum, quoniã multum habet de humiditate, sicut aqua maris, & ideo ratione humiditatis aquosæ, est virulẽtia multa, & ratione partiũ aduſtarum est calor, dolor & pruritus. Sed in hoc differt à sanguine, quia in sanguine est rubor, & minor punctura, & minor dolor, & differt à melancholia & cholera, quia ibi est modica aquositas, & virulentia, ratione sicci dominantis. Nõ igitur est ibi tanta siccitas, quin humiditas multa sit cõmunicãs, & vadit ita negotiũ suum, quoniam humiditas & frigiditas non tẽperant caliditatẽ & siccitatem partium aduſtarum, nec econuerso: vtrũq; enim est corruptum. Secundo notandum, quòd theodoricon, emperiston, & medicinæ ellebori. æ bene possunt cõpetere, licet ægritudo in se, quantum est

ex parte

ex parte formę, non sit fortis, & forti ęgritudini fortis correspondet medicina: nihilominus competere potest, quia datur in parua quantitate, & quia materia est grossa, viscosa, corrupta, facere parata magnum morbum, & non esset eradicabilis à quocunque medicamine, nisi esset ibi ellebo rus, aut colocynth. & cum hoc etiam, quia est in parte mul tum remota. Medicinæ igitur elleboricæ competunt, & in hoc casu cum temperamento, si ætas permiserit. Tertio no tãdum est, quòd myrrha, rosæ, & similia styptica bene pos sunt competere in his passionibus capitis, nec oportet ti mere de conclusione materiæ, quia corpus mundificatum est, & scarificatio facta est, & ideo abstergunt & desiccant, & mũdificant. Nullus igitur deinceps propter talia terreatur, nisi styptica nimis excederent, & ætas esset infantia. Quarto notandum, quòd acetum potest competere in phle gmate salso: quoniam pars adusta destruitur propter frigiditatem, & pars humida propter siccitatem, & quia cum aliis admiscetur, ambulat ergo in luce.

De tinea. CAP. VIII.

TInea est scabies capitis cum squamis & crustis, & pilorum euulsione, & colore cineritio, & odore fœtido, & aspectu abominabili. Causa huius passionis sunt humores corrupti, qui aliquando sunt ab vtero, aliquando post, propter malum regimen infantis, aut nutricis, aut viri, aut mulieris tineosæ existentis, ita ꝙ aliquando est cum sanie & fauo & virulentia, & aliquãdo sine, imò vtplurimum est magis sicca, quàm humida propter vehementem humoris corruptionem & adustionem. Signa huius passionis dicta sunt in descriptione: quoniam quando videmus in capite scabiem spissam, crustosam, cum squamis multis, & pilorum euulsione, & bifurcatione, & colore cineritio, sicut terra fornacis, & odore fœditissimo, tunc tineam indicabit. *Causa.* *Signa.*

Tinea aut est recens, aut antiqua. Si recens, cum difficultate curatur. Si antiqua, aut nunquam, aut cum labore magno, & in longissimo tempore: quoniam mala complexio venit ad tantam adæquationem, quòd quasi non recipit curationem: & ideo si curetur, rarò ibi pili nascuntur, & illa pars semper erit debilior, & dato quòd curetur, semper erit opprobrium sempiternum, quia rascati vocantur. In ætate lactente, & in ætate infantiæ cum debili- *Prognosti.* *Curatio.*

bus debemus incedere: rectificetur igitur regimen nutricis, & postea inungatur puer cum isto vnguento. Recipe lithargyri, ceruſæ, cadmiæ, fuliginis, gallarum antiquarum perforatarum, ana ʒ.j. conficiantur cum aceto & fæce olei antiqui & ceræ, quantum ſufficit, fiat vnguentum. Vel cum isto, R. ſucci fumiterræ, ſucci ſcabioſæ, ſucci lapathi acuti, ſucci enulæ campanæ. ana lib. ß. lithargyri ʒ.a. miſceantur cum axungia porcina antiqua, & ſi neceſſe fuerit, ibi oleũ nucum & cera, & quantum ſufficit, apponatur. Iſta enim ſunt ſine omni periculo in qualibet ætate. Si autem ſit in maiori ætate, digeratur materia, & euacuetur ſecundũ exigentiã humoris peccantis, ſiue humor ſit calidus, ſiue frigidus; deinde ſtuphetur, deinde radatur, deinde inungatur cũ vnguẽtis frigidis & ſiccis, ſi cauſa eſt calida ſicut ſunt teſtę auellanarum vſtarũ & ſimiliũ, cum additione lithargyri, & ceruſæ, & ſimilium. Si autẽ cauſa fuerit frigida, inungatur cũ arogon & marciaton, acuatis cũ calce & ſulphure. In cauſa igitur antiqua fiat tale vnguentum, R. ellebori albi & nigri, ſulphuris viui, & atramenti, auripigmen. lithargy. calcis viuæ, vitrioli, aluminis, gallarum, fuliginis, cinerum clauellatarũ, ana ʒ.j. argenti viui extincti, viridis æris, ana ʒ ij. fiat pul. tũc R. ſucci boragi. ſucci ſcabioſę, ſucci fumiterræ, ſucci lapathi acuti. ana ʒ. iij. bulliant ſimul lento igni cum fæce olei antiqui, & cum aceto, & puluis præcedens in fine decoctionis apponatur, & addatur picis liquidę ʒ. ß. cerę q. ß. & fiat vnguentum. Iſtud vnguentum proculdubio tantæ virtutis eſt, quòd in corpore mundificato omnem infectionem per ſcientiam humanam curabilem curat, ſiue fuerit tinea, ſiue ſcabies, malũ mortuũ, ſiue morphea, ſiue quodcunq; aliud genus infectionis: quare in honore, & reuerentia habeatur. Sed in tineoſis cum pice nauali poteſt fieri cappellus, & capiti imponatur, & frequenter omnia innouentur, & frequenter caput abluatur, aut cum vrina propria, aut cum lixiuio facto de cineribus clauellatis. Intelligendum circa iſtam materiam, quòd aliqui in curatione tineę, faciunt phlebotomiam de venis quæ ſunt poſt aures, & aliqui imponunt medicamina in auribus, & aliqui quærunt gallas virides, aliqui dant cadmiam per os, & aliqui dant terram ſigillatam. Breuiter ſine diſputatione ad omnia iſta dico, primo quòd phlebotomia non debet fieri de

Vnguenta rectificãtia capitis tineã in infantibus & pueris.

Nota quòd Ioã. de Cõcoregio ponit in hac recepta ſolũ vnc ß. ellebori albi, nigri, &c.

Clarificatio.

venis

venis quæ sunt post aures, quia ibi sunt venæ iuueniles & sterilizarent: sed de venis quę sunt in pulpis aurium est tolerabile, post septem annos, donec sint in ætate in qua possit phlebotomia fieri de brachio: vltramarini tamen istam minutionem plus consueuerunt, quàm nos. De secundo dico quantum occurrit mihi de præsenti, quòd nõ approbo, quòd propter tineam aliquid in auribus stilletur, cum multi modi alij curationis inueniantur, quòd iniecta possent auribus nocere. De tertio dico sine præiudicio, ꝙ gallæ antiquæ intantum etiam quòd perforentur, sunt meliores: quia recentes & virides nimis coarctant & constringunt, & potissimè in pueris. De quarto dico, quantum est de præsenti, quòd in hoc casu mineralia ab intus administrentur, non videtur rationabile, cum talia sint quasi venenosa, & leprosa, quantum est de genere mineralium: & hoc est manifestum illis, qui aliquid in alchimia considerant. Ad vltimũ dico, quòd tolerabile est, dum tamen ponantur in parua quãtitate, & cum aliis misceantur. Secundo notandũ, quòd in tinea est magnus fœtor: & causa huius est, quia vt plurimum causatur ex humoribus calidis corruptis, & potissimè ex sanguine corrupto, & pro tanto aliqui vocant istam passionem carbunculum, quia sicut carbunculus causatur ex sanguine corrupto, ita & ista passio. Alij autem vocant semotim, quia multas partes capitis semotas & remotas varias, & diuersas tenet. Aliqui appellant tineam, quasi totum tenẽs, & hoc fit potissimè in maiori ætate. Et est intelligendum etiam quòd tinjosi, quando scalpunt se in principio, sentiunt magnã delectationem, quia separatur disconueniens à conuenienti, & postea sentiunt magnum dolorem, quia trahũtur humores corrupti pungitiui, & propter solutionem continuitatis. Tertio aduertendum, quòd aliqui dubitant facere phlebotomiam in tinea cõfirmata, hoc est, in manifesta & detecta, licet ætas & alia particularia consentiant. Et mouentur ex hoc, quia in variola confirmata non competit phlebotomia. Dico quòd insufficienter mouentur: quoniam in variola confirmata, vt dictum est in libro primo, non competit phlebotomia: cum corruptio sit magna valde, & esset timendum, quòd materia corrupta traheretur ad interiora. Sed in tinea non est sic: quoniam licet sit corrupta, non tamen intantum: nec etiam

Vtrũ mineralia in hoc morbo sumenda.

Causa tetri fœtoris in tinea.

est venenosa, sicut in variolis: quare licet in variolis confirmatis, non competat phlebotomia, hic tamen potest competere phlebotomia, igitur in tinea cum conuenientia particularium non oportet formidare.

De pediculis & lendibus, &c. CAP. IX.

PEdiculi, lendes, & pessolatæ vel pediculatæ sunt, quædam animalia per viam putrefactionis iuxta cutē generata. Quando humores sunt corrupti in corpore, quos natura omnino non potest regere, nec omnino dimittit, tunc propellit ad cutem per viam cuiusdam desudationis, & quia materia est grossa, cum est iuxta cutem, cum calor agit, quodammodo desiccat illam materiam, & generatur quædam pellicula: includitur igitur in pellicula vapor cū aliquali calore, & cum agit in materiam ebulliendo, quia trahit ad calorem humidum: ideo suscipit speciem vitæ, & generantur inde animalia in capite, & in toto corpore, & in axillis, & pectine, sed illa vocantur vulgariter pessolatę. Ex parte autem materia: magis humida generantur pediculi, & ex parte magis sicca generantur lendes, & ex parte media generantur pessolatæ, quæ adhærent pectini, & axillis, generantur ex quolibet quatuor humorum. Causa autem antecedens, potest esse malitia regiminis, sicut est crapula, & multa comestio ficuum, castanearum, & aliorū fructuum, malitia culturæ capitis, & totius corporis, & tarda mutatio vestimentorum, & similia. Quando autem ista animalia, & potissimè pediculi, generantur ex sanguine, trahunt ad rubedinem: & quando ex cholera, ad citrinitatem; & quando ex phlegmate, ad albedinem: & quando ex melancholia, ad nigredinem. Quando multiplicantur pediculi, potissimè propter causas intrinsecas, signant morpheā, aut lepram: quia calor naturalis est diminutus, non potens regere materiam vt oportet, & cum hoc calor extraneus incipit ebullire. Si autem venerit propter causas extrinsecas, significant paupertatem aut ignauiam: pauperes enim & religiosi, qui multiplicant cibaria phlegmatica & melancholica, abundant pediculis: similiter homines ferales, qui de cultu sui corporis modicum curant. Curantur autē pediculi per mutationem vitæ, & regiminis: vtatur igitur cibis laudabilibus, & purgetur corpus secundū exigentiā humoris peccantis, & vtatur exercitio temperato, balneis

Causa.

Ex vitiosa humorum qualitate, diuersa generātur huiusmodi animalcula.

Signa.

Prognostica.

Curatio.

aquæ

aquæ salsæ,& mutet vestes, & ornet corpus suũ & similia. Deinde vngatur,si corpus est calidæ cõplexionis,cum isto vnguento:extinguatur argentũ viuũ,& cum lithargyro,& aceto,& oleo misceatur, & inũgatur caput & totũ corpus, aut inungatur corrigia,& circuncingatur carni, & interficientur omnes pediculi. Si autẽ esset frigidæ cõplexionis, fiet mixtura de auripigmẽto,& staphisagria,& oleo amygamara.& aceto,& inungatur corpus, aut corrigia,& carni applicetur,& hoc est congruũ religiosis. Staphisagria autẽ vocatur herba pedicularis,quia à tota specie interficit pediculos,& in auibus,& ideo teritur & puluerizatur, & supra carnes nudas aspergitur,& datur auibus,& occidit pediculos. Si autẽ volueris bene à corruptionibus purgare, vel bene mundificare,tũc puluerizetur aloë,& aspergat supra carnes, & detur volatilibus viuentibus de rapina, & summè liberat à malo quod habẽt in gula. Mirabile videtur,ꝙ pediculi significent leprã,cum pediculi generentur per viam mundificationis,& cũ hoc,quia materia talis est, ꝙ suscipit spiritũ vitæ. In lepra autem est corruptio,& mortificatio. Dico sicut dictum est,quòd multitudo pediculorum,sunt signa præuia ad lepram, pro tanto, quoniã sicut lepra generatur ex quolibet humore corrrupto, cum pauperie caloris naturalis,& ebullitione extranei caloris, ita ex humoribus corruptis, vbi incipit fieri ebullitio, generantur pediculi,licet non sit corruptio tanta,quia incõpletum præcedit completum:ideo pediculi vbi est corruptio incõpleta,præcedunt aliquando lepram, vbi est corruptio completa,non tamen est necessarium,quia signũ est remotum,& potest multis modis impediri, vt dictũ est in curatione. Non igitur veniunt pediculi per viã mundificationis completæ, quia spiritus vitæ susceptiuus ex putredine traxit originem. Secundo intelligendum,ꝙ pediculi generantur primo calore naturali,materiã expellentis ad exteriora,quæ circa cutem expulsa, propter sui dispositionem putrefit & corrumpitur,& ita concipit calorem extraneũ, & ita materia suscipit spiritũ vitæ, sicut in aliis generatio per viã putrefactionis. Tertio intelligendum,ꝙ quæ prosunt sanguini,prosunt & choleræ:verũ est in alterando,sed non in euacuando, & ita est de phlegmate & melancholia. Quarto intelligendũ breuiter,& est verbũ notabile, quòd

Clarificatio.

aliquæ ægritudines aliquando magis manifestantur in aliis membris, quàm in illis membris, vnde traxerunt originẽ, sicut patet in ægritudinibus stomachi & matricis &c.

De dolore capitis. CAP. X.

Causæ. DOlor capitis est accidens malæ cõplexionis secutiuũ. Causæ doloris sunt tres, scilicet mala complexio diuersa, solutio continuitatis, aut vtrunq;. Diuisiones autem particulares causarum doloris capitis sunt 12. Dolores capitis, quidam sunt à causa intrinseca, quidam ab extrinseca: & quidam cum materia, & quidam sine materia. Et quidam est dolor, qui est morbus per se, & quidam per accidens: & quidam est dolor, qui venit à causa priuata cerebri, & quidam à causa remota: & quidã est dolor ab intus, & quidam ab extra: & quidam est dolor, qui continet totũ, & quidam qui partem: & quidam est dolor fortis, & quidã debilis: & quidam qui venit subitò in tempore sanitatis, & quidam non: & quidam est qui significat crisim, & quidã non: & quidã est ad quem sequuntur alij morbi, & quidam non: & quidam est recens, & quidam antiquus: & quidam est cum rheumate, & quidam sine rheumate. Modo prosequamur, dolorum quidam est à causa intrinseca, & quidã ab extrinseca.

Causæ extrinsecæ. Causæ enim extrinsecæ sunt multæ valde, sed vt reducantur ad numerum, possunt esse 13. Prima est casus & percussio, & obuiatio, & alia huiusmodi. Secunda causa, potest esse caliditas solis, aut ignis, aut aëris, vt dierum canicularium, aut vnguenta, & alia huiusmodi. Tertia causa extrinseca, potest esse frigiditas niuis, aut aëris, aut aquarum, aut vnguentorum, & huiusmodi. Quarta causa est nimia siccitas aëris, aut vnguentorum, & similium. Quinta est nimia humiditas aquarum, aut pluuiarum, aut lacuum, aut vnguentorum, & alia huiusmodi. Sexta causa doloris capitis extrinseca, esse potest exufflatio fortis ventorum, & potissimè meridionalium, & septentrionalium post meridionales. Septima causa, sunt vapores extrinseci, eleuati ex rebus fœtidis, sicut cadauera, & assa fœtida: ex aromatibus, sicut est lilium, aut muscus: aut cum aliquis respicit puteos antiquos, & cauernas profundas mineralium, & similium. Octaua causa, est nimius motus, siue animalis, sicut est impetus iræ aut furoris, & similium: aut corporalis, sicut est cursus, labor, coitus superfluus, & alia huiusmodi.

ſmodi. Nona cauſa, poteſt eſſe nimius ſomnus profun-
s, & inordinatus in tẽpore non ſuo, & vigiliæ ſuperfluæ.
ecima cauſa, balnea ſuperflua & inordinata, ſulphurea, &
milia. Vndecima, inanitio nimia, aut repletio nimia, &
apula, & ebrietas, & acceptio ciborum fumoſorum, ſicut
nt allia, & cæpæ, vt vinũ forte, & fructus, & ſimilia. Duo-
ecima cauſa, poteſt eſſe ſonus terribilis, ſicut eſt toni-
ui, aut magnarum rotarum. Tredecima, poteſt eſſe nimia
apitis coopertura: non enim eſt ita forte caput, quin ſum
nè ex nimia capitis coopertura debilitetur, ſi cõtinuetur.
iſta enim extrinſeca, & alia eis proportionata conſueue-
ũt dolorẽ capitis generare. Si autẽ fuerit à cauſa intrinſe- *Cauſa in-*
ca, hoc eſt, quia ſanguis dominatur, aut cholera, aut phleg- *ternæ.*
ma, aut melancholia, aut ventoſitas, aut humiditas, ſimpli-
cia, aut compoſita, aut vermes qui poſſunt interius in ca-
pite generari, ſicut dicit Auic. autoritate Indorũ, licet ſit
de rarò cõtingentibus. Secũda diuiſio principalis eſt iſta:
Dolorum quidam eſt cum materia, & quidã ſine materia.
Sine materia, quando eſt ex mala cõplexione cal. aut frigi
da tantũ, aut humida, aut ſicca, ſimplicibus aut cõpoſitis.
Si cum materia, quando peccat ſanguis, aut cholera, aut
phlegma, aut melãcholia, aut ventoſitas, aut aquoſitas ſim
plicibus, aut compoſitis. Tertia diuiſio principalis: Dolor
quidam eſt morbus per ſe, & quidã per accidens. Per ſe ap-
pellatur morbus, quãdo aliquis notabilis morbus nõ præ-
ceſſit, licet ſecundũ veritatem præceſſerit mala complexio
diuerſa, aut ſolutio cõtinuitatis, & ideo eſt iſta denomina-
tio vulgaris, non realis. Morbus autẽ per accidens appella
tur, quando dolor capitis ſequitur feb. aut apoſtemata, aut
alios morbos. Quarta diuiſio principalis, quidã dolor eſt
qui venit à cauſa priuata cerebri, & quidã à cauſa remota.
A cauſa priuata appellatur, quãdo cauſa immediata, & ac-
cidens eſt in cerebro, non aliunde eueniens. Cauſa remota,
quando vapores & fumi aſcendunt à ſtomacho, vel ab he-
pate, vel à ſplene, vel à matrice, & ita de aliis. Quinta diui
ſio principalis, eſt quoniam quidam eſt dolor ab intus, &
quidã ab extra, & dolor ab intus appellatur, quando eſt in-
tus ſubtus craneum, ſicut eſt in panniculis aut aliis partí-
bus, propter oppilationem factam in venis, & arteriis,
quando ſang. & chol. oppilant ratione multitudinis, &

phlegma,& melancholia ratione groſſitiei:viſcoſitas autẽ phlegmati attribuitur ſolũ:ab extra autem eſt,quando eſt in partibus cooperientibus craneum,& locis vicinis exterioribus. Sexta diuiſio principalis eſt iſta:Dolorũ quidam eſt qui continet totum,& quidam qui partem. Quãdo dolor compræhendit totum,appellatur cephalea aut ouum. Et quando eſt in parte,aut eſt in medietate,aut nõ. Si eſt in medietate,appellatur hemicrania. Si in aliqua parte,appellatur clauus:& tunc vulgares dicunt ꝙ faſcinati ſunt, quoniam videtur eis quòd cum clauibus & acubus pungãtur. Septima diuiſio fuit talis:Quidã dolor eſt fortis, & quidã debilis:debilis ſicut in lethargia: fortis eſt aliquando intantum,ꝙ ſi veniat in pueris,frangit craneum, ſicut dicit Auic. Si in viris,inducit ſpaſmum. Octaua diuiſio fuit talis: Quidam eſt dolor qui venit ſubito, & repente in tempore ſanitatis,nullo morbo præcedente,& hoc eſt propter multitudinẽ materiæ,aut ventoſitatis,& ſimilium:ſi autem veniat paulatinè,hoc eſt propter paucitatem dyſcraſię. Nona diuiſio:Quidam eſt qui ſignificat criſim,& quidam non. Si enim in die critico venit dolor in capite, cum rubore faciei,& apparitionibus lampadũ,criſim per fluxum ſanguinis narium ſignificat:& ſi veniat cum titillatione labij inferioris,& dolore præcordiorũ, criſim per vomitũ ſignificat. Decima diuiſio: Quidam eſt dolor ad quem ſequũtur alij morbi,& quidam non. Iſta diuiſio poſſet contineri ſub forti & debili:quoniã aliquando dolor eſt ita fortis, quòd ad eum ſequitur feb.alienatio,vigiliæ,ſpaſmus,apoſtema, & ita de aliis. Aliquando autem nullum iſtorum ſequitur, & hoc eſt quando eſt debilis,& corpus non eſt apparatum. Vndecima diuiſio: Dolorũ quidam eſt recens, & quidam antiquus. Et appellatur recens,quando modicum tempus præteriit. Antiquus autem, quando multa tempora præceſſerunt:qui aliquando eſt ita fortis,& malitioſus, quòd dolor galeatus appellatur,& ita fortis,& toti habituatus, quòd patiens non poteſt tolerare magnam claritatem,nec aliam vocem. Iſte autem dolor antiquus fortis, galeatus, venit propter quaſdã diſpoſitiones intrinſecas, & propter quaſdam extrinſecas. Diſpoſitiones intrinſecæ ſunt duæ, fortis & intenſus ſenſus in cerebro, & cum hoc debilitas naturalis. Cauſæ autem extrinſecæ ſunt duæ, frequens & multa

Cephalea. Hemicrania.

Dolores capitis per criſim quomodo terminãtur.

Galeatus dolor duobus modis accidit.

multa comestio rerum fumosarum, sicut sunt allia, cæpæ, vinum forte, & similia. Alia est causa, nimia coopertura capitis: aliqui enim assuescunt in puritia portare pelles in caputio, & postea addunt almuciam, & postea duo caputia, & ita deinceps, & ita calefaciunt caput, & mollificant, sicut illi qui nimis frequenter abluuntur, & ita quando istæ causæ concurrunt, & eis compares, tunc accidit dolor fortis antiquus, galeatus, & in sempiternum incurabilis, causis manentibus. Duodecima & vltima diuisio causarum dolorum capitis fuit ista: Dolor capitis quidam est cum rheumate, & quidam sine rheumate: cum rheumate, quãdo aliquis humorum ruinosè, & distillatoriè cadit versus partes subiectas, sicut aures, aut oculos, aut nares, aut palatum, aut pectus, aut stomachum, & ita de aliis. Sine rheumate autẽ, fit quãdo nullũ istorum adest. Causæ autem extrinsecæ possunt discerni per indicia patientis & assistẽtium, & per visum & tactum, & per iuuãtia, & lædentia. Cõsiderem⁹ igitur, si color faciei vergit in liuorem, & inflationẽ, aut ad citrinitatem, aut ad liuorẽ, & tãgatur locus ad considerãdum si est calidus vel frigidus, & applicentur cal. & si iuuerint, causa fuit frigida. & si nocent, cal. & ita de aliis. Diligens igitur cõsiderator per hunc modũ veniet in cognitionem causarũ extrinsecarum. Si autem fuerint causæ intrinsecæ, statim debemus cõsiderare, si est cum materia, aut sine materia: & discernitur sic, quoniam quandocũque adest materia, est grauitas in membro: & si inclinetur caput, velut si orat, & subito eleuet, si tunc sentiat perturbatum, & grauem & ponderosum, proculdubio dyscrasia est cum materia. Tertium signum quãdo superfluitates plures solito vadunt ad nares, aut ad palatum, aut ad oculos. *Signa.* Signa autem priuationis materiæ per contraria significãtur. Signa igitur caliditatis, cognoscuntur ex calore, & inflammatione. Signa autẽ frigiditatis sunt, paruitas caloris & inflãmationis, & ex malitia cogitationis, & est verbũ notabile. Siccitas discernitur, quia res euacuatiuæ & inanientes præcesserũt. Signa autẽ humiditatis sunt supor. Signa igitur sanguinis sunt calor & rubor, & apparitio venarũ in uisibiliũ in albo oculorum. Signa autẽ choleræ, sunt pũctura, mordicatio & sitis. Signa phlegmatis sunt, paruitas sitis, & inflammationes, & color vergens ad albedinem, *Per malitiam cogitationis suo modo loquẽdi intelligit quod dicit Gal. libr. 3. de loci.*

somnus

affectis, frigidam intemperiem animales actiones torpidas efficere.

somnus grauis, multitudo superfluitatū. Signa autem melancholiæ sunt, paruitas caloris, liuor, somnia terribilia, grauitas & pondus & alia consimilia, sicut est ætas, tēpus, cōsuetudo, complexio: ita quòd in verificationibus signorū, debemus primò currere per omnia naturalia, & postea per res nō naturales, & pòst per res præter naturam: & deinde debemus ad signa spiritualia deuenire, & sic diligēs medici inspectio nō errabit. Signa vētositatis sunt tinnitus, motus de loco ad locum, & strepitus. Signa autem vermium, sunt corrosio, & dolor acutus, pungitiuus, & quia minus dolet cū quiescit. Signa autē nimij sensus, & debilitatis sunt quia pro quacunque facili causa lęditur, & frequenter. Signa autem rheumatis cognoscuntur, pro eo quia distillat per nares, aut per palatum, aut per oculos, aut per tussim & similia. Signa autē quæ à causa priuata cerebri, quia dolor est continuus, & sine interpolatione: quādo autē venit ab aliis membris, est cum interpolatione. Et si à stomacho, cognoscitur per grauitatem stomachi, per nauseam, & vomitum & fastidium, & per malitiam digestionis. Et si est ex chol. magis molestatur ante cibum, & si ex phlegmate & melancholia, magis pòst. Attamen intelligendum, quòd omnis dolor capitis veniens à stomacho, ex quacūque causa fuerit, minor est immediatè post cibum, pro tanto, quia cibus impedit ascēsum vaporum: sed negotium vadit ita: quoniam si humor phlegmaticus vel melancholiæ est in causa, post satis breue tempus magis molestabitur: & si ex inanitione, longo tempore durabit iuuamētū: & si ex chol. mediocriter. Et ideo multos vidi decrepitos, qui de dolore capitis conquerebantur, & habebant habitudinem repletam, & signa plenitudinis apparebant, & dicebant quòd postquā comederāt, alleuiabantur & ex hoc credebāt esse ex inanitione, & erat alleuiatio mēdosa, quoniā postea maior insurgebat. Et si ab hepate, discernitur per grauedinem in dextro hypocōdrio, & in parte capitis dextra, quia illa pars sibi proportionabatur. Et si à splene, per grauedinem sinistri hypochondrij, & grauedinem in sinistra parte capitis. Et si ex toto, per grauedinem, & dolorem in omni parte capitis. Et si ex matrice, per dolorem in circunferentia occipitij: & ita vbi est dolor, ibi est ægritudo. Aliæ diuisiones patientis iudicio discernūtur. & si aliqua dimisimus

per

per ista quæ dicta sunt haberi possunt. Vrina velut subiugalis, dolorem capitis præsentem vel futurum significat. Vrina in fe. acutis, quæ sine crisi subito efficitur alba, & tenuis, dolorem capitis & alienationem & raptum materiæ ad superiora significat. Vrina cum circulo grosso opaco, dolorem capitis significat. Vrina granulosa, vt plurimùm theuma & dolorem capitis significat. Omnis dolor & potissimè capitis auferens somnum & cibum, pessimus est & mortalis. Omnis dolor acutissimus in fe. cum aliis signis malis, signum est pernicioſum valde. Dolor capitis in fe. frequenter crisim significat, sicut dictum est supertius. Omnis dolor fortis & acutus & potissimè capitis, omnem operationem medicinalem impedit, donec fuerit remediatus, aut aliqua liter mitigatus, quia dolores prosternunt virtutes: & ideo propter malitiam symptomatum, morbus aliquo modo obliuioni est tradendus. Dolor antiquus galeatus inter omnes est pessimus & difficilioris curationis. Dolor capitis repentinus, acutissimus, malus, quia apoplexiam significat. Omnis dolor cum theumate, malus, quia rheuma omnem rectam operationem impedit. Omnis dolor capitis ad quē sequuntur spasmus, & apostema, & oculorum eductio, aut nimia submersio, pessimus & mortalis. Priuatio doloris in febribus acutis pessimum est, quia stuporem significat. Dolor capitis de mala complexiòne cal. si fuerit sine materia, curatur cum alterantibus frigidis: & similiter si fuerit cum materia, post corporis mundificationem, cum eisdem potest reduci. Materialia autem sunt oleū de oliuis immaturis sine sale, & quòd sit illius anni: & in illo oleo potest aliquid istorū bullire, cū contritū fuerit, scilicet summitates salicis, & vitis albæ, portulacæ, aut cucurbita, aut lactuca, aut rosæ, aut nenuphar. aut agrestæ, malagr. acetosa, & similia: & si fortius infrigidare volumus, addamus opiū, hyoscyamum, mandragoram, papauer, & similia. Cauendum tamen quòd ista narcotizantia non exhibeantur, nisi in magna necessitate, & quasi in desperatione. Intelligendum etiam, quòd quando volumus, quòd olea fortiter infrigident, tunc tepefiat oleum, & ponatur in profundo puteo, prope aquam, & ista infrigidatio æquipolebit infrigidationi niuis, & quia actu calidum, quia tunc citius aquæ frigidit

Prognostica.

Dolorū capitis præsagia.

Signa.

giditas penetrabit,& quia in loco profundo iuxta aquam, cum isto oleo inungatur caput, quoniam percutit fumos, & alterat fortissimè:& non intelligo, quòd istud oleum sit de narcoticis,sed de prædictis.Intelligendum etiam,quòd quando volumus quòd frigiditas olei penetret ad interiora,addatur sibi tantum de aceto,quantum de oleo,& tepefiant, & inungatur caput, & istud infrigidat in profundo. Aduertendum tamen quòd quædam sunt capita,vbi modica infrigidatio sufficit,sicut sunt capita senum,& mulierũ, & eunuchorum & puerorum, & humidorum, alborum, & illorum etiam qui de facilli incurrunt lethargiã,& passiones capitis & oculorũ & similiũ. Isti enim omnes à nimis infrigidãtibus custodiãtur, licet caput actualiter esset calefactum:paulatinè igitur , & cum parum infrigidantibus reducuntur. Si autem esset corpus plethoricum, & plenitudo esset de sanguine , & particularia conueniant,fiat phlebotomia de cephalica,& si non,saltem fiant ventosæ & scarificationes,& similia,& fiant in principio de parte oppositа. Si autem materia cholerica dominetur,& rheuma nõ affuerit,digeratur materia cũ oxysaccara,& syrupo de fumoterræ , & si materia fuerit rheumatica digeratur cũ syr. viol.& syr. ro.& nenupharino,& purgetur cum cassiafi.manna,tamarind.aut cum modico diagrydio, cocto cum mastiche,& citoniis, aut cum electuario de succo ros.& de aliis electuariis, quæ in antidotario ponuntur , quæ choleram mundificant,sicut est diaprunis,& multa alia.Vel fiat talis decoctio, quæ frequenter dicta est , & frequenter dicetur, & potest dari in quocunque casu volumus leuiter cholerã purgare ex partibus proximis,& ideo frequenter remittemur ad istud cholagogum , ne totiens oporteat repetere.

Decoctio cholagoga. R. florum borag.florum viol.uarum pas.munda. ab arill. ana ʒ.i. fiat decoctio in sero caprino,& in decoctione temperentur per diem & noctem cortices myrobal.citri.bene gummosorum ʒ.i.fricentur lento igni & colentur,& colaturæ addatur cassiafi.mund.ʒ.i.masticis, diagrydij an.ʒ.ß. misceantur,& dentur in aurora. In ista decoctione,quantum est de se,nullum est periculum,& ideo iuuenes medici, cum indigent purgatione choleræ, securè possunt eam dare,nisi nimia corporis debilitas, aut ventris laxitas,aut intestinorum constipatio, aut materiæ indigestio, aut oppilatio,

pilatio, aut apostema, aut imprægnatio, aut alia huiusmodi impedirēt. Sed quantum est de natura sua, facilis est, & sine omni periculo. In fine autem possumus fomentationes, & embrochationes facere, cum aqua decoctionis hordei, & violæ siccæ, nenupharis, chamomillæ, & summitatibus papaueris, potissimè si dormire non posset. Et dicit Damascenus, quòd in dolore capitis, si adest feb. & caput est debile, quòd lac apponere non debemus, quia claudendo poros euaporationem impediret, & tamen communis vsus est in contrarium, & nullus aliorum hoc dicit, quare &c. Si autem dolor capitis fuerit ex mala complexione frigida sine materia, inungatur caput, & potissimè versus commissuram anteriorem, quia per illam partem melior fit penetratio, siue olea sint calida, siue frigida: cum oleis dico cal. sicut est de castoreo, de costo, de ruta, dē lilio, & ita de aliis cal. Et si fortioribus calidis indigemus, fiat cum oleo de euphorbio. Et dicit Damascenus authoritate Gal. quòd Gal. expertus est oleum de balsamo, vbi calefactio est necessaria, & non inuenit iuuamentum: & est mirabile cum sit valde calidum, & etiam pretiosum, & cùm à multis authoribus commēdetur: veritati igitur experimēti relinquatur. In doloribus tamen antiquis capitis, oleum de lilio obtinet principatum. Si autem fuerit cum materia, & fuerit melancholica, digeratur cum oxymelle scill. & purgetur cum diasenæ, diaboraginato & hiera Ruffi, acuatis cum lapide armenico, vel cum lapide lazuli ablutis & mundatis. Vel fiat talis decoctio, R. florum bora. florum viol. foliorū senæ, polypod. epithymi, anisi, vuarū pas. munda. ab arill. liquiri. mundæ ana ʒ. ß. Fiat decoctio in sero caprino, & in decoctione temperentur cortices myrobal. bel lericorū, & emblicorum bene gummosorum, ana ʒ. ß. per diem & noctem. Deinde fricentur lento igni & colentur, & colatura detur in aurora. Si autem fuerit phlegma, digeratur cum oxym. diur. & purgetur cum hierapi. Vel sic, R. aloës, agarici, turbith, ana ʒ. 2. pulpæ colocynthidis ℈. 2. foliorum absinthij. foliorum menthæ, masticis, anisi, zinzib. cinnamoni, bdellij, ana ℈. 1. conficiantur cum oxymelle scil. & fiant pilulæ, dentur à ʒ. 3. vsque ad 4. iuxta conuenientiam particularium vel plus. Vel detur ista decoctio, Recipe florum borag. florum viol. polypod. anisi, turbith,

Oleum de balsamo.

vuar

vuarum paſſ.ab arillis mundatarum, liquir.mundæ.an.ʒ.ſſ. fiat decoctio cum ſero caprino,& in decoctione temperentur cortyces myrobal.chebul.bene gummoſorum.ʒ.ɔ.per diem & noctem.Deinde fricentur & colentur, colatura detur in aurora.Deinde poſſumus venire ad olea calida prædicta, & poſſunt fieri fomentationes de aqua decoctionis chamomillæ,anthos,vtriuſque ſtœchados,baccarum lauri & foliorum eius,maioranę,baſiliconis,& ſimilium.Et cum hoc intelligendum,quoniam licet dolor capitis veniat propter cauſas extrinſecas,nihilominus poteſt eſſe cum peccato materiali,quando corpus eſt plethoricum,& ad hoc diſpoſitum: vt ſi à ſole ſupercalefiat caput cholerici repleti, aut ſi infrigidetur caput phlegmatici repleti, & ita alteratur humor & efficitur præter naturam propter cauſas extrinſecas.Imprimere autem poſſunt cauſæ extrinſecæ, intantum quòd corpus indigebit mundificatione.Et poſt corporis mundificationem, dentur opiata: & ſi cauſa eſt cal. vtatur rubea trochiſcata: & ſi eſt frigida aurea alexandrina. Si autẽ dolor capitis fiat cum rheumate, & rheuma eſt de cauſa cal. odoret frigida ſtyptica aromatica, quoniam odores magis valẽt quàm ſuffimigationes,ſicut ſunt roſæ, ſandali,camphora,& ſimilia.Et ſi eſt cauſa frigida, odoret ſtyracem,calamintam,ambram,ladanũ,nucem cypreſſi, & ſimilia. Et fiant capitis fricationes & extremitatum, & laxetur venter,& ſacelletur caput cum milio & ſale torrefactis.Et ſi cauſa eſſet frigida, & eſſet rheuma & dolor capitis ceſſare non poſſet,tunc fiant iſta,ſcilicet vnguẽtum,aut emplaſtrum,aut illinitio,cum iſtis.R. ſtercoris columbini nemoral.myrrhæ.pyrethri, ſtaphiſagriæ, caſtorei, gummi, rutæ agreſtis,euphorbij,pulueriz entur & miſceantur cum vino, & illinatur caput. Si autem dolor capitis venerit in feb.propter pororum clauſionem,propter frigida applicata,tunc attrahat acetum & aquam roſa.per nares. Si autẽ venerit dolor propter oppilationem cerebri, tunc mundificetur caput cum gargariſmis,& maſticatoriis,& iniectionibus factis per nares,& deinde fiant euaporationes.Et eſt intelligendum, quòd ſi dolor capitis fuerit ex cauſa calida,& vergat corpus ad inanitionem, iniungatur ſomnus & otium,& diæta humectatiua & enutriens,ſicut ſunt oua ſorbilia,brodia carnium,inſcula,& ſimilia.Et ſi cauſa fue-

Dolor capitis cũ rheumate.

Capitis dolor in febre.

rit

rit frigida, & vergat ad repletionem, tunc iniungantur vigiliæ, & fricationes, & paruitas cibi, potus, & similia. Si autem dolor capitis venerit propter vētum aut propter labores & odoramina extrinseca, siue bona, siue mala, tūc quicunque vapor fuerit, siue venti, siue cuiuscunque alterius rei calentis, sicut est ventus meridionalis, aut odor assæ fœtidæ, aut musci, aut lilij, croci, & omnium similium. In omnibus istis & in aliis, oportet abstinere à vaporosis, sicut sunt allia, & cepæ, & porri, vinum forte, vinum nouum, nuces & dactyli. Deinde si indiget mūdificatione corporis, quòd fiat. Deinde odoret rosas, nenupha. & violas siccas, & oleum de salicibus, & sandalos, & camphoram, & inungat caput cum oleo rosa. & myrtino, & distilletur in naribus, & auribus, si ventus fuerit inclusus, oleum de chamomilla, et vtatur zuccaro ros. cū coriandro sicco præparato in aceto.

Quæ sunt fugienda in capitis doloribus à causis istu extrinsecis.

Si autem omnia ista fuerint frigida, corpore mundificato, odoret muscum, ambram, lignum aloës, & iuungatur caput cum oleo de ladano et de nuce cypressi, et vtatur aurea alexandrina, et dianison. Et si ventus est intus retētus, suffumigetur cum anisō, cymino, spica nar. foliis lauri bullitis in vino albo, et hoc per aures et nares, vel oleū ex istis iniiciatur, &c. Si autem dolor capitis fuerit ex ebrietate, sciendum quòd ebrietas causatur ex vapore vini nimis potati. Nunc autem ebrietatis duplex est remedium, scilicet prēseruatio et curatio. Præseruatio, quoniam cum aliquis comedit in conuiuio, & habet caput debile, & consueuit de facili inebriari, & non potest potare vinum lymphatum ex malitia consuetudinis, saltem comedat caules & truncum eius, quoniam à proprietate præseruat & curat, & accipiat pyra aut coctana, & similia styptica. Aut portet secum istum puluerem, R. coriandri sicci præparati, sumach, berberis, seminis citoniorum, seminis cauliū, camphoræ. ana ʒ.j. fiat pul. & vtatur isto puluere cum aqua & aceto, siue cū aqua, & vino malorum gra. & succo limonum, aut citrangulorum, aut cum aqua & succo acetosæ, aut cum succo vuæ acerbę, & similibus. Ista enim valent ante ebrietatē & post.

Dolor capitis ex ebrietate.

Si autem actu incurreret ebrietatem, tunc statim fiat vomitus cum aqua & oleo, & intermissione digitorum, aut ꝙ accipiatur semen raphani, & atriplicis, & bulliant in oxymel. & sorbeat & euomat. Si autem non possit euomere, ꝙ

Somnum ebrietatem sedat.

dormiat tutus à calore & frigore, per quantitatē noctis integræ, quia somnus magna pars curationis est. Et si nō possit dormire, fricentur pedes & manus fortiter cum sale et aceto, & testiculi in viris, et mamillæ in mulieribus. Et si ex istis non curetur, fiant clysteria, vbi ponatur hierapicra, & inungatur caput cum oleo ros. et oleo myrtino. Et si ex his non curetur, iniūgatur exercitium longum temperatū per loca decliuia. Et si ex his non curetur, detur sibi hierapi. & postea stuphę & balnea, & postea aurea alexādrina, & cibus sit subtilis, facilis digestionis, et in temperata quantitate, sicut sunt pisces petrosi, et pulli, hordeatū, auenatū, amygd. & vtatur fructibus stypticis, et fiant fomētationes circa caput de chamomilla, & meliloto siccis, & hordeo, et vtatur puluere prædicto, et ista totiens reiterētur, donec perfectè curetur. Et si dolor antiquatur, multum valet oleum de lilio. Si autem dolor capitis fuerit ex superfluo coitu, inungatur caput cum oleo ros. et myrtino, et vtatur brodiis, et iuscul. et vitellis ouorum. Et si per infortunium non posset abstinere, nō comedat, saltem cum non est famelicus. Si autem dolor fuerit ex debilitate capitis, et corpus fuerit immundum, & potissimè stomachus, mūdificetur, et vtatur cibis facilis digestionis, et post cibum vtatur oliuis cōditis, et mane et sero vtatur isto electuario, scilicet, pliris cū musco, dianthos cum musco. Quando autem aliquis habet caput multum sensibile, vtatur frumento candaruso, hordeo, lactu. portul. carnibus bouinis. Si autem dolor capitis fuerit propter feb. inungatur caput rasum cum oleo rosaceo & myrtino, et coriandrino, et chamomillino. Et si indigemus narcotizantibus, administrentur cum magna cautela.

Dolor capitis ex eius debilitate.

Dolor criticus.

Si autem dolor fuerit criticus, nihil fiat in capite, vt non impediatur ordo naturæ, sed iuuetur natura per partem illam, ad quam nititur materiam expellere: vt si expellat per secessum, & non possit, fiant suppositoria vel clysteria: et ita si intēdit facere crisim per vias vrinales, ꝙ iuuetur natura cum diureticis: et si per vomitum, quòd iuuetur cum vomitiuis: & si per sudorem, ꝙ iuuetur natura cum iis quę apeiunt poros: et si per fluxum sanguinis narium, quòd iuuetur natura cum setis porcinis, intromissis in naribus. Et si natura intendit facere crisim, per apostema retro aures, ponatur ibi calida quæ attrahant, sicut est apium, mentha, &

butyrum:

butyrum: aut fiant ventosæ, aut apponantur sanguisugæ, & ita de inguinibus & axillis. Et per hũc modum dolor criticus remediabitur. Si autem dolor capitis fuerit propter vermes, purgetur caput frequenter cum hierapicra, & fiant caput purgia & masticatoria, per nares iniiciantur amara, sicut est oleum de absinthio, de amygdal. amaris, & aloë.

Dolor capitis à casu, offensione, &c.

Si autem dolor capitis fuerit ex causa de percussione & obuiatione, illud quod nos timemus in eo est apostema, quare vtile est impedire generationem cum euacuatiuis, & destructiuis, & similibus, quoniam postquam apparet febr. & perturbatio mentis, iam incipit apostema. In primis igitur, inungatur locus doloros us cum oleo rosa & myrtino. Deinde fiat phlebotomia: et si particularia non conueniant in phlebotomia, fiat clystere: & si non conueniant particularia, detur medicina laxatiua. Et si appareant signa apostematis, emplastretur locus cum psidia, baulaustia, myrtill. & ros. Et si est ibi vulnus, alreretur mala complexio, aliter nõ generaretur caro. Et si fluxus nimius sanguinis fuerit, restringatur, & dentur cerebella multarum gallinarũ. Et quia in talibus obuiationibus, diuersa fiunt vulnera, & concussiones, fracturæ et læsiones diuersæ valde, ideo illam latam longitudinem restauratoribus derelinquo: post tamen frigida styptica apposita, dissolutiua ponantur, sicut sunt chamomilla, hordeum, melilotum, anthos & stœchados. Et vitet omnia calida fumosa, sicut est vinum, & similia, & potissimè si esset febr. Auic. tamen dicit, quòd si fiat syrupus ex stœchade, melle & aqua, quòd multum valet.

Dolor capitis à vaporibus, ad cerebrum.

Si autem dolor capitis fuerit propter ascensum vaporum ad ipsum caput, in primis curetur membrum mandans euacuando, alterando, mundificando, confortando, & deinde membrum cui mandatur. Si igitur mala materia calida vel frigida fuerit in stomacho, ita quòd ex illa ascendat fumus ad caput, mundificetur stomachus, & ita de hepate & splene, & renibus, et matrice, et arteriis, tibiis, pedibus. Partibus autẽ illis mundificatis, fiant ligamenta fortia in extremitatibus, et cauteria in loco vbi ascẽdit fumus, si est possibile, & arteria constringatur cum frigidis stypticis, deinde confortetur stomachus, si fumi sunt calidi, cũ citoniis, et rosa. & coriãdro, et intus et extra. Et si est causa frigida, addatur cum iftis nux cypressi, et cortices thuris: deinde cõfortetur

cerebrum, si causa est calida, cum oleo ros. & myrtino: & si causa est frigida, addatur nux cypressi. Cura cephaleæ. Intelligendum, quòd dolor fortis, acutus accidit aliquando in toto capite, & appellatur cephalea, seu ouum, aut dolor galeatus, quoniã est cum malleatione, & incisione, & similibus, intantum, quòd nõ potest tolerare vocem altam, nec claritatem, & ideo diligit silentium & otium, & tenebras.

Curatio cephaleæ.

In primis igitur si causa est calida, fiat phlebotomia, deinde detur cassiafist. multis vicibus, & inũgatur caput cum oleo ros. & myrtino. Et si fuerit calor, dolor & pulsatio intantum, quòd auferat somnum, tunc inungatur frons & tẽpora cum opio, croco, sandalis, & galla, & odoret camphoram, & sandalos, & rosas & vtatur triasandal. & zucca. ros. & vtatur brodio caulium, & fabarum, & lentium, & vitet omnia vaporosa. Si autem causa fuerit frigida, inungatur caput cum oleo ros. & nucis cypressi, & purgetur frequenter cum aloë & mastiche, confectis cum succo absinthij, & menthæ, & vtatur clysteriis, caput purgiis, fricationibus, & ligationibus extremitatum, & euaporetur caput cum decoctione squinanti, et menthæ, & chamomillæ. Et si frigiditas fuerit vehemens, inũgatur cum euphorbio, & myrrha, & castoreo, & odoret muscum, ambram, lignum aloës, gariophyl. nucem cypressi, & styracem, calamitã, ladanum, & vtatur isto electuario. R. diambræ, potionis muscatæ, pliris cum musco, dianthos, cum musco, ana ʒ. iij. misceantur.

Hemicrania quid.

Cura hemicraniæ, Hemicrania, est dolor in medietate capitis siue exterius, siue interius, & est vtplurimum perio dalis: & curatur sicut dolor præcedens galeatus: ita quòd si causa est calida, fiat phlebotomia, & purgetur cum aloë in plus, & diagrydio, mastiche, & conficiantur cum succo de endi, & fiant clysteria, & caput purgia, & apponãtur olea frigida styptica. Et si necessitas cogeret, inungatur frons & tempora cum opio & croco, sarcocolla, cortice mandragoræ, & hyoscyamo, & super arteriã ponatur tabula de plũbo.

Et si causa fuerit frigida, fiat vt dictum est, et inungatur cum oleo laurino, et oleo de ruta. Et si fortioribus indigemus, addatur euphorbiũ, pyrethrum, & vesicetur locus cum cantharidibus, & gummi rutæ agrestis, fomentetur cum decoctione rad. cucumeris asinini, et absinthij in oleo, et aqua, et seruentur canones iam dicti, et ita curabitur.

Intelligen

Intelligendum, quòd continuitas doloris, significat materiam esse in capite, & interpolatio significat ipsam venire aliunde. Istud enim verum est vtplurimum, quoniã postquam materia est in capite agens, tunc approximatur passo, & ideo continua est actio: quando autem materia est in parte remota, tunc fumositas non potest continuè ascendere, donec fuerit aggregata, & ita continet vtplurimùm veritatem, & non necessitatem, quoniam materia existens in cerebro, non propter hoc continuè mouetur, sicut patet in epilepsia de causa priuata, vbi paroxysmus non est continuus, & in vertigine. Et potest esse impedimẽtum ex parte materiæ, quia quando est modica, interpolat, & quando est multa, continuè mouetur, sicut patet in continuis, & interpolatis. Potest etiam esse impedimentum ex parte motus materiæ, quoniam aliquando mouetur naturaliter, & aliquando non. Quoniam sanguis mouetur de mane & in vere: & cholera in tertiis, & in æstate: & melãcholia in nonis, & in autũno: & phlegma in vesperis, & in hyeme. Impeditur etiam continuitas motus ex parte virtutis, quia virtus fortis continuè mouet materiam, debilis autem nõ. Et ita continuitas doloris potest esse signũ materię in capite existentis, non tamen verum: possibile enim est, quòd materia quiescat in cerebro, & non propter hoc continuè affligit.

Clarificatio.

Motus humorum.

Secundo notandum, quòd caput purgia, vulneribus præcedentibus, valent in dolore capitis, si materia ibidem contineatur, et ratione antecedentis, et ratione coniunctę. Sed si materia contineatur alibi, valet ratione coniunctæ. Tertio intelligendum propter dictum Auic. et Gerardi supra Viaticum dicentium, quòd dolor est morbus, & causa morbi, & accidens morbi. Mouentur aliqui ad credẽdum, quòd dolor sit morbus per se, licet supra Viaticum, et alibi multa dixerim de ista materia, tamen breuiter aliqua dicã. Notandum quòd secundum intentionem Aly. 6. theoricæ lib. regum, & substantia rerum naturalis, quantum est de præsenti, consistit in tribus, in temperamẽto humorum, & coęqualitate membrorum, et in perfectione actionis. Et sicut sunt ista tria secundum naturã, ita sunt alia tria præter naturam, scilicet morbus, causa morbi, & accidens morbi: ita quòd causa morbi consistit in distemperantia humorum, & morbus in distemperantia coęqualitatis membrorum, &

Virũ dolor sit morbus vel accidẽs.

accidens in inæqualitate actionis. Nunc autem secundùm doctrinam Auic. 6. de natural. illa vis animæ, quæ per se, & immediatè ordinata est ad aliquã actionem, nunquã per se ordinatur ad aliã, vnde virtus visiua nunquã fit auditiua, nunc autem per se, & propriè temperamentum humoris non est temperamentũ membri, nec actionis, nec cõuersio. Aliud est igitur, quod debetur actioni, & aliud cõpositioni, & aliud causæ: nunc autem dolor attribuitur per se, & propriè actioni, nullo igitur modo propriè, & per se compositioni nec causæ. Sed quia morbus est qualitas mẽbri seu cõpositionis, ideo nullo modo dolor propriè, & per se poterit esse morbus. Sed cum dolor sit in actione, & omne quod est in actione est accidens, ideo propriè loquendo dolor semper erit accidens, & si sit causa vel morbus, hoc erit per accidens. Quòd autem dolor sit in actione hoc patet, quoniã dolor est sensus læsionis actionis. Cum enim lædituractio, & virtus tactiua apprehendit hoc, talis cõprehensio, & talis sensus appellatur dolor. Et ideo dicebat Gal. in de morbo, dolor est mutatio cum corruptela: & Auic. dolor est sensus rei contrariæ. Cũ igitur dolor sequatur qualitatem lædentẽ actionem, sicut est mala cõplexio diuersa, aut solutio continuitatis, ideo cõsequitur accidens. Ideo dico, quòd propriè per se dolor est accidens: & quia disputauimus istam materiã supra Viaticum, ideo derelinquo.

Sensibilia multiplicia. Quarto notandum, ꝙ aliqua sunt sensibilia, id est, sensum efficientia, sicut color in pariete: & aliqua sunt sensibilia, id est, sensum informantia, sicut idolũ coloris parietis multiplicatũ vsq; ad oculũ. Vel sic, quædam sunt sensibilia, primo immediatè, & per se, sicut qualitates primæ & secundæ, & quædã sunt sicut effectus illarum qualitatũ. Et tunc si dubitaret aliquis, quomodo dolor est sensibilis: Dico ꝙ

Dolor quo modo sensibilis. non est sensibilis, sicut efficiẽs sensum, sed sicut informans sensum. Vel dico quòd dolor non est sensibilis, sicut causa prima, sed sicut effectus causæ primæ. Et ita dolor non est sensibile cõmune, quia non est quãtitas, nec numerus, nec figura, nec motus, nec quies. Nec est sensibile propriũ, quia non est color, nec odor, nec sapor, nec sonitus, nec aliqua de qualitatibus tangibilibus, nec primariis, nec secundariis. Est igitur effectus derelictus, tam ex primis, quàm ex secundis qualitatibus tangibilibus. Relinquitur igitur, ꝙ

dolor

dolor est sensibilis, sicut sensum informans, aut sicut effectus qualitatum. Et ideo posset aliquis dubitare, quomodo apprehendetur solutio continuitatis à sensu tactus, postquam solutio continuitatis non est de obiectis sensus tactus, nec de primis qualitatibus, nec de secũdis, nec sequitur in aliquo proprietates eius. Dico quòd Auic. respondet 6. de natural. lib. 2. ca. 3. Virtus enim tactiua non solum apprehendit quod corrumpit de complexione, sed quod corrumpit de compositione. Sed quia dolor, solutio continuitatis, flagellum, & similia, corrumpũt compositionem, ideo virtus tactiua illud apprehendit, & ita est dolor: omnis enim dispositio contraria corpori humano quandiu est passio, & motus, & fieri, tandiu sentitur: sed postquam cessat passio, & alteratio sensus, & motus, & ibi est quies, & victum est naturale, & factum simile transmutanti; iam nõ est dolor, quia non est ibi motus, nec fieri, nec passio, & ideo hecticus non dolet. Possem igitur dicere, quòd conquassatio & constrictio, & similia sunt de obiectis sensus tactus. Quinto aduertendum, quòd in quolibet sensu possunt esse dolores & deliciæ: quoniam duplex est dolor, animalis, & materialis: nunc autem dolor animalis posset esse in quolibet sensu, & deliciæ similiter secundum quòd obiectum est proportionale, vel improportionale. Cùm enim anima apprehendit obiectum proportionale, delectatur, sicut est color viridis in oculo: Cum verò obiectum est improportionale, tristatur, sicut cum color albus, sicut niuis, visui se repræsentat: & ita de sono terribili, aut suaui per comparationem ad aurem, & ita de obiectis aliorum sensuũ proportionatis, aut non proportionatis: quoniam anima delectatur in obiecto proportionato, & tristatur in contrario: & ita dolor animalis est in quolibet sensu. Si autem nos loquamur de dolore materiali, seu corporali, sic propriè loquendo, non dolet nisi sensus tactus, cum dolor materialis non sequatur harmoniã, & proportionem aliorum sensuũ: tamen quia sensus tactus cõcomitatur omnes sensus, ideo omnes possunt dolere sensu materiali: nõ quia visus vel auditus, sed quia est ibi sensus tactus: posset enim tantum esse tonitruum, quòd aër commotus cõmoueret aërem conquietum infra aurem, ita quòd sensus tactus comprehenderet illam nimiam agitationem, & ita esset

Dolor duplex.

ibi dolor tactiuus,& etiam dolor animalis, propter impro portionem obiecti, ita quòd anima triſtatur propter harmoniam ſoni corruptam,quæ auditui debetur. Sexto poſſet aliquis dubitare,vtrum in dolore capitis cum rheumate competat phlebotomia. Dicendum breuiter,ꝙ rheuma aut eſt de materia cal.aut frigida. Si de frigida, non cõpetit,quãtum eſt ex hoc. Si de cal.aut fluit ad exteriora,aut ad interiora. Si materia rheumatica fluat ad exteriora,nõ competit phlebotomia, quia tunc traheretur ad interius, & hoc eſſet valde malũ. Si fluat ad interiora,tunc aliquãdo ratione concomitantiũ,vt ſi eſſet pleureſis,tũc bene poſſit cõpetere,& etiam in principio,propter timorẽ magnitudinis apoſtematũ,& ita in dolore capitis cum rheumate materia currente ad interiora, & ꝙ corpus ſit plethoricum,& corpus cal.bene poteſt cõpetere phlebotomia,& licet reddatur humor curſibilis,maius tamen nocumentũ euitatur. Attamen vtile eſſet ſemper,ꝙ antecederet aliqualis materiæ ingroſſatio & euaporatio,& cerebri confortatio cũ roſis,& ſandal.cãphora,chamomilla,& ita omnia dubia erũt ſoluta. Septimo poſſet aliquis dubitare,ſi phlebotomia cõpetit in dolore capitis ex eadẽ parte,vel ex oppoſita. Vnde dicendum ꝙ confirmatio vel non confirmatio parum facit ad hoc,ſed plenitudo multa aut pauca:quoniã cum plenitudo eſt multa,tũc fiat ex parte oppoſita:ſi pauca, ex eadẽ. Plenitudo igitur & non plenitudo eſt vna de differentiis. Situs etiã loci facit ad hoc, quoniã in omnibus ægritudinibus,quæ fiunt à diaphragmate ſuperius , corpore multũ pleno,debet fieri de parte oppoſita. Si autẽ fuerit non multa plenitudo,ex eadẽ parte. In omnibus autem ægritudinibus,quę fiunt à diaphragmate inferius,vbi competit phlebotomia,ſiue fiat de brachio ſiue de ſaphenis,plenitudine multa exiſtente ſiue pauca,ſemper fit ex eadem parte propter longitudinẽ viarum, & nunquá ex oppoſita. Et elicitur iſta ſententia ex dictis Gal. in prima parti. prognoſtic. ſupra illam partẽ,Solúmq; huic ægritudini,&c. Et ex dictis Gal. in regimento ſupra illam partẽ,quando dolor ad ſpatulas. Et ex dictis Gal.13.de ingenio,c.6. Et ex dictis Gal.11. de ingenio,cap.7. Octauo poſſet aliquis dubitare,ſi balneũ etiam aromaticum,inciſiuum,vinum, & ſimilia & diſſolutiua,& aperitiua fluxum prouocantia, competant in monopagia

Vtrũ phlebotomia cõueniat in dolore capitis à rheumate.

Reuulſio ad partes lõginquas,deriuatio verò ad vicinas. Gal 5. Methodi.

Balneum.

hopagia seu dolore capitis fortissimo, galeato, malleatiuo, cum talia commoueant materiam, & fluxum augmentent. Dico quòd possunt competere in declinatione morbi, corpore mundificato propter materiam coniunctam paruam, quæ remanserat, & post corporis mundificationem, aliter non. Et ideo si materia est cal. odorentur frigida styptica, cum paucis dissolutiuis, sicut sunt rosæ, violæ siccæ, sandal. cãphora, & chamomilla. Et abintus sumantur ista electuaria, zuccarum ros. triasand. diadragantum frigidũ. Deinde purgetur materia, & fiant clysteria, fricationes extremitatum, & ligationes doloroſç in extremitatibus, & in fine fiat fomentatio in capite cum rosis, & violis siccis, & hordeo consracto, chamomilla, meliloto, & cortice papaueris bullitis, in aqua cum pauco aceto, & quòd ille qui consueuit multipliciter cooperire caput, quòd paulatinè dissuescat. Si autem materia fuerit frigida, digeratur cum odoramentis, sicut styrace, calamita, ambra, & similibus, & vtatur diaolibano, & purgetur corpus, & fiant clysteria, fricationes, ligationes, & similia, & tunc in fine fiant fomentationes cum chamomilla, meliloto, anthos, & similibus, & odoret muscum, & lignum aloës, secundum temperamentum tamen, & tunc competit vinum & similia. Alia igitur competunt in principio, & alia in declinatione. Nono intelligendũ, quòd Auic. dicit, quòd humidum non causat dolorem, nec per se, nec per accidens. Et ideo aduertendũ secundum Auic. 6. de natural. partic. 2. cap. de tactu, quòd sensus non apprehendit sensibile, nisi secundum qualitatem derelictam in sensu à sensibili: nec etiam illam apprehẽdit, nisi quandiu est ibi passio & motus & fieri, quoniam sensus est passio, aut vicinatur passioni. Et ideo quando qualitas derelicta non inducit passionem, ratione similitudinis, & paucitate contrarietatis non sentitur, sicut in hectica. Illa igitur quæ debiliter imprimunt, non sentiuntur, quia sensus tactus non apprehendit nisi excellentias sensibiliũ, & ideo sic non inducit dolorem, quia qualitas est passiua & debilis, & ideo per se non sentitur. Sed per accidens potest sentiri, quia soluit continuum: humidum autem nõ sentitur, nec per se, nec per accidens, cùm sit debilissima inter passiua: sed bene sentitur accidentaliter & per accidens, quãdo humidum est cum materia multa replente, quæ materia

An humidum dolorẽ inferat.

dissoluit continuum, ratione multitudinis, & ita humidũ est causa doloris accidentaliter, & per accidens gratia materiæ. Illa igitur quæ fortiter imprimũt, possunt per se esse causa doloris, & ita calidum & frigidum sunt per se causa doloris, quia sunt qualitates actiuæ, & fortiter imprimunt. Similiter solutio continuitatis, est per se causa doloris, cũ fortiter imprimat, & sensus tactus apprehendat suam corruptionem, si fuerit in membro organico, sicut in membro consimili. Licet igitur solutio continuitatis non fuerit de primis, nec de secundis qualitatibus, nihilominus tamen est de iis quæ corrumpunt harmoniam complexionis, & compositionis, quia sensus tactus apprehendit corruptionem compositionis, sicut complexionis, ideo sentitur sicut dictum est paulò antè. Decimo intelligendũ, quòd aromatica lædunt sanos, curant infirmos. Sanos lædunt, quia distrahũt eos à complexione naturali: sicut patet cum sanus odorat lilium aut muscum, statim grauatur, infirmus autẽ curatur, quoniam ad temperamentũ reducitur, si per contrarium fiat reductio, vt calida frigidis, & ita de aliis. Vndecimo notandum, quoniam licet fumus ab interioribus ascendat æqualiter ad superiora, non tamen æquè omnes partes cerebri æqualiter lædũtur, quia quædam sunt fortiores, & quædam debiliores, & fortia mittunt ad debilia, & ideo aliquando læditur pars anterior, & non pars posterior, & econuerso, & aliquando non: nec vna læsa aliæ lædũtur, quia temperamentum vnius non est temperamentum alterius. Et ideo nullus miretur, si vertigo causatur propter fumos ad caput ascendentes, & tamen non generabitur lethargia, & ita de aliis. Duodecimo notandum, quòd substantia cranei non sentit de se, quia ossuosa, sed sentit ratione panniculorum, & eorum quæ oriuntur ab eo, sicut est dura mater, & pia mater, & ita de allis, & substantia cerebralis sentit: & licet non habeat instrumentum vt recipiens, habet tamen vt mandans.

Cranij substantia quo modo sentiat.

De scotomia, & vertigine. CAP. XI.

Scotoma Græc. Latinè vertigo,

SCotomia & vertigo, sunt propriè passiones sensus communis. Causa immediata vertiginis, & scotomiæ est malitia cancellationis idolorum in cruce signatione nerui optici, & ideo malè redditur sensui communi, & per consequens

sequens imaginatiuæ, quia per accidens est passio visus, quia corruptio visus, per se tamen, & propriè sensus communis, & ex consequenti virtutis imaginatiuæ malè iudicãtis. Scotomia ergo, & vertigo conueniunt, & differunt. Conueniunt, quia vtrobique est corruptio visus, & malitia cancellationis idolorum, & ita mala apprehensio in sensu communi, & malum iudicium in imaginatiua. Sed differunt, quia in vertigine omnia videntur moueri in gyrum, quia materia est magis subtilis cum ventositate inclusa, in humido viscoso, quæ non habet exitum, & ideo mouetur in gyrum: & ita si talis respiciat nubes fortiter currentes, aut aquam moueri impetuosè, aut rotam velociter motam, tunc videtur sibi ratione similitudinis intrinsecæ, quòd moueatur cum illis, & ideo appodiat se partibus vicinis, aut cogitur sedere aut cadere. In scotomia non est sic, quia materia est magis grossa, et stabilis, et videtur sibi quòd videat muscas, cimices, et similia: et ideo dicitur à scotos, quod est videre, et mias quod est musca, quasi visio muscarum. Accidit autem hoc, propter humores malos corruptos, et vapores tenebrosos existentes in cerebro, et potissimè in parte anteriori, aut ascendentes à stomacho et toto corpore. Si passio est de materia existẽte in cerebro, tunc est cõtinua grauitas cerebri, et sentitur tinnitus in auribus, et malitia olfactus: et si procedit à stomacho, est cũ grauitate stomachi, nausea, et abominatione et interpolatione. Et si vapor est ex sanguine corrupto, apparent corpora rubea: et si ex cholera, apparẽt citrina, et videtur sibi in somno quòd volẽt: et si phlegma, apparent corpora alba, et videtur sibi quòd sit in aquis: et si melancholia, apparẽt corpora nigra, et videtur sibi quòd transeat per loca angusta. Isti enim sunt consanguinei, et amici epilepti corum: quare si multiplicent malum regimen, in illud cadent, diligentissimè igitur aduertendum. Quæcunq; igitur fuerit causa, et corpus fuerit plenũ, fiat phlebotomia, quia timendum est de corruptione humorũ: deinde purgetur & mundificetur, secundum exigentiã humoris, quia vtplurimũ accidit de materia phlegmatica, ideo purgetur frequẽter cũ hierapicra. Omnis igitur vertiginosus, vitet imaginationes omniũ rerũ velociter se mouẽtiũ, sicut sunt rotæ magnæ, & ea quæ mouentur cum impetu, & nubes quæ vi-

pro eodem affectu sumuntur. Gal. lib. 3. loc. affec. c. 8. quanquã 4. com. actorũ distingui videntur.

Falsa etymol. nã scotoma à eo ſiu deducitur.

Signa.

Prognostica.

Cura.

dent

dẽtur volare.& omnia similia.Et vitet quòd cũ erit in cacu minibus altissimorũ montiũ, aut turriũ,aut pontiũ,aut naiuium,quòd non respiciat inferius,nec imaginetur,nec intueatur locum profundum, & si est coactus,quòd transeat subclusis palpebris,& cum imaginatione ad superiora. Et si fuerit ex causis primitiuis,sicut est casus, percussio,ventus validus,rotatus in gyrum,sicut faciunt pueri, quòd sit in silentio,& loco obscuro,& quòd dormiat. Et si est propter famem stomachi,& fiunt per inanitionem,quòd accipiat buccellam panis intinctã in succo citoniorũ,aut fructuum stypticorũ. Et si fuerit ex stomachi vitio materiali, quòd purgetur stomachus secundum exigentiam humoris peccãtis,& quòd vomitus iniungatur.Et si fuerit ex cerebro,quòd purgetur,secundum quod dictum est secundũ exigentiam hum.& quòd fiant clysteria,cum centaurea,& pulpa colocynth.& fiãt gargarismata,& caputpurgia, deinde ventosæ in capite & collo,cauteria,& setones.Et in hora paroxysmi,quòd fiant fricationes extremitatũ doloro sę.Purgationes autẽ humorũ dictę sunt in capitulo de dolore capitis,ad quẽ locum frequentissimè remittemus,nisi quòd si materia videtur corrupta, quòd addatur in omnibus fumus terræ, & potissimè cum peccat cholera , siue in digerendo, siue in euacuando. Intelligendum secundum doctrinam Auic.6.de naturalib.& sicut declarauimus 4.de morbo,ad hoc vt cõtingat rectè videre,oportet quòd idolum rei visibilis cãcelletur in cruce signatione nerui optici, aliter contingeret quòd vnum videretur duo , & tunc corpus optimum decipitur, & male iudicat, verbi gratia, ponatur ϕ quadratũ velociter moueatur,iudicabitur figura circularis:& si gutta aquæ quę cadat velociter,iudicabitur linea recta:igitur corpus optimũ decipitur,& male iudicat. Quid erit de corpore corrupto, vbi erit mala complexio in capite,& stomacho,& aliis partibus,& mala materia & malum regimen? certè multis modis poterit iudicium corrumpi,cum anima sequatur corpus in suis passionibus. Ad boniratem igitur iudicij multum facit temperamentum complexionis & humorum : homo igitur corruptus,sicut corpus habet corruptum,ita frequentissimè habet iudicium corruptum. Quare eligendus est magis doctus, bonæ complexionis & habitudinis, & medicus operans,

Clarificatio.

rans,& iudex & socius,& omne quo indigemus : quoniam si corpus temperatum corrumpitur in iudicio,quid erit de distemperato? Non est igitur aliquid,vt videtur, quod ita faciat ad bonitatem speculationis diuinorum,& humanorum,sicut bonitas regiminis & morum.

De lethargia. *Rubr.* XII.

LEthargia,est apostema in parte posteriori cerebri subtus craneum. Causa huius passionis, est omne illud quod multiplicat chymum phlegmaticum,& replet caput vaporibus,sicut sunt allia,cæpæ,porri, vinũ forte,crapula, ebrietas,& multa comestio fructuum,piscium,offarum,lactis,& carnium porcinarum recentium, quies & otium,& repletio nauseatiua,& similia. Cum igitur vapores ascendunt ad cerebrum versus partem posteriorem, tũc causant apostema subtus craneum in foraminibus & viis, & rarò in panniculis & substantia medullari: possibile tamen est, & tunc est deterius, & appellatur nomine sui accidentis: quoniam lethargia dicitur à lethes, quod obliuio interpretatur:& ita lethargia inquantum dicit obliuionem, nõ est morbus, sed accidens morbi,& si veniat apostema,tũc est morbus. Causatur vt plurimum ex phlegmate,& aliquando causatur ex melancholia.Et est intelligendum, quòd sicut apostemata simplicia causantur in cerebro,ita & composita,sicut sunt cholera & phlegma, ita quòd aliquando apparent signa phlegmatis in plus,aliquando choleræ,aliquando æqualiter,& ita accidentia apparent diuersa. Lethargiam autem semper concomitatur feb.lenta, & dolor modicus,obliuio & permixtio rationis.Et si fuerit de phlegmate,est cum oscitatione multa à principio & multitudine spuri,& profundatur in somno,& stat oculis clausis, & ore,& si aperiat,obliuiscetur claudere os, similiter obliuiscitur aliquando assellare & mingere, & egestio est humida,& vrina & sicut subiugalium,& pulsus & anhelitus sunt parui, stricti, & occulti, & inæquales : tamen si alta voce clamentur, & proprio nomine appellentur, respondent & loquuntur:& si dimittantur,statim reuertuntur ad somnũ, quoniam non est somnus propriè, sed stupor & grauitas. Si autem fuerit materia melancholica,est cum rixa & motu,& tenet oculos apertos,& habet intuitum fixum. Et si apostemata fuerint composita, & dominatur phlegma,tũc mul

Lethargus Græcè vetternus Latinè à vehementi frigore fit,obliuionem & somnum in expugnabilem indecens.

Causa.

Signa.

multiplicatur somnus grauis, & taciturnitas, & pigritia motus. Et si cholera dominetur, multiplicantur vigiliæ, motus & alienationes: & si æqualiter, æqualiter. Sudor frigidus in capite mortem significat. Et si sanguisusa fronti applicetur & non adhæreat, mortem significat. Si autem nullum istorum affuerit, & accidentia continuè incipiunt mitigari, & virtus fortificari, signum est curationis. In primis fiat phlebotomia, nisi res grandis impediat, deinde frictiones fortes extremitatum, deinde clysteria acuata & multa cum hierapic. & mirabiliter iuuant, deinde prouocetur vomitus cum penna, deinde inungatur caput cum oleo ro. & aceto, & pòst fiant gargarismata & caputpurgia, & post duos dies inungatur caput cum castoreo & aceto scill. Et si aliquo modo posset esse compos sui ipsius, digeratur materia per hunc modũ, R. vtriusq; saluiæ, vtriusquæ menthæ, vtriusque rutæ, vtriusque calamenti, betonicæ, ana ʒ.ß. anisi, maratri, cymini, seminis rutæ, ana ʒ.ß. fiat syrupus. Et si febris esset multum fortis, detur syrupus in parua quãtitate, cũ aqua decoctionis capil. vener. & bruscì & asparagi. Et purgetur cũ hierapic. R. hierapic. ʒ.ß. pulpæ coloc. bdellij an ϑ.ß. misceantur & fiant pilulę. Vel sic, Recipe aloës ʒ.ʒ. pulpæ colocynth. ϑ 2. bdellij, anisi, cinamomi, mastic. zinziberis ana ϑ.1. foliorum absinthij, foliorum menthæ ana ϑ. ß. conficiantur cum oxymelle scill. & fiant pilulæ, & dentur ʒ.2. vel ʒ. iuxta conuenientiam particularium. Corpore autem mundificato, & materia distracta, & vniuersalibus omnibus præcedentibus, sicut decet, inungatur caput, aut emplastretur cum calidis resolutiuis, cuius materialia sunt ista, Castoreum, myrrha, piper, pyrethrum, euphorbium, sinapis, sulphur, asfodeli, stercus columbinum, gummi, rutę agrestis, origanum, calamentũ, ruta, mẽtastrum, laureola, pix naualis, & similia. Ex istis enim possunt fieri olea, aut emplastra, aut fomentationes, aut fumigationes, aut sternutationes. Ventosæ etiam valent sine scarificatione, vbi sanguis videtur abundare, ponatur in loco luminoso pleno picturis. Et si etiam multum profundatur in somno graui, sicut ego vidi multos, tũc tractantur pili barbæ, & pectoris, & trahantur nares, & stringãtur digiti conduplicati strictura vehementi & ligatura fortissima extremitatum, & fricationes fortissimæ cum sale & acet

Prognostica.

Cura.

Simplicia resoluentia, quæ post corporis mũdificationẽ administrari solent.

& aceto, in extremitatibus, sine omni misericordia, & habeantur sues cum porcellis coram facie eius, & cogantur clamare formiter, & tubæ sint ibi, campanæ magnæ, tympanũ, & ferra magna quę quotidie percutiantur cum martello, & vasa ænea terribiles sonitus emittentia, & clamores fortissimi, aliter dormiendo moriuntur. Et quia cibum non accipiunt, & multi moriuntur propter assistentes, credentes quòd hęc sit impietas & malitia, & non permittunt talia fieri, sed periculo prognosticato non permittat, quia multos cum tali violentia vidi euadere, & frequenter accusaui assistentes de homicidio, quia non permittebãt me operari, & ipsi non dimittebant me operari propter ignominiam, & multi cum his & aliis curabantur, & multi etiã moriebantur, & potissimè illi in quibus non poteramus operari, propter importunitatem assistentium: & fuit mortuus magister noster ex lethargia, & erat 40. annorum, cho lericus adustus, & erat in turba magistrorũ, & omnes conuenerunt quòd aperirentur hæmorrhoides, & chirurgicus solus nullo magistro præsente aperuit, & extraxit, vt dixerunt, in nimia quantitate, intantum quòd semper processit debilitando, & sic mortuus est: & opinor quòd multum nocuit ei, quia gallinis tritis multum replebatur à mulieribus: quia ibi vix potest aliquis bene diætari, vbi mulieres habent potestatem. Cibi igitur sint subtiles, & facilis digestionis. Si autem ille obliuiscatur mingere & assellare, fricetur pecten, vesica & venter, & embrocentur cum aqua hordei, chamomillæ, meliloti, & anthos. Et fiant suppositoria acria. Si autem materia est composita, componantur medicamina, & addantur frigida, si cho lera excedit: & calida, si phlegma. Et si melancholia peccet, ponantur ea quæ habent aspectum ad melancholiam. Intelligendum, quòd cum complexio cerebri est temperata, tunc omnes cerebri operationes sunt meliores, & spiritus clari & mundi, & ideo corpus temperatum, quo ad actiones animales, non inuenitur donec in fine iuuentutis, secundum Auicenn. Si autem esset modicus lapsus in altera qualitate vnde faceret ad forficationem alicuius operationis, & ideo mollities facit ad meliorem apprehensionem, & siccitas ad meliorem retentionem, iuxta illud dictũ Galeni, Facilitas verò discẽdi est mollis, & memoria

Historia.

Clarificatio.

perm

permanentis. Si autē esset magnus lapsus, tūc omnes operationes lędūtur, & potissimè si esset lapsus in frigido & humido: quoniá frigidū immobilitat spiritū, & humidū suffocat calorē naturalē. Et ideo dicebat Gal. in de interioribus, ꝙ frigidū est in cōfusione animę in primo gradu, & humidum in secundo. Et quia in lethargia, phlegma dominatur in parte posteriori, vbi est memoria, ideo corrumpitur memoria. Non est igitur mirabile, si in senibus memoria corrumpatur propter frigidum naturale, quod dominatur, & humidum accidentale, nisi per accidens habeant bonā memoriam. Et ideo aduertendum, quòd tria sunt genera hominum, quæ per accidens bene memorantur, pueri, religiosi, & senes. Pueri enim bene memorātur, propter fortē imaginatiuam, & fortem appræhensiuam: omnes enim formæ sunt eis nouæ, & ideo fortissimè apprehendunt eas. Quare fortissimè memorantur, iuxta illud,

Quibus vir tus memorativa plurimum valeat.

Quod noua testa capit, inueterata sapit.

Religiosi enim bene memorantur, propter quietem animæ, & dimissionem negotiorum secularium, iuxta illud, Anima sedendo, & quiescendo fit prudēs. & iuxta illud, Qui bonus est in studio, prauus est in foro. Senes autem bene memorantur per accidens. Primo quia fortiter imaginantur, & fortiter appræhendunt cum imaginantur, tempore non eis sufficiente. Secundo quia sunt in quiete, cum non possint obire operationes extrinsecas, & ideo fere quasi omnes religiosi. Tertio propter siccitatem naturalem, quia saltem postquá impressum est, de difficili separatur, & ita per accidens defectus naturalis reparatur in eis, sed saltem sapiētia regnat in senibus, iuxta illud, Nemo eligat iuuenes, cum non constet ipsos prudentes, & iuxta illud, Senex fide lis prima credendi via. Secundo notandum, quòd lethargia habet causas primitiuas, sicut est aër frigidus & humidus, comestio ciborū frigidorum, & humidorum: & habet causas antecedentes, sicut est mala cōplexio frigida, & humor phlegmaticus abundans: & habet causas coniunctas, sicut est apostema phlegmaticum, in parte posteriori cerebri. Et habet signa prognostica, sicut est oscitatio & obliuio: & habet signa demonstratiua, sicut est continua oris apertio. Et habet signa mortalia, quia sanguisuga fronti applicata ei nō adhæret. Tertio intelligendum, ꝙ ad bonitatem

tem memoriæ multa concurrunt, dispositio cerebri, scilicet calida et sicca, & auditio paucorum et mirabilium, et quies animæ et corporis, et tunc anima se fortiter conuertit, et fortissimè apprehendit, et ita fortissimè memoratur, iuxta illud, Anima sedendo, et quiescendo fit prudens. Vbi igitur ista conueniunt, ibi est bona memoria, & omnia ista conueninut in pueris, quare melius memorantur, quàm senes. Quarto notandum, quòd licet phlebotomia infrigidet in lethargia, tamen bene potest competere, primo ratione plenitudinis, secundo ratione apostematis, tertio ratione febris, nisi aliud magnum particulare impediret. Quinto aduertendum, ꝙ in lethargia est vrina velut subiugalium, quia materia est phlegmatica: sed in phreneſi est tenuis et remissa, quia cholera ascendit ad superiora. Sexto intelligendum, quòd memoriæ aliquando amittitur propter nimiam humiditatem, cuius signum, quia male memorãtur de præteritis & remotis, sed bene de præsentibus, & momentaneis. Si autem amittatur propter nimiam siccitatẽ, male recordantur de præsentibus & momentaneis, & bene de remotis. Et quando est de siccitate, non competit cõfectio anacardina, sicut dicetur in cap. seq.

De corruptione memoriæ. CAP. XIII.

DE istis duabus passionibus dictum est in capitulo immediatè dicto, & ideo transire volo vt leuius potero, & primo recapitulando de corruptione memoriæ. Corruptio memoriæ est passio partis posterioris cerebri. Causa huius passionis vtplurimum venit propter malam complexionem frigidam & humidam, & propter apostema frigidum & humidum: tamen aliquando venit propter malam complexionem siccam, & propter malam complexionẽ calidam & siccam. Obliuio igitur & corruptio memoriæ aduenit aliquando in latitudine sanitatis, & assimilatur stoliditati. Si igitur corrumpatur memoria, et aduenat obliuio propter apostemata, non est hoc mirabile, sicut dictum est capitulo de lethargia: sed hîc agitur de corruptione memoriç, vbi causæ nõ sunt ita fortes. Si autem causa sit mala complexio sicca, tunc est cum vigiliis, et nõ memoratur de præsentibus momentaneis, quia de difficili fit impressio in sicco, tamen recordatur de præteritis remotis, quia de difficili fit separatio à sicco. Si autem sit de humiditate,

Causa.

Signa.

tunc est cum somno graui & profundo, & bene memoratur de præsentibus momentaneis, quia de facili fit impressio in humido: de præteritis autem remotis nõ fit recordatio, quia de facili amittitur impressio facta in re humida. Si autem venerit propter malam complexionem siccam, tunc competunt ea quæ humectant, sicut est otium, somnus, & cibaria humectantia, sicut sunt vitella ouorum, et brodia carnium, & inungere caput cum decoctione maluæ, bismaluæ, hordei, chamomillæ, meliloti, anthos, lilij. Et ita quòd ex compositione resultent ea vergentia ad temperamentũ, vt trahatur humiditas ad caput: quare competunt exercitia, & fricationes in parte posteriori capitis, & ventosæ, & electuaria resumptiua, & similia. Si autem causa fuerit frigida, & humida, quia frequentius aduenit, oportet diligentius pertractare. Aër sit mundus, & domus clara luminosa, & aër sit calidus, siccus, & si non potest haberi per naturã, fiat per artificium, sternendo in domo origanum, calamentum & similia. Vitet flatum omnium ventorũ, & potissimè vitet ventum meridionalem, & borealem: postquam meridionalis præcesserit, vitet quantum erit possibile ablutionem, fomentationem, & balneum aquæ calidæ, & frigidæ: vitet somnum superfluum, & potissimè de die, & post repletionem: vitet etiam vigilias superfluas, quia virtutẽ abiiciunt. Vitet etiam quantum est possibile, offas & brodia, & iusculà, et carnes porcinas recentes, & omnes pisces, & vtatur assis quantum erit possibile. Deinde ad materialia veniamus. Digeratur igitur materia & purgetur, sed paulatinè, semper ascendendo ad fortiora. In primis igitur digeratur materia per hunc modum, R. acori, cyperi, ireos, aristol. vtriusque calamenti, vtriusq; nasturtij, vtriusq; saluiæ, vtriusq; centaureæ, ana ʒ.ij. anisi, maratri, ameos, siseleos. ana ʒ.j. mellis lib. j. aceti albi ʒ.ij. fiat syrupus. Materia digesta, purgetur sic, R. hieræpicrę ʒ.vj. pulpæ colocynt. bdellij, ana grana vij. misceantur. Deinde fiat stupha, & in stupha ponantur ea quæ in syrupo, & exeunti à stupha offeratur qualibet vice aureæ alexandrinæ, & theriacæ ana ℈. j. Deinde fiant caput purgia, fomentationes, & alia sicut dicetur. Si autem ex his non fuerit perfectè curatus, iterum per paucos dies incipiamus digerere per hũc modum, cum isto electuario. R. trium generum piperis ana ʒ.ij. acori, cyperi,

Curatio.

Aer qualis esse debeat.

Purgatio.

peri,ana ʒ j.myrrhæ ʒ.ß.croci ʒ.ij.panis zucca. quantũ sufficit, & fiat electuarium. Deinde purgetur sic.R.hierælogodion ʒ.ij.theodoricon anacardinum,ʒ.ß.misceantur,& fiãt pilulæ. Deinde fiant caputpurgia, & alia,sicut dictum est. Si autem ex his non curetur, post modicum iterum digeratur materia per hunc modum,R.radicem acori, cyperi, spicæ nardi,piperis,anisi,cymini,pipetis longi, cinamomi optimi,nucis muscat.garyophil.cardamomi, ana ʒ.ij.pulueris serpylli ana ʒ.j fiat puluis, & ponatur in sacculo de aluta,& vtatur isto puluere mane,& sero cum brodio cicerum vsque ad cochlear vnum. Deinde euacuetur sic.R.hierælogodion ʒ.iij.theodoricon anacardinum ʒ.ß.misceantur, & fiant pilulæ.Istæ tamen medicinæ possunt addi, & diminui iuxta conuenientiam particulariũ. Deinde fiant caputpurgia,& stuphæ,et alia, sicut oportet. Intelligendum, ℘ cum ægritudo est chronica,& nõ est obediens digestioni, & indigemus euacuationibus,tunc modus operandi mutandus est, vt visum est ascendendo à debilibus ad fortiora, post hoc autem vtatur caputpurgiis,et masticatoriis : masticet igitur zinzib.aut pyrethrum, vt aquositas multa à capite defluat,deinde proiiciatur per nares succus maioranæ,aut sambuci,aut decoctio pyrethri in vino.Deinde vtatur sternutatoriis cum condiso,pipere & castoreo.Deinde fomentetur caput cum decoctione aquæ chamomillæ,anthos,florum vtriusque stœchados,& centaureæ, postea inungatur cum oleo de lilio & castoreo,deinde odoret ambram, styracem,calamintham, lignum aloës. Post hoc autem vtatur confectione anacardina, quæ super omnia facit ad bonitatem memoriæ,cuius receptio talis est.R.piperis,macropiperis,myrobal.chebulorum,emblicorum,belliricorũ omnium,ana ʒ.ij.costi,anacardi,saccari,boragi. baccarum lauri,ana ʒ.vj.cyperi,ʒ.iij.tere anacardos per se,& deinde medicinas alias,& confice cum butyro vaccino,& melle æquali quantitate, bulliant prius, & detur post sex menses suæ confectionis.Dosis ʒ.ij.cum aqua fœniculi,& apij,& caueat à labore nimio,& vino nimio.

Sternutatorium.

Confectio. Anacardina descriptio.

De lethargia non vera. CAP. XIIII.

LEthargia non vera,est apostema compositum ex cholera & phlegmate, per viam vicinitatis in parte posteriori cerebri.Huius passionis causa,est crapula,& multitu- *Causa.*

do ciborum,et potuum diuersorum calidorum, & frigidorum in eadem mensa,quæ natura non potest digerere perfectè,& ideo apostemata,& febres generantur. Signa huius passionis sunt,quando dominatur phlegma,tunc apparent signa eius,sicut est taciturnitas,stupor,somnus profundus,& apparet quasi si esset mortuus, & oculi sunt clausi. Quando autem dominatur cholera,tunc mouetur & loquitur,alienat,& tenet oculos apertos,et habet intuitum fixũ. Et secundũ quòd humor dominatur vnus alteri aut æqualiter,ita dominantur signa istius,vel illius,vel æqualiter.

Signa.

Lethargia igitur nõ vera,habet conuenientiam cum vera:quoniam vtrobiq; est apostema in parte posteriori cerebri,et cum hoc feb.& obliuio,& corruptio memorię,& desipientia. Sed differunt,quoniam in lethargia vera est semper apostema de materia frigida et simplici, et tenet semper oculos clausos nisi per accidẽs:quoniã cum excitatur, tenet apertos,obliuiscitur claudere.In non vera,semper est materia composita,& ex cõtrariis tenet oculos apertos,& color faciei mutatur modo ad liuorem,modo ad citrinitatem.Pulsus autẽ magis est velox, quàm in lethargia vera. Et differt à suffocatione matricis,quia hic est possibile, q̃ respõdeat,& loquatur,in suffocatione non,licet intelligat, sed respondere non potest. Et differunt ab apoplexia & epilepsia,quia ista veniũt subito,sed lethargia paulatinè. Differunt etiam à syncopi cordis, quia in syncopi facies est similis faciei mortuorum, in lethargia autem faciei sanorum.Et sunt quædã alia signa communia,sicut sunt inordinatio sermonis,difficultas trãsglutionis,anhelitus &vrinę.

Differentia lethargię veræ à non vera.

Quomodo discernenda apoplexia, syncopis, & epilepsia à lethargię.

Prognostic.

Omnis feb.et omne apostema, & omnis compositio facta ex directè contrariis,est pessima:quia multitudo materiæ,& pessimitas eius,significantur quòd natura non potest regere propter contrarietatem,sicut hic, & in hemitritæis.

Curatio.

Diæta & omnia medicamina debẽt esse composita, sicut materia est cõposita : & si appareat dominium vnius super alterum,quòd tunc apponantur medicamina pro vno:& si æqualiter,æqualiter:& si febris esset fortis, quod apponantur magis frigida, ratione feb. In primis igitur fiant clysteria composita vt dictũ est, deinde inungatur caput cum oleo rosa.& aceto scill.deinde fiat phlebotom a, postea digeratur materia cum oxysacca,& syr.viol.& oxymel.diure.

& pur

& purgetur cum hierapi. & electuario de succo ros. deinde fiant fomentationes compositę ex rosis & viol. & nenuphare, chamomilla, meliloto, & breuiter fiant omnia quæ dicta sunt in lethargia vera, nisi quòd medicamina omnia, cibaria & remedia componantur secundum compositionem materiæ. Intelligendum, quòd vnus istorum non temperat alterum, sed cum vtrunque corrumpat, & lædat naturam et debilitet, ideo magis vnum corrumpit alterũ, & ideo passio est peior. Et iuxta hoc sciendum, quòd quędam est commixtio humorum per viam mixtionis, sicut in chol. citrina, & in humo. adustis. Et commixtio talis, quantum est de se, non facit diuersa symptomata. Est enim alia mixtio per viam vicinitatis, sicut est phlegma & cholera, & ita de aliis. Et hæc commixtio per viam vicinitatis, facit diuersa symptomata: quoniam ex istis commixtis non resultat forma, imò differunt in formis propriis & sitibus, & in motibus, & actionibus. Quia igitur sunt diuersa, licet vicina, diuersa symptomata possunt inducere, vnum alterum non corrumpendo. Secundo intelligendum, quòd licet materia frigida non sit apta ad repercutiendum de se, nihilominus à principio possunt apponi repercussiua ratione apostematis, & ratione febr. & potissimè in lethargia non vera, vbi melius possunt competere repercussiua, & phlebotomia, quàm in lethargia vera.

Clarificatio.

Repellētia cur in principio admouenda.

De congelatione. CAPVT XV.

Catalepsis Galeno.

COngelatio est passio posterioris partis cerebri, propter quam homo amittit sensum, & motũ in toto corpore. Ista passio prouenit ex oppilatione partis posterioris cerebri, facta ex mala complexione frigida, & sicca vel ex humore melancholico, frigido & sicco, grosso: & ideo ista conueniunt istis, qui comedunt fructus infrigidatos in niue, aut potãt aquam frigidam, aut similia multùm frigida, quare fit oppilatio, & spirituum ingrossatio, & non potest spiritus ad membra subiecta penetrare, et ita carent sensu & motu. Signum huius est, quando stat oculis apertis, & remanet configuratus secundum dispositionem in qua inuenit eum: quoniam si inuenerit ipsum stãtem, stabit totus erectus: & si scribat, stabit sicut scribens: et si dormiat, stabit sicut dormiens: & si respiciat cœlum, stabit in eadem dispositione. Et ita de aliis omnibus corporis configura-

Causa.

Signa.

tionibus, quoniam rectè in omnibus dispositionibus, dimittit eum in quibus inuenit eum. Artamen stat sicut rigidus & spasmatus: & si tangatur, non sentit: & si vocetur, nō respondet. Et ideo vulgares quando vident talem, credunt eum esse raptum, & quòd loquatur cum Deo & Angelis eius. Sed tamen cœlum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Nisi calefiant & humectentur, sicut congelati in niue, moriuntur. Primum consilium est, quòd fiant clysteria fortia, vbi sit fumus terræ, thymus, & epithymus, cuscuta, hiera Ruffi, & oleum sesaminum. Deinde fiant fricationes extremitatum fortes, & ligaturæ coxarum dolorosæ, caputpurgia, & fiant fomētationes circa caput cum anthos, boraginibus, fumoterræ, chamomilla, & anetho. Et inungatur caput cum oleo de lilio, & oleo sesamino. Et si est compos sui ipsius aliquo modo, digeratur materia cum syrupo de fumoterræ, & oxymel. scil. & purgetur cum hiera Ruffi, & hieralogodion. Postquam autem scimus materiā, & causam peccantem, agamus secundum exigentiam materiæ peccantis, & malæ complexionis, & particulæ patientis. Clarificatio posita fuit superius, & ponetur inferius, cùm hîc agatur multipliciter de nocumentis virtutis animatæ sensitiuæ & motiuæ. Intelligendum licet superius facta fuerit mentio, & inferius etiam fiat, quòd differentia est inter somnum innaturalem, stuporem, congelationem, & lethargiam: quia in omnibus istis corrupta est virtus tactiua & motiua, omnes isti videntur quodammodo dormire. Gal. autem tractat istam materiam in fine quarti de morbo, & supra illum Aphorism. Somnus & vigilia, &c. Intelligendum igitur, quòd congelatio, & lethargia sunt magis in parte posteriori cerebri. Somnus autem naturalis, & stupor sunt magis in parte interiori. Præterea differt lethargia à congelatione, quia lethargia fit à frigido & humido, sed congelatio quam Gal. vocat catalepsin, causatur ex frigido & sicco. Somnus autem longus innaturalis, & profundus differt à stupore, quia in somno patitur magis sensus communis: cum somnus sit propria passio sensus communis. In stupore autem patitur magis virtus tactiua, quæ in neruis est. Præterea in alio differt, quia stupor est diminutio motus & sensus, & ideo potest esse stupor in vigiliis, sed in somno est ablatio sensus, & motus, & ideo nul-

Prognostica.

Curatio.

Clarificatio.

Stupor quid.

lo

lo modo in vigiliis. Præterea differt ſtupor à congelatione, quia ſtupor eſt in virtute tactiua magis, & congelatio in motiua. Et in alio, quia in congelatione ſemper ſunt oculi aperti, ſed in ſtupore non ſic. Præterea differt lethargia à ſomno, quia in lethargia eſt febris, & apoſtema, in ſomno autem non, vterque tamen excitari poteſt, ſi alta voce vocentur, & proprio nomine appellentur. Et in hoc differunt à congelatione, quia congelatus eſt frigidus, & quaſi ſpaſmatus. Et differunt in hoc etiam ab apoplexia, & epilepſia & ſyncopi, & caſu matricis. Iſti enim omnes excitari non poſſunt, niſi pertrãſacto paroxyſmo. Alij autem licet excitati, tamen ſtatim reuertuntur ad propriam paſſionem, niſi continuè excitentur, &c.

Quantum differat ſtupor à congelatione, Lethargus à ſomno.

De ſomno profundo innæturali. CAP. XVI.

SOmnus eſt reuerſio ſpiritus animalis ad interiora, cũ priuatione ſenſus, & motus, niſi quantum eſt neceſſariũ anhelitui. Cauſa huius eſt, frigiditas partis anterioris cerebri, aut humiditas, aut vtrunque, aut fatigatio, aut diminutio caloris naturalis & ſpiritus. Intelligendũ eſt circa iſtã materiam, quòd quidam eſt ſomnus naturalis, & quidam innaturalis, & præter naturam, & quidam vicinatur naturali, & quidam vicinatur plus ad præter naturam. Somnus enim naturalis, eſt quies animalium cum intentione naturalium, propter reuocationem caloris vitalis & animalis ad interiora. Intelligendum eſt ſecundum intentionem Gal. 4. de morbo in fine particulæ, quoniam in ſomno ligatur ſenſus communis, qui eſt in parte anteriori cerebri, & ligatur ſolum ex humido ſuaui temperato, reſoluto à triplici digeſtiua, & ideo ceſſant & quieſcunt omnes operationes animales, ſenſibiles, exteriores, imaginatiua autẽ nunquam quieſcit ſecundũ intentionem Auic. in natural. ſuis, & ſecundum intentionem domini Alberti in philoſophia ſua, nec in tempore ſomni, nec in tempore vigiliarũ, quieſcit ergo virtus animalis & fortificatur naturalis, & ideo tunc fit bona digeſtio & virtutũ totius corporis corroboratio. Virtus autẽ vitalis remanet in diſpoſitione ſua, & ſecundũ pulſum & ſecundũ anhelitum. Si ergo ſomnus naturalis fiat in debita quantitate & ordine, operationes totius corporis corroborantur. Si autem ſit nimis profundus, aut prolixus, aut in tẽpore indebito, non eſt naturalis:

Hic affectus caros Gra. Sopor latin. Subet Ara, dicitur, de quo Gale. agit lib. 4. loc. affect. ca. 2. Somnus duplex.

Somnus naturalis. Somnus autem naturalis fit ex humiditate sola, omnis autem somnus alter ab isto innaturalis est. Est autem alter
Somnus innaturalis. somnus qui vicinatur naturali, vnde qui habuit febrē fortem, & insomnietatē magnam, & modo post crisim dormit somno profundo & prolixo, talis somnus vicinatur naturali, quoniam hic bonus est, sed in tempore sanitatis non esset bonus. Idem est post medicinā laxatiuam. Est autem alter somnus, qui vicinatur innaturali, vt ille qui est post
Somni innaturalis causa. labores, & exercitia & fatigationes fortes & similia. Et est alter somnus, qui est penitus innaturalis, & est causa quadruplex quantum est de præsenti. Prima causa, est frigiditas nimia interior, siue exterior, siue fuerit ex aēre seu vento, seu niue, seu ex narcoticis exterius applicatis, siue interius bibitis, sicut est opium, mandragora, iusquiamus, papauer, coriandrum recens, succus lactucæ, & similia, talis enim somnus assimilatur congelationi, & stupori. Secūda causa est humiditas, nimis oppilans, & mollificās neruos, & talis assimilatur ebrietati. Tertia causa, est frigiditas iuncta cum humiditate, & si anhelitus manet in dispositione sua, assimilatur lethargiæ, & si aggrauatur, assimilatur apoplexiæ, & epilepsiæ. In omnibus istis tribus causis, somnus est innaturalis, grauis & profundus, & talis profundatio somni appellatur subeth apud Auic. Quarta causa potest esse aggrauatio cerebri, & aliorum membrorum, sicut, ver bi gratia, casus & compressio cerebri, & stupor, & fumus resolutus à pulmone, & cibus morans multum in stomacho, & prouenit ab hepate, & matrice, quando malæ materiæ, & corruptę ascendunt ad cerebrum, & stupefaciunt illud: & potest prouenire ex nocumento spiritus debilitāte, & accidit etiam somnus grauis, & profundus in principio
Signa. paroxysmorum febrium. Quando somnus fuit naturalis, in expergefactione sentit se leuem, iocundum, & hilarem: & quando fuerit innaturalis, sentit se grauem & ponderosum. Et si fuerit frigiditas in causa, præcessit tempus multum frigidū, & est corpus quasi rigidum, spasmatum. Et si ex narcoticis, apparet odor in ore, & mutatur color ad liuiditatem. Et si est ex humiditate phlegmatica, vergit color faciei ad albedinem: & si ex sanguinea, ad ruborem. Et si cōponantur causæ & signa, similiter: & si est ab aliis membris, cognoscitur ex dolore loci: quia vbi dolor, ibi est ægri

tudo.

tudo. Si igitur venerit ex cerebro, vel ex quacunque causa alia, semper præcessit grauitas in illo membro: & si à stomacho, nausea, & ita de aliis. Nunc autem sciendum, quia aliquãdo dubitatur, si est grauis somnus & profundus, qui subeth appellatur apud Auic. aut est alia passio. Ideo intelligendum, quòd differt ab apoplexia vniuersaliter, quia in apoplexia sensus, & motus sunt ablati in toto corpore, & non potest respondere quicquã, & non potest excitari, sed iste potest excitari, & motus sunt leuiores. Si autẽ fuerit syncopis cordis, tunc facies assimilatur faciei mortuorũ: hic autẽ non, sed magis faciei sanorũ cum facie subtumida. Si autẽ fuerit suffocatio matricis, licet intelligat, respõdere non potest: hic autẽ excitatur, & respõdet, & alia quæ dicta sunt in cap. immediate præcedenti. Omnis somnus qui prouenit ex nimia inanitione, & vehementi spiritus debilitate, est pessimus inter omnes, & magis vicinatur morti. Dormire supra dorsum malũ, dormire in sole peius, dormire in radiis lunæ, & potissimè quando intrat per angustum foramen, pessimum, imò facit screare sanguinem, sicut dicit Auic. propter nimiam humiditatem. Et dicunt experti, quòd si radij lunæ intrauerint per fenestram, & tetigerint roncinum vlceratum, est causa mortis eiusdem. Omnis somnus cum grauitate in declinatione paroxysmorum febris continuæ, mortalis est: quia iuuare solentia cum non iuuent, molesta proculdubio est eorum significatio: quoniam feb. continuæ habent paroxysmum suo modo, & in fine illius accessionis deberet iuuare, & si noceat, mortale est. Omnis somnus prolixus præparat, & disponit ad lethargiam, & apoplexiam, & ita de aliis. Et ita Ouid.

Carus ab apoplexia quantum differat.

Prognostica. Hipp. prænotionum 2. lib. 2.

Stulte quid est somnus gelidæ nisi mortis imago?
Longa quiescenti tempora fata dabunt.

Si autem somnus grauis, & profundus accidat in principiis paroxysmorum febrium, qui frequenter accidit, est multum nociuus, ideo primo de ipso videamus. Ponatur patiens in loco luminoso, & fiant sibi tædia multa, fiant frictiones extremitatum, & odoret acetum, & inungatur caput cum oleo ros. & aceto aut agresta, aut vino malorum granatorum. Si autem fiat propter passiones aliorũ membrorum, curentur illa prius. Si autẽ fuerit propter narcotica, vtatur theriaca. Si autem fuerit propter malam com-

Curatio.

plexionem frigidam, vtatur mithridato, & vtatur isto electuario. R. dianthos cum muſco, pliris cum muſco, potionis muſcatæ ana ʒ.iiij. miſceantur. Item odoret muſcum, & lignum aloës. Si autem fuerit propter humiditatẽ, odoret caſtoreum, & nucem muſcatam, & ſquinantum, & fiat ex eiſdem oleum, & inungatur caput. Si autem fiat propter vtrunque, ſcilicet propter frigidum & humidum, tunc non poteſt eſſe ſine materia peccante, aut valde rarò, & tunc per ordinem fiant omnia quæ ſunt in lethargia, niſi quòd poſt vniuerſales purgationes fiant fomentationes verſus partem anteriorem, ex caſtoreo, & euphorbio, calamento & ſimilibus, & nuntientur frequenter noua triſtoſa, terribilia, doloroſa, aggrauantia. Si autem fuerit propter nimiam inanitionem & ſpirituum exhalationem, fortè non eſt via: detur igitur ſuccus gallinarum aſſatarum, & panis cum vino, & odoret aſſa & pigmentaria, & vina muſcatella, & omne genus aromatum, & velociter nutrientium, & requieſcat in pace. Si dubitaret aliquis, quòd iſtorum inducat minus nocumentum in actionibus virtutum animalium, aut frigiditas aut humiditas. Dico quòd reliquis paribus exiſtentibus, maius nocumentum venit ex frigido, cum ſit qualitas actiua & fortis: humidum autem eſt qualitas paſſiua, & de facili rectificatur ſecundum Gale. 7. de inge. Sed propter illud quod dicitur in tertio de interioribus, quòd humidum eſt in confuſione animæ in ſecundo gradu, frigidum in primo, & ita videtur nocumentum huiuſmodi maius: Dico quòd hoc eſt propter humidum, quod vt frequentius eſt cum materia, & eſt abundantius, ita per accidens magis nocet. Sed ſi ponerentur ambo æqualia, videretur quòd de natura rei magis lædat frigidum quàm humidum, & ita ſomnus profundus & ſtupor & congelatio, & ſimilia, quæ proueniunt ex frigido, ſunt peiora quàm quæ proueniunt ex humido, niſi materia, quæ vtplurimum eſt cum humido, impediat, &c.

Clarificatio.

De ſtupore. CAP. XVII.

Stuporis cauſas habet Gale. li. 3. de loc. affect. ca. 1.

STupor eſt diminutio ſenſus & motus. Cauſa huius eſt omne illud quod impedit tranſitum ſpiritus ad neruos. Intelligendum quòd aliqui appellant ablationem ſenſus & motus in toto ſtuporem, & hoc non eſt ſtupor, ſed apoplexia aut epilepſia. Aliqui appellant mollificationem

nem ſtuporem, & hoc non eſt propriè ſtupor, ſed paralyſis. Per ſtuporem igitur intelligo diminutionem ſenſus & motus in aliqua parte corporis, & ideo vulgariter appellatur dormitatio membri: ſicut cum aliquis tenuit tibiam ſupra aliã, tunc non bene ſentit, nec bene poteſt moueri, donec aliquantulum ſteterit, talis dormitatio appellatur ſtupor. Et ideo poſt capit. de ſomno, egimus de ſtupore propter quandam conuenientiam, quoniam propter diminutionem tactus videtur membrum obdormitum. Intelligendum quòd ſenſus & motus aliquando fiunt per vnũ neruũ, & aliquando per duos. Si per vnum, & ſpiritus non poſſit ſufficiẽter peruenire, tũc ſtupor & diminutio ſenſus & motus. Si autem fiat per duos, tunc ſi adueniat nocumentum neruo tactiuo, tunc bene mouetur, ſed non bene ſentit, & tunc ſtupet, & eſt diminutio ſenſus tactus. Et ſi pateretur neruus motiuus & nõ ſenſitiuus, tunc magis pertineret ad paralyſim, & ita videtur propriè quòd ſtupor non eſt, niſi patiatur ſenſus tactus, aliter nõ eſſet membrum ſtupidum ſeu obdormitum. Et quia læditur operatio membri organici, ideo Auic. appellat ſtuporem, morbum officialẽ. Cauſæ autem quæ impediunt trãſitum ſpiritus ad neruos, ſunt multæ. Prima ſcilicet paupertas caloris & ſpiritus non potentis ſe multiplicare vſq; ad neruos. Secũda cauſa poteſt eſſe nimia frigiditas exterior ſiue interior, condenſans ſpiritus & oppilans neruum, vel punctura alicuius animalis venenoſi, vel tactus cuiuſdam piſcis, qui narcõ appellatur. Tertia cauſa, eſt nimia caliditas, diſſoluens ſpiritus, ſicut ſunt febres ardentes, aut nimia mora in balneo. Quarta cauſa, eſt ſiccitas corrugans neruos, iſta cauſa eſt valde mala. Quinta cauſa, eſt humidas ſiue materia diſponẽs ad oppilationem. Sexta cauſa eſt nimia ſtrictura, compreſſio & ligatura mẽbri. Septima cauſa, oppilatio facta à quolibet humore, ſiue ſit ſanguis oppilans ratione multitudinis, ſiue phlegma ratione viſcoſitatis, ſiue melancholia ratione groſſitiei, ſiue cholera cum admixtione aliorum. Vltima cauſa durities, & groſſities nerui. Signa ſtuporis, ſũt manifeſta ex indicio patientis, & humores cognoſcũtur per propria ſigna. Hæc eſt differẽtia inter ſtuporẽ, & ſomnũ innaturalem, quoniam ſtupor eſt in vigiliis, ſomnus innaturalis non, quia tunc eſſet oppoſitum in obiecto. Iſta magis

Stupor quid.

Cauſa prohibẽtes ſpiritus trãſitum ad neruos.

Piſcis narcõs, torpedo Latinè eſt.

Signa. Stuporis, et ſomni innaturalis differentia.

completè sunt dicta in cap. de congelatione. Stupor aduenies cerebro si cõtinuauerit, apoplexiam, aut epilepsiã significat. Et si fuerit in facie, signat torturam, & si in aliis partibus, aut tremorem, aut paralysim. Stupor igitur continuatus, semper malus. In curatione reddãtur singula singulis: calida igitur curantur per frigida, & conuersò, sicca cum humidis, & purgetur humor peccans secundum exigentiam humoris. Curetur igitur stupor vniuersaliter & particulariter, sicut dictum est in cap. immediate dicto de sommo profundo & graui, aut sicut dicetur cap. de tremore: & nihil aliud specialius est hic, nisi quòd si ex sanguine, quòd fiat phlebotomia, & quòd membrum stupidum frequenter, & quasi continuè fricetur, quòd exerceat operationes suas naturales. Intelligendum, quòd stupor magis pertinet ad partem anteriorẽ, cum ab illa parte magis procedat virtus tactiua, congelatio autem ad partem posteriorem: congelati autem semper tenent oculos apertos, stupidi autem non.

Prognostica.

Cura.

De vigilia. CAP. XVIII.

VIgilia est productio spiritus animalis ad instrumenta sensuum propter operationes exercendas. Intelligendum est, quòd quædam sunt vigiliæ naturales: quędam innaturales. Vigilia naturalis nihil aliud est quàm expergefactio à somno. Somnus autem naturalis, vt dictum est, fit propter humidum suaue resolutum à triplici digestiua, & cum humiditas consumpta est, tunc fiunt vigiliæ, & tales vigiliæ dicuntur naturales. Si autem vigiliæ excedunt in quantitate, qualitate, aut ordine, tunc dicuntur innaturales, & habent proprietatem inaniendi corpus, & corrumpendi virtutem digestiuam, & generandi humores malos & corruptos, & ratione indigestionis facies subtumida efficitur. Somnus igitur & vigilia sunt res non naturales, sine quibus corpus diu durare non potest: & quando ista sunt vt oportet, sanitas conseruatur: & quando sunt sicut non oportet, tunc introducitur ægritudo. Causę vigiliarũ sunt istæ. Prima causa est, sicut sunt accidentia animæ, sicut est ira, tristitia, solicitudo, & similia. Secũda causa est fluxus vẽtris. Tertia causa est feb. & earũ molestationes. Quarta causa est dolor. Quinta causa est nimia claritas & potissimè in apparatis. Sexta causa est nimia inanitio, & fames, & priuatio

Vigiliarum causa quæ sunt.

uatio humiditatũ. Septima causa est nimia repletio, crapula & indigestio propter ascensionem fumositatũ indigestarũ aggrauãtium caput, pungentiũ & mordicantiũ. Octaua causa est nimia siccitas dominás in parte anteriori cereb. Nona causa est nimia caliditas. Decima causa est caliditas & siccitas. Vndecima est abundantia choleræ rub. in parte anteriori cerebri. Duodecima causa est humor melãcholicus ibidem abundans. Decimatertia causa, est humor phlegmaticus salsus, sicut in senibus, vnde senes vigilant, & propter accidẽtia animæ, & propter pruritum, & scabiem, quæ prouenit ex phlegmate salso. Et si aliæ sunt causæ, credo quòd ad istas possunt reduci. Accidentia animæ & fluxus, dolor & claritas, nimia inanitio & nimia repletio, cognoscuntur ex cognitione suarum causarum. Siccitas autẽ cognoscitur per capitis leuitatem, & quia nõ sentit calorem nec frigus. Caliditas descernitur per inflãmationẽ, sitim, vtrunq; per vtrunq;. In cholera autem rubea vergit facies ad citrinitatem: & in melãcholia ad liuorẽ: & in phlegmate salso est cum quadam quiete & humiditate fluente per nares &c. Vigilię in senibus, bono modo nõ sunt remediabiles. Omnes vigiliæ superfluæ, inaniunt corpus & debilitant, & indigestionem & humorũ corruptionem inducunt, cum somnum naturalem sequatur bona digestio. Et ideo dicebat Gale. super illo aphor. Ventres hyeme & vere. quãtum natura iuuetur, ex somno bonum est perpendere. Et dicit Auic. quod si vigiliæ fuerint superfluæ, & superuenit tussis, mortale est. Si vigiliæ fuerint propter accidentia animę curentur cum lætitia, & ordinentur instrumenta musica & cantilenæ, & cõtrarium eius cuius sunt accidẽtia animæ. Si fuerit ex fluxu ventris, fiat suppositorium ex opio, & ex sanguine draconis, & bolo armenico, & hypocistide. Et vtatur isto electuario, dũ tamen fluxus nõ fuerit ex oppilatione, R. diacodion, diapapaueris. an. quar. vnã, misceãtur. Si autem fuerit ex feb. curetur sicut ea quæ dicta sunt capitulo de febribus. Si autem fuerit ex dolore, mitigetur euacuãdo, anodyna apponendo, & narcotica apponẽdo, si necessarium fuerit. Et si fuerit ex nimia claritate, ponatur in loco obscuro. Et si fuerit ex nimia inanitione, dentur cibaria humida & resumptiua & nutrientia, et quies, otium, et balneum. Et si vigiliæ non fuerint nimiæ, exerceatur, et postea

Cur senes vigilant.

Signa.

Prognostica.

Aphoris. 15. lib. 1. Cura.

postea balneetur, cibetur, & postea dormiat, & vniuersaliter post balneum sit somnus, nisi malus humor impediat. Et si fuerit ex crapula, iniungatur vomitus, abstinentia & purgatio humoris, & odoret acetum & sandalos. Et si fuerit ex nimia siccitate, humectetur cum quiete, cibis & balneis. Et si ex nimia inflammatione, infrigidetur cum lactucis & morella. Et si fuerit ex cholera, digeratur & euacuetur. Idem de melancholia. Idem de phlegmate salso. Causis igitur primitiuis & antecedētibus remotis, tūc ad somnifera veniamus, paulatinè à debilibus ad fortiora ascendendo, suppositō quòd siccitas sit in causa, aut caliditas, aut vtrunq;. Tribus igitur modis aut quatuor possunt remediari. Primo quòd somnifera ponantur in naribus, & quòd patiens trahat anhelitum. Secundo quòd panni madefacti, & similia, fronti & temporibus applicentur. Tertio quòd fiant fomentationes circa caput & extremitates. Quarto quòd dentur electuaria & opiata, & emplastra ad hæc valētia. Materialia igitur ad hæc valentia sunt ista. oleū ro. acetum, albumen oui, aqua rosl. lac mulierum, oleū nenuphar. rosæ, vio. nenuphar. folia salicis, folia cannæ, folia cucurbitæ, folia vitis albæ, lactuc. portu. morellæ, semperuiua, ver micularis, cortex cucumeris, coriandrum recens, papauer, hyoscyamus, mandragora, opium, requies, rubea trochiscata, diapapauer, camphora, sandali, chamomilla, hordeū, succus mediani corticis sambuci bullitus in aqua pluuiali, cāphora, sonitus aquarū, motus foliorum arborū, conductus aquæ per domū, & suprà fricatio leuis, sonitus molæ, strepitus magnus, & lumen magnū, ad quod sequitur quies subita & tenebræ. Et si omnia deficiunt, incipiat dicere horas dominicas, & statim dormiet. Intelligendum quòd virtus imaginatiua, sicut dictū est, nunquā quiescit, nec in tēpore somni, nec in tempore vigiliarū: & ideo in tempore somni, si ascendat ad superiora, contingit syllogizare, versus facere, & similia. Et si descendat ad inferiora, contingit phātasticare, & multa somnia & phātasmata videre sine capite & cauda. Et quia facilius est descendere quàm ascendere, ideo frequentius accidunt ista quàm illa, & ideo quia est in motu continuo, nunquā quiescit, ideo ex hoc sumus secundum Auic. 6. de naturalibus, in continuo cruciatu. Et ideo sicut ventum capere non possumus, ita imaginationes

Clarificatio.

nes & cogitationes auferre non valemus: viri autem perfecti resistūt malis cogitationibus,& hoc sufficit. Nūc autem virtutes animales quiescūt in somno, potissimè exteriores, sicut est visus, auditus, olfactus, gustus, tactus. Operationes autē simplices fortificātur, sicut est appetitiua membrorū, digestiua,& expulsiua sudoris: sed illæ quę sunt cōpositę ex animali & naturali, quiescūt, sicut est appetitiua stomachi, & expulsiua egestionum & vrinæ. Secundo intelligēdum, q̄ sensus communis est proprius locus somni, qui sensus communis radicaliter & originaliter est in corde,& ita intellexit Arist. sed manifestatiuè in cerebro,& ita intellexit Gal. & si ex his possunt esse amici, placet mihi, quia plura diximus supra dicta Gale in fine 4. de morbo. Tertio notandū, quòd frequēter memoramur de somniis, quia idola ab intus sunt: & frequenter non recordamur, quia quasi ab extra sunt, cum non sint memoriæ commendata: & potissimè fit obliuio somniorū, cum repētina fit expergefactio. Et iuxta hoc aduertēdum secundū Auic. 6. de naturalibus, q̄ homines qui in vigiliis consueuerunt verum dicere, tunc tales vtplurimum habent vera somnia. Quarto notandum, quòd aliquando in somnis homines surgunt, & induunt se,& percutiunt omnes circa se: aliquando armant se,& ascendunt equum: aliquando sagittant ceruum: aliquando vadunt per loca inuia, ita quòd in tempore vigiliarum nullo modo auderent vel possent transire, & de talibus multa audiuimus quæ non oportet hîc inferere. Dormientes igitur sunt vigilantes, & faciunt opera vigiliarum, & vident lumen lucernæ languidè, audiunt vocem galli, sed languidè. Dormientes igitur sunt vigilantes. Ista autem accidūt illis qui habent complexionem cerebri calidam,& huquoniam ratione humiditatis fit fortis oppilatio: & ratione caliditatis, fortis imaginatio. Virtus ergo imaginatiua præcipit virtuti motiuæ,& illa est sibi obediēs, sed sensitiua non: quia motiuæ sunt magis in parte posteriori, & sensitiuæ magis in parte anteriori, vbi est sensus communis fortiter ligatus propter humidum: & ita virtutes sensitiuæ nō sunt obediētes imaginatiuæ, sicut motiuæ: & ideo cum satis iuerunt, reuertuntur ad locū, & in crastinum putant se somniasse tantùm. Et ideo malum est in vna aula, cum talibus sociis habitare. Fiat igitur phlebotomia, & abstin

Sensus communis.

abstinentia,& odoret acetum,camphorā, & etiam in actu illius surgendi flagella essent multum vtilia,vt à tāta imaginatione diuerterentur. Quinto notandum,quòd opium & narcotica aliqua,& potissimè opium, non deberent applicari corpori humano,nisi tria concurrant vel quatuor. Primum scilicet magna necessitas & desperatio. Secundū quòd opium sit bene frenatum cum cassia lignea & croco. Tertium,quòd apponatur in parua quantitate. Quartum etiam,quòd parum stet supra corpus. Suppositorium autem de opio inducit somnum,quia mitigat dolorem & arsuram,& solidat & constringit & somnum inducit. Aduertamus igitur ad id quod diximus de remediis vigiliarum in feb.& ad ea quæ diximus hic,& ita per Dei gratiam poterimus inducere bonum somnum.

Cautio in vsu opij.

De mania & melancholia. CAP. XIX.

Causæ.

MAnia & melācholia,sunt corruptiones animi sine febre. Humor enim melācholicus inficiens cerebrum, perturbans spiritus,& obnubilans,et animam obfuscās,est causa corruptionis mentis. Cum enim complexio cerebri, quæ naturaliter est frigida & humida,est sicut oportet, et spiritus sunt clari & luminosi, tunc accidit bona imaginatio,cogitatio & memoria, & in tempore somni & in tempore vigiliarum:sic quando prēter naturam ista sunt,accidunt corruptiones diuersæ, & in diuersis partibus: quoniam aliquando corrumpitur imaginatiua, quæ est versus partem anteriorem cerebri,et aliæ non, sicut accidit Gal. vt ipse narrat in de interioribus, qui euellebat pilos à vestimentis,& amici dixerunt quòd moriebatur, & ipse aduertens, considerauit quòd non erat salua imaginatiua,& rogauit eos quòd iuuarent eum,& euasit. Aliquando autē ratio est læsa & aliæ saluæ,sicut narrat Gal.de quodam qui existens in fenestra rogabat transeuntes vtrum vellent vasa vitrea,& ipsi illudentes extendebant manus,& ipse proiiciebat vasa,& ita fecit de quodam puero. Ecce imaginatiua non erat læsa, nec memoria, quia bene cognoscebat amicos,& vocabat proprio nomine, & ita de illo qui proiecit:sed ratio erat læsa, quia ignorabat vtrum vasa essent frangibilia vel non,& ignorabat vtrum puer esset læsibilis vel non. Aliquando læditur memoria & aliæ non,sicut fuit dictum cap. de corruptione memoriæ. Secundum igitur

Historia.

diuer

diuersitatem humorum,& secundum diuersitatem quantitatum & situs,& secundum hoc diuersę infectiones,& corruptiones animi generantur,& secundum hoc,diuersa nomina sortiuntur,sicut est alienatio mentis,corruptio, desipiẽtia,stoliditas infantilis,mania,cutubut,seu capra aquę, hypochõdriaca,seu mirachia à mitrali dicta,& ita de aliis. Ista autem passio frequẽtius aduenit cholericis extenuatis, & illis qui habẽt cor calidum & hepar calidũ, & in quibus humores adusti generãtur. In pinguibus autem & albis rarò accidit,& venit frequẽter in tempore autumnali,& vernali. Causa igitur immediata est humor melãcholicus corruptus,inficiens cerebrum. Causæ autẽ antecedentes,sunt omnia illa quæ multiplicant melancholiam, siue per se, siue per accidens, siue per viam adustionis, & corruptionis. Ista autem sunt multa,scilicet timor,& tristitia,& solicitudo, & similia. Secũda causa potest esse,omnis ille cibus qui multiplicat melancholiam,sicut sunt lentes,fabę,& alia legumina, & omnia grana minuta,panis opirus,vinum grossum turbidum,caseus antiquus,caules,extremitates & palmites arborum stypticarum, carnes bouinæ, & potissimè antiquæ & induratæ in sale,carnes leporum,cuniculorum, apri, & carnes omnium animalium syluestrium inusitatorum,& illicitorum,quæ comeduntur in quibusdã regionibus. Aut ratione malæ consuetudinis,aut ratione famis,sicut sunt vulpes,ericius,asini,muli, & similia,de quibus facit mentionem Gal.3.de interioribus. Tertia causa esse potest humor corruptus, malus,adustus, et ita aduritur sanguis et transit in naturam melancholicam, et similiter cholera siue fuerit naturalis,siue innaturalis,& ita de melãcholia quæ aduritur, et ita de phlegmate cum putrefit et corrumpitur,sicut dicit Auic.licet rarò:quia simile non inficit simile. Quarta causa potest esse corruptio digestionis in membris,et malitia mundificationis,et retẽtio superfluitatum. Materia igitur melancholica, aliquando est in cerebro, aliquando ascendit vapor melancholicus à membris inferioribus, vt à corde,à stomacho,ab hypochondriis, & myrach,& ab hepate,& splene, cũ ibi remanet humor melãcholicus,aut cum non bene mundificat hepar ab humore melancholico,& prouenit à retentione hæmorrh. & menstruorum, & aliquãdo vapor melancholicus ascendit à pe-

Causæ interna.

Panem opirum vocat quẽ Gal. 1. de aliment. ἀσύκκριτον ex farina à furfure non separata, qui lib.3.de loc.af.6.c.inter cibos melancholicos recensetur.

de,& à partibus inferioribus.Et dicit Auic. quòd aliquãdo dicitur, quòd ista passio prouenit à dæmonio. Et dicit,q̃ cum ipse doceat physicam, de hoc non se debet intromitte re:quoniam quomodocunq; vadat negotium,causa immediata semper est melancholica, à quocunq; fiat transmutatio. Signorum quædam sunt vniuersalia,quædam particularia,& quędã occulta,&quędam manifesta directa,& quędam completa. Signa autem occulta futuræ maniæ sunt, cum aliquis imaginatur aut cogitat ea,quę nõ debet cogitare,aut iudicare,aut imaginari,& cum putat bonũ, quod non est bonum,& putat honestum,quod non est,& cogitat apprehendere impossibilia aut irrationabilia, & cum malè iudicat de illis,siue fiant in tempore somni, siue in tempore vigiliarum,& cum hoc habet phãtasmata diuersa,& terribilia.Aut quia videtur sibi in somnis,quòd videat dęmones,aut monachos nigros, aut suspensos, aut mortuos, & omnia talia cõsimilia,& modo ridet,modo flet,& timet de non timendis,& ridet de non ridendis. Signa autem manifesta directa sunt,quando dicitur cum ore,quod cõcepit in corde,& secũ solus loquitur, ita quòd à principio habet stoliditatem infantilem,& profert verba fatua,quæ nõ habent caput neq; caudam, nec prosequitur verba incœpta, nec reddit rationem de eis. Signa autem completa sunt,vt quando illud corruptum fuerit,quod cõcepit, & ore protulit,prosequitur operando,& incedit aberrando,modo superius,modo inferius,sicut cutubut,de quo facit mentionem Auic.Cutubut autem est quoddam genus araneæ,quod vadit supra aquas fontiũ, et habet lõgas tibias, cũ incipit ire versus vnam partem,antequam motus sit perfectus,statim incipit alterum,& ita de secundo, & ita de omnibus,& appellatur illud animal in vulgari.capra aquę.Cũ igitur desipientia est completa,motus pedum,& manuum,& linguę, & oculorum sunt erratici, nunquam adhærentes viæ vni, & ordini vni. Signa autem generalia sunt ista,de proprietate omnium melancholicorum est habere odio istam vitam,& fugere societatem hominum,& esse in continua tristitia : & hoc est quod dicebat Gale,in fine 4.part.de morbo, non est mirum si timeant melancholici, quia causam timoris continuè secum portant: anima enim est inuoluta cum caligine tenebrosa, & quia anima sequitur corporis pas

Signa.

Cutubut quid.

Generalia indicia.

ris passiones seu complexiones, ideo timent sicut pueri, & fatui timent de tenebris, & in nocte. Audaces enim non timent in tenebris. & hoc est quod dicebat Hippoc. timor & pusillanimitas, si multũ tempus habuerint, melancholicum faciunt. Huiusmodi melancholici igitur sunt timidi, & timor longus inducit melancholiam. Cauendum est ergo à passionibus melancholicis, quia nec rectè agere potest, nec orare, nec intelligere, nec legere, nec docere. Sunt etiam alia signa communia, in diuersis tamen diuersa, de quibus facit mentionem Gal. 4. de interioribus, aliquibus videtur, quòd Deus senescat, & aliis quòd Angelus qui mouet orbem fatigetur, & fugit continuè vt cœlum nõ possit ipsum contingere. Alij timent, quòd absorbeantur: aliis videtur, quòd sint gallus, & mouent brachia loco alarũ. Alij videntur, quòd sint vasa vitrea vel argillosa, & timent ꝙ si tangerentur, frangerentur. Aliis videtur, quòd sint magistri in omni sensibili, & incipiunt legere & docere, & tamen nihil dicunt rationabile. Aliis videtur ꝙ sint prophetæ, & quòd sint inspirati à spiritu sancto, & incipiũt prophetare, & multa futura prædicere siue de statu mundi aut antichristi. Et ita de aliis mille millibus, & innumerabilibus ad quæ narrandum non sufficit præsens dies. Signa autem specialia sunt ista, si est ex sanguine, est cũ risu, & oculi sunt rubei, & venæ plenæ, & causæ multiplicantes sanguinẽ præcesserũt. *Signa specialia, quæ secundũ humorem dominantem magis & minus cognoscũtur.*

Si ex cholera, tunc vocatur propriè mania, & sunt cum saltu & furore & lupinositate, & cũ terribili aspectu, & appellatur à quibusdã dæmonium lupinum. Si ex melancholia, sunt cum tristitia, solicitudine, timore, & cum diuersis cogitationibus. Et si ex phlegmate, sunt cum somnietate. Intelligendũ, ꝙ cum cerebrum patitur ex sicco, tunc est capitis leuitas, & sitis, et vigiliæ, & paucitas superfluitatũ ex oculis et naribus: & si patiatur ex humiditate, adest capitis grauitas, somniculositas, & multitudo superfluitatũ in oculis, & naribus, & paucitas sitis. Si autem venerit ex partibus inferioribus, tunc in membro vnde venit adest pondus, dolor, aggrauatio, & signa illius præcesserunt: Et si à corde tremor, & cardiaca passio: Et si à stomacho, dolor, nausea & ventositates multæ: Et si à myrach et hypochondriis, inflationes et torsiones: Et si ab hepate, dolor in hypochondrio dextro: Et si à splene, durities & aggrauatio in parte

sinistra: Et si in partibus inferioribus, dolor est, & aggrauatio circa illas partes: Et si ex retentione hæmorrhoid. & menstruorum, hic scimus ex iudicio patiētis, & si qua sunt similia. Desipientiæ cum risu sunt minus molestæ. Si post crisim in febribus acutis veniat mania, & cum hoc alia bona signa communicentur, significat euasionem: & si mala, mortem: & tamen aliquando accidit, quòd euadit à feb. & nō moritur, & materia remanet incinerata in capite, & ita remanet maniacus. Et si vlcera veniant maniaco in facie aut in pedibus, mortem, & incurabilitatem significat. Si maniacus amittat appetitum, omnino euadere non potest, tum propter malitiā morbi, tum propter priuationem cibi; quandiu enim videbis maniacum cum toruo aspectu, non reputes ipsum curatum. Quando autem superueniunt maniæ varices, aut multitudo menstruorum, aut fluxus hęmorrhoidum, aut hydropisis, tunc curatur. Primum enim quod competit in curatione omnium maniacorum, est gaudium & lætitia: quoniam illud quod magis nocet, est solicitudo, & tristitia, & ideo domus debet esse clara, luminosa, sine picturis, & debent ibi esse multa odorifera, & omnes habitantes in ea debent esse pulchri aspectus, & omnes quos timeat, & de quibus verecundetur, si enormia egerit, aut fatua loqueretur, & ipsi debent multa promittere, & etiam multa iocalia pulcherrima præsentare debent, & ibi esse instrumenta musica, & breuiter omnia quæ lætificant animam. Attamen si prouenisset ista ægritudo ex nimio gaudio, & repentino, aut quia fuit nuntiatum quòd ipse erat in dignitate maxima subleuatus, aut aliquis amicus suus, tunc bonum esset, quòd de illo eodem tristitia induceretur. Secundo competunt in curatione omnia humectantia, cum passio sit propter siccum, & ideo cōpetit sibi somnus, quies, otium, & balnea ante cibū, & cibaria humectantia non oppilantia: competūt igitur gallinæ, capones, & caro annualis agni, vinum clarum, subtile, & pisces squamosi de aquis mundis, & oua sorbilia, panis triticeus bene coctus, & bene fermentatus, & cum tēperata quantitate salis, & breuiter omne illud quod humectat corpus, quoniá hic est magna pars curationis. Intelligendū tamen, quòd si mania veniret ex oppilatione vel ex phlegmatis corruptione, tunc ista essent mundificanda, & tunc amydū non esset conceden

Prognostic.

Hip. Aph. 53. parti. 6.

Curatio.

cedendū, quoniam oppilat. Tertio competit in curatione, vitare omne illud quo multiplicat melancholiā, siue fuerit naturalis, siue innaturalis. Vitet ergo panem opirū, & vinū nouū, turbidū, spissum, grossum, lentes, fabas, & alia legumina, caseum antiquū, carnes bouinas, & omnia cibaria melācholica, & etiā ea quæ adurunt humores, ideo vitabit omnia salsa, acuta, & omnia quæ sunt vehementis acetositatis, & vitabit omnem laborem nimium, iram & coitum, & omnia consimilia. Quarto ad medicinalia veniamus. In mania igitur de causa calida apponamus in principio repercussiua, confortatiua, & somnifera, & ideo inūgamus caput cum oleo ros. & aceto viol. & nenuphare, oleo de salicibus & cucurbita, papauere, & aceto scil. chamomilla & melilot. Et si fuerit causa frigida, minuamus ista, & addamus alia, sicut anthos, stœchados, chamomilla, melilotum, acetum scilliticum, & similia calida quæ non multum excedant. Deinde commune est, quòd fiant fricationes extremitatum, & ligaturæ dolorosæ, deinde fiant clysteria. Et si est ex causa calida, addatur electuarium de succo ros. Et si frigida, hierapic. stœchados, anisum, & alia secundum exigentiam materiæ, quia materia clysteriorum hic non apponere volo. Deinde particulariter curentur, secundum exigentiam humoris. Et si non esset obediens, ligetur vt non lædat se, nec alium, & colaphizetur, & flagelletur. Si igitur causa fuerit sanguinea, fiat primo phlebotomia de saphenis, vt trahatur materia ad partem lōginquam: deinde fiat de hepatica, vt plenitudo remoueatur, & cum hoc distrahatur: deinde de vena quę est inter pollicem & indicem: deinde de cephalica, quæ est inter curuaturā brachij, suppositō quòd indigeat, & ꝙ virtus possit tolerare. Deinde mūdificetur, cū cassiafi. māna, tamarindo, epithymo, & aqua casei. Si autē fuerit materia chol. digeratur sic, R. endi. scario. lactu. ana ʒ. ij. succi borag. succi fumiterrę, suc. bugloss̄ę, succi pōmorū dul. ana. lib. ß. aceti scil. ʒ. iij. panis zuc. lib. j. fiat syrupus, & clarificetur. Deinde purgetur cū myrobal. citri. indis, thymo, foliis senę, & aqua casei: & ista fiant multis vicibus, si indiguerit. Et si ex his non curetur, & passio iam incipiat indurari, tunc euacuetur cum electuario de succo rosa. & hiera Ruffi, acuatis cum diagrydio, & mastiche. Ista autem fortia medicamina non dentur, nisi postquam multa leuia

Quæ vitanda.

præceſſerunt. Si autem fuerit materia melancholica, digeratur ſic. R. radic. fœniculi, petroſ. bruſci, aſparagi, graminis ana ℥.j. ſucci boragi. ſucci bugloſſæ, ſucci meliſſæ, ana ℥.iij. aceti albi. ℥.ij. mel. ro. ℔.j. & ℈. fiat ſyrupus, & clarificetur, deinde purgetur cum myroba. indis, belliricis, epithymo, folio ſenæ, lapide lazuli, & lapide armenico. Parentur igitur iſta ſicut decet, & exhibeatur multis vicibus, poſtquam autẽ paſſio induratur, detur hieralogodion, & hiera Ruffi, & ita paulatinè aſcendendũ eſt ad fortiora. Si autem materia fuerit phlegmatica, licet raro cõtingat, digeratur ſic. R. radic. apij, bruſci, aſparagi, graminis, ſcolopendriæ, aniſi, marathri, ſpicæ nar. ſquinanti, cyperi, ana ℥.j. & tunc apponantur ſucci prædicti, & acetũ, & mel, & fiat ſyrupus. Deinde purgetur cum myrobal. chebul. & indis, polypo. & agarico paratis ſicut oportet, & cum repreſſiuis quæ oportet, & dentur multis vicibus, ſi neceſſariũ fuerit. Et ſi paſſio eſt indurata, purgetur cum fortioribus, ſcilicet cum hierapi. & hiera Ruffi, acuatis cum pulpa colocynthidos. Vel paretur materia per hunc modum, ſcilicet quòd lardentur radices fœniculi, aut petroſil. de elleboro, & ſtent ſub terra diebus 40. & fiat oxymel per modũ, per quem diximus ſuperius cap. de lepra, & vtatur eo. Vltimo autem cum omnia ſupradicta fuerint facta, & remediũ ſiue cura non ſequatur, radatur caput, & findatur in cruce, & poſtea fiat cauteriũ aut cauteria multa: quia proculdubio iſta faciunt ad fumorum exhalationẽ. Vidi enim melancholicum, & à fortuna cum gladio fuit vulneratus, & craneũ fractũ, verè quandiu vulnus fuit apertum, tam diu fuit optimè curatus, & ſtatim cum vulnus fuit curatum, & clauſum, reuerſa eſt mania, & puto ꝙ ſi vulnus fuiſſet diu apertũ, & quòd ipſe fuiſſet remediatus ſicut oportet, quòd curatus fuiſſet.

Hiſtoria.

Si à cauſa extrinſeca.

Si autem mania venerit propter cauſas extrinſecas, vt propter caſum, percuſſionem, & ſimilia, fiant phlebotomia, clyſteria & capitis confortatio cum oleo roſ. aceto & lacte mulierum, & poſt corporis mundificationẽ, fiant fomentationes circa caput cum chamomilla, meliloto, anthos, ſtœchados, & ſimilibus. Si autẽ prouenerit propter aſcenſionem ſumi ad ſuperiora ab inferioribus, tũc fiant remedia iuxta naturã particulæ patientis. Si igitur venerit à corde, dẽtur iſta electuaria, R. diacameron, diacodion, diambræ, lætitiæ

Gal. pliris cum muſco, dianthos cũ muſco, an. & ita de aliis medicinis cordialibus, ſicut eſt ſpodiũ, ambra, muſcus, lignum aloës, aurum foliatũ, bugloſſa, been al. & rumargaritæ, os corde cerui, doronicũ, ocymũ, ſemen maioranæ, ſemen baſiliconis, crocus, & ſimilia. Si autẽ venerit à ſtomacho, hypochondriis, & mirach, tunc teſtificetur digeſtio, & vẽtoſitas excludatur: prouocetur igitur vomitus, & detur cibus ſubtilis, & facilis digeſtionis, & nõ ponatur crudum ſupra ſemicoctũ, vel ſemidigeſtũ, & poſtquã cibus corruptus fuerit in ſtomacho, quod diſcernitur ex cõuerſione eius in ſumoſitatẽ aut acetoſitatem, aut ventoſitatẽ, aut aliquem ſaporẽ abominabilem, tunc non dormiat, donec ſtomachus fuerit mundificatus, aut per vomitũ, aut per clyſtere, aut per medicinã ſucceſſiuam, & confortetur ſtomachus cum iſto electuario. R. diamenthæ, diatriompipereõ, diambræ, dianthos, ana ʒ. ij. miſceãtur. Et ſi cauſa eſſet calefiat phlebotomia, & etiã ventoſæ, & frigida adminiſtrentur, ſicut dicetur cap. de apoſtemat. Et quando iſta mania cauſatur de cauſa frigida, quæ mirachia appellatur, ſeu hypocondriata, quæ aliquando eſt cum duritie ventris, & tumore, & aliquando non: ſi fuerit ſine apoſtemate & inflatione, tunc valent iſta quoquomodo applicata, abſinthiũ, agnus caſtus, ruta, radix lilij, deinde fiant ventoſæ, & ſimilia. Si autẽ fuerit ab hepate, dentur diuretic. & aperitiua, ſicut eſt ſpica nar. ſquinantũ, & ſimilia. Si autem venerit à ſplene, à quo frequenter poteſt euenire, tunc mollificetur ſplen, & deoppiletur, ſicut dicetur inferius. Si ex hæmorroidibus, aperiantur, ſicut dicetur. Si à matrice, prouocentur menſtrua, ſicut dicetur. Si autẽ ab aliquo alio membro, & poſſit cauterizari, cauterizetur. Præſeruentur igitur maniaci, & melancholici in vere & autũno, cum longa acceptione epithymi & ſeri caprini. Hoc enim vniuerſaliter prę ſeruat à lepra, & ab omni paſſione melãcholica. Intelligendum, q̃ inter omnia quę magis nocẽt ſenſibus, eſt repletio ciborũ & humiditatũ, ſiccitas autẽ quando excedit, nocet cerebro, quia reddit ſpiritus minus mobiles: & ſi excedat, plus ipſos paruificat & reſoluit, & ſunt dicta Auic. Secũdo intelligendũ, quòd in calidis regionibus, frequentius accidit mania. In frigidis autem tardius: & licet calor naturalis ſit fortior, non tantum adurit, ſed viuificat & cõſeruat.

Mania mirachia.

Clarificatio.

De amore, qui hereos dicitur. CAP. XX.

Causa. AMor qui hereos dicitur, est solicitudo melancholica propter mulieris amorem. Causa huius passionis est corruptio æstimatiuę, propter formam & figuram fortiter affixam: vnde cum aliquis philocaptus est in amore alicuius mulieris, ita fortiter concipit formam & figuram & modum, quoniam credit & opinatur hanc esse meliorem, pulchriorem, & magis venerabilem, magis speciosam, & melius dotatam in naturalibus & moralibus, quàm aliquam aliarum, & ideo ardenter concupiscit eam, & sine modo & mensura, opinans si posset finem attingere, quòd hæc esset sua felicitas, & beatitudo: & intantũ corruptum est iudicium rationis, quòd continuè cogitat de ea, & dimittit omnes suas operationes, ita quòd si aliquis loquatur cum eo, vix intelligit aliqua alia. Et quia est in cõtinua meditatione, ideo solicitudo melancholica appellatur. Hereos dicitur, quia hereosim & nobiles propter affluentiam deliciarum, istam passionem consueuerunt incurrere: quoniam sicut dicit Viaticus, Sicut felicitas est vltimum dilectionis, ita hereos vltimum dilectionis: & ideo intantum concupiscunt, quòd insani efficiuntur. Iuxta illud Ouidij,

Cur hæc passio, hereos à quibusdam nominetur.

A trabe sublimi triste pependit onus. Iudicium etiam ipsorum corruptũ est, & ideo dicebat Versificator,

Omnis amans cæcus, non est amor arbiter æquus:
Nam deforme pecus iudicat esse decus. & alibi:
Quisquis amat ranam, ranam putat esse Dianam.

Virtus igitur æstimatiua, quæ est altior inter sensibiles: præcipit imaginatiuæ, & imaginatiua cõcupiscibili, & cõcupiscibilis irascibili, irascibilis virtuti motiuæ lacertorũ, & tunc mouetur totũ corpus spreto ordine rationis, & currit de nocte & de die per viam, & in via, spernendo calorem & frigus, & omnia pericula cuiuscunq; conditionis sint, cum iam amplius non potest quiescere corpus: sed cõcupiscentia non quiescit intantũ, quòd tristabilia sunt sine cõparatione maiora quàm essent delectabilia, dato q̃ haberet intentũ: & cum naturaliter fugiantur tristabilia, hic autem mente captus est propter vnam modicã, & miserrimam delectationem, omne tristabile videtur sibi delectabile. Indirectè faciunt ribaldi, qui propter delectationem ludi & tabernæ in hyeme incedunt nudi, & in terra decum

bunt,

bunt,& tamen vident quod est maius, vel delectabile, vel tristabile,& non est dubiū quòd tristabile, & tamen eligūt maximè tristabilia,propter modica delectabilia:ita & isti miseri philocapti. Signa autē sunt, quando amittunt somnum,cibum,potum,& maceratur totum corpus,prēterquā oculi,& habent cogitationes occultas profundas,cum suspiriis luctuosis,& si audiāt cantilenas de separatione amoris,statim incipiunt flere & tristari:& si audiant de coniunctione amoris statim incipiunt ridere & cātare. Pulsus eorum est diuersus,& inordinatus, sed est velox,frequens,& altus,si mulier quam diligit nominetur, aut si transeat coram ipso. Et per hunc modum cognouit Gal. passionē cuiusdam iuuenis:patiens enim erat melancholicus,tristis,& macilentus,& pulsus erat occultus & inordinatus,& nolebat Gal.reuelare tunc accidit à fortuna illa mulier, quam diligebat,transiuit corā eo,& tunc pulsus fuit subitò fortiter excitatus,& cum mulier transiuisset, pulsus reuersus est ad naturam primam:& tunc cognouit Gal.quòd philocaptus erat & dixit,tu es in tali passione, quia talē diligis mulierē, & alter fuit admiratus quòd cognouisset passionem & personā. Et ideo si aliquis vult scire nomen mulieris quam diligit, nominet sibi multas : & cum nominatur illa,quam diligit,statim pulsus excitatur.Illa ergo est,& fugiatis ab ea.Prognosticatio est talis,ꝙ nisi hereosis succurratur,in maniam cadunt, aut moriuntur. Patiens iste aut est obediens rationi,aut non.Si est obediens, remoueatur ab illa falsa imaginatione,ab aliquo viro quem timeat, de quo verecundetur cum verbis , & admonitionibus,ostendendo pericula seculi, diem iudicij, & gaudia paradisi. Et si rationi non est obediens,& si esset iuuenis,ꝙ esset sub ferula,tunc frequēter & fortiter flagelletur, donec totus incipiat fœtere:deinde nuntiētur sibi valde tristabilia,vt maior tristitia minorem habeat obfuscare. Aut ꝙ nuntientur alta delectabilia,vt quia fact' seneschalcus,vel balliuus,vel beneficiū grande est sibi collatum,& ita reuocabitur, quia honores mutāt mores,deinde tollatur otiū, de quo Ouid.

Signa.

Historia Galen.

Prognostica.

Curatio.

Otia si tollas,periere cupidinis arcus.

Deinde occupetur in aliqua actiōe necessaria,de quo Oui.

Da vacuæ menti,quo teneatur,opus.

Deinde distrahatur ad longinquas regiones, vt videat va-

ria & diuersa. de hoc Ouidius,

Vade per vrbanæ splendida castra togæ:
Pyxides inuenies & rerum mille colores.

Deinde hortetur ad diligendum multas, vt distrahatur amor vnius, propter amorem alterius, & de hoc Ouid.

Hortor & vt pariter binas habeatis amicas,
Fortius, & plures si quis habere potest.

Vtile igitur est mutare regimen, & esse inter amicos & notos, & quòd vadat per loca vbi sint prata, fontes, montes, nemora, odores boni, pulchri aspectus, cantus auium, instrumenta musica. Tamen dicit Auicen. quòd aliqui plus mouentur per instrumenta musica. Et si aliqua materia fuerit aggregata, mundificetur sicut dictum est in capitulo de mania, & melancholia, quia verè vna species melancholiæ est. Finaliter autem cum aliud consilium non habemus, imploremus auxilium & consilium vetularum, vt ipsam dehonestent, & diffament quantũ possunt: ipsæ enim habent artem sagacem ad hoc plus quàm viri: tamen dicit Auic. quòd aliqui sunt, qui gaudent in audiendo fœtida & illicita. Quæratur igitur vetula turpissima in aspectu cum magnis dentibus, & barba, & cum turpi & vili habitu, & quòd portet subtus gremium, pannum menstruatũ, & adueniens philocapta quòd incipiat dehonestare camisiã suam, dicendo quomodo est tignosa & ebriosa, & quòd mingit in lecto, & quòd est epileptica, & impudica, & quòd in corpore suo sunt excrescentiæ enormes cum fœtore anhelitus, & aliis omnibus enormibus, in quibus vetulæ sunt edoctæ. Si autem ex his persuasionibus nolit dimittere, subito extrahat pannum menstruatum coram facie, portando, dicendo, clamando, talis est amica tua, talis. Et si ex his non dimiserit, iam non est homo, sed diabolus incarnatus. Fatuitas igitur sua, vlterius secum sit in perditione.

Clarificatio. Intelligendum, quòd coitus superfluus desiccat, & talis non competit hereosis, nec tristibus, nec melancholicis, sed quibus permissum est, competit secundum temperamentum secundum Auicen. Secundum autem temperamentum fit secundum Gal. quando fit causatis tantis interuallis, vt corpus sentiat se alleuiatum, & melius comedentem & dormientem. Coitus igitur, quia lætificat & calefacit, & bonam digestionem inducit, ideo bene cõpetit

quibus

quibus est permissum, dum tamen fiat secundum temperamentū. Secundo notandum, quòd vinum, quia lætificat & humectat, si cum temperamēto sumitur, quia digestionem confortat, ideo bene competit. Oportet igitur quòd vinum non sumatur in parua quantitate, nec in tanta quòd inebriet, sed in tali q̄ lætificet, & curas tollat, vnde vbi ebrietas nulla, vel tanta sit, vt curas eripiat, si qua est inter vtrūque nocet. Et ideo dicebat Viaticus, qui primo vinum de vite ducere molitus est, inter sapientissimos debet reputari. Tertio aduertendum, quod in hac cura competit balneum, quia humectat, & lætificat, dum tamen corpus fuerit mundificatum. Quarto sciendum, quòd amor, qui hereos dicitur, propriè loquēdo, propria passio cerebri est, propter corruptionē imaginatiuæ: testiculi autem possunt esse subiectum quo ad causa meconiunctam, sed hepar quo ad antecedentem. Quinto notandum, quòd ista passio frequentius aduenit viris quàm mulieribus, pro tanto, quia viri sunt calidiores, & vniuersaliter fœminę frigidiores: & hoc patet in masculis brutorum, qui cum furia & impetu mouentur ad coitum implendum. Nunc quia viri calidiores, ideo in coitu intensius delectantur, mulieres autem extensiuè plus, quia in semine viri, & in semine proprio. Vltimo intelligendū, quòd ista passio pulcherrimo modo potest describi sic: Amor est mentis insania, quia animus vagatur per maniam cerebri, doloribus permiscens pauca gaudia.

Balneū cur conducat.

De ebrietate. CAP. XXI.

EBrietas est passio cerebri cū neruotū mollificatione, propter fumos grossos à vino resolutos proueniēs. Cū enim vinū accipiatur in nimia quantitate, aut in forti qualitate, tunc virtus digestiua stomachi, & hepatis nō possunt superare, nec digerere, & tunc resoluūtur fumi grossi cerebrū ascendentes, qui mollificant neruos, & turbant instrumenta sensuum in toto corpore, & turbant virtutes omnes, sicut est imaginatiua, cogitatiua, & memoria: quoniam fumus iste est caligo, & tenebræ ipsi animæ, sicut nubes ipsi soli. Assimilatur igitur desipientiæ & furori.

Causa.

Primum membrum, in quo apparet est lingua, propter multitudinem neruorum qui ibi sunt, & ideo incipit loqui balbutiendo, aut verba præcipitando, deinde incipiunt alia membra tremere aut deficere, & ita de aliis.

Signa.

Prognostica. Si enim cõtinuauerit aliquis, nõ potest esse quin moriatur aut fiat apoplecticus, aut epilepticus, aut paralyticus, aut tremulosus, aut guttosus: quoniam licet vinum sit calidũ, nimis tamen bibitũ causa est frigidarum passionum secundum Gal. 2. de morbo. Curatio est, quòd si est calidæ complexionis, quòd frigida capiti applicentur, sicut est oleum ro. & acetum, & nenuphar, & similia. Si autem est frigidæ, aliqua calida temperamento vicina, sicut est chamomilla, melilotum, anthos, & similia, capiti applicentur. fiant clysteria, & fricationes extremitatum, sumat styptica: si fuerit frigidæ complexionis, sumat succum menthæ & absinthij, si cal. sumat succum caulium, cytoniorum, & similium. Et quia cura posita est superius cap. de dolore capitis, ideo curam vlterius non pertracto.

Cura.

Clarificatio. Intelligendum, quòd ebrietas & accidentia ebrietatum fiunt aliter & aliter, secũdum diuersitatem complexionum & virorum: qui enim habent stomachum calidum, citius inebriantur & citius curantur, econtrario est de frigido. Idem est de complexione cerebri calida vel frigida: vinum enim grossum tardius inebriat, & tardius curatur. Si autem apponatur aqua, citius inebriat, quoniam quodam modo subtiliat ipsum. Et ideo dicebat Auic. vinum lymphatum citius inebriat, vinum autem subtile citius inebriat & citius curatur. Accidentia sunt secũdum diuersitatem complexionum: quoniam sanguinei inebriati rident, hinc inde currentes, & quasi stoliditatem infantilem habentes: cholerici, efficiuntur loquaces & mobiles, & quasi quandam furiam incurrunt: Sed phlegmatici efficiuntur somniculosi & stupidi, cum somno graui & mole sto. Melancholici autem efficiuntur tristes, & incipiunt flere peccata sua. Sed qui habent stomachum frigidum, incurrunt dolorem capitis vehementem: sed qui temperatum, dormiunt magis somno naturali. Vinum purum citius inebriat, & album velociter, sed cito soluitur. Sed qui habent stomachum calidum, & cerebrum frigidum, cito inebriantur. Secundo intelligendum quòd multa sunt quæ inducũt passionẽ similẽ ebrietati, sicut sunt ceruisia & medones, & nigella quæ est in pane, quæ reddit spiritũ somniculosum, & stupidum quasi ebrium, propter multitudinem vaporũ, sed ptisana nunquam propter bonitatem suæ decoctionis. Tertio intelligendum quòd omnibus ebriosis & habenti-

Accidẽtia quæ secũdũ humoris dominium diuersa sequi solent.

Medones et nigella pro eodẽ sumũtur: tamen in vi. lxxvi.

bus

bus caput plenum vaporibus grossis, indigestis, videtur & circa lumen candelæ sit rota magna diuersis coloribus, & hinc est quia spiritus luminosi propter vapores sunt turbati. Quarto sciendum, quòd secundum intentionem Aui. bonum est inebriari semel in mẽse, non propter ebrietatẽ, sed quia ad ebrietatem sequitur vomitus, sudor & secessus, quę corpus habent mundificare, & talis passio per relaxationẽ ad finem non est morbus. Et cum multi alij sint modi purgationis, & hoc sit ignominosum, & etiam non est omnino tutum, quia ante vomitum bene posset incurrere apoplexiã. ideo ab aula nostræ speculationis totaliter sit remotũ. Quinto notandum, quòd secundũ Gal. in de complexionibus, inter omnia quæ citius conuertuntur in cal. & spiritũ, est vinum, ipsum etiam curat syncopim, secundum Gal. 12. de ingenio. & multa alia iuuamenta facit: & hoc est verum, quando sumitur secundum temperamentum. Quando autem excedit naturam corporis, tunc facit multa nocumenta. Primo, quia replet vaporibus, & ita perturbat animam & omnes operationes. Secundo, quia ratione indigestionis conuertitur in acetum, & ita percutit neruos, & est causa paralysis. Tertio quia materias crudas facit penetrare ad membra, & ita est causa arthriticæ, cum sit fortissimus penetrator. Sicut igitur vinum est altissima theriaca, cum sumitur sicut oportet, ita est lethale venenum, cum sumitur sicut non oportet. Vltimo intelligendum, quòd coitus in declinatione corpore mundificato, quibus data est licentia potest cõpetere, dum tamen fiat secundũ temperamentum.

lium magis conueniret, vt cuius vsus velut ebrietatẽ inducat, id quod nigellanõ potest.

Nocumẽta vini in nimia quantitate sumpti.

De phrenesi. CAP. XXII.

PHrenesis est apostema calidum in panniculis cerebri generatum. Causa est cholera pura, aut ebullitio sanguinis in corde aut hepate. Causæ autem coadiuuantes, sunt, vt quia iuuenis cholericus, & tempus æstiuum, & quia laborauit in diebus canicularibus, & stetit in sole cal. capite discooperto. & ieiunauit & comedit cibaria ca. & alia cõ similia, quæ corpus calefaciunt & desiccant. Phrenesis autem quædam est vera, quædam non vera. Vera autẽ fit quãdo chol. ru. pura, aut chol. ru. adusta, aut vapor sanguinis ebulliẽs in hepate & in corde, coadunãtur in panniculis cerebri aut substantia medullari, & ibi faciunt apostemata, ad quod sequitur febris continua & ardentissima, tum propter

Causa.

Phrenesis duplex.

pter membri nobilitatem & materiæ dispositio nem. Phrenesis nõ vera causatur ex cholera citrina, aut quia sequitur febr. sicut sunt tertiana, causon, apostema pulmonis, lateris diaphragmatis, stomachi, hepatis, matricis, & ita de aliis

Signa. Signa sunt febris continua, alienatio, vigiliæ, sitis, nigredo linguæ, motus inordinatus pedum & manuum & agitatio totius corporis, loquela continua, & accidentia terribilia furiosa. In non vera, omnia sunt remissa, & aliquando quiescunt. Gal. in prognosticis supra illa parte, Manuum mobilitatis signa &c. dicit quòd phrenesis pernicios a est in omni genere suo. Phrenesis quæ in substantia medullari, deterior est inter omnes, deinde illa quæ est in pia matre, deinde quæ est in dura. Phrenesis quæ est ex chol. ru. adusta, est pessima, & quæ est non ex adusta, deinde quæ ex sanguine,

Prognostica.

Lethalia in dicia phrenesis. & quæ est ex col. citrina, & ita de aliis. Signa autem mortalia sunt ista, cùm vrina præcesserit colorata, & modo est alba, tenuis, alienatio continua, & vigiliæ continuæ, similiter si retineatur vrina & egestio, & si spasmetur, & si tibiæ sint extensæ, & nõ possit conduplicare, & si duplicatas non possit extendere, & si vesica appareat in pollice, & si accidat syncopis. Istis signis apparentibus, iam mors sedet in pedibus: medicus igitur confestim fugere debet. Istis signis mortalibus non apparentibus, parato naufragio succurramus. In primis igitur particularibus concurrentibus fiat phlebotomia de cephalica, vsque ad syncopim, vel quasi syncopim, si virtus tolerare queat: deinde fiat de venis quę sunt in summitate naris, & cum setis porcinis prouocetur fluxus sanguinis ab intus, postea fiat phlebotomia de vena, quæ est in fronte, deinde fiant fricationes & clysteria, post hæc frigida capiti applicentur, sicut est oleum rosaceum, & aqua ro. infrigidatis in profundo puteo. Et si indigemus frigidioribus, extrahatur succus ex vno istorũ vel ex pluribus, scilicet lactuc. portul. cucurbita, semperuiua, morella, papauer al. & similibus, & bombax inungatur, aut aliquid simile, & tepidum fronti & temporibus applicetur, & 14. horis à principio morbi continuetur. Vtatur isto syrupo, R. suc. lactuc. suc. cucur. suc. portul. suc. lentiginis aquæ, ana li ß. quatuor se. frigidorum omniũ, se. papaueris al. an. ℥. i. vini malorum gra. ℥. 3. sandalorum ℥. 3. panis zuc. lib. i. fiat syr. clarificatus. Purgetur cum ista decoctione, & in

Cura.

laudat flebotomiã ad finẽ copim usq; cum Abtio flebotomiãtes naribus

Purgatio

princ

principio ante digestionem materiæ. R. florum borag. florum vio. an. ℥. i. prunorũ 20. fiat decoctio, & in decoctione resoluatur cassiæfi. mundæ, tamarind. an. ℥. i. misceantur, & exhibeatur ante diem. Cibus sit nullus, & si necessariũ fuerit, detur mica panis ter lota in aqua dulci & frigida, aqua hordei, colata, vel colatura quatuor sem. frigidorum mũd. cum lacte amygd. cum vino malorũ gran. & pane de zucc. cum modico aquæ ros. Vel quòd fiat ista confectio cum succo limonum & pane de zucc. & si ascendamus vsque ad hordeaceum, magnum quid erit, quia ægritudo erit breuis, & accidentia terribilia. Si autem ægritudo est confirmata, quod discernitur, quia alienatio non cessat, & vigilię sunt continuæ, tunc nihil frigidum capiti applicetur, nec actu, nec potentia, sed catuli viui findantur per dorsum, & subito capiti applicentur, & cum incipiunt infrigidari statim alter applicetur: & si tot non inueniãtur, ponantur in aqua feruenti. Hoc idẽ potest fieri de gallo, & de pulmone arietis, & quòd per dorsum extrahatur animali viuente. Et ista sine intermissione applicentur, quia hoc est vltimum remedium. Domus autẽ sit frigida, & aspergatur aqua frigida, aceto & aqua ros. & ponantur multæ cantaploræ in domo, & herbæ frigidæ, sicut est multitudo nenufaris, & foliorum vitis albæ, & folia salicis, & cannarum, & ros. & viol. Et si non potest domire, vtatur papauere, & fomentetur caput cũ aqua decoctionis papaueris, & rosa. & farina papaueris pistata cum lacte mulieris puellam nutrientis, & abluatur os cum aqua frigida & acero, & ponantur sacculi de psyllio supra linguam madefacti, cum aqua frigida. Et mandibula inferior, gula, & pectus, inungatur cum isto vnguento, Recipe diadraganti frigidi infusi in aqua ros. mucillaginis psyllij factæ in vino malogra. coletur mucillago, & addatur farina papaueris al. oleum ros. & modicum ceræ, & fiat vnguentum contra nigredinem & arsuram linguæ, & ita inungatur ab extra, & fiant alia medicamina quæ dicta sunt ab intus, & teneat folia portulacæ supra linguam, aut frustum pomi incisi tenuiter ad modum linguæ. Deinde quando erit in conualescentia, regatur sicut conualescentes debent regi. Et si non vrinet propter defectum sensus, fricetur circa pectinem, & embrocetur cum aqua chamomillæ. Et si fuerit stupidus

Vnguẽtum ad linguæ nigredinem & arsurã.

propt

propter multitudinem infrigidantium, fomentetur cum aqua decoctionis chamomillæ, anthos, stœchados, menthæ, mentastri. Et si fuerit cum nimia inquietudine, & furia, ligetur ne lædat se, nec alios, & potissimè propter phlebotomiam. In conualescentia vtatur balneis somniferis, & rebus facilis digestionis. Phrenesis autem aliquado componitur cũ mania lupina, & tunc sunt accidentia terribilia, quoniam ascendit parietes & similia: & composita vniuersaliter curentur sicut componentia exigunt. Intelligendum ꝙ cerebrum & ossa possunt apostemari, licet Damascenus teneat contrarium. Cuius ratio est, quoniam quicquid per nutrimentum potest dilatari & extendi, potest apostemari: vnde licet cerebrum sit humidum & aquosum, viscosum tamen est, & ideo extẽsibile, quare & apostemabile: ossa etiã sunt extensibilia, saltem in pueritia, quare, &c. Secundo notandum. quòd apostemata cerebri sunt curabilia, repercutiendo, euaporando materiam, ad oppositum transmittendo: & licet ibi esset sanies, aut virulentia, natura potest purgare, aut per nares, aut aures, aut insensibiliter. Tertio notandum, quòd in phrenesi de cholera competit phlebotomiæ: licet in materia cholerica inquantum huiusmodi non competat phlebotomia, hic tamen potest competere, aut ratione plenitudinis, aut ratione apostematis, aut ratione febris, aut ratione doloris, & quia fortiter infrigidat, & quia trahit ad oppositum, & quia valet contra putredinem. Attamen aduertendum, quòd si plenitudo est magna, & venerit propter ebullitionem sanguinis in hepate, bene potest competere phlebotomia de basilica: propriè tamen & regulariter loquendo, magis potest competere de cephalica, in quantum phrenesis est: quoniam phlebotomia debet fieri illa, quæ directius & citius euacuat plenitudinẽ ex loco, secundum Gal. in regimento supra illam partẽ. Quando dolor ad spatulas. Sed hoc facit phlebotomia de cephalica facta, cùm illa vena procedat à venis, quæ nutriunt partes capitis extrinsecas, cùm cephalica oriatur à guidegi, & eum hoc trahit ad oppositũ. Si igitur euacuat plenitudinem ex loco, & trahit ad oppositũ, ideo de cephalica cõpetit. Cũ igitur phrenesis fit propter ebullitionẽ sanguinis in hepate, fiat de hepatica: & si non, fiat de cephalica, & ita de aliis. Quarto notãdum, ꝙ frigida bene possunt

Clarificatio.

Venæsectio.

possunt cõpetere in principio applicata, & quia materiam retro pellunt, & quia confortant membrum, ideo oleum ros. bene potest competere. Et licet oleum de se vergat ad temperamentum, tamen cum calidis est calidum, & cum frigidis est frigidum: nec in hoc casu potest inflammari, tum quia ponitur ab extra, & quia frigidum ratione ros. aceti, & similium. Vltimo notandum, quòd calida in phrenesi confirmata vniuersalibus præcedentibus non calefaciunt, sed magis infrigidant, materiam euaporando, ad exterius delegando: quare succus apij tepidus, & ea quę dicta sunt, applicari possunt.

De sternutatione. CAP. XXIII.

STernutatio est motus naturalis cerebri fortis, & validus propter expulsionem nociuorum. Causa huius aut est extrinseca, aut intrinseca, aut est naturalis, aut violẽta, *Causa duplex.*

Naturalis, cum enim materia est in cerebro, tunc virtus animalis sensibilis apprehendit illud, & suscitat virtutẽ animalem expulsiuam, & illa cum magno impetu expellit ad exteriora, & ideo talis expulsio cerebri impetuosa cum sonitu, appellatur sternutatio. de qua dicit Gal. 5. de morbo, q̃ nõ est motus morbi, sed naturæ. Causa autem innaturalis, sunt humores vaporosi, per modũ rheumatismi cerebrum aggrauantes, aliquando ascendentes ex pleuresi, aliquando ex peripneumonia, qui ascendentes ad cerebrum, inducũt coryzam, & talis motus bene posset esse motus morbi. Ista *Signa.* sunt ita manifesta, quòd celari non possunt, quoniam inest sonus magnus, cum transeat per loca angusta. Prognosticationem ponit Hippoc. Sternutatio cum rheumate, malum. Et idem. Sternutatio in omni ægritudine costæ & pulmonis, malum. Intelligendum, quòd sternutatio aut est in pincipiis morborum, aut in fine, aut cum rheumate, aut sine rheumate. Si cum rheumate, semper est malum, vbicunq; fuerit. Si sine rheumate, & in declinatione, siue postquam præcesserit ægritudo, semper bonum: & si ægritudo fuerit, pernicios a, secundum Gal. in prognosticis supra illam partem, Sternutatio, &c. Sternutatio etiam valet ad expulsionem secundinæ, & fœtus mortui, cum sit motus validus excussiuus inferiorum. Si autem in aliqua ægritudine applicentur sternutatoria, & potissimè fortia, & non possit sternutare, expeditum est negotium patientis. *Prognosis.*

Cura. Si fuerit ex causis primitiuis, de facili curatur causa remota. Et si fuerit cum calore, inungantur nares, & tempora cum oleo rosa. viol. et nenufar. Et si fuerit cum frigiditate, fiant cum oleo de chamomilla et nigella. Et si fuerit cum rheumate calido, suffumigetur caput cum rosis, sand. aqua, aceto, et similibus. Et si fuerit ex rheumate frigido, suffumigetur cum ladano, & ambra. Tamen intelligendū, quòd in omni rheumate, melius est, quòd fiant odoramēta, quàm suffumigationes, omnia cibaria dentur actu calida. Retentio anhelitus multum valet in sternutatione, & coryza, et potissimè in causa frigida. Ligatio etiam extremitatū fortis, et dolorosa valet in sternutatione. Intelligendū, quòd basilicon, & similia aromatica possunt competere in sternutatione, aut quia non est cum rheumate, aut quia est mala cōplexio frigida tantū, aut quia coryza est in declinatione ex causa frigida, et tunc talia possunt valere exhalando, cōfortando, & calefaciendo. Inferius iterum petractabitur de ista materia, cap. de ęgritudinibus narium, gratia materię.

Clarificatio.

De incubo. CAP. XXIIII.

INcubus est phantasma in somnis, corpus comprimēs, & aggrauans motum, et loquelā perturbans. Incubus nomen est dæmonis, et ideo volunt aliqui, quòd quando ille incubus directè est supra corpus humanum, & potissimè quādo iacet, et dormit resupinus ratione corruptæ influętiæ, aggrauat corpus, ita quòd videtur patienti quòd suffocetur. Et si aduenīat pueris lactentibus, frequenter suffocātur, quia tantam corruptionem sustinere non possunt, & est opinio theologorum. Vulgares autem dicunt, quòd est aliqua vetula calcans & comprimēs corpora, et hoc nihil est. Medici autem melius opinantur. Incubus autem prouenit ex causa intrinseca, & ex causa extrinseca. Si extrinseca, vt quando dormit, venit subito frigiditas, caput comprimens & oppilans, aut quando aliquis dormit supra nimiam repletionem cibi & potus. Causa intrinseca est vapor corruptus, ab humoribus resolutus, oppilans et grauans cerebrum et cor, ita quòd spiritus non possit plenariè se diffundere ad totum corpus, & ita quia primo deficiunt in extremis, ideo videtur patienti, quòd illud phantasma incipiat ascendere à pedibus, & deinde paulatiuè occupat totum corpus, secundum quòd vapores plus aggra-

Causa duplex.

uant.

uant,& ideo loquitur mugiendo,petens auxilium si posset loqui,& est totus perterritus,propter sarcinæ aggrauationem,id est,fumum corruptum oppilantem & obnubilátem spiritum:qui fumus aliquando prouenit ex sanguine, aliquando à cholera grossa,aliquando à phlegmate, aliquando à melancholia. Passionis signa discernuntur per indicia patientis. Signa autem humorum frequenter dicta sunt. *Signa.*

Cuicunque frequenter ista eueniunt, nisi mundificetur, aliquod istorum necessario incurret, aut apoplexiam , aut epilepsiam,apostema,paralysim,spasmum, aut mortem subitaneam,& repentinam. Et si ista veniunt in vigiliis,tanto deterius est:& si post excitationem,sudore sudent frigido, & si sint cum tremore cordis,pessimum est. In primis iste, cui consueuit euenire,habeat socium dilectum, qui statim cum audit ipsum sic vociferantem , & quasi lamentantem, quòd excitet eum,& quòd fricet pedes & manus , & caput multum fortiter , & aspergat faciem eius cum aqua rosa.& quòd procuret vomitum , et quòd det sibi dianthos cum museo,aut diambram,& in tali casu bene potest dici, *Prognostic.*

Semper habere Pyladem aliquem qui curet Orestem.

Si autem fuerit ex nimia capitis frigiditate , inungatur caput cum oleo laurino,costino,rutaceo,& similibus.Et si est ex nimia repletione stomachi,fiat vomitus, & fiant clysteria,& abstinentia:& si ex sanguine,fiat phlebotomia : & si ex ex aliis humoribus , purgetur secundum exigentiam humoris,& semper addatur hieralogodiõ, aut hiera Ruffi.

Diæta sit subtilis,viuat in gaudio & lætitia,& euitet omnem tristitiam,& vtatur medicinis cordialibus et electuariis,sicut est dicameron,diarodon Iulij,& ita de aliis. Vel purgetur cum euphorbio , & pulpa colocynthidis paratis, & repressis sicut oportet. *Diæta.*

De epilepsia. CAP. XXV.

EPilepsia est morbus cerebri, auferens sensum , motum et erectionem toti corpori,cum perturbatione motus maxima , propter oppilationem factam in ventriculis cerebri non principalibus. Causa huius passionis,est humor aut ventositas grossa , oppilans ventriculos cerebri non principales , impediens transitum spirituum ad membra, & ideo cogitur subito cadere ad terram , & penitus nihil sentit , nec aliquo modo potest stare rectus, sed necessario *Epilepsia propriè dicitur Latinè morbus comitialis.* *Causa.*

decumbit, nisi epilepsia esset modica valde, sicut dicetur. Motus autem pedũ & manuũ est agitatiuus, inordinatus, & motus anhelitus similiter, & ideo propter malitiã & inordinationẽ motus anhelitus, semper est spuma in ore. Nũc autẽ si ventriculi principales, & magni, qui sunt in cerebro essent oppilati, tũc esset apoplexia, quia eadem est materia vtrobiq;, & in eadẽ parte, nisi quia in apoplexia oppilantur meatus magni & principales, hic autẽ parui: & ideo paroxysimus epilepsiæ est breuis et nõ mortalis de se: paroxysmus autẽ apoplexiæ est cõtinuus vsq; ad mortẽ, quę venit in prima periodo, et si cõtingat quòd euadat, infra quatuor dies liberabitur, sed pertrãsit in paralysim. Cum igitur materia epilepsiæ sit in meatibus cerebri nõ principalibus, & vicinetur materia capitibus neruorum, tunc illa materia profundatur in neruo, et neruus distenditur secundũ latũ, & curtatur secundũ longum, & ita epilepsia est spasmus vel cum spasmo repletionali totius corporis. Curtãtur enim nerui, et cõtrahuntur versus originẽ, vt melius possint expellere nociua, secundũ quod dicit Auic. Attamẽ aliquãdo materia est ita subtilis, quòd spasmus non multũ apparet. Ista igitur oppilatio fit ex phlegmate, & hoc vtplurimũ, & postea fit ex melancholia, et postea de sanguine, licet rarò fiat de puro sanguine, et postea minus fit de chol. quã de ali quo humore: fit enim de ventositate grossa, et vaporibus ab humoribus resolutis, semper tamen materia est venenosa, fœtida, horribilis. Causę autẽ adiuuantes sunt vẽtus meridionalis et septẽtrionalis, quando venit post meridionalẽ, & omne illud quod velociter, et subito calefacit caput, sicut est lõga mora in Sole, aut in balneis, aut iuxta ignem, aut frigiditas nimia, aut multitudo cibi & potus, crapula, ebrietas, multitudo ciborũ fumosorũ, sicut sunt allia, & cępę, & similia, et vniuersaliter malitia regiminis, quoniã ista ęgritudo nõ aduenit, nisi ex malo regimine, & ex mala diẽta, sicut scribit Gal. supra illum aphorismũ, Epilepticorum iuuenibus. &c. Morbus igitur tã horribilis non potest prouenire nisi ex inordinatissima diæta, aut fortè in illis qui habẽt caput debile: aut hoc est à prima generatione, quoniam in talibus modica inordinatio sufficit. In aliis autem oportet ꝙ sit multa valde. Epilepsia igitur aut prouenit à causa priuata, aut ab antecedente et remota: hoc est dictũ,

Epilepsia proxima est apoplexia.

Gal. asserit talem materiam conferti collectã esse in meatibus cerebri, etiam principii.

Epilepsia multis de causis fit.

quoniam

quoniam aliquando prouenit à cerebro, et aliquando ab aliis partibus: quoniam fumus malitiosus, venenosus, aliquando ascendit à pulmone ad caput oppilans meatus, & ita inducit paroxysmum epilepsiæ: & aliquando prouenit à stomacho, aliquando ab hepate, à splene, renibus, ab intestinis, à vesica, à pedibus, manibus, & pollice. Epilepsia enim aliquando seruat periodos, & aliquando nõ, ita quòd aliquãdo sequitur motũ Solis, & venit semel de anno in annum. Aliquando autem sequitur motũ Lunæ, ita ꝙ aliquando prouenit in prima quadra, quę est multũ humida, & secunda quę est multũ humidior, & si nõ secundũ rem, tamen apparẽter, & secundũ ratificationẽ. Aliquãdo venit in aliis duabus quę sunt post pleniluniũ, & tũc significatur materia frigidior. Aliquando transeunt duæ lunationes vel tres, vel plures. Aliquãdo venit propter vitia matricis, & corruptionem spermatis, & sanguinis menstrui. Et fortè ista cura nõ est rectificabilis. Aliquãdo venit post vterum. Aliquãdo paroxysmus est fortis valde, & lõgus, et aliquando breuis. Et vidi frequẽter ꝙ erat ita breuis, quòd non oportebat, nisi quòd appodiaret se ad parietẽ vel ad aliquod tale, & quòd fricaret faciem, & cessabat. Aliquãdo autem nõ indigebat appodiatione, sed veniebat sibi perturbatio in capite, & caligo in oculis, & ipse præsentiens dicebat Aue maria, & antequam compleuisset, transiuerat paroxysmus, & expuebat semel, & totum transibat, & veniebat frequenter in die. Et aliqui sunt, qui post paroxysmum penitus non recordãtur de casu, nec de afflictione, & aliqui sunt qui recordantur & verecundantur. Et aliqui sunt, qui defœdant se in paroxysmo, aliqui euomunt, aliqui asscllant, & aliqui polluũt se. Et ista omnia proueniunt secundum diuersitatem materiæ in quantitate, qualitate & situ particulę patientis. Et aliquando venit epilepsia propter vermes, & aliquãdo est morbus compositus, quia componitur cum syncopi, sicut in viduis, & in viris continentibus: quoniam vapor seminis corrupti, iam trãsacti in naturam veneni, vadit ad cor, & inducit syncopim: transit ad caput, & inducit epilepsiam: & prouenit etiam propter aspectum terribilem, sicut est aspectus fulguris, aut sonus maximus, sicut est tonitruum, aut tympani magni, & similium. Et prouenit etiam propter ea quæ inducunt epilepsiam à tota specie, & huiusmodi sunt mul-

Quæ à tota substantia epilepsiam inducunt.

ta, sicut si scorietur capra, & immediatè aliquis nudus induat illam pellem, epilepticus efficietur: & si suffumigetur cum vnguibus eius, similiter. Idem est de galbano, & idem de myrrha, & idem de apio. Frequenter autē venit epilepsia pueris, aut propter inordinationem nutricis, aut quando potant vinum infantes, & sunt in crapula, & aliquando venit propter reptilia venenosa. Signorū quædam sunt, quæ significant epilepsiam, & quædam sunt, quæ significunt particulam patientem. Ea autem quæ prædicunt epilepsiam futuram, sunt citrinitas linguæ, vergens ad albedinem, & cum hoc etiā viriditas venarum, quæ sunt sub lingua, & scotomia, vertigo, incubus, prædicant epilepsiam futuram. Idem faciunt somnia grauia, profunda, cum falsis phantasmatibus timorosis. Signa autem humoris peccantis, quædā sumuntur à paroxysmo, & quædā antè, & quædam pòst. In paroxysmo sic, quando spuma est multa, grossa, viscosa, alba, & paroxysmus est prolixus cum agitatione multa, tunc significat quòd ægritudo est de phlegmate, & post paroxysmum debemus considerare, si est phlegmaticus, si vixit in otio, si multiplicauit regimē phlegmatis generatiuum, si est repletæ habitudinis. Si vrina est remissa, & spissa, cum quadam residentia, ad modum vitri liquefacti, & ista adsunt, & alia consimilia, discurrendo partes naturales & non naturales: tunc certi esse possumus, quòd materia causans epilepsiam est phlegmatica, & si omnia sunt remissa, quòd est de phlegmate salso. Si autē in paroxysmo spuma vergat ad croceitatem, & facies est rubea, & post paroxysmum apparent signa sanguinis, rubedo venarum quæ sunt in oculis, & quòd ipse est sanguineus, & ℘ præcessit regimen sanguinis multiplicatiuum, etiam cum hoc vrina vergit ad ruborē, & ℘ tempus est vernale, tunc videtur ℘ materia est sanguinea. Si autem paroxysmus est breuis, leuis, & spuma vergit ad citrinitatē, & facies similiter etiam post paroxysmū apparet, est cholericus, & calidæ cōplexionis, irascibilis quasi amens & furiosus, & tempus est æstas, & multiplicauit regimē generatiuū cholerę: & si vrina vergat ad citrinitatē, & tenuitatem, tūc significat ℘ est ex chol. Si autē in paroxysmo spuma fuerit modica, liuens, & facies vergat ad liuorem & nigredinē, & humiditates sunt paucæ in oculis & in aliis partibus, & post paro-

Signa.

Quæ epilepsiam denuntiant.

Epilepsiæ indicia ab humore peccante.

xysmum

xyſmũ apparet ꝙ ſit melancholicus, timidus, & cum quadã deſipientia, tempus autumnale, & quia præceſſit diæta multiplicatiua melãcholiæ, & quia vrina eſt remiſſa & tenuis, tunc videtur de melancholia. Et ſi iſta melancholia ſit causata ex aduſtione ſanguinis, tunc poſt paroxyſmum paſſio eſt cum riſu quodã, qui aſſimilatur ſtoliditati infantili. Et ſi fuerit ex cholera, aſſimilatur manię lupinæ: & ſi ex phlegmate ſalſo, eſt cum quadam quiete: & ſi melancholia aduratur, eſt cum triſtitia, & ſolicitudine, & aſpectu terribili.

Signa autem particulæ patientis ſunt iſta: quoniam ſi prouenit ex cerebro, paroxyſmus aduenienis non præſentitur, & ſemper eſt cum dolore, capitis grauitate, & cum quadam ſenſuum perturbatione. Si autem fuerit propter alia membra, tunc præſentitur paroxyſmus, in tantum etiam quòd aliquando abſcondunt ſe, & dolor præceſſit in loco vbi eſt minera huius materiæ venenoſæ. Et ſi à ſtomacho, eſt cum nauſea & dolore ſtomachi: & ſi à mirach, cum ventoſitate: & ſi ab hepate, cum grauedine in parte dextra verſus hypochondrium, & ita de ſplene in parte ſiniſtra. Si materia eſt in renibus, polluit ſe in paroxyſmo: & ſi in veſica, commingit ſe: & ſi in inteſtinis, defœdat ſe totum in paroxyſmo: & ſi ex matrice, menſtrua ſunt retenta: & ſi ex corruptione ſeminis, tunc vidua & continens quæ non erat antè, ſimiliter maſculus eſt modo continens & antè non erat. Et ſi in pollice, vel ſpatulis, vel pedibus, & ita de aliis, diſcernitur per dolorem & grauedinem in loco.

Si mulieri prægnanti venerit epilepſia, fœtu euacuato, ſoluitur. Si autẽ paroxyſmus fuerit leuis & breuis, & poſt paroxyſmum recordatur & verecũdatur, ſignum eſt quòd curari poteſt. Si autem in capite venerit morphea alba, ſignum eſt curationis. Si autem paroxyſmus fuerit longus, grauis, & non recordatur nec verecundatur, ſignum eſt difficilis curationis, aut forte impoſſibilis. Si autem traxerit infans aliquid de epilepſia ab vtero, & pòſt euomuerit & ſe purgauerit, & ſuperfluitates multas aquoſas expellit, ſignum eſt liberationis: & ſi non, non. Quando aliquis eſt generatus in tempore menſtruorum, aut ex immundis ſpermatibus, aut parentes ſunt epileptici, deinde genitus incurrat epilepſiam, talis non videtur curabilis: quia poſtquam eſt ab vtero & ex ita malis cauſis, iam mala

Prognoſtica.

complexio est æquata. Si in quarto septenario aliquis habeat epilepsiam ex causa priuata cerebri, & continuauerit per ætates præcedentes, nunquam curabitur, quia ætates quæ consequuntur, sunt frigidæ, & ægritudo videtur habituata. Si dubitas vtrum aliquis sit curatus ab epilepsia vel non, suffumiga ipsum cũ cornibus caprarũ, & si non cadat, curatus est: si autem cadat, non est curatus. Si paroxysmus epilepsiæ frequenter euenerit, & potissimè in sene, periculum mortis est. Tamen dico vobis de epilepsia, & ego habui in cura multos iuuenes, senes, pauperes, diuites, viros, & mulieres, & fere de omni specie epilepsiæ, & tamen nec per me, nec per alium vidi aliquẽ curatum, nisi esset puer, aut quòd prouenisset ex malo regimine, & non multum durasset, tamen fui diligentissimus in omnibus, et patiẽtes obedientes, ego nescio, tamen Deus scit. Et hic dico propter hoc, quòd cũ patientes venerint ad vos, nolite dehonestare vosipsos cum vanis & falsis promissionibus in curatione epilepsiæ, quia fere omnis epilepsia cum magna difficultate eradicatur, dato quòd eradicari possit.

Historia.

Curatio.

Cum aliquis est in paroxysmo, si aliquis ponat os supra aurem patientis, & dicat ter istos 3. versus, proculdubio statim surgit:

Superstitiosa.

Gaspar fert myrrham, thus Melchior, Balthasar aurum:
Hæc tria qui secum portabit nomina regum,
Soluitur à morbo Christi pietate caduco.

Quòd autẽ his dictis rectè in foramine auris verũ est, probatum est frequenter quòd statim surgit. Et dicitur etiã si scribantur, & portentur ad collũ, quòd perfectè curantur. Dicitur etiam quòd si pater & mater, vel patiens vel amici ieiunauerint tribus diebus, & postea vadant ad ecclesiã & audiant missam, & postea sacerdos dicat supra caput, euangelium quod dicitur in ieiuniis quatuor tẽporum, in vindemiis post festum sanctæ crucis, vbi dicitur: Erat spumãs & stridens, & hoc etiam genus dæmonij non eiicitur, nisi cum ieiunio & oratione, &c. Et postea quòd ille sacerdos postquã deuotè & per intentionẽ legerit supra caput euãgeliũ, scribat, & portetur ad collũ, curat perfectè proculdubio. Multa etiam sunt quæ curant epilepsiam. Vnum est viscus quercinus, si portetur ad collum, aut quocunq; modo sumatur: peonia romana idem facit: ruta frequenter &

Marci 9.

Quæ à prophetis occulta epilepsiã curãt.

quaꝫ

quasi continuè odorata multũ valet: gummi rutæ agrestis, si cõponatur cum farina hordei & aceto, & odoretur frequenter & quasi continuè, multum valet. Corrigia facta de pelle lupi si portetur iuxta carnẽ, aut ꝙ fiat sertum in capite, multũ valet. Si sanguis mustellæ misceatur cum vrina, multum valet, & caro eius si comedatur. Idem facit pyrethrum temperatũ in melle, comestum vel portatũ ad collum. Si cuculus ponatur in olla in furno, & ꝙ olla cooperiatur & lutetur, & ꝙ stet ibi tanto tẽpore, ꝙ possit puluerizari, nõ tamen aduratur, & quòd puluerizetur, & puluis epileptico exhibeatur, curat. Coagulũ leporis multum valet. Pyrethrũ conditum sicut zinzibet valet: scindatur igitur pyrethrũ in parua frusta ad modum fabę vel mediæ fabæ, & humectetur in aqua multis diebus, sicut fit de zinzibere condito, & postea cõficiatur cũ zuc. & vtatur eo, quia multũ est vtile. Cùm igitur aliquis est in paroxysmo, fricẽtur extrema fortiter, & ponatur lignum vel aliquod simile inter dentes, & propter anhelitũ, & ꝙ non destruantur dentes, & vt possit fricari lingua cum theriaca, aut mithridato, aut cum succo rutæ: & succus rutę proiiciatur inter nares, & post paroxysmũ euomat: fricetur caput & totũ corpus fricatione quæ tendat versus inferiora: quiescat & postea comedat parũ, & cibaria sint facilis digestionis, sicut sunt perdices & gallinæ. Vlterius autẽ materia est digerenda & euacuanda secundũ conditionẽ materiæ peccantis & particulæ patientis. Incipiamus igitur à pueris. Cum igitur pueris, & infantibus eueniat frequentius propter crapulã, & vini potationem, & propter corruptionem aëris, & malum regimen nutricis: ideo in primis rectificetur regimen nutricis, & vtatur diæta subtili & tẽperata, & vitet omnino coitum, & puer abstineat à vino omnino, si possibile est: vitetur igitur omnis crapula. De vino autẽ dicit Gal. quoniam sicut vinũ est iuuamentũ senibus, ita pueris inimicatur, odoret hyssopũ, quoniam ruta est nimis calida, & competit prouectis magis. Si autẽ fuerit adultæ ætatis, in quo possint medicamina securè applicari, tunc si causa est sanguinea, aut si corpus est plethoricũ, quæcunque causa fuerit, fiat in primis phlebotomia de saphena, deinde de cephalica si indiguerit, & de venis quæ sunt sub lingua, deinde fiant ventosæ inter spatulas, postea fiant cauteria & se-

tones. In cauſis ergo calidis vtatur iſto ſyrupo. R. endi. ſca-
riol. lactuc. coriandri recentis ana ʒ. iij. rutæ, fumiter. peo-
niæ, hyſſopi, polij montani, abſinthij ana ʒ. j. ſuc. fumiter. ℔
ß. ſeminis rutæ, ſeminis peoniæ, ſiſeleos, aniſi, maratri, qua-
tuor ſe. frigidorũ ana ʒ. j. mellis & zucc. ana quar. ʒ. fiat ſy-
rupus. Deinde purgetur cum iſto medicamine. R. agarici
ʒ. iij. pulpę coloc. diagrydij, reubarbari ana ʒ. j. maſtic. bdel
lij, ſemi. rutæ, ſiſeleos, gariofi. foliorum abſinthij, foliorum
menthæ ana ℈. j. hieræ Ruffi ʒ. iij. conficiantur cũ oxymel.
ſcil. & miſceantur, & poſt 15. dies ſuæ confectionis detur
ʒ. ß. & informentur pilulæ, vel plus vel minus ſecundũ con
uenientiam particulariũ. Et cum corpus ſufficienter purga
tum fuerit, fiat ſtupha, & in ſtupha ponantur ea quæ in ſy-
rupo, præterquã mel & zucc. & fiat ieiuno ſtomacho, & cõ
tinuetur nouem diebus, ſemel in die ante cibum, vel plus
ſi delectetur, & qualibet vice exiens à ſtupha vtatur iſta
opiata. R. theriacæ, rubeæ trochiſcatæ, ana ℈ j. & exhibea-
tur cum vino decoctionis abſinthij. Si autẽ fuerit materia
phelgmatica, quod frequentius accidit, digeratur materia
per hunc modum. R. radicis ireos, ariſtol. ro. ſcillæ, hyſſopi,
polij montani, viſci quercini, origani, calamenti, vtriuſq;
ſaluiæ, vtriuſq; rutę ana ʒ. iij. ſeminis rutæ, ſiſeleos, ſeminis
peoniæ romanæ, aniſi, maratri ana ʒ. ij. florum ſtœchados
arabici ʒ. iiij. ſucci abſinthij, ſucci fumiter. ana ℔ ß. mellis
℔ j. & ß. fiant ſyrupi quaſi ℔ ij. Si autem materia eſſet con
tenta in ſtomacho, addatur mentha: & ſi in hepate, ſpica
nar. ſquinantũ, calamus aromaticus: & ſi in matrice, rubea
maior, arthemiſia & ſauina, & ita de aliis: addantur ea quę
habent aſpectum & proprietatem ad membrum. Materia
digeſta purgetur ſic. R. agari. turbith, aloës, an. ʒ. iij. euphor
bij, pulpæ colo. eſulæ ana ʒ. j. hierælogodion, ʒ. ß. maſticis,
bdellij, ſiſeleos, ſemi. rutæ, zinzib. foliorum menthæ, fo-
liorum abſinthij, gariofil. ſpicæ nardi ana ℈. j. conficiantur
cum oxymel. ſcil. & miſceantur, & poſt 15. dies ſuæ confe-
ctionis exhibeantur à ʒ. iij. vſque ad 4. vel plus vel minus
ſecundum exigentiam particularium. Deinde ſtuphetur, &
in ſtupha ponantur ea quæ in ſyrupo, deinde vtatur qua-
libet vice theriacæ, mithridati ana ℈. j. & detur ſicut ſupe-
rius per ordinem dictum eſt. Si autem materia fuerit me-
lãcholica, digeratur ſic. R. radicis fœniculi, petroſil. bruſci,
aſparagi.

Pilule ſolutiuæ.

Aduertat nouitius præ dictus quòd iſta doſis eſt magna, nec eam temere vſurpet.

asparagi, graminis, arist. ana vnciã, 2. hyssopi, rutæ, peoniæ romanæ, polij montani ana vnciam vnam, succi bora. suc. scabiosæ, suc. fumiter. ana lib. ß. peoniæ, se. rutæ, visci quercini, epithymi, foliorum senæ, polypodij, anisi, florum stœchados arabic. ana ʒ. 3. mellis ro. lib. 2. fiat syrupus. Materia digesta purgetur sic, Recipe agarici, pulpæ colocynth. ana ʒ. 2. lapidis armenici nouies abluti ʒ. iij. hierę Ruffi ʒ. 6. bdellij, mastic. semi-rutæ, siseleos, cinamomi, gariofil. foliorum menthæ, foliorum abfinthij. ana ʒ. ß. conficiãtur cum oxymel. scil., & post 15. dies suæ confectionis, dentur ʒ. 3. vel plus vel minus, secundum conuenientiam particularium. Deinde stuphetur cum eis quæ ponuntur in syrupo, & accipiat theriacam cum aurea Alexandrina, & seruetur ordo dictus. Deinde omnes post mundificationem vtãtur caputpurgiis, sternutatoriis, fomẽtationibus, & balneis. Caputpurgia fiãt cum succo mediani corticis sambuci, aut cum succo maioranę. Sternutationes cum castoreo, elleboro & pipere. Fomentationes cum anthos & stœchados. Et si causa est calida, infrigidet caput temperatè: si frigida, calefiat: & si est sicca, humectetur: & si est humida, desiccetur. Et ista omnia fiant per ordinem, ter in tẽpore vernali, scilicet principio, medio & fine, & ter in autumnali, & semel in æstate, & semel in hyeme. Et si proueniat à splene, curetur sicut splenetica passio, & ita de stomacho, hepate & de aliis. Et si veniat à pollice, stringatur fortissimè ante paroxysmum, & fiant cauteria, & ita de aliis membris, si est possibile. Intelligendum, quòd longus vsus mithridati curat omnem epilepsiã. Intelligendum etiam q̃ longus vsus istius confectionis curat epilepsiã, & potissimè si est causa frigida. R. multas scillas mũdatas & paratas sicut oportet, ponãtur in vase terreo vitreato, & adiiciatur tantũ de mele quòd scillę cooperiantur, & cooperiatur olla cum corio grosso, & stet in sole versus meridiẽ in diebus caniculari-bus & quotidie agitetur ad modũ cõseruæ ro. per dies 40. & postea decoquatur in oxymel. diureti. & exhibeatur ad modum syrupi. Hæc confectio prima potest dari per se, vsque ad ʒ. 2. quotidie de mane. Si autem non possemus tanto tempore expectare, cõdiatur supra cineres calidos. Item fiant clysteria cum vtraque centaurea. Item prouocetur vomitus cum semine raphani, & oxymel. diureti.

Item

Item in causa frigida vtatur isto electuario, si est dies. R. diambræ, diacameron, diamargariton, ana ʒ. 4. misceantur. Si autem pauper est, isto vtatur. R. diamenthæ, diatrion pipereon, diacitonitem, ana lib. ß. misceantur. Si autem causa fuerit calida, vtatur isto electuario. Recipe triasandal. succ. ros. diarhodon abbatis. ana ʒ. 4. misceantur. Item si est calida vtatur coriandro in salsamentis. Et si causa est frigida, vtatur isto puluere. R. trium generum piperis, hyssopi, menthæ deiccatorum. ana ʒ. 1. garyofil. cinamomi, cubebarum, nucis musc. cardamomi, galãge, zedoariæ, seminis rutæ, se. peoniæ, seseleos, anisi, maratri, cymini. ana ß. pulueri zentur & ponantur in sacculo de aluta, & vtatur cum omni eo quod comedet. Item si causa est frigida, corpore mũ dificato, vtatur ista cõfectione, in qua inueni magnum iuuamentum, Recipe ambræ grisæ, styracis, calamintæ. ana vnciam vnam, ladani purissimi, masticis, thuris, garyofil. ligni aloës, ana ʒ. ß. musci. ℈. 2. conficiãtur cum aqua ros. optima. Ista confectione vtatur tribus modis. Primo quòd fiant pilulæ ad quantitatem ciceris, & quòd de mane transglutiat eas integras. Secundo quòd alias tres ponat supra prunas, & quòd recipiat fumum. Tertio quòd odoret die ac nocte totam confectionem, vel fiat pomum de ista confectione, quod teneat in manu. Si autem causa fuerit calvtatur ista confectione. R. ambræ grisæ, semi. peoniæ, hyssopi, perethri, blatæ byzãtiæ, ana ʒ. 3. sandali musca. coriãdri. ana ʒ. 1. conficiantur cum aqua ros. & modico ladani, & vtatur modo prædicto. Si autem casus præsentiatur, ligentur extrema ligatione fortissima & dolorosa, & fiant fricationes fortes in toto corpore, potissimè in extremis, & modus fricandi sit incipiendo à superioribus, trahendo versus inferiora. Vitentur omnes causę epilesię quę dictæ sũt, & potissimè vitet repletionẽ cibi & potus, vitet omnia fumosa, sicut sunt allia, cæpæ, & omnia multum calida, & vitet omnes fructus, nisi fructus stypticos, post comestionem, & parum, vitet omnia legumina quę sunt duræ digestionis, vitet somnũ diurnum, & iacere supra dorsum, & capite inclinato, vitet cum erit in arce cacuminum, respicere versus ima & profunda, vitet sonum magnæ cãpanæ, & rugitum leonũ, & omnia terribilia, & ventũ meridionalẽ, & vitet iram & alia accidentia animæ sicut timor & solicitudo:

Quæ vitanda in epilepsia.

do: vitet breuiter omnia illa quæ faciunt ad subitam exhalationem spiritus versus exteriora, aut ad subitam reuersionem versus interiora. Aër sit mundus, clarus, vergens ad siccitatem, & ideo confert se mutare versus regiones calidas, & siccas. Sit autem domus, & tota sua habitatio, longè à lucubus & ab aquis immundis, camera sua suffumigetur cũ hyssopo, ruta & styrace, calaminta, & omnia foramina sint clausa, & cum tota camera erit repleta illo fumo, aperiatur vna de feneſtris, & euentetur, & postea intret camerã, & iaceat capite eleuato, & puluinar sit plenum de foliis hyssopi, vitis, & peoniæ romanæ, polij montani: & cum mane surrexerit, & superfluitates expulsæ fuerint, fricetur caput & totum corpus, per modum dictum, & postea pectinetur, & teneat pomum dictum in manu: deinde exerciteturexercitio tẽperato per loca munda & delectabilia: postea sumat cibum secundum vltimũ temperamenti: & cibaria sint pauca numero & quãtitate, & non abluat se, nec cum aqua calida, nec cum frigida, vt minus poterit. Panis sit de tritico nato in terra leui & de nouo culta, alta non fimata, nõ paludosa, & panis sit bene coctus, bene fermẽtatus, & cum tẽperata quantitate salis, & sit de vno die, vel duobus ad plus, omnem aliũ panẽ vitet. Vinũ sit clarũ, mundũ, bene maturũ, odoriferum: antiquũ vitetur propter nimiam caliditatẽ, & recens propter turbiditatẽ, & sit in parua quãtitate, & cũ moderata quãtitate aquæ, iuxta naturã fumentiũ, & vinorũ, & regionum, & temporum anni. Aqua sit fontium, munda, clara, ab omni sapore malo remota, & currat versus orientem, ita quòd sol de mane per eutiat ostiũ fontis, & currat supra loca munda, & accipiatur aliquantulum longe ab ostio fontis, vt sit mundata ex virtutibus stellarum. Carnes sint, quantum erit possibile, volatilia omnia vsualia, & consueta, præter illa quæ degunt in lacubus & aquis, & si non est possibile, etiam quadrupedalia, vtatur carnibus agni annualis, vituli lactentis, & caprarum, cuniculi inuenis, & capreoli inuenis, omnes alias carnes vitet. Pisces vitet omnes vniuersaliter, & si esset coactus, vtatur piscibus squamosis de aquis mundis coctis in vino puro cum sale & petroselino. Vtatur ouis sorbilibus. Si causa esset cholerica, vtatur lactucis, spinachiis, coriandro, endi. scariol. & atriplici. Et si causa

De aere.

Victus ratio.

Panis.

Vinum.

Aqua.

Carnes.

Pisces.

Oua.

est

est frigida, vtatur boraginibus, betis, fœniculo, petrosil. asparago. Omnia alia olera vitet. Vitet omnia legumina, præterquam brodium cicerum, vitet omnẽ caseum præter quã butyrosum & pinguem, & parum post comestionem, vitet omne lac, omnes fructus, nisi styptica, modicum post cibũ, vt dictũ est. Quibus permissum est, possunt vti coitu secundum tẽperamentũ. Vniuersaliter exerceat se de mane ante cibũ, & fortiter, sed post cœnã parũ. Nõ dormiat de die, vt dictum est: somnus enim profundus mũltũ nocet & lõgus: similiter multæ vigiliæ multũ nocẽt. Post corporis mundificationem potest vti balneo, sed parũ. Sicut nimia repletio est multum nociua, ita nimia inanitio, & potissimè illis qui habent orificium stomachi multum sensibile: imò fames nimia procurat paroxysmum, quia malis repletur humorib⁹. Si autẽ epilepsia venit propter causas primitiuas, remoueantur. Et si propter fumos resolutos à partibus inferioribus, curentur iuxta conuenientiam partis & humoris peccãtis, ita quòd immediatè impediatur fumus, quòd non ascendat quantũ erit possibile. Et qui vult se exercere in his quæ dicta sunt, satis erit sibi via illuminata. Si dubitaret aliquis quomodo humores ab inferioribus possunt ascendere ad caput, cũ sint grossi, & ponderosi: Dico quòd Gal. respondet supra illum aphorismum, Non febricitantibus fastidium &c. Et dicit quòd cholera euaporando ascendit vsque ad stomachum: ita dico hic, quòd hi euaporando possunt ascendere ad cerebrum, & potissimè illi ex quibus fit epilepsia, cum sint venenosi, horribiles & fœtidi sicut patet in animalibus patientibus morbum caducum, cum anatomizantur, in quibus inuenitur aquositas horribilis, fœtida: & quia talia petunt mẽbra nobilia, ideo si irent ad cor, causarent syncopim, & si ad cerebrum, epilepsiam: potissimè quia humores euaporati in cerebro condensantur, & postea condensati cadunt inferius, & ita oppilãt, & impediũt transitũ spirituũ: iste est igitur modus &c. Secundo posset aliquis dubitare, quare in epilepsia non est paroxysmus continuus, cum est de causa priuata, quoniam dolor est continuus, cùm materia in cerebro continetur. Dico quòd modica materia sufficit ad causandum dolorem, vel etiam modica dyscrasia, sed ad causandum epilepsiam oportet quòd sit multa. Et ideo licet

Legumina.

Coitus. Exercitiũ. Somnus.

Balneum Inanitio & repletio.

Clarificatio.

Vt sunt oues.

cont

contineatur in cerebro, non tamen est tanta, quòd possit facere continuum paroxysmum, & si faceret, non esset epilepsia sed apoplexia. Tertio est notandum, quoniam licet vinum sit fortissimus penetrator, nihilominus tamen potest competere in epilepsia in illis qui habent stomachum frigidum, dum tamen exhibeatur in parua quantitate & temperata qualitate. In aliis autem non detur nisi in decli natione corpore mundificato, cum conuertat materiam in vaporem. Quarto intelligendum quod paroxysmus epilepsiæ, qui frequenter accidit, & parum durat, signat morbum de facili curandum: quanto autem tardius venit & lõgius durat, tanto tardius curatur. Quinto intelligendum, quòd si materia contineatur in stomacho, paroxysmus erit cum nausea & vomitu, & si in intestinis, egestiones in paroxysmo venient insensibiliter: & si in vesica, mingit: & si in renibus, pollutio, sicut dictum est superius. Sexto notandum, quòd luna habet quatuor quadras: prima est calida & humida, quæ assimilatur veri: secũda calida & sicca, quę assimilatur æstati: tertia frigida & sicca, quæ assimilatur autumno: quarta frigida & humida, quæ assimilatur hyemi. Si autem diceretur, quòd secunda quadra non erit sicca, sed humida, quia crescente luna crescit omne humidũ, sicut patet in conchilibus: Dico quòd duplex est augmentum: quoddam verum, & hoc est in prima quadra: & quoddam phantasticum siue apparens, & hoc est in secunda, pro tanto, quia humidum ratificatum occupat maiorẽ locum, & ita omne humidum crescit crescente luna vel existenter vel apparenter.

Vinũ viris conueniat, quibus & quando.

De apoplexia. CAP. XXVI.

APoplexia est passio cerebri, auferens sensum & motũ toti corpori repente & subito, magna voce prędẽte, propter oppilationẽ in meatibus & in vẽtriculis cerebri, tã in principalibus quàm non principalibus. Causa huius passionis est aut exterior aut interior. Exterior, sicut est casus & percussio, obuiatio vehemens, & repentina frigiditas aduieniens capiti, aut ex hyeme & similibus, aut illis qui æstate capite discooperto intrant templa profunda, marmorea. Si abintus, hoc est aut propter apostema & feb. aut propter sanguinis exuberantiam, replentem ventriculos & meatus, aut arterias, aut fit hic propter

pter humorem phlegmaticum, aut propter vtrunque, aut propter choleram grossam. Sed hoc rarò accidit, & si accidat, tanto deterius est: quia contra conuenientiam particularium est. Causa autem antecedens sunt crapula & repletio nimia cibi & potus, otiū & vitæ tranquillitas, & dimissio phlebotomiæ solitæ, & retentio superfluitatum præter solitum, & nimius vsus phlebotomiæ in iuuentute, & adiuuant ad hoc pluuiæ multæ tempore hyemali, ætas senectutis, cibus humidus, dimissio exercitij soliti, repletio nimia præter solitum, & ita de aliis conformibus. Intelligendum quòd apoplexia habet tres species, quæ distinguūtur à parte materiæ & ex parte afflictionis. Ex parte materiæ, quoniam quando ventriculi replentur omnes, tam principales quàm non principales & meatus omnino & vniuersaliter, tunc est maior, & quando replentur sed cum quadam raritate, tantum est media. Sed si repletio fiat quasi vsq; ad medium, tunc est minor. Ex parte accidentium distinguitur, quoniam quando suspirat cum magna difficultate, & spuma est in ore, & vox est sicut strangulatorum, & inordinatio anhelitus est magna valde, tunc est maior species, tamen si esset sine omni anhelitu, voce, spuma, motu & sensu, bene esset tunc deterius. In secunda autem specie est suspirium, sed non est inordinatio, nec spuma, nec vox strangulatorum. Quando tu es vocatus ad patientem, & vides eum sine sensu & motu, & sicut dormiētem somno graui & profundo, sicut est somnus qui vocatur subeth, & stertit, tūc voca eum proprio nomine & alta voce, & trahe eū per capillos, & conduplica digitos, & stringe fortiter, & punge eum cum acu aut stylo, tunc si nullo modo respondet, apopleticus est, potissimè si subito vocetur & cum alta voce. Aliquando tamen est magnum dubium, vtrum sit viuus vel mortuus propter priuationem sensus, motus, anhelitus, & pulsus etiam, tunc claudantur omnia foramina domus, & flosculum lanæ minutissimè carpinatum ori eius apponatur, & si mouentur pili lanæ, proculdubio adhuc viuit: & si nullo modo moueantur, mortuus est. Vel si accipiatur scyphus plenus aquę, & ponatur supra pectus, & tūc præcipiatur omnibus de domo, & sedeant, & quiescant: si domus est in solario, & permittatur etiā aqua vasis quiescere, tunc respiciamus aquā vasis diligēter, & si nullo modo moueatur,

Causa antecedens.

Apoplexiæ symptomata.

Signa.

procul

proculdubio mortuus est, si autem moueatur, adhuc viuit. Intelligendum igitur, quòd apoplexia licet conueniat cum epilepsia, & in materia & in situ, differunt tamen: quoniam epilepsia est cum periodis, apoplexia autem nunquã, quoniam aut interficiet, aut in paralysim terminabitur. Materia enim apoplexiæ est ita grossa, frigida, multa & compacta, quòd perfectam crisim terminare non potest, sed cum curatur, in paralysim terminatur: quoniam apoplexia cum dispergitur per neruos, causat paralysim, sicut materia paralysis cum coadunatur, causat apoplexiam, & ita paralysis terminatur in apoplexiam, & apoplexia in paralysim. Primum sciendum est, quòd apoplexia differt à somno graui, & profundo, qui appellatur subeth, & differt à lethargia, & à syncopi cordis. A somno, & lethargia differt, quia ista ueniunt paulatinè, sed apoplexia subito, & cum hoc in apoplexia nulla est excitatio, nec responsio, sed in aliis est saltem cum violẽtia. Differentiã à syncopi cordis, quoniam in apoplexia facies assimilatur faciei viuorum, sed in syncopi assimilatur faciei mortuorũ. Syncopis autem stomachi, & matricis sunt periodales, sed cum venit à cerebro, non. Cognoscitur autem materia peccans, quia si est sanguis, tota facies est rubea: & si phlegma, est facies subalbida cum humiditate multa: & si est ex causis compositis, signa erunt composita: & si esset ex sanguine iniecto ex melancholia, tunc facies vergit ad liuorẽ & virorem: & si est ex chol. vergit ad citrinitatem cum humiditate pauca: & si est ex apostemate, est semper cum febre: & ista est pessima inter omnes: & si est ex causis primitiuis, cognoscitur ex illis. Hipp. docet prognosticare. Apoplexiã fortem curare est impossibile, debilem vero non facile. Prima igitur, & secunda species non curantur manu humana, sed tertia curari potest cum magna diligentia. Hippoc. enim intendit, quòd si aliquis sanus amittit subito sensum, & motũ & vocem, quòd infra septem dies morietur, nisi febris acceperit eum. Dicit enim quòd si inebriatus repente sine voce fiat, spasmo innato moritur, nisi feb. superuenerit, aut fuerit solutus hora qua crapulę soluuntur. Et dicit Auic. quòd aliquis aliquando penitus est sine sensu, motu & anhelitu, & est sicut mortuus, nisi quòd aliquo modo sopito habet aliqualiter pulsum: & ait ꝙ talis mortuus reuiuiscit vel reuiuiscere potest,

Prognost. Aphor. 42 lib. 2

quia calor innatus est ita debilis abintus, ꝙ nullo aëre exteriori indiget, & debet stare per 72. horas antequam sepeliatur, sed pauci aut nulli habent amicos, & ideo multi valde sepeliuntur viui. Postquam igitur Hip. & Aui. prognosticauerunt, dico ego ꝙ vidi multos apopleticos, & in veritate nunquam vidi aliquem euadere: à morte igitur subita nea libera nos domine. Si causa est sanguinea, in primis fiat phlebotomia de vnaquaq; cephalica: & si est causa phlegmatica cum corpus sit vtplurimum plethoricum, adhuc fiat phlebotomia de vnaquaque cephalica, dum tamen virtus possit tolerare. Secundo fiat clystere cum stœchados & aliis cõmunibus, & resoluatur ibi hiera pi. aut hiera Ruffi, aut hiera logodion. Deinde fiant fricationes extremitatum fortissimæ cum sale & aceto tepidis. Deinde fiant sternutiones. R. ellebori al. piperis, castorei. ana ℥. 1. fiat puluis, & aliqua pars per calamum insuffletur in nares, & si sternutauerit, bonum est. Postea suffumigetur cum alipta muscata.

Historia.

Deinde fomentetur caput cum decoctione istarum herbarum. R. vtriusq; saluiæ, vtriusq; calamenti, vtriusq; menthæ, vtriusque rutę, ana fasciculos 2. conquassentur & bulliant in vino albo, & fomentetur caput ex alto, & deinde caput cum pannis calidis exiccetur, & tondeantur capilli, & caput abluatur cum vino decoctionis rutæ. Deinde inungatur sic, R. euphorbij, pyrethri, baccarum lauri, costi rutæ agrestis & domesticæ ana ℥. 2. bulliant in oleo muccellino, & cum illo oleo multum calido inungatur caput. Deinde fiat tale medicamen. R. euphorbij, pyrethri, castorei, galbani, serapini, opopana. trium generũ piperis, sulphuris viui, sinapis, axungiæ leonis. ana ℥. 1. conficiatur quædam massa, & totum figuretur in aluta ad modum capellinę, vt superficies concaua comprehendat totum caput, & emplastrũ in superficie concaua extẽdatur, & calidum capiti applicetur.

Et si ex his non curetur, nec excitetur, habeatur capellina ferrea, calefiat & capiti applicetur, & sit intantum calida, vt quasi adurat capillos, & antequam infrigidetur, alia capiti apponatur, & ista omnia per ordinem sine intermissione intantum continuentur, donec reuixerit, aut saltem mortuus fuerit, vt non possit dici, ꝙ ex defectu medicaminum deficiat. Quandoq; dicit Auic. contingit quòd feb. sine apostemate terminatur per apoplexiam, & potest terminari ad

ri ad bonũ, tamen ſtat ſicut mortuus quaſi omnino, & poſtea reuiuiſcit, & ideo nullus talium debet ſepeliri, donec trãſiuerint tres dies naturales completi, & eſt ſpatium 72. horarum. Si autem per Dei gratiam conualuerit, fiat quòd euomat, & detur cibus ſubtilior in minori quãtitate, quàm in epilepſia, & detur etiam oxymel diur. oxymel ſcil. & purgetur cum hiera Ruffi, cum hieralogodion, & fiant omnia per ordinem quæ dicta ſunt in epilepſia, quoniam ſicut cõueniunt in cauſis, ita in curatione, non oportet igitur repetere. Intelligendum, quòd anhelitus omnino exiſtenter & apparenter in apoplexia deficere nõ poteſt: ſic enim fieret ſubito mors, ſicut in ſuffocatis, & ſtrangulatis, ſed eſt ibi aliquo modo confuſo & inordinato. Aliquando tamen poteſt eſſe anhelitus ita debilis, quòd non apparet nobis, potiſſimè in illis, qui habent cor frigidum. Nunc autem anhelitus in apoplexia non eſt propter virtutem animatam, ſed propter naturalem mouentem ex deſiderio, ſecundũ Gal. Et ſi diceres, etiam virtus naturalis non mouet: dico quòd non mouet in tempore ſanitatis, ſed in tempore magnę neceſſitatis ſicut hic. Secundo notandum, quòd apoplexia vtplurimum eſt incurabilis, & hoc eſt propter nobilitatem membri, & multitudinem materiæ, quia membrum nobile non poteſt pati longitudinem morbi, & moleſtationem accidentium. Si autem curetur, licet non perfectè, hoc non poteſt fieri perfectè propter multitudinem, groſſitiem & viſcoſitatem materiæ, ſed natura vigorata mittit ad loca proxima, & quia ibidem oriuntur nerui, ideo infunditur in neruis, & ita cauſatur paralyſis, vt dictum eſt. Tertio notandum, quòd frequẽtius accidit paralyſis in parte dextra, quia pars eſt rarior, & meatus magis aperti, aliquando tamẽ fit in parte ſiniſtra propter debilitatem loci, & ita plus generatur in parte ad quam materia magis declinat. Vltimo notandum, quòd in apoplectico & in epileptico pila, vel lignum, vel aliud tale debet poni inter dentes cum violentia, & ratione anhelitus, vt dentes non deſtruantur. *Clariſicatio.*

De paralyſi. CAPVT XXVII.

PAralyſis eſt neruorum mollificatio cum ablatione ſenſus & motus. Quædam ſunt cauſæ extrinſecę, ſicut eſt caſus & percuſſio, neruorum nimia attritio, ruptura, inciſio per trãſuerſum, diſlocatio, ira & timor, nimia frigiditas *Cauſæ.*

cõprimens & claudens, aut nimia caliditas exhalans, constrictio, ligatura & similia. Si ab intus, tunc sunt omnia illa quæ oppillãt, & claudunt capita & originem neruorum, ita quòd spiritus ad subiecta penetrare non possit. Ista autem sunt multa, sicut est phlegma vtplurimùm, & melancholia minus, & sanguis adhuc minus, & cholera minimè, nisi addita cum alio humore, vt in apostemate & similibus, sicut est crisis. Vnde quatuor sunt morbi, qui possunt in paralysim terminari, sicut est apoplexia, febris chronica, colica, & suffocatio matricis. Intelligẽdum igitur, quòd duplex est paralysis, quædam vniuersalis, & quædam particularis. Particularis est in pede tantum, aut matrice, aut vesica, aut in intestinis, aut stomacho, lingua, naribus, aut manibus, & ita de aliis. Aut est vniuersalis, & appellatur vniuersalis, quando tenet medietatem corporis secundum lõgum, ita quòd aliquando est in vno latere, aliquãdo in ambobus, præterquam in capite, quia si est in capite, tunc est apoplexia. Et est intelligendum, quòd differentia est inter spasmum & paralysim, quoniam in paralysi prolongatur membrum, quia infirmum trahit sanum, & cum hoc in paralysi est materia diffusa, & dispersa per membrum: & tertia differentia, quia plus est ex materia humida, & ita prolongatur neruus secũdum longum, & curtatur secundum latum. Contrarium est in spasmo. Primo quia membrum curtatur secundum longum, & prolongatur secundũ latum: in spasmo enim membrum sanum trahit infirmum. Secundo, quia materia est magis coadunata, coarctata & imbibita in foraminibus nerui, & propter hoc dilatatur neruus in latum. Vltima differentia, quia materia spasmi magis trahit ad siccum, grossum, citius terminabile termino proprio. Paralysis est igitur membri mollificatio & remollitio, ita quòd cum manu tua poteris membrum paralyticum eleuare, & deprimere sicut corrigiam madefactam, in spasmo autem non, cum neruus sit rigidus & contractus. Pulsus paralytici est occultus, debilis, frequens, & inordinatus, vrina est alba & tenuis: aliquando tamen est multum colorata, propter renes non potentes segregare, aut ratione doloris, aut febris, aut alicuius morbi cõcomitantis. Latus infirmum est ita frigidum, sicut si esset in glacie positum, & sanum sentitur ita calidum, sicut si esset in igne, & oculus aliquando mino

Morbi quatuor paralysi vicini.

Paralysis duplex.

Differt paralysis à spasmo.

Signa.

do minoratur. Signa autem humoris peccantis sunt, quia si est ex sanguine, pulsus est plenus, & color corporis rubeus, & venæ repletę, & totum corpus plenum, & signa sanguinis præcesserunt. Si ex phlegmate, erit album humidũ, & signa phlegmatis apparent in toto corpore. Si ex melancholia, erit liuidum: ex cholera autem sola fieri nõ potest: & si fiat, hoc est per admixtionem cum alio humore, & rarò accidit, & tunc signa sunt composita. Si ex apostemate, est cum febre & duritie, & apparet in loco. Causæ autem primitiuæ ex indicijs cognoscuntur. Si in puero febricitanti vrina appareat viridis, significat paralysim futurã, aut spasmum. Paralysis in senibus de difficili, aut nunquam curatur. Tremor superueniens paralysi, bonum. Febris superueniens paralysi, bonum. Paralysis si venerit ex dislocatione, nimia neruorum constrictione, aut ex ruptura, aut incisione per tranſuersum, non recipit curationem. Si autem membrum paralyticum minoretur, aut color immutetur, valde malum: & si non, spes est in curatione. In curatione paralysis debemus aduertere, quòd à principio non detur fortis medicina. Secundo debemus cõsiderare, si est in seb. & sic detur medicina composita ex calidis & frigidis. Tertio debemus considerare, si medicamina calida multum nocent, & si sic, remittantur, & cum chamomilla, & meliloto, anthos & similibus medicẽtur: quoniam nimis calida dissoluunt materiam, & ita augmentant morbum. Quarto debemus considerare, quòd medicamina apponantur in origine neruorum, quoniam aliter appositio supra particulam patientem, parum valebit. Quinto debemus considerare effectum medicaminis calidum supra membrum paralyticum: quoniã aliquando nimis calefacit & vlcerat, membrum etiam non sentit, & ideo nescimus vtrum iuuet vel noceat, quare frequenter debemus respicere: & si color est rubeus, & caro inflata, & cum comprimitur dealbatur, bonum est: si autem non dealbatur, cum comprimitur, sed remanet rubedo, signum est quòd nimis calefit, & cum hoc si vlcera appareant, medicamina sunt mutanda, vt dictum est. *Prognostic.* *Cura.*

In primis igitur diæretur cũ aqua hordei & hydromelle, & tenui dieta, non solum vsq; ad tres dies, sed vsq; ad 7. vel 13. si virtus tolerare queat. Cibaria igitur sint volatilia assa, frixa, & condita cum speciebus aromaticis, ab omni vi- *Ratio victus.*

no caueat vsq; ad declinatio nē morbi,& sit cōtentus aqua mellita:aquam etiā non potet,& si potet, valde parū. Omnes 6.res non naturales debent vergere ad siccitatē, sicut est aër,cibus,& potus,somnus & vigilia,& ita de aliis.Sumē igitur parum potet,& cibaria sint sicca. Si autē fuerit de sanguine,fiat phlebotomia,deinde sumat oxysacca.oxymel diuret.& purgetur cum catharrico imperiali, & oxylaxatiuo & hierapicra. Deinde inungatur cum oleo laurino,costino,chamomillino.Et si materia fuerit melancholica,digeratur & expellatur,sicut decet illā materiā. Et si ex apostemate,curetur illud,sicut decet apostemata,& ita de causis primitiuis. Simplici igitur dyscraſiæ simplex medicamen adhibeatur,& compositū compositæ. Sed quia frequentius,& vtplurimum accidit de phlegmate,ideo hanc curam diligentius pertractemus. In primis igitur fiat clystere.R.maluæ,mercurialis,abrotani, vtriusq; centaureæ, vtriusq; stœchados,vtriusq; rutæ ana M.j.succi bletæ ℔.ß. fiat decoctio,& in decoctione resoluantur olei communis ʒ.iij.mellis,salis, furfuris ana ʒ.j. hieræpi. hierælogodion ana ʒ.j.misceantur,colentur,& fiat clystere vsq; ad ℔.ß. Si autē esset nimis constipatus,potest precedere clystere mollificatiuum,& postea illud.Deinde fricentur extrema fortiter,& particula patiens suauiter.Deinde digeratur materia cum pipere & assa,aut cum pipere & acoro, aut cum pipere & theriaca,aut cum pipere & mithridato,aut cum diatrionpipereon. Et fricetur pars cū radice lilij,& purgetur cū hierapic.& hiaralogodio acuatis cū pulpa colocynth.& bdellio. Vel digeratur materia per hunc modum.R.radicis fœnic.petrosil.apij,gentianæ,aristolo.ro.capparis,scil.acori,pirethri,raphani,lilij ana ʒ.iij.conquassentur & temperentur in vino albo, & aceto albo per diem & noctem, & tunc R.narcissi,vtriusq; saluiæ,vtriusq; calamenti,centaureę minoris,costi,hyssopi ana ʒ.ij.anisi.maratri,carui agrestis,sem.rutæ,spicæ nar. squinanti ana ʒ.j. mellis ℔.j.& ß. fiant syrupi ℔.ij. Materia digesta purgetur sic,R. agarici, turbith,ana ʒ.ij.euphorbij,pulpæ colocynt. ana ʒ.j. mastices,zinziberis,bdellij,spicæ nar.se. rapini, anisi, castorei, cordumen.se.rutæ.ana ʒ.j.hieræ Ruffi, hierælogodion,hieræ pi.ana ʒ.iij.misceantur cū oxymelle scill.& fiat massa.& cum vti voluerit,accipiat ʒ.iij.aut ʒ.ß.aut plus aut minus

iuxta

iuxta conuenientiam particularium, postquam medicina confecta fuerit ad minus per 15. dies, si patiens potest tantum expectare, aut detur supradicta medicina. Deinde inũgatur cum aliquo ex istis oleis, aut ex multis, scilicet laurino, costino, & cum oleo de nuce romana, acoro, pyrethro, euphorbio, de spi. nar. nigella, ruta, sinapi, mentha, aut de cordumenti, hoc est carui agre. aut de hyssopo, & ita de aliis oleis subtilibus, calidis, penetratiuis, resolutiuis & consumentibus, sicut est etiam oleum de balsamo, & mel anacardinum, & adeps vulpis, vulturis, & similiũ calidorũ. Ante tamen istas inunctiones, post corporis mundificationem bonũ est vti stuphis siccis, & in stupha ponantur omnia quæ ponuntur in syrupo, & post exitum qualibet vice ℔ exhibeatur theriacæ aureæ alexandrinæ ana ʒ.ß. & continuetur multis diebus stomacho vacuo. Deinde apponatur istud emplastrum, cum cautela prædicta. R. gummi rutæ agre. euphorbij, opop. serapini, galba. castorei, myrrhæ, assæ fœtidæ, bdel. pyre. nucis musc. nucis romanæ, triũ generum piperis, anacardi, tapsiæ, nigel. sinapis, carui agrest. se. rutæ ana ℥.ß. conficiantur cum oxymelle scill. & fiat emplastrum, & supra membrum paralyticũ apponatur. Postea potest balneari, accipiatur vulpes cum pelle & toto, decoquatur in aqua cum ruta, & calamento, & caruo agre. & acoro, & balneetur in ista aqua. Vulgares tamen decipiuntur in isto balneo, quia faciunt ante corporis mundificationem, & ideo augmentatur morbus. Caput purgia etiam & vomitus competunt. In declinatione autem detur vinum calidum antiquum, sed in parua quantitate. Ventosæ cum stricto orificio siue scarificatione frequenter appositæ supra capita neruorum multum iuuant. Sternutatio facta cum elleboro, multum valet, & cum medicaminibus resolutiuis semper stiptica apponantur. Cum autem fuerit in conualescentia, multum confert quòd membrum eleuetur & deprimatur, vt suam operationem possit exercere. Intelligendum, quòd paralysis frequentius aduenit cum particularia conueniunt, vt quia frigidus de complexione, & senex, & tempus frigidum, & regio frigida, & quia viuit in otio, & in crapula, & in vino multo, & quia officium suum est frigidum, vt quia piscator, & circa coria & aquas conuersatur, & ita de aliis.

Secundo notandum, quòd membrum paralyticum, licet non sentiat nec moueatur, nihilominus nutritur, licet debiliter: & quòd debiliter nutriatur hoc patet, quia continuè maceratur, & arescit: & licet spiritus animalis nō possit penetrare, nutrimentum tamen penetrat, quoniam modica nubes impedit radiū, sed attractio specifica attrahit etiam quod de difficili est attrahibile, sicut patet in follibus fabrorum, vbi non attrahitur solum aër, sed grauia vt puluis & stramina. Tertio notandum, quòd vinum non cō petit in aliqua ægritudine neruosa frigida, nec etiam in passionibus iuncturarum, & quia facit materias crudas penetrare, & quia conuertitur in acetū, nisi in declinatione, corpore mundificato, & quòd administretur sicut oportet.

De spasmo. CAP. XXVIII.

Causæ.

SPasmus est ægritudo neruosa, contrahens neruum ad suam originem cum ablatione motus. Quædam enim est causa exterior, & quædā interior. Exteriores enim causæ sunt multæ, sicut est nimia frigiditas comprimens, aut caliditas dissoluens & ad neruos delegās, aut sicut est punctura nerui cum stylo, aut acu, & similibus, aut punctura scorpionum, aut morsus reptilium, aut labor nimius, aut

Causa antecedens.

coitus superfluus, fluxus ventris nimius, & fluxus sanguinis nimius, aut aliqua alia res cogens reuerti membrū ad suam originem, sicut est casus, incisio, & ita de aliis. Si autem causa fuerit interior, tunc etiam sunt multæ, sicut est apostema, vbi materia est coadunata, in vno loco nerui seu originis eius. In aliis autem causis, materia magis cōprehendit neruum, & cum hoc etiam ventositas grossa, quæ non habet exitum: aliquando tamen ventositas est ita modica, quòd cito recedit per se, aut cum modica fricatione, & ideo quando venit in tibia, vulgariter vocatur grapa. Aliquando causa est sanguinea, aliquando melancholica, aliquando phlegmatica, & ista venit vt plurimū, aliquādo febris est in causa, crapula, otium, & somnus nimis profun-

Aph. 39. parti. 6.

dus, & si qua sunt similia. Intelligendū quòd spasmus quasdam recipit sectiones: omnis enim spasmus aut de repletione, aut de inanitione, & si quæ aliæ sunt causæ ad istas duas possunt reduci. Secūda diuisio erit talis, spasmus aut est vniuersalis, aut particularis. Vniuersalis, quando est in vna parte tantum, sicut si cōtrahatur membrum anterius

Hic bonus Gordonius propter grāca lingua

aut

aut tantum posterius, aut vtroq; modo, aut vocantur propriis nominibus procostomus, eupercostomus, & tetanus, quasi totum tenens: quoniã tunc æqualiter contrahuntur nerui anteriores & posteriores: & iste de difficili cognosci tur, quia remanet figura in dispositione sua. Hoc intelligo quòd ille spasmus non attingat caput, quia tunc esset epilepsia, quoniam epilepsia est spasmus totius corporis. Sed particularis vt actum est in aliqua parte faciei tantum, aut in pedibus, aut in manibus, aut vesica, & ita de aliis. Tertia diuisio est, quoniã spasmus quidam est in pueris, & ille de facili venit & de facili curatur: & quidam venit in aliis ætatibus à 7. annis vltra, & tunc de difficili venit, & de difficili recedit. Spasmus quidam antecedit feb. & est vtplurimum de repletione: & quidam sequitur feb. & ille vtplurimum est de inanitione. Spasmus quidam est cum dolore magno, sicut ille qui est ex repletione: & quidam vbi nõ est tantus dolor, sicut Ille qui est ex inanitione, nisi esset ratione inordinationis, & similiũ: sicut est in spasmo stomachi propter choleram prassinam: & vermes sunt etiam aliquando causa spasmi & epilepsiæ. Quando enim vides mẽbrum contractum & rigidũ, & non potest reduci ad dispositionem suam naturalem, tunc illud membrũ est spasmatum: & si sano subito aduenerit, tunc significatur esse de repletione, quoniam neruus tunc diminutus est secundũ longum, & magnificatus secundũ latum, sicut corrigia in hyeme. Si autem paulatinè aduenerit, aut post febres, labores & inanitiones, tunc talis spasmus est de inanitione, vbi est curtatio nerui secundum latum & secundũ longum, sicut videmus de corrigiis in æstate. Et quando spasmus cito reuertitur ad suam naturã, non est verè spasmus, sicut patet in oscitatione & singultu. Pulsus autẽ spasmatorũ est debilis, durus, vndosus, inordinatus. Vrina aliquando est colorata propter feb. & aliquãdo remissa propter ascensum humiditatum ad caput. Et si fuerit ex sanguine, apparet rubedo in mẽbro, & apparent dominia sanguinea in toto corpore: ita est de melancholia, & de phlegmate, de quorum signis frequenter dictum est. Causæ autem primitiuæ cognoscuntur indicio patientis. De signis autem apostematum, aut vermium similiũ dictum est, aut dicetur. Spasmus de repletione, est curabilis, quia facilius est rem humidam

imperitiam non potuit enuntiare Græca nomina spasmi, quæ sunt hæc, tetanus, emprosthotonus & opisthotonus.

Signa.

Prognostica.

Apho.1. parti.5. deficcare, quàm ficcā humectare, ſicut ſcribitur 7.de ingenio, ex elleboro ſpaſmus mortale eſt. Spaſmus poſt vulnera, mortalis, quia ſpaſmus de inanitione, mortalis. Spaſmus poſt febres, mortalis. Si autē aliquis fuerit multum inanitus propter aliquam cauſam, ſi ſuperueniat ei feb. & febris ſuperueniat ſpaſmo, verè talis ſpaſmus eſt mortalis, quia pro certo de inanitione eſt. Et hoc dicitur pro tanto, quia ſpaſmus de repletione, venit aliquando poſt feb. cū corpus eſt plenum, & quia talis ſpaſmus eſt de repletione, ideo eſt curabilis. Et pro tanto ſpaſmus in pueris eſt de facili curabilis, quia nerui ſunt molles, & ideo pro qualiber facili cauſa venit, ſicut pro fletu & colli paſſione & feb. & ſicut de facili venit, ita de facili curatur vel recedit: quoniā ſpaſmus in pueris cum febricitant, vrplurimū eſt de repletione, quo niam pueri nulli ex rebus intendunt, niſi ſoli comeſtioni, ſicut ſcribit Gal. in fine prognoſtic. cū loquitur de ſpaſmo puerorū. Spaſmus propter punctura neruorū eſt peſſimus, iuxta illud Gal. in techni. Nerui vero & tetanos punctura, &c. Si ſpaſmus fuerit ex frigiditate, dentur calida reſoluti ua, ſicut eſt oleum de lilio, de coſto, de caſtoreo, de nuce indica. Si fuerit ex caliditate, inungantur nerui & capita eorū cū oleo nenupharis, ſalicis, & roſarū. Et intelligendū quòd in ſpaſmo faciei debent poni medicamina ſupra occipitium. Et ſi fuerit in aliis partibus inferioribus, ponantur deſuper quaſi feruens oleū de euphorbio, & opopanaco, & pyrethro, caſtoreo, & aperiatur locus & cauterizetur purgatione vniuerſali præcedente, quia iſte ſpaſmus eſt multū periculoſus & de ſe incurabilis: quid erit ſi contingat error? vigilate ergo hic. Si autē ſpaſmus fuerit ex ſcorpionibus, & animalibus venenoſis, detur theriaca, & mithridatum, aut medicamina quæ valent contra venenū, ſicut ſaluia, ariſtol. ro. gentiana, baccæ lauri & ſimilia. Et ſi fuerit in infantibus, olea reſolutiua ſufficiūt, ſicut eſt oleū coſtinum, laurinum, chamomellinum, & ſimilia. Si autem fuerit propter apoſtemata, curentur apoſtemata ſicut decet. Si autem fuerit propter vermes, occidantur cum amaris, ſicut eſt abſinthium xantonicū, perſicaria, aloë, agaricus, fella, ſemen zedoar. amygd. amar. & poſſunt fieri emplaſtra extra, aut aliqua iſtorum poſſunt dari cum lacte, & ſimilibus, quę dicētur in loco ſuo, & ita de aliis cauſis, quę

Præſag. lib.3.

Artim. di.3. Curatio.

redu

reducuntur ad ſuam naturam per ſuum contrarium. Si autem fuerit de ſanguine, fiat phlebomia, & deinde clyſteria, poſtea ponantur reſolutiua olea, quæ dicta ſunt, ſupra originem neruorum, vt dictum eſt. Et ſi cauſa fuerit melãcholica, digeratur & euacuetur, vt dictũ eſt. Idem de phlegmatica. In cauſis igitur frigidis detur iſtã potio, & digerit & perfectè curat, ſi continuetur. Recipe aſſæ fœtidæ, opopanacis, caſtorei. ana ʒ. ß. miſceantur & exhibeantur quotidie ʒ.2. Vel digeratur materia cum oxymelle diuretico, oxymelle ſcill. & purgetur cum hiera Ruffi, & hieralogodiõ, acuatis cum euphorbio, & pulpa colocynth. vel fiat ſyrupus & medicina, & ſtuphę, & omnia alia quę dicta ſunt in paralyſi. balnea enim ſulphurea multum conferunt, & ſi non habentur naturaliter, fiant artificialiter cum multitudine ſulphuris & ſalis, tamen non debent multum morari. Stupha ſicca magis competit quàm balneum aquæ. Inũgatur igitur membrum cum oleo de euphorbio & pyrethro, ſpica nar. & caſtoreo, & aſſa, opopanaco, & ſerapino, & cum axungia vulpina, lupina, vulturina, & ex iſtis eiſdẽ poteſt fieri emplaſtrum, & portet pelles vulpinas & vulturinas, & ventoſæ etiam valent. Si autem cauſa fuerit inanitio cum ſe. detur hordeatum, auenatũ, lac amygda. diadragantũ frigidũ, & inungatur cũ oleo viol. & nenupharis, & ſalicis: & domus ſit frigida, aſpergatur tota rebus frigidis, axillę, inguina & ſpina dorſi inũgãtur frequẽter cum oleo viol. Si autem non febricitet, detur ſibi lac ad potandũ, & irroretur totum caput cum lacte, & balneetur totus, ſi eſt poſſibile, & inũgatur cũ oleo ſeſamino, & cum oleo amygdal. imò balneetur totus, ſi eſt poſſibile, & dentur vitella ouorum & alia reſumptiua & nutrientia, otiũ, quies, & taciturnitas. In tetano autẽ cõpetit quòd balneetur in aqua frigida, ſicut dicit Hip. Si fuerit iuuenis & carnoſus in media æſtate, quia tũc reuocatur calor ad interiora, qui reuocatus & fortificatus curat. Et dicit Aui. ℞ ſi ren cũ pingue dine ſua cõteratur, & ſupra originẽ nerui ſpaſmati reponatur, ℞ multũ valet, & ibi dimittatur, deinde per ordinẽ alter apponatur. Intelligendũ quòd febris ſuperueniẽs ſpaſmo poteſt curare ſpaſmũ & ægritudines neruales, dũ tamẽ tres conditiones aponantur. Prima ℞ morbus ſit materialis, & de cauſa frigida, quia ſi eſſet de inanitione magis augm

Spaſmus ex inanitione.

Clariſcatio.

Apho. 26. parti. 2.

augmentaret. Secunda quia corpus sit mundificatum, quoniam aliter esset timendum de putrida, aut de apostemate aut de augmentatione morbi, materiam liquefaciendo & ad particulam patientem delegando, aut de morte propter afflictionem morbi principalis & feb. superueniente. Tertia quòd illa febris sit ephimera, & cum istis cõditionibus securè inungantur arteriæ cum exungia leonis, aut cum succo flammulæ, & ita prouocabitur feb. Secundo notandum, quòd membrum spasmatum non mouetur, & tamen sentit: cuius ratio est, quonia plura sunt necessaria ad motum quàm ad sensum, & ideo multitudo spiritus potest amitti qui erat necessarius motui, sed parum potest remanere quod sufficiat sensui, & potissimè si fiant per vnum neruum: modicus autem spiritus potest sufficere sensui, cum sit virtus passiua: multus autem est necessarius motui, cum sit virtus actiua. Tertio notandum, quòd spasmus citius venit pueris propter mollitiem neruorum, & citius recedit. In senibus autē venit tardius, quia sunt solidiores, & phlegma est magis grossum, & non potest penetrare, tardius tamen curantur. Quarto aduertendum, quòd citius causatur spasmus de sanguine, secundo de phlegmate, tertio de melancholia: & licet melancholia magis assimiletur neruo, secundum hoc citius deberet causari, tamen propter grossitiem penetrare nõ potest. Rarissimè tamen accidit de cholera. Quinto intelligendum, quod licet paralysis accidat in dextrum & sinistrum, non tamen spasmus: quoniam palysis est prolongatio membri, mollificatio, insensibilitas & immobilitas. In spasmo autem est curatio & retractio. pars autē dextra & sinistra non possunt incuruari. pars enim lata citius flectitur quàm stricta: nunc autem latera sunt strictiora, & tamen ita possunt curuari: quia thorax, & costæ, & spondilia, impediunt: & ideo non sunt nisi tres species spasmi, anterior, posterior, & tetanus, quia vtrunque tenet. Vel posses dicere, q̃ licet non fiat spasmus in toto latere, fit tamen in parte, quoniã manus aut brachium potest curuari, & ad suam originem reduci per viam spasmi, sicut potest prolongari per viam paralysis, cùm causa sit eadem, & particula patiens sit eadem, nisi quòd in spasmo materia est grossa & magis adunata, sed in paralysi magis humida & magis dispersa &c.

Quæstio.

Quibus frequentius supernemat spasmus.

Differentia spasmi & paralysis.

De

De tremore. CAP. XXIX.

TRemor est diminutio virtutis motiuę, sicut stupor est diminutio virtutis tactiuæ: vel tremor est bellum cõtinuum virtutis voluntariæ, ad superiora mouentis, & morbi ad inferiora inuoluntariæ deprimentis. Motus igitur tremoris est compositus, ex motu naturæ & motu morbi secundum Galen. 5. de morbo. Si enim virtus non esset impedita, membrum posset eleuare, & eleuatum regere, & conseruare, sed quia impedita est propter morbum, ideo morbus deprimit, ibi igitur est motus cõtinuus aut istius, aut illius. Huius causa est omne illud quod debilitat virtutem, aut instrumentũ virtutis, aut vtrunq;. Illa autem quæ virtutem debilitant, sunt sicut imaginationes timorosæ, sicut cum aliquis vadit per altum montem, aut supra strictũ pontem aquæ profundæ, aut cum est in cacuminibus montium, aut in arce turrium, & respicit inferius: tunc enim imaginatur, quia casus esset malus, & timet, & ita incurrit timorem, & aliquando casum. Similiter cum aliquis est coram principe terribili, sicut dicit Galen. aut cum est in conspectu leonis & similium. Hoc idem facit gaudium, ira, & similia, & omnia breuiter quæ debilitant virtutem animalem. Secunda causa est quòd debilitat instrumentum, & hoc est frigiditas mortificans & paralyticans membrum, aut caliditas resoluens & debilitans, aut humiditas mollificans, aut siccitas inaniens & consumens, reddẽs instrumentum ineptum motui. & ita nocet otium & dimissio exercitij consueti, crapula, & super omnia vinum nimis potatum, & potus nimius aquæ frigidæ, & omne illud quod debilitat aut mollificat instrumentum: quoniam licet spiritus animalis esset bonus, clarus & sufficiens, instrumẽtum tamen est ineptum. Diuiditur autem tremor, quoniam quidam est vniuersalis in omnibus membris, & quidam particularis: vnde quidam est in capite tantũ, & quidam in manu dextra, & quidam in sinistra, & quidam in vtraq;, & non in pedibus. Signa habentur ex suis causis. Tremor est via ad spasinum & paralysim. Tremor in senibus non curatur. Tremor est deterior in parte sinistra quàm dextra secundum Auic. Tremor in labio inferiori vomitum significat. Hipp. docet prognosticare in causone, Tremori alienatio superueniens soluit. Gal, nõ tenet istũ aphoris. Auic.

Causa.

Prognostica.

tenet.

tenet. Gal. non tenet quo ad modum, quoniam alienus modus loquendi est, quòd ægritudo soluatur, & peior causetur. Auic. tenet quòd possibile est quòd sic fiat, & ita quo ad rem. Si est ex accidentibus animæ, remoueãtur, & odoriferis vtatur & spiritus confortantibus. Si est ex calore, infrigidetur. Si est ex frigiditate, calefiat. Si ex humiditate, consumatur & desiccetur: & si ex siccitate, humectetur. Curetur igitur in omnibus, & per omnia, sicut dictum est in cap. de paralysi & de spasmo, quia eadem est cura. Si fuerit causa humida & frigida, quæ frequentius aduenit, curetur sic, R. trifolij, stœchados, eupatorij, ana ℔. ß. castorei ʒ. 2. mellis ℔. 1. fiant syr. quasi lib. 2. & vtatur eo mane & sero: & quia ista habẽt aspectum ad tremorem, ex istis potest fieri oleũ, & quòd inungatur tota pars læsa, aut quòd fiat conditum, aut electuarum, & quòd vtatur eis, aut quòd fiat emplastrũ & desuper apponatur, deinde purgetur cum hierapi. acuata cum pulpa colo. & bdellio. Deinde fiant stuphæ, & in stupha ponantur ista quæ in syrupo, & plus sulphur & sal nitrum, & postea vtatur theriaca, & aurea alexandrina, aut balneetur & stuphetur in balneis sulphureis naturalibus, aut in aqua maris calida, aut in aqua salsa per artificium. Et dicit Auic. quòd cerebrum leporis assum multum valet.

Cura.

Clarificatio.

Intelligendum, quòd vinũ & multitudo aquæ frigidæ multum nocent neruis, sed aqua pluuialis minus nocet. Sed posset aliquis dubitare, si medicina laxatiua debet præcedere balnea vel econuerso, propter dicta Viatici cap. de tremore, qui postquã locutus est de medicinis laxatiuis, & oleis, ipse dicit, Ista autem fiant post balnea sulphurea. & ita videtur quòd balnea præcedãt, & alia subsequantur, quod est contra rationẽ, quia vniuersalia debent præcedere particularia. Dico quòd cum dicat post balnea, non facit relationem ad medicinas, sed ad olea, ita quòd intellexit quòd medicinæ laxatiuæ debeant præcedere, & postea balnea, & postea olea & vnguenta &c.

De iectigatione. CAP. XXX.

Palpitatio dicitur priè.

IEctigatio est motus deambulatiuus propter ventositatẽ inclusam, non habentem exitum, & ideo motus est morbi, & non naturæ, secundum Gal. in 5. de morbo. Fit autem in membro dilatabili & constringibili, sicut est caro lacertosa, & ideo vtplurimum fit in facie sub cute & carne, & ideo

ideo non fit in membro nimis molli, nec in membro nimis duro, sicut sunt ossa: in omni tamen membro potente dilatari & constringi potest fieri, & ideo potest fieri in capsula cordis, & multis aliis partibus, potissimè cum fit in partibus exterioribus iuxta cutem. Quòd autem fit ex ventositate hoc patet, quia cito venit & cito recedit, aut cum modica fricatione. Causæ autem passionis, sunt omnia illa quæ materiam conuertunt in ventum & vaporem, sed generatum non consumunt, & ideo ventus facit saltum & iectigationem, & mouetur ad modum motus vermicularis: ista autem sunt calor debilis potens resoluere & non consumere, frigiditas & humiditas, & causæ coadiuuantes sunt otium, quies, vitæ suauitas, multitudo cibi & porus, & accidentia animæ, sicut est ira, timor, gaudium, & similia. Signa sunt satis manifesta. Si saltus seu iectigatio cõtinuetur, prognosticat futuram epilepsiam, aut apoplexiã, aut paralysim, aut spasmum, aut saltum. Maior pars curationis huius morbi, est rectificatio digestionis, quòd cibus non sit ventosus, & quòd detur in tali quantitate, qualitate, & ordine, quòd nõ conuertatur in vaporẽ. Et ideo si est ex causis calidis, dentur frigida temperatè: & si ex causis frigidis, dentur calida quæ magis consumant quàm dissoluãt, sicut est ruta, agnus castus, & castoreum. Purgetur igitur corpus secundum exigentiam particularium, deinde exhibeantur stuphæ siccæ, sicut dictum est superius capitulo de paralysi, & balnea sulphurea & marina & salsa, siue naturaliter, siue artificialiter, multum valent, & ventosę sine scarificatione & cum scarificatione, & cauteria, & incisio arteriarum administrantium materiam: & idem si fuerit in facie, confert aliquando incidere arterias temporum, postquam vniuersalia præcesserunt sicut oportet. Saltus igitur seu iectigatio curantur sicut tremor. Contrarietas videtur esse inter Gal. de morbo, & Viaticum: quoniam Viaticus dicit quòd iectigatio est motus naturæ morbi: sed Gal. dicit quòd est morbi, & quòd iectigatio non est motus naturæ, sed est morbi: quoniam ventositas mouetur sicut vermis aut formica, aut ad modum saltus cuiusdam deambulationis sub cute. Sed quia videt mouere per modum dilatationis & constrictionis, & quia habet magnam conuenientiam cum tremore, ideo quantum ad hanc appa-

Cause. *Prognostica.* *Cura.* *Balnea.* *Clarificatio.*

rentiam iudicans Viaticus dicebat esse motum naturæ & morbi. Secundo notandum, quòd licet cor sit calidissimũ, nihilominus gratia materiæ frigidæ, grossæ, viscosæ, potest pati iectigationem, aut in se, aut in sua capsula.

De tortura. CAP. XXXI.

Causa. TOrtura est morbus officialis, figuram & dispositionẽ faciei naturalem corrumpens. Causa huius passionis, est paralysis aut spasmus veniens neruis & lacertis faciei, aut apostema colli, & ita de aliis, quæ lædunt neruos, sicut

Signa. dictum est cap. de paralysi, & cap. de spasmo. Signum quòd sit tortura, quoniam labia non possunt coniungi. Si igitur in aliqua parte sit tortura, pars sana cum manibus potest tractari, & ad suam naturalem dispositionem redigi, pars autem infirma non. Signum enim torturæ est multitudo sputi & saliuæ, aut retentio eius. Signum autem quòd sit paralysis, est partis relaxatio, mollificatio, humiditas, & saliua multa. Signum autem spasmi est durities, contractio, & dolor illius partis, & dolor capitis. Et si est de repletione, venit subito: & si est de inanitione, venit paulatinè, & præcesserũt ea quæ corpus inaniunt, sicut est seb. vigiliæ, & inanitio, & similia, & est facies corrugata. Prognosticatio est talis, si tortura per sex menses durauerit, aut nunquam, aut cum difficultate curabitur. Saltus prædicit torturã, & tortura spasmum aut paralysim aut apoplexiã. Si autẽ tortura fortis aduenit, infra quatuor dies interficit, & si illos

Curatio. trãsiuerint, euadere possunt. Curatio huius morbi, directè in phlebotomia & pharmacia & aliis fit sicut in paralysi & spasmo. Specialia tamen ad torturam sunt ista, scilicet hiera Hermetis, si continuetur longo tempore quotidie vsq; ad ʒ.j. Acorus valet ex proprietate, & nux muscata, & zinzi. & ideo ex istis tribus potest fieri syrupus cũ melle, aut

Quæ à proprietate valent. electuariũ, aut oleum, aut emplastrum, & quòd apponatur in occipitio & collo, & supra tempora, mãdibulas, & supra partem læsam, aut quòd ex istis tribus cum pyrethro fiat gargarisma, aut caputpurgia, aut masticatoriũ. Singulare præsidiũ etiam est istud, R. auriculæ muris, cyclaminis, nucis indicæ, cucumeris asinini, nucis mus. acor. pyre. ana. cõquassentur & bulliant in vino, & deinde inungatur bõbax in vino colato, & patiens resupinetur, & cõprimatur bombax, & vna gutta vel duæ tepidæ in naribus instillentur, &

hoc

hoc fiat multis diebus & multis vicibus stomocho vacuo, quoniam ista purgant caput mirabiliter, & confortant neruos, & ideo ex istis posset fieri electuarium, aut emplastrū, & apponatur supra originem neruorum. Ista autem habēt locum in ægritudine materiali corpore mundificato. Valet etiam ad hoc fricatio capitis & occipitij, colli, & totius partis læsæ. Et valet etiam quòd quotidie speculetur se in speculo, & si speculum esset de chalybe, tanto melius, & quòd studeat cōtangere labia, & cōformare faciem suam, per se & cum manibus. Et valet ad hoc tubicinare cum tuba aut cornu frequēter, quoniam hoc facit ad rectificationem figuræ. Valet etiam sternutatio facta cum nigella, castoreo, & pipere: valet etiam quòd fiat suffumigatio, aut fomentatio, aut vtrunque cum omnibus nominatis, & quòd addatur sinapis, & opopanax. Vltimum autem remedium est cauterium in venis quæ sunt retro aures, sicut dicit Auic. vel fiat in collo.

INCIPIT TERTIA PARTICVLA, QVÆ PASSIONES OCVLORUM, aurium, narium, & oris curare docet, sūntque xxvij. capitula.

DE ANATOMIA OCVLORVM.

CAPVT I.

SIC VT scribit Gal. 8. de iuuamētis mēbrorum, cerebrū factum est propter oculos, vt oculi essent in eminētiori parte corporis, sicut specula tor in arce. Nūc autē à cerebro procedūt duo nerui secūdū Gal. 4. de morbo, qui soli sunt cōcaui antonomasicè loquēdo, qui appellantur nerui optici, per quos transit spiritus animalis visibilis vsq; ad oculum, qui diffundit se per totum oculū vsq; ad humorem crystallinum, deinde spiritus animalis ille visibilis, multiplicat se *Nerui optici.*

ab intus vsque ad superficiem oculi,& tunc recipit speciem rei visibilis, quæ iactata erat vsque ad humorem crystallinum,vbi est prima immutatio colorum,& deinde reportat simulachrum vsq; ad sensum communem, vbi recipiuntur species receptæ in aliis sensibus communibus. Ad hoc igitur seruit neruus opticus,vt scilicet portet spiritum visibilem, & reportet simulachrum vsq; ad sensum communem. Isti autem duo nerui optici cum protendũtur ex dextro & siniſtro,coniungũtur per modum crucis,& efficitur in crucis signatione foramen vnum tantum,in quo foramine cãcellantur idola rerum visibilium : aliter enim contingeret videre vnum duo. Deinde bifurcãtur iterum post crucem, & diuidũtur in duas partes, quarum vna vadit ad oculum dextrum,& altera ad siniſtrum. Postea autem oritur tunica sclirotica,quæ oritur à dura matre, & facit oculo semicirculum, cuius iuuamentum est defendere oculum à duritie cranei: deinde venit tunica secũdina,quæ oritur à pia matre,& protegit oculum ad modũ semicirculi,deinde venit tunica retina,& protenditur per eundem modum,& est plena venis & arteriis,vt exinde oculus & humor crystallinus nutriãtur.Deinde venit humor vitreus,cuius color est albus vergens ad rubeum, in cuius concauo est humor crystallinus ad modum semicirculi,ex quo per viam cuiusdam resudationis,per viã attractę nutritur humor crystallinus. Deinde venit humor crystallinus, seu glacialis, qui est in medio oculi,& est ibi per se,& alia omnia sunt propter iuuamenta,vbi est prima colorũ immutatio,& est naturę diaphanæ,vt recipiat omnes colores,& figuræ rotundę,vt non aggregẽtur superfluitates,& à parte anteriori habet figurã clisam,vt simulachrum rei visibilis melius possit apprehendi.Deinde venit tunica aranea,quæ oritur à retina,vbi apparet forma & figura,cum aliquis directè oculũ intuetur,& fuit ante crystallinum,vt non læderetur ab humore albugineo.Deinde venit humor albugineus,& est fęx & superfluitas crystallini humoris,& cum hoc est ibi,vt defendat crystallinũ à nocumẽtis extrinsecis.Deinde venit tunica uuea, cuius color naturalis est medius inter nigrum & viridẽ, vt fortificetur virtus visiua,aliquando tamen est aliorum colorũ, & secundum hoc diuersificatur color oculi, & de ista coloratione non facit mentionem Gal.in techni,sed de illa

Vſus tunicæ ſclirotice.

Humores oculorum.

quæ

quæ prouenit secundum dispositionem humoris crystallini, aut albuginei, aut spiritus. Nunc autem tunica vuea est in medio perforata, vt spiritus & simulachrum possint pertransire rectè ad modum vuæ, & suspensorium est remotū. Deinde venit tunica cornea, quæ est alba & solida, sicut cornu, vt tueretur oculos à nocumentis extrinsecis, & continet in se quatuor tunicas, vt si vna læderetur, aliæ non læderentur. Deinde venit tunica cōiunctiua, illa scilicet quā videmus albam, quæ ambit & ligat vndique totum oculum, nisi quantum est necessarium visui. Deinde veniunt musculi, & lacerti ligantes et solidantes, et mouentes oculum, siue superius siue inferius siue latitudinaliter. Deinde veniunt duæ palpebræ in quolibet oculo, vna superior & alia inferior, vt melius cooperiatur oculus et defendatur: quarum potissime superior mouetur, & sunt musculi mouentes secundum omnes dimensiones necessarias, & sunt ibi pili vt defendant oculum à puluere, et sudore et nocumentis extrinsecis, et sunt nigri vt fortificetur visus. Hanc autem anatomiam posuimus multum breuiter quantū fuit possibile, vt melius ægritudines oculorum videamus, quoniā oculus patitur omnia genera morborum, sicut est morbus consimilis, officialis, & communis. Et quia ægritudines coniunctiuæ citius aduenient, ideo in primis dicemus breuiter de ęgritudinibus conjunctiuæ, deinde de morbis qui veniūt in lachrymali, deinde de illis qui veniunt in cornea, deinde de illis qui veniūt in humore albugineo & crystallino, & spiritu visibili, & neruo optico, deinde de morbis qui veniunt in palpebris, deinde de illis qui veniunt in lacertis mouētibus oculum. Hoc autem faciemus per Dei gratiam breuiter, & bene et plenè, quoniam passiones oculorum sunt multum difficiles ad cognoscendum, & ad curandum.

Musculi oculorum & eorū actio.

De passionibus coniunctiuæ, continens rubricas XIII.

CAPVT II.

DE OPHTHALMIA. RVB. I.

OPHTHALMIA est apostema calidum coniunctiuæ. Causa huius passionis est exterior, aut interior. Exterior enim est sicut caliditas nimia aut frigiditas, aut balneum nimis calidum, aut puluis, aut ventus turbidus, & similia.

Cauſæ materiales. Cauſæ autem intrinſecę ſunt ſicut eſt ſanguis, aut cholera, aut phlegma, aut melancholia, aut vētoſitas. Vnde vapores aliquando aſcendunt ab inferioribus, aliquando autem deſcendunt à capite, & aliquando à venis extrinſecis, & aliquando à venis intrinſecis, & tūc eſt valde malum. Si cauſa fuerit exterior, diſcernitur iudicio patientis, & cauſa exteriori remota, de facili fit curatio, niſi corpus eſſet valde

Signa. diſpoſitum, paratum, & plenū. Si autem fuerit ex ſanguine, adeſt dolor, tumor, & pulſatio, & lippa claudens palpebras in ſomno, & reliqua ſigna ſanguinis. Et ſi eſt ex cholera, adeſt dolor vehemens, pungitiuus, & citrinitas, & paucitas lippæ, & reliqua ſigna. Et ſi fuerit ex phlegmate, adeſt tumor & lippa multa, & albedo vincit ruborem, cum grauitate, & dolore remiſſo, & ita de aliis. Si autem fuerit ex melancholia, adeſt paucitas doloris, & caloris & lippæ, & ita de aliis. Et ſi fuerit ex ventoſitate, eſt cum tenſione, & modica grauitate. Et ſi eſt à ſtomacho, eſt cum nauſea. Et ſi eſt à capite, à parte exteriori, eſt cum grauitate. Et ſi eſt

Prognoſtic. ab intus, eſt cum ſternutatione: & omnis talis fluxus eſt valde malus, cū non poſſint directè remedia adhiberi. Quandiu lippa eſt aquoſa, & ſubtilis, ægritudo eſt in principio, & cum incipit ingroſſari, & dealbari, tunc eſt in augmento. Et cum lippa eſt multa claudens palpebras, tunc eſt ſtatus: & cum incipit minui, tunc eſt declinatio: & lippa quæ habet ſtuſta parua, eſt mala, ſicut dicit Auic. Ophthalmia autem quæ eſt in hyeme cum particularibus concurrentibus in frigiditate, tardius venit, & tardius recedit & eſt magis periculoſa propter clauſionem pororum. Illa autē quæ eſt in eſtate & meridie, citius venit & citius recedit. Ophthalmia nō eſt negligenda, quia ſi malè curetur, malas reliquias dimittit, ſicut eſt macula, pānus, tela, & ita de aliis.

Ophthalmia quæ antiquatur, in qua non proficiunt medicamina, eſt peſſima inter omnes, quoniā ſignificatur humor corruptus inuiſcatus, corrumpens nutrimentum, aut quia venæ intrinſecæ capitis materiam adminiſtrant. Dolor acutiſſimus eſt multum periculoſus de ruptura corneæ aut corroſione, & ideo in his talibus eſt cautius vigilan-

Cura. dum. In primis igitur ponatur in loco obſcuro, tuto à fumo & puluere, & ab omni extrinſeco nocumento: non dormiat de die, teneat caput eleuatum, nec ſit aliquid quod

ſtringat

ſtringat collum, vitet iram, coitum, & omnem ſolicitudinem, & ſit in ſilentio & quiete, vitet lactucas, piſces omnes fructus, omnia aquoſa, vaporoſa, acetoſa, ſalſa, & omnia acuta. Dieta igitur tota vergat ad ſubtilitatem, vtatur gallinis & perdicibus, auibus campeſtribus, & aliis tẽperatis. *Dieta.*

Si autem fuerit cum rheumate, & rheuma fuerit de cauſa calida, in primis ſuccurramus rheumati, quoniam omnem debitam operationem impedit. Odoret igitur ſand. cãphoram, roſas, & aquã roſ. & ex iſtis cum acacia, & bolo, & ſanguine draconis, & albumine ouorum fiat emplaſtrũ, & fronti, & temporibus applicetur, ſtet ibi per vnam horam vel per duas, & poſtea remoueatur. Et ſi cauſa eſſet frigida, conſtringatur cũ thure, maſtiche, chamomilla, meliloto, & roſis. Capite autem confortato, ſi ſanguis dominetur, aut corpus eſt plethoricum, fiat phlebotomia ex cephalica partis oppoſitæ. Et ſi plus indiguerit, poſtea de cephalica partis eiuſdem, aut de ſaphena eiuſdem lateris, & aliquãdo etiam eſt tantum dominium ſanguinis & humorum, quòd etiam expedit facere phlebotomiam de venis quæ ſunt in fronte, aut temporibus, aut capite, aut ſcindere arterias, & minuere de venis quæ ſunt in angulis oculorum. Et confert ventoſas ponere in collo & ſpatulis, aut ſanguiſugas apponere. Et expedit etiam in forti rheumate facere cauterium in capite, & aliquando ponere fortiter reſoluentia cum ſulphure, caſtoreo, chamomilla, & ſimilia: quoniam cum apoſtema antiquatur, & rheuma eſt forte, & prouenit ab interioribus, & medicamina nõ proficiunt, tunc eſt diligentiſſimè aduertendum. Si autem dolor eſt vehemens, purgetur materia cholerica non expectando digeſtionem, cum oxylaxatiuo, & electuario de ſucco roſarum, aut cum myrob. citri. & caſſiaſi. Si autem non eſt tãtus dolor, digeratur materia cum ſyr. roſ. & viol. & nenupharino. Et deinde purgetur: oxyſacca. autem non adminiſtretur, nec diurerica. Si autẽ materia fuerit phlegmatica digeratur cum hydromel. vbi bulliat hyſſopus, & poſtea purgetur cum hierapi. vel cum decoctione polypo. & turbith. Et ſi fuerit melancholica, prædicto digeſtiuo addatur ſyrupus de bora. & purgetur cum diaſenæ, & diaboraginato, & modicum cum hiera Ruffi, vel cum decoctione myrobal. indorum, & epithymi. Si autẽ fuerit conſtipatus, fiant clyſteria, fricationes etiam

extremitatum valent. Intelligendum est circa curationem ophthalmiæ, & in corporibus immundis nullū euaporatorium debet oculis imponi, donec corpus fuerit sufficiēter mundificatum. Præterea nullū narcoticum debet apponi, nisi in dolore vehementissimo de cholera acuta subtili, & tunc directè cōpetunt, quoniam materiam infrigidant, & ingrossant. Primum à principio nullum collyrium apponatur vsque ad tres dies, nisi vehementia doloris hoc cogat, necnon abluātur oculi cum aqua frigida, nec aliquid actu frigidum apponatur, nisi dolor necessitaret, quia frigida claudunt poros, & coarctant materiā. In ophthalmia igitur de causa cal. vniuersalibus omnibus præcedentibus vtā tur tali collyrio. R. psyllium, & fiat muccillago in aqua ro. & idem fiat de semine cytoniorū, & idem fiat de dragagan to, & tunc muccillagines exprimantur, & cū albumine oui fortiter agitato misceantur, & addatur lac mulieris, & fiat collyrium, hoc enim collyrium repercutit materiam & sedat dolorē. Et si vellemus inducere somnum & sedare dolorem, fiant istę muccillagines cum aqua decoctionis papaueris al. & erit mirabile. Si autē vehemētia doloris cogat nos, addamus opium in parua quantitate, & addamus cerussam ablutam & mundatam, & succum coriandri, ex omnibus igitur istis fiat collyrium. Vnde in materiis cal. corpore mundificato in principio morbi, ad sedandum dolorē, & somnū inducendum non potest melius inuenīri, quia reuelatum est. Vtatur igitur isto vsq; ad augmentum & gritudinis. In augmento autem addatur cum istis muccillaginibus, muccillago fœnigræci quia maturat. In statu autē ponatur istud: fiat enim muccillago ex dragaganto, & gūmi arabi. & fœno græco, & exprimatur, & cum lacte mulieris misceantur, & oculis imponantur: & lac mulieris ex mamilla quotidie instilletur, quia maturat & abstergit, & mūdificat, & dolorem sedat: & lippa quotidie mundificetur cū panno lineo antiquo inuncto in albumine ouorū & lacte. In declinatione autem vtatur isto collyrio. R. tutiæ nonies ignitæ & extinctæ & paratæ sicut oportet, sarcocollæ nutriæ in lacte mulieris, amydi, licij ana ℈ij. conficiantur cum aqua ros. & albumine ouorum & lacte mulierū. Si autē fortiori medicamine indigemus, addamus cū his aloën, & æs vstum mundum & ablutūm emitæ, marchasitæ, cathimiæ aureæ,

Narcotica vbi admouenda.

Collyrium in principio ophthalmiæ.

Collyrium optimum in declinatione.

aureæ, & parentur ſicut oportet, & ponantur in ſubduplũ. Iſtud enim abſtergit, mundificat & delet albugines, & malas reliquias in oculis derelictas. Nunc autẽ omnes ſapientes conueniunt in hoc, quòd ſarcocolla non competit in ophthalmia donec in declinatione. Si autem ita fuerit, ꝙ dolor non fuerit in tanta exuberantia, & potiſſimè in hyeme, & in omni particulari, vbi pori poſſunt eſſe clauſi, corpore mundificato ponatur ſpongia in aqua cal. & ponatur ſupra oculum ad euaporandum: vel poſſunt poni roſæ in aqua, vel coriandrũ, vel papauer, vel omnia, & ſpongia intincta & expreſſa calida oculo applicetur, & ita fiet infrigidatio, repercuſſio & euaporatio. In augmento autẽ & ſtatu, addantur dragagantũ, fœnugræ. gummi arabi. In declinatione autem remoueantur iſta, & ponantur in aqua chamomilla, melilotũ, hordeum, vio. deinde bulliant parũ, & ponatur in aqua ſpongia vel lana abluta, vel bombax, vel pannus aliquis duplicatus, & exprimantur, & ſupra oculũ apponantur. In omnibus tamen operibus particularibus oportet ꝙ antè corpus ſit bene mũdificatum, aliter maius accideret nocumentum. Si autem cauſa eſſet frigida, corpore mundificato, & vniuerſalibus præcedẽtibus, fiant iſta remedia localia, ponantur roſæ rubeæ in ſacculo, & temperentur in vino albo actu frigido, & ſacculus oculis imponatur, & poſt vnam horam ponantur iſta in ſacculo, chamomilla, & melilotũ æqualibus partibus, & ponantur in aqua calida, & exprimantur, & ſupra oculum apponantur, & vna hora apponatur iſtud, alia aliud. Deinde cum procedit ægritudo fiat iſtud collyrium, fiat muccillago in aqua ro. de gummi arab. fœnigr. ſe. lactu. maluæ, & exprimatur, tunc R. ſarcocollæ nutritæ in lacte mulieris vel aſinæ, ſpicę nar. myrrhæ, cinamomi, aloës, caſtorei, ana ℈. ß. pulueriz entur ſicut decet collyria: & tunc accipe muccillaginem ad iſta, & fiat collyrium, & in oculis imponatur, iſtud collyriũ partim repercutit, partim reſoluit, partim maturat, & ideo competit in fine principij ophthalmiæ de cauſa frigida, in augmento, & in ſtatu. In declinatione autem fiant iſta eadem: niſi quòd mutentur proportiones, quoniam muccillagines debent eſſe in ſubduplo, & pulueres in duplo. Et cum hoc in declinatione ponatur in balneo, & detur vinum purum, ſed in parua quantitate, & diæta ſit ſubtilis,

Sarcocolla quãdo conuenit.

In compositis autem componantur medicamina. Intelligendum hic & in qualibet materia, & potissimè in ista propter nobilitatem membri, & periculum curæ, occurrunt aliquando aliqua particularia quæ lingua denotari non possunt, quare industriæ medici particulariter operantis relinquitur, in medicaminibus aliquid esse addendum, aliquid esse diminuendum, iuxta naturam simplicium & cõpositorum, & iuxta naturam temporum morbi, & temporum anni, & iuxta naturam complexionum, & aliorum particularium. Et ideo medicus operans particulariter, postquam habet notitiam particularium materialium, componat & ordinet iuxta formam regiminis elicitam ex concursu particularium. Si autem ophthalmia fuerit de ventositate, euaporetur cum milio facellando.

De vngula. *Rubrica 2.*

Græcis pterygion dicitur.

VNgula est secundus morbus qui aduenit coniunctiuæ, vnde vnguis est excrescentia media inter dispositionem nervosam & carnosam crescens super coniunctiuam: & incipit aliquando ab vno lachrymali, & aliquando ab altero, & aliquando ab vtroque & aliquando cooperit coniunctiuam, & aliquando extendit vsque ad corneam, & aliquando est quædam vnius coloris, & aliquando alterius, & ira de aliis.

Curatio. Supposito quòd corpus sit mundificatum, suffumigetur oculus cum aqua maluæ, bismaluæ, deinde vtatur tali collyrio. R. vitreoli, viridis æris vsti, salis armoniaci, fellis tauri ana ℈ ß. aloës, cinamomi, zinzi. triũ generum piperis, fragmentorum scutellæ terreæ viridis. ana ℈. j. pulverizentur sicut decet collyria, & cum succo fœniculi & maioranæ & modico mellis, misceantur, & fiat collyrium. Si autem ex his non curetur, recurramus ad manum chirurgicã, & aperiãtur palpebræ, & trahatur vnguis cum vnco, & tunc excorietur cum extremitate cannæ subtilis, & scindatur cum forficibus, & sint in scindendo duæ cautelæ, quòd totum abscindatur, aliter cito reuerteretur. Secundo quòd nullo modo tangatur aliquid de carne naturali ipsius lachrymalis, aliter essent ibi lachrymæ sempiternæ. Deinde ponatur ibi sal cũ cymino masticatũ, ne palpebra cũ oculo incarnetur, & ideo oculus quasi continuè moueatur, & ideo parũ dormiat. Et emplastretur cũ vitello oui & modico oleo, & ligetur, & bis quotidie præparetur.

De

De macula rubea. *Rubrica 3.*

ISte est tertius morbus coniunctiuæ. Vnde intelligendū est quòd supra coniunctiuā apparet aliquando punctus sanguineus, sicut sanguis aggregatus ad modum guttæ sanguinis, vel sicut macula adhærens coniunctiuæ: & prouenit aliquando ab exterioribus, sicut est casus & percussio, & ruptura coniunctiuæ, & similia. Aliquando est resudatio sanguinis propter exuberantiam, vel rumpitur orificium alicuius venæ, & aggregatur sanguis in coniunctiua, & generat ibi maculam sanguineam. Aliquādo est sanguis rubeus, aliquando sicut sanguis mortificatus. In principio suæ apparitionis propter timorem apostematis fiat phlebotomia de cephalica, & iniungatur tenuis dieta, & agitetur albumen oui cum aqua ros. & sanguine draconis, & instilletur oculis, & si coniunctiua est rupta, ponatur ibi sal masticatum cum cymino, deinde contra illam maculam lac mulieris calidum frequenter instilletur oculis, deinde si non curetur, infundatur sanguis columbinus calidus de sub ala extractus, & si ex his non curetur, instilletur aqua raphani distillata. Et si est antiquum & quasi mortificatū, tunc suffumigetur cum aqua decoctionis hyssopi, hordei, calamenti, & deinde instilletur stercus columbinū distillatum in aceto albo & vino albo, & coletur. Et si ex his non curetur, ponatur aqua dissolutionis nitri, & salis armoniaci: & si ex his non curetur, fiat tale collyrium, & oculis imponatur. R. vitreoli, salis armoniaci, sarcocollæ, aloë, piperis, thuris, æris vsti, coralli, margaritarum, dragagāti, gummi arabi. cerusæ, amydi, sanguinis dra. ana ℈.j. puluerizentur sicut decet collyria, & cum sanguine columbi informentur trochisci parui, & desiccentur: & cum vti volueris, dissoluatur vnus in lacte mulieris, & oculis instilletur.

Causa.

Curatio.

Sanguis columbinus.

Collyrium.

De panno. *Rubrica 4.*

ISte est quartus morbus, qui accidit coniunctiuæ: quando enim corpus est repletum, & potissimè caput, tunc replentur venæ quæ sunt in coniunctiua, & texuntur adinuicem, & constituunt quendam pāniculum ad modū fumi, & cooperit coniunctiuam: aliquando corneam, & est frequenter cū pruritu & lachrymis & rubore, & habet visum caliginare. In primis fiat phlebotomia de vtraq; cephalica, & deinde si indiguerit de venis quę sunt in frōte, & tē-

Hic morbus Arabibus Zebel dicitur.

Curatio.

Dieta sit tenuis sicut in ophthalmia.

poribus,& deinde de venis quæ sunt in vtrisq; angulis oculorũ,& deinde purgetur cum hierapicra. Vtatur dieta subtili, & vitet omnia fumosa, deinde in principio vtatur in isto collyrio repercussiuo.R. acatiæ ablutæ, gummi arabi. æris vsti,& miscentur cum aqua pluuiali, & fiat collyriũ. Cum autẽ prolongatur morbus,corpore bene mũdificato vtatur isto collyrio.R.testas ouorũ recenter pistatorum,& temperentur in aceto fortissimo per nouem dies, deinde desiccentur in vmbra, & postea pulverizentur: deinde R. Sarcocollæ nutritæ,aloës,zinzib. gummi arabi. & æquali portione cum puluere colocynthidis misceantur cũ aqua eufragiæ veræ distillatæ,& fiat collyrium,& potest vti istis per modũ pulueris,aut quod sit liquidum, aut spissum, cũ additione axungiæ porcinæ, aut quòd informentur trochisci,& cum vti volueris,ꝙ distemperentur cum lacte mulierum,& cum succo chelidoniæ. Et ita diuersimodè possumus operari in passionibus oculorũ iuxta conuenientiam particularium. Si autem ex his non curetur, recurramus ad chirurgicũ literatum & expertum,& tunc eleuetur panniculus cum vncino, vel vncinis, sicut dictũ est in vngue, & discarnetur cum capite pennæ subtili, & scindatur cum capite forpicis,& imponatur sal,& cyminum masticatum, & vitellum oui cum oleo ponatur supra pannũ, & deinde supra oculũ,& ligetur, & moueatur oculus ne incarnetur, & in crastinũ abluatur cum aqua calida vbi sint rosæ,&c.

De puluere cadente in coniunctiua. Rubrica 5.

ISta est quinta passio coniunctiuæ, seu totius oculi, cum cecidit in oculo puluis, seu festuca, & similia, quòd abluatur oculus cum aqua dulci, & quòd proiiciatur lac mulieris ab vbere,& si adhæreat & occultetur,remoueatur cum corrigia gracili,aut cum tenaculis paruis.

De tumore coniunctiuæ. Rubrica 6.

SExta passio coniunctiuæ. In coniunctiua autem accidit tumor ex ventositate, & aquositate, & ex phlegmate aquoso,& melancholia. Curatio talium est, diæta subtilis, purgare caput cum hierapi.& balneum,& fomentatio oculorum cum aqua calida frequenter, vbi sit chamomilla, melilotũ, absinthium,& anisum, & vtatur isto collyrio.R. æris vsti.℈.ij.margaritarũ,coral. spicæ nar.muſci, ana ℈.j. sang.drac.℈.ß.incorporentur cũ aqua ros.& fiat collyriũ.

De

De duritie in coniunctiua. Rubr. 7.

SEptima passio coniunctiuæ est durities, ita quòd oculus non potest bene claudi nec aperiri. Et curatio huius consistit in mollificantibus & dissoluentibus, corpore mũdificato. Bulliant igitur in aqua malua, bismal. paleæ hordei & auenæ, & spongia intingatur, & oculo applicetur, fiat igitur frequens fomentatio cum ista aqua cal. & emplastretur oculus cum vitello oui & oleo, exiccẽtur lachrymę cũ aqua agrestæ.

De pruritu in coniunctiua. Rubr. 8.

ISta est octaua passio coniunctiuæ, & causatur ex humoribus acutis, salsis, viscosis. Purgetur igitur corpus ab hu. deinde balneetur in stuphis, deinde fomentetur oculus cum aqua calida frequẽter, deinde abluatur cum aqua fœniculi, chelidoniæ, verbenæ, & eufragiæ.

De quibusdam apostematibus paruis, nascentibus in coniunctiua. Rubrica 9.

NOna passio coniunctiuæ. In coniunctiua apparent aliquando apostemata parua, granulosa ad modum milij, aliquando maiora, aliquando alba, aliquãdo rubea, purgetur corpus secundum exigentiam humoris. Et si est causa calida, fiat collyrium de ceruſa & albumine ouorum. Et si est causa frigida, aspergatur locus puluere margaritarũ, coral. & testarum ouorum.

De vlcere & sanie in coniunctiua. Rubr. 10.

DEcima passio coniunctiuæ est vlcus, quod aliquando est sanioſum. Purgetur corpus cum phlebotomia & pharmacia, & subtili diæta: deinde vtatur tali collyrio. R. cathimiæ auri, æris vsti, ceruſæ, ablutæ, plumbi vsti, dragaganti, gummi ara. an. ℈. ii. aloës, myrrhæ mund. olibani, sarcocollæ nutritæ, opij. an. ℈. ß. conficiantur cum aqua roſ. optima, & fiat collyrium.

De diminutione carnis in cõiunctiua & eius excrescẽtia. Rubr. 11.

VNdecima passio coniunctiuę est excrescentia carnis, aut diminutio eius. Si caro augmentatur in coniunctiua, non est cõsilium corpore mundificato, nisi quòd per doctum chirurgicum extirpetur, sicut dictum est cap. de vngue, & cap. de panniculo in coniunctiua. Si autem caro sit diminuta & ablata per indoctum chirurgicum, sicut in curatione vnguis, & pãniculi, & carnis additæ, & caueri, & fistulæ,

fistulæ, tunc non est curatio: quia quod remotum radicale est, non recipit curationem. Quare in curatione talium magna cautela est adhibenda. Si autem fuerit diminuta, aliter fiat tale collyrium. R. aloës, olibani. ana ℈. i. sang. dra co. fumach. ana ℈. ß. fiat collyrium cum aqua ros. vbi gummi arabi. sit infusum.

De fistula in lachrymali. *Rubrica* 12.

Hæc ægritudo vtplurimum contingit ex apostematibus vocatis garab Arabi.

DVodecima passio contunctiuæ, est fistula nata in lachrymali. Intelligendū quòd apostemata mollia generantur aliquando in lachrymali oculi versus nasum, vt plurimū terminantur in fistulā. In primis igitur diligētissimè mundificetur corpus, deinde fomentetur locus cum spongia infusa in aqua decoctionis gallarum, sumach, & modico melle. Deinde cum aqua decoctionis maligran. & foliorū rutæ, deinde fiat tale collyrium. R. viridis æris, atramenti, salis armoniaci, vitreoli, calcis viuæ, aurtpigmēti, cantharidum, aluminis, an. ℈ ß. fiat puluis, & pul. ponatur in paruissima quantitate, vel misceatur cum vrina pueri, & sęce olei antiqui, & fiat vnguentū, & tenta intingatur, & fistulæ applicetur. Deinde fiat vnguentum post mortificationem fistulæ ex aloē & olibano, sarcocolla nutrita, sumach, & corticibus malorūgra. ad carnis regenerationem. Deinde fumatur talis potio. R. foliorum agrimoniæ, foliorum oliuæ, conquassentur & temperentur in vino al. & accipiatur vinum: & proculdubio si corpus est mundificatum, & patiens est boni regiminis, ista potio curat omnem fistulā vbicunq; fuerit. Item colligatur agrimonia cum oratione dominica, & portetur ad collum, & curat fistulam vtplurimum. Si autem ex his nō curetur, ad manum chirurgicam finaliter recurramus. Cauterizetur igitur locus, & fiant alia per ordinem sicut decet. De ista autem materia fuimus locuti libro primo. Addamus igitur istud cum illo, & aliqua veritatis scintillula resultabit.

Potio efficax ad fistulam curandam.

De lachrymis currentibus. *Rubr.* 13.

TErtiadecima passio coniunctiuæ sunt lacrymæ currentes ad cannam oculi. Lachrymæ proueniunt à causis primitiuis extrinsecis, sicut casus, percussio, calor, frigus, febres, & accidentia animæ, istis autem remotis, lachrymarum fit remotio. Veniunt etiam aliquando propter euulsionem carnis, quæ est in lachrymali, propter indoctum

chir

chirurgicum,& non recipit curationem:tamen si videatur via interesse, fiat collyriũ de aloë, & sarcocolla nuttita, & sumach. Aliquando veniunt lachrymæ propter oculi debilitatem naturalem:quod patet, quia mollis,humidus, sub albidus,& nõ recipit curationem. Tamen si videatur tibi, apponatur olibanum cum prædicto collyrio, & vtatur eo. Aliquando veniunt lachrymæ propter fluxum humorum à parte intrinseca cerebri,cuius signũ est quia veniunt cõtinuè & cum sternutatione,& istæ lachrymæ possunt curari,sed cũ difficultate magna valde. Confortetur igitur cerebrum cum ambra & styrace,calamintha,si causa est frigida:& si calida,cum camphora & rosis.& purgetur cum hiera picra in causa frigida,& in calida cũ electuario de succo ros& postea in collo apponatur ventosę,deinde setones,& vitet repletionẽ,& somnum diuturnũ. Et odoret cerebrũ confortantia iuxta conuenientiam particulariũ. Si autem venerit propter causas extrinsecas,confortetur cerebrum, & ponantur styptica supra frontem & tempora,iuxta conuenientiã particulariũ, de sanguine dra.& acatia, myrrha, olibano,albumine ouorũ, & similibus,iuxta conuenientiã causæ,fiant fricationes fortes in vertice capitis.Et si aliam viam non habemus, scindantur arteriæ quæ sunt in temporibus,deinde cõfortetur oculus,si causa est calida,tali collyrio.R.rosa.margaritarum perforatarũ & non perforatarũ,ossium myrobal.coralli albi,& rubei,camphoræ.ana.ℨ. 2.san.dra.sumach, corticis malorum gra.opij, olibani.ana grana 6.conficiantur cũ aqua infusionis dragaganti,& gũmi arabi.& fiat collyrium. Si autem causa fuerit frigida, tunc vtatur isto collyrio.R.tutiæ præparatę sicut decet,sarcocollæ nutritæ,olibani,aloes,masti,styra.calaminthæ,ambræ,ana ℨ i.rosarum, sumach, sang.dra.ana grana 6.conficiantur cum muccillagine dragaganti,& gummi arabici,& fiat collyrium.Si autem causa esset composita,componantur medicamina iuxta industriam medici. Intelligendum circa istam materiam quòd Gale. videtur contrarius sibi ipsi,quarta particula de morbo,versus principium,ad quatuor columnas, dicit,Si in cõiunctiua fuerit apostema de sanguine,visui accidẽtaliter nocebit.& statim sequitur litera.Si autem ophthalmiam patiatur vel vngulam per se,faciet visui obscuritatem. Per amorem,nonne ophthalmia

Bona ratione dubitauit Gord. cùm vetus interpres hoc Gal. loco chymosim perperã

fit

vertisse ophthalmiam: hodie doctiorũ interpretũ beneficiõ videtur Galen. sibi contrarius.

fit de sanguine aliquando? igitur tunc apostema de sanguine visui nocebit. & quid est igitur dictu, ꝙ apostema sanguineum nocebit visui per accidens, & ophthalmia per se, cum ophthalmia per se sit apostema de sanguine vtplurimum? quid sit dicendũ ad hoc, ego non video, nisi sub quodam nubilo, si litera est vera, sicut iacet. Dicamus igitur sic quantũ est de præsenti, quòd humor crystallinus est in oculo per se, & alia sunt propter iuuamenta. Si igitur omnia quæ sunt in oculo patiatur, & visus non lædatur, non erit morbus, sed causa morbi, secundũ Gal. in 1. de morbo. Nũc autem apostema sanguineum per se, est morbus coniunctiuæ, cum in coniunctiua sint multæ venæ, & ita potest ibi causari apostema de sanguine. Nũc autem hic est nocumẽtum partis: & non totius, ideo apostema sanguineum non erit per se morbus oculi: tamen nõ de necessitate lædet visum: licet igitur sit morbus coniunctiuæ per se, non tamen propter hoc est morbus totius per se, cum per se non lædetur operatio totius inquãtum huiusmodi. Nunc autẽ ophthalmia quantum est de virtute vocabuli, non dicitur tantum & propriè apostema oculi, nec coniunctiuæ, nisi cum hoc patiatur pupilla: & si patitur pupilla, & visus, & ita operatio totius oculi, & ita ophthalmia poterit esse morbus totius oculi per se: & pro tanto Auic. in tertio postquã dixit, quòd ophthalmia vera est apostema in coniũctiua, post 12. lineas dixit, quòd ophthalmia vera est apostema in pupilla sequens coniunctiuam. & ita videtur sonare, quòd ophthalmia de virtute vocabuli non est apostema tantùm coniunctiuæ, sed etiam pupillæ. & quia nocumentum pupillæ immediatè nocet visui, ideo ophthalmia potest per se visui nocere. Intelligendum quòd quoquo modo se habeat negotium, propter ista verba nõ mutatur causa nec signum nec operatio, & ideo videtur mihi quòd disputatio sit de nominibus, quare &c. Secũdo intelligendum, ꝙ ophthalmia frequentius venit in vere quàm in aliis temporibus: & si sic, frequentius venit de sanguine: & si venit in æstate, frequentius de cholera: & si in autumno, frequentius de melãcholia: & si in hyeme, frequentius de phlegmate. Tertio intelligendum, quòd in ophthalmia corpore pleno debet fieri phlebotomia de cephalica partis oppositæ, & postea de eadem si indiguerit: postea debent poni repercussiua corpore mund

re mundificato, & ægritudine in principio existente. Nunc autem cognoscitur ophthalmia in principio esse, cum apparet tumor, & quod expellitur est subtile: & cum lippa incipit ingrossari, est augmentum: & cum lippa est digesta, est status: & cum diminuitur, est declinatio. Quarto intelligẽdum, quòd fœnugræcum directè competit in ophthalmia phlegmatica & ventosa, quia resoluit & digerit. Sed si materia est cal. posset competere cum administratione frigidorum, sicut si esset dragagantum & muccillago psyllij ad maturandum, in fine augmenti & in principio status, licet sit calidæ complexionis. Quinto intelligendum, de exhibitione aquę in ophthalmia: quoniã administratur intus, aut extra. Si intra, & tempus est frigidum, & materia frigida, debet calida administrari, vt digerat & euaporet. Si extra, vt oculum fomentando, tunc semper calida debet admini strari, nisi vehementia doloris impediret. Sexto notandum quoniam licet sanguis fluens ad cutem, non inficiat eam, nec remaneat infectio in coniũctiua, tamen aduenięs remanet infectio, quia propter sui tenuitatem penetrat, & ideo in principio aliquando apparet ad modum puncti, aliquãdo ad modum maculæ, & ideo rectè in principio non competeret sanguis columbæ, quia tunc ratione suę caliditatis magis faceret fluere sanguinem, sed postquam constrictiua & restrictiua præcesserunt. Septimo & vltimo notandum est hic, quòd causa antecedens lachrymarum aliquando potest prouenire à stomacho & toto corpore, sed causa coniuncta procedit à capite.

Fœnugræ. in qua ophthalmia ad mouẽdum.

Aquæ administrandæ ratio.

De passionibus corneæ, continẽs rubricas octo. CAP. III.

TVnica cornea est illa tunica quæ apparet discooperta in oculo, quæ est alba, clara ad modum cornu lucidi, & est supra pupillam, & patitur ægritudines multas secundum Gal. 4. de morbo. Morbi igitur sunt sicut vlcus & plaga, vesica seu variola, ruptura, albugo seu tela, pãnus, seu macula, cicatrix, mutatio coloris, grossities, & similia, sicut videbimus particulariter in processu, & sunt passiones octo.

De vlceribus corneæ. *Rubrica* I.

TVnica cornea est tunica corticabilis comprehendens in se quatuor tunicas. Nunc autem aliquando vlcerantur istæ tunicæ, & hoc propter hu.ca. & diuersificantur

vlcera

vlcera vel plagæ secũdum diuersitatem situs dextri vel sinistri, superficiei & profundi, & secundũ diuersitatem causæ, & ita sunt multæ species, omnes tamen conueniunt in curatione, & ideo de distinctione specierum non curo. In primis ponatur in loco obscuro, & sit quietus & tacitus, & diæta sit subtilis, & non iaceat supra partem oculi læsam, & fiant ferè omnia sicut in ophthalmia. Fiat igitur phlebomia, & purgetur corpus cum myrob. citri. & viol. Corpore autem sufficienter mũdificato, vtatur in primis isto collyrio. R. cæruſæ ablutæ ℈.ß. dragaganti, gummi arab. an. ℈ ß. opij. ℈ ß. fiat collyrium cum albumine ouorum. Postquã autem vsus fuerit isto collyrio, proiiciatur in oculo lac mulieris. Si autem clauderetur vlcus, aperiatur propter saniẽ cum aqua decoctionis fœni. & coronæ regiæ, deinde proiiciatur lac in oculo, deinde vtatur isto collyrio, scilicet ℘ prædicto collyrio addantur ista tria, scilicet tutia præparata, & cathimia abluta, & æs vstũ ablutum. Et si volueris carnem regenerare, istis omnibus vltimis addamus illa tria, scilicet aloën, sarcocollam nutritam, & olibanum. Nunc autem in omni plaga seu vlcere est magnus dolor: quare oportet quòd corpus sit bene mundificatum, & quòd collyria non sint mordicatiua, & abluatur oculus quotidie bis cum aqua calida pluuiali, vbi sit zuccarum & mel.

De vesica in cornea. *Rubrica 2.*

SEcunda passio corneæ est vesica, & diuersificatur in colore, & dolore & leuitate, & malitia, secundum ℘ aquositas est aggregata inter cortices exteriores corneæ, aut interiores, aut medios, & secundum diuersitatem humoris peccantis ratione suæ qualitatis aut quantitatis aut vtriusq;. Nunc autem vesicæ seu variolæ in principio sunt sicut punctus vergens ad rubeum, sed vlcera magis vergũt ad album. Curatur cum phlebotomia & pharmacia, & collyrio dicto in capitulo præcedenti de vlceribus corneæ, vel fiat tale collyrium. R. tutiæ præparatæ sicut decet, climiæ lotæ, antimonij abluti, scoriç æris ablutę, cerusæ ablutę ana ℈.j. opij grana vj. conficiantur cum muccillagine fœnigræci. Intelligimus autem tutiam præparatam, scilicet quòd igniatur decies, & in qualibet vice extinguatur quinque vicibus in vrina pueri virginis, quinquies in aqua ros. & quòd postea puluerizetur in vltimo, & deinde

quòd

quòd tempereturin succo maioranæ, & deinde remoueatur succus,& tutia desiccetur in vmbra.

De ruptura corneæ. *Rubrica* III.

TErtia passio corneæ est ruptura, & apparet aliquando ad modum capitis formicæ, & aliquando ad modum capitis vuæ,aliquando ad modum clauiRumpitur aliquãdo propter causas extrinsecas, sicut est casus & percussio: aliquando propter causas intrinsecas, sicut est humor acutus,aut apostema.Et diuersificantur species rupturæ secundum diuersitatem causarum, ita etiam quòd aliquãdo exit vuea extrà cum magna deformitate. Species curabiles in principio curantur,sicut ea quę dicta sunt in capitulo de vlceribus,& capitulo de vesicis. In primis igitur mundificetur corpus cum phlebotomia & pharmacia,deinde ponantur repercussiua,& fiat emplastrum de cytoniis, & acacia, sanguine drac.& bolo armenico,& ligetur oculus,& iaceat resupinus,& fomentetur cum aqua decoctionis rosa.plantaginis,bursę pastoris,& possetvti tali collyrio post ista.R. antimonij vsti & abluti,ceruse vstæ & ablutæ,climiæ ablutæ & adustæ.ana ℈.ij.spicæ nardi,aloẽ, tutiæ nutritæ, sarcocollæ nutritæ,ana grana 6.conficiantur cum muccillagine dragaganti,& gummi arab.& fiat collyrium.In eminentia autem eorum non consulo quòd abscindantur, quia timendum est quòd totus oculus liquefiat. *Causa ruptura corneæ.*

De cancro in cornea. *Rubrica* IIII.

QVarta passio corneæ est cancer.Cancer autẽ aliquãdo causatur in cornea ex chol.adusta, & inducit vlcus,corrosionẽ,&cauernã,dolorẽ capitis,vigilias,& casum appetitus:& si non curetur à principio, postea non recipit curationẽ. Aliquando autem causatur à melancholia, & est dolor remissus cum duritie. In primis igitur fiat phlebotomia, & si est de cholera adusta purgetur cum oxylaxatiuo, & electuario de succo ros.& hiera Ruffi. Si autẽ est ex melancholia,purgetur cum diasenæ,& hiera Ruffi.Cancer autem de chol.mitigetur in primis cum isto collyrio.R.ceruse ablutæ,amydi.ana ℈.j.opij.℈. ß. conficiantur cum albumine ouorum, & muccillagine factũ de dragagãto in aqua ros.vel apponatur emplastrum factũ ex vitello oui, & oleo ros.& lacte mulieris,vel fiat istud per modũ collyrij. Cum autem non est ibi dolor horribilis, vtatur tali collyrio. R. *Causa.* *Cura.*

tutiæ pręparatę, amydi, memitę, coralli albi, & rub. terræ sigillatæ, margaritarum, ana ℈ j. conficiantur cum mucilagine dragaganti, & gummi arab. et fiat collyrium.

Memite est herba apud Dioscoridē glaucium dicta, ex cuius succo fit collyrium.

Curatio.

De mutatione coloris naturalis cornea. *Rubrica* v.

QVinta passio corneæ est mutatio coloris naturalis in non naturalem, oculo sano existente. Intelligendum est, quòd propter oppilationem hepatis & splenis, sicut in icteritia, & similibus, mutatur color naturalis oculorum in ruborem, aut croceitatem, aut nigredinem, aut viriditatem, intantum aliquando quòd homini videtur, quòd omnia sint crocea. Mutatur etiam color, & figura, sicut in lepra: mutatur etiam color secundum diuersitatem humoris crystallini, et albuginei & spiritus, et secundum diuersitatem coloris humoris vitrei. Curatio huius consistit in remotione causę, & quòd fomentetur oculus cum aqua decoctionis rosa. nenupharis, & chamomillę, & si volumus colorare oculum colore nigro, fiat sic, R. gallas, & ossa myroba. puluerizentur in vltimo, & temperentur in oleo sesamino, aut in oleo nucum, & ponantur in vase vitreo ad Solem, deinde sicut collyrium, oculis instilletur.

Curatio.

De nebula in cornea. *Rubrica* vi.

SExta passio corneę: aliquando enim humiditas fluit ad corneam, & generat ibi fumum & nebulam, et caligina tur visus. Et curatio consistit vt purgetur corpus cum pilulis aureis, & collyrizetur oculus cum felle accipitris.

De corrugatione & paruificatione cornea. *Rubrica* vii.

SEptima passio est corrugatio, paruificatio, & durities, sicut fit in senibus, & tunc confert fomentare oculum frequenter cum aqua decoctionis hordei, rosarum, viol. nenupharis, & similium, & instilletur frequenter lac mulieris in oculum.

De albugine vel macula, & cicatrice in cornea. *Rub.* viii.

OCtaua passio corneę. Intelligendū, quòd supra corneā accidunt passiones multę, quæ non videntur differre, nisi secundum plus & minus, sicut est nubes, albugo, macula, pannus, & tela. Quæ quidem veniunt aliquando propter concursum humorum, aliquando propter casum, & percussionem, aliquando sunt reliquiæ apostematum malè curatorum. Intelligendum etiam, quòd cicatrices accidunt in cornea post curationes vlcerum, variolarum, & similium.

Causa.

& sunt

& sunt omnes albæ: & ideo videtur maculæ, & omnes labo rãt in curatione cicatricũ, sicut si esset macula, & est in inanis operatio, quia cicatrix non recipit curationem. Aliqui etiam opinantur, quòd macula in cornea non sit aliud nisi cicatrix corneæ, vterq; autem istorum deceptus est. In cicatrice igitur non est laborandum, nisi ad decorem tantũ. In maculis autẽ & albugine operandum est sic. Istæ enim infectiones quæ veniunt in cornea, cũ sunt in principio vel in pueritia, possunt de facili curari cũ lacte mulieris frequenter impositio, & postea cũ puluere ossis sepiæ, vel sic. R. succi papaueris rub. succi centaureæ minoris, misceãtur cum melle. Istud proculdubio curat albugines, & maculas in principio, & in paruis pueris. Idẽ facit succus linguæ passerinę, & appellatur polygonum apud Dioscor. & assimilatur mirabiliter centinodię. Ista enim herba, est illa, quã hirundines portant filiis suis cũ perforatur oculus cum acu, & recuperant visum, et ego feci apportari de viridario sereniss mi regis Maioricarũ. Si autem herba nõ inueniatur, saltem perforentur oculi pullorum hirundinum, & post triduũ accipiantur, qui recuperauerunt visum, & fiat puluis, & oculis instilletur. Si autem macula fuerit indurata, de difficili curatur aut nunquam. Modus tamen operandi est iste, quòd diæta sit tenuis, & ℘ purgetur caput cum hierapi. deinde mollificetur macula cũ aqua decoctionis maluæ, bismal. pa leę hordei, & auenæ, & viol. & ros. & nenuph. & chamomillę, deinde ponatur quotidie iste pul. R. ossis sepiæ. ℈.ij. zinzib. albissimi. ℈.j. piperis. ℈.ß. cuperosę grana x. puluerizentur sicut decet collyria, & misceantur, & oculis instillẽtur.

Curatio.

Polygonon Dioscor. est nostra cẽtinodia, quã verò hic vocat polygonum, est chelidonium Dioscorid.

Ratio curã di maculam in cornea indurata.

Vel fiat collyrium tale. R. calaminthę. ℥.j. tutię. ℈.iij. ligni aloës, ℈.iiij. cuperosæ. ℈.j. & gra. x. lycij. ℥.ß. Modus faciendi est, quòd scilicet calamintha, & tutia decies igniantur, & extinguantur in vrina pueri virginis, postea in aqua ros. & postea temperentur in succo maioranę, misceantur cum prædictis, & fiat puluis. Isto autem puluere possumus vti tribus modis. Primo in pulue. sicut est dictum. Secundo, ℘ misceatur puluis cum aqua fœnic. & chelidoniæ distillatę. Tertio, quòd misceatur cum axungia porci recentis, & fiat collyrium. Vel vtatur isto collyrio, & non quæramus melius. Rec. tutiæ præparatæ sicut decet, sarcocollæ nutritæ, aloës, piperis long. cortic is testarum quorũ calcinatarum,

fragmentorum scutellarum terrearum viridium, vitrioli, æris vsti, ceruſæ lotæ, ſtercoris lacertæ viridis, cathimiæ auri, margaritarum, coral. virid. æris, caſtorei, myrrhæ, licij, muſci, dragaganti, ſerapi. galb. ſpumæ maris, opij. ana ℈.ij. fel. vulturis, balſa. ambræ, limaturæ auri puriſſimi. ana ℈.j. conficiantur cum ſucc. euphragię, bene tamen puluerizata ſint ſicut oportet, & informentur trochiſci parui, & deſiccentur in vmbra, & cum balſamo inungantur, & cum vti volueris in delicatis, diſtemperetur vnus cum lacte mulieris, & ponatur in oculis ſicut collyrium. In aliis poteſt diſtemperari in ſucco fœniculi aut chelidoniæ, & poſſumus vti, ſicut dictum eſt in aliis multis modis, ſcilicet in puluere, aut per modum collyrij clarificati in aqua roſa. aut per modum collyrij dicti facti cum axungia porcina. Intelligendum tamen circa iſtam materiam, quòd macula, pannus, tela non ſunt morbi infectiui, quia modicum aut nihil ab eis reſoluitur. Lippa autem eſt morbus infectiuus, cum aliquid ab eo reſoluatur. Morbi autem infectiui in his verſibus continentur:

Clarificatio.

Morbi contagioſi.

Febris acuta, phthiſis, pedicon, ſcabies, ſacer ignis,
Anthrax, lippa, lepra, nobis contagia præſtant.

Secundo notandum, quòd melancholia purgatur per oculos, & phlegma per nares & palatum, & cholera per aures: ſed ſanguis non habuit emunctorium, quia purus eſt, & non habens ſuperfluitates.

Item aduertendum, quoniam licet humores frigidi tardè penetrent panniculos coſtarum, nihilominus penetrant panniculos oculorum, & ideo aliquando penetrant inter duas tunicas, & tunc generatur cataracta, ſicut videbimus inferius. Aliquando aggregantur in ſuperficie corneæ, & cauſant ibi albugines, & maculas, pannos, telas, & ſimilia.

De paſſionibus uueæ continens rubricas tres.

CAPVT IIII.

De dilatatione vueæ & pupillæ. *Rubrica* I.

Cauſa.

PRima paſſio vueæ, eſt dilatatio vueæ, id eſt, pupillæ, pupilla autem eſt foramen vuæ. Iſtud autem foramen aliquando dilatatur, quòd videtur tangere cõiunctiuam. Iſta autem dilatatio aliquando eſt naturalis, quia à natiuitate talis apparuit, & nullo modo recipit curationẽ, & aliquando venit

do venit accidentaliter, & quocunque modo fuerit, nocet visui: quoniam aut nihil videt, aut videt in minori quãtitate, quàm sit res visibilis, & hoc est propter nimiã dispersionem spirituum. Dilatatio igitur accidẽtalis causatur à causis exterioribus, sicut est casus, percussio, & nimius dolor capitis. Et causatur etiam à causis intrinsecis, & hoc est propter apostema, aut propter magnitudinem humoris albuginei, aut propter humiditatem currentem ad vueam, aut propter siccitatem vueæ, & corrugationem eius, quoniam trahitur versus circunferentiam, & ita foramen magnificatur, sicut apparet in coriis perforatis cum desiccantur, & tunc dilatatio vueę est morbus per se, & apparet tota vuea minorata. Si autem fuerit propter desiccationem vueę, tunc iniũgatur dieta resumptiua, humectatiua & nutriens, & sit in otio & quiete, & balneetur frequenter, & fomentetur oculus cum aqua dulci calida, & proiiciatur lac mulieris super oculum. Si autem fuerit propter humorem albugineum aut propter humiditatem, sit in diæta tenui, & purgetur caput cum hierapi. & abluatur caput, & facies frequẽter cum aqua salsa, & aceto, & sint calida, & collyria ponantur in oculo, quæ dicta sunt capitulo de albugine & macula, & quæ dicentur inferius de cataractis. Si autẽ fuerit propter apostema, aut propter casum, aut propter percussionem, iniungatur diæta tenuis, & fiat phlebotomia de cephalica, deinde fiant ventosæ in collo, deinde fiat phlebotomia de venis quæ sunt in angulis oculorum. Et si rubor appareat, emplastrentur tempora cum sandal. & sanguine drac. & albumine ouorũ, supra oculos apponatur sacculus de ros. & nenuphare, intinctus in aqua ros. vel istud, R. farinæ hordei, fabarum, vitellum oui, & pistẽtur cum oleo ros. & succo endiuiæ, & super oculum apponatur. Deinde post principium instilletur lac mulieris, deinde pòst sanguis columbæ. Apostemata igitur curentur sicut dictum est cap. de ophthalmia. Dilatatio autem vueæ propter causas primitiuas non recipit curationem, nisi natura per se confortata incipiat restringere, & ita dilatatio pupillæ semper mala.

Diæta.

Causa.

De constrictione pupillæ. Rubrica II.

Secunda passio vueæ est cõstrictio pupillę. Causa autem huius passionis est siccitas, & corrugatio vueæ, & motus eius à circunferentia versus centrum, & tunc oculus est

Causa.

mino ratus,& forte nõ recipit curationẽ:fit etiam ex parui tate humoris albuginei,& satis de facili curatur. Coarctatur etiam,& constringitur pupilla ex aliquo humore com primente eam versus centrũ. Ista autem constrictio pupillæ,aut est naturalis,aut accidẽtalis.Si naturalis,iuuat,quia spiritus vnitur, & cõfortatur.Si accidẽtalis,semper nocet, & facit apparere rem maiorẽ,quàm sit. Si autẽ causa fuerit inaniens,humectetur oculus, & caput & totum corpus cum cibis & humidis balneis, & fomentetur oculus cum spõgia intincta in aqua dulci calida,& fricetur facies & caput vt calefiat,quia sola humectãtia nocent secundũ Auic.

Pupillæ cõstrictio duplex.

Curatio.

Si autẽ causa fuerit repletionalis,purgetur caput,deinde vtatur isto collyrio.R. croci,muscí,aloës,stercoris lacertæ viridis,ana ℈.j. balsami ℈ ß. piperis, floris æris,armoniaci, ana grana 6. conficiantur cum aqua fœniculi distillata.

De cataracta. *Rubrica* III.

Hypochyma & hypochysis à Græcis dicitur, Latinis suffusio.

Causa. Gale.4. de vsu partiũ.

TErtia passio vueæ,sunt aquæ,seu cataractæ.Intelligendum est quòd vapores aquosi aliquando ascendunt à stomacho ad oculos, & perturbant humiditates claras luminosas, cuius signum, quia ante cibum peius se habent quàm post.Aliquando autem descendunt à cerebro, cuius signum,quia æqualiter ante cibũ & post se habent, & tunc est magnum periculũ aggregationis aquæ in oculo. Aqua igitur aggregatur inter tunicã corneam ,& tunicam vueã rectè ante foramen pupillæ , & tunc in principio apparent imagines multæ diuersæ, sicut sunt pili,aut vngues, cimices,aut alia volantia , aut omnia videntur perforata , aut sicut punctus,aut lateraliter , aut ita de aliis apparitionibus multis & diuersis, & hoc secundum diuersitatem situs humoris in pupilla, et secundum diuersitatem quantitatis & qualitatis.Et etiam colores diuersi apparent rubei, aut citrini,aut nigri,& ita de aliis secundum diuersitatem humoris.Et hæc sunt quæ leguntur à Gal.4.de morbo. Nunc autem isti fumi,& etiam nebulæ cum incipiunt cõdensari, causant aquam seu cataractam , & impediunt visum , aut omnino destruunt propter oppilationem pupillæ : quoniã simulachrum rei visibilis non potest iactari vsque ad crystallinum , nec spiritus visibilis potest penetrare vsque ad corneam, & ita impeditur visus. In principio igitur curari potest à bono medico, sed post confirmationem non.

nisi

nisi per manum restauratoris, & etiam ab eo non semper, sed cum sunt in dispositione media. In primis igitur ordinetur dieta subtilis, vitet igitur omnes pisces, sicut fulgur, nisi velit ingrossare, vt esset acui subiicibilis: vitet omnes fructus, omnia fumosa, aquosa, acuta, & breuiter omnia quæ faciunt ascendere vaporem ad caput. Deinde purgetur caput cum hierapicra multis vicibus, sed in parua quã tirate, deinde detur theriaca, deinde vtatur isto collyrio. R. fellis accipitris, balsami ana ℈.ij. ellebori albi, piperis ana ℈.j. conficiantur cum aqua raphani, & fiat collyrium, & oculis instilletur, postea odoret maioranam, & oculis applicet frequenter. Si autem ex his non curetur, tunc ad manum chirurgicã recurramus. Aqua enim seu cataracta, quod est idem, aliquando est subiicibilis acui, & aliquando non. Quando enim est nimis grossa, non est subiicibilis, quia non posset descendere. Quando autem est nimis subtilis, non est subiicibilis, quoniam & licet descenderet, tamen statim ad primam dispositionem reuertetur. In dispositione autem media est subiicibilis. Nunc autem modus discernendi est iste: cum autem in loco luminoso oculus bene respicitur, si color aquæ fuerit, sicut color fungi, aut calcis, aut grandinis, aut color niger fuerit, significatur ꝙ nimis est indurata, & non esset nimis subiicibilis, quare tunc non est laborandum. Secundo discernitur sic, claudatur vterque oculus, & tunc oculus infirmus cum pollice suauiter altero clauso manente fricetur, & tunc celeriter infirmus oculus aperiatur, & si pupilla non dilatatur, nullo modo est subiicibilis, quia nimis est confirmata. Si autem dilatetur & reuertatur aqua ad pristinam dispositionem, subiicibilis est, & si remaneat dispersa, adhuc non est confirmata, & ita non esset subiicibilis. Et si volumus quòd citõ confirmetur, vtatur piscibus. Si autem color aquæ est aëreus, diaphanus, transparens vel quasi, tunc est subiicibilis, & tunc est in dispositione media inter confirmatam & non confirmatam. Et tunc eligatur diligens restaurator, & corpore mundificato fiat cauerna in cornea cum acu rotundi capitis, & tunc impellatur supra vueam, sed non transeat vltrà, & comprimatur aqua inferius cum acu, & non extrahatur statim, sed maneat aliquantulum, vt aqua superius non reuertatur: eleuetur igitur acus, & postea

Dieta.

Quibus modis discernẽdum, vtrũ hac ægritudo sit cõfirmata, necne.

comprimatur, deinde extrahatur. In parte autem inferiori oculi, non fiat cauerna ad extrahendū aquam, quia timendum esset de euacuatione humoris albuginei, sicut dicit Auic. Fiat igitur in angulo, deinde fiat emplastrum supra oculū de vitellis ouorū, & stet in loco obscuro per 7. dies.

De debilitate visus, corruptione & ablatione eiusdē. CAP. V.

Visus debilitas, duabus de causis euenit.

VIsus debilitatur aut propter causas extrinsecas, aut propter intrinsecas. Sed propter extrinsecas, sicut est fumus, puluis, aut ventus turbidus, aut inspectio solis, aut corporis luminosi, aut intuitus superius in aliqua re, aut legere literas minutas, aut nimiæ vigiliæ, aut nimius somnus, aut nimia caliditas, aut frigiditas, aut siccitas, aut humiditas, aut repletio cibi & potus, crapula, & vomitus nimius, & mirabiliter nocet coitus, cibaria ventosa, acuta, salsa, acetosa, & omne illud quod conuertit materiā in fumum & vaporem, sicut sunt cæpæ, allia, porri, fructus, legumina, & nocet etiā iacere calceatum & capite inclinato, & consimilia. Si sint causæ intrinsecæ, tunc sunt etiam multæ valde minorantes visum, aut corrūpentes, aut destruentes, sicut sunt ægritudines capitis, sicut est rheuma, phrenesis, vertigo, scotomia, & similia, & sicut est apostema nerui optici, aut oppilatio, & quælibet quatuor complexionum, tam simplicium, quàm cōpositarum, cum materia vel sine materia. Hoc idem fit propter malas dispositiones tunicarum, & humoris vitrei & albuginei, & propter humorē crystallinum & situm eius, quoniam si torqueatur versus oculorum angulos, videntur omnia obliqua. Si autē torqueatur versus superius, aut inferius, tunc vnum videntur duo. Et debilitatur visus propter causas dictas manifestas, sicut sunt passiones vueæ, aut corneæ, aut coniunctiuæ, & debilitatur propter vapores ascendentes à stomacho, sicut dictū est in cap. de cataractis, quod discernitur: quoniam si apparitio imaginū ſter per sex menses, & pupilla apparet munda, à stomacho prouenit. Quando autem prouenit à cerebro, non est tanto tempore sine aggregatione aquæ. Nihilominus etiam debilitatur visus, aut minuitur, aut corrūpitur propter dispositionē spiritus visibilis. Iste autē spiritus si fuerit multus, clarus & subtilis, facit ꝙ res visibilis bene discernitur, & lōgè & ꝓpè. Si autē est multus & grossus, tunc videt & discernit melius loginqua quàm propinqua,

Causa extrinseca.

Intrinsecæ.

qua,& hoc est secundū illos qui dicunt spiritū extrà emitti propter hoc,quia subtiliatur in via:secūdum autē illos, qui dicunt ꝙ sumus intus suscipientes, & nihil extra mittētes,fit hoc propter fortē motum in crystallina, & apprehensionē rei motę,& ratione motus subtiliatur spiritus.Si autē spiritus fuerit paruus & subtilis , bene videt propinqua & cernit,sed remota,non:quia non potest angulū comprehendere.Si autē fuerit paruus & grossus, tunc male discernūtur propinqua & remota.Ista autē materia exposita est à nobis supra Quartum de morbo.Curatio igitur talis erit,si visus corrūpatur propter res inanientes,confortetur oculus cū quiete & otio,& cibis humectātibus, balneo,& fomentationibus factis circa oculū cum aqua dulci tepida & lacte.Et si causa fuerit,replens,iniungatur diæta tenuis, & purgetur corpus cū hierapicra,& pilulis aureis, pillulis sine quibus esse nolo , & collyrizetur oculus cum sellibus auium de rapina viuentiū,& balsamo. Intelligendū etiam iuxta illam materiam, ꝙ aliqui sunt qui satis mediocriter vident de die,& versus noctem parum, aut nihil,& hoc est propter grossitiē spiritus & humorum , & aliqui contrà se habent,quoniā de die parum aut nihil vident, & de nocte quodā modo proportionabiliter loquendo melius , & hoc est,quia spiritus sunt nimis subtiles & parui.Curatio particularis & fideliter excogitata pro debilitate visus , & potissimè cum oculus videtur sanus prima fronte,& visus est minoratus , ablatus & corruptus. Licet de his multa dicta sint,tamen magis particulariter sic procedimus. Ista sunt quæ nocent oculis supra omnia de mundo vel quasi , scilicet coitus superfluus, deinde ebrietas, crapula, nimia repletio cibi & potus,vomitus superfluus,dormire immediatè post comestionem,donec quasi digestio sit in stomacho celebrata,dormire capite demisso,& lōgus somnus & profundus,& dormire calciatū,& nocet etiā intueri res nimis splendidas & rutilātes,sicut est corpus solis, aut lunæ, aut ignis,aut niuis & similiū:& nocent tenebræ , sicut illis qui nimis fuerunt incarcerati:& nocent omnia calida,vaporosa,ventosa,corruptibilia, & grossæ digestionis , sicut sunt allia,cæpæ,porri, piper,vinū forte & nouum & turbidū & spissum,& omnes fructus,omnia legumina , oua indurata, caseus durus,caules & carnes bouinæ,lac,& pisces. Et no-

Curatio uniuersalis.

Curatio particularis.

Oculis inimica.

tet legere nimis frequenter literas minutas, et otium nimium, et breuiter omnia quæ replent caput vaporibus aut grauant stomachum. Omnia igitur contraria iuuant et confortant, et potissimè color viridis, et color niger, sicut esset cuculla monachi, si transiret per loca niuosa, et submergere frequenter oculos in aqua frigida, oculis apertis vel palpebris, nisi senectus impediat, iuxta illud ℘ dicitur:

Lympha, nitor, speculum fortificant oculum.

Localia. De medicinalibus autē si corpus est plethoricū, & nihil impediat, fiat phlebotomia de cephalica, deinde fiant ventosæ cū scarificatione supra collū & spatulas, deinde phlebotomia de venis, quæ sunt in angulis oculorū. Et quia vtplurimum tenebrositas visus prouenit propter abundantiam phlegmatū, aut melancholiæ, aut vtriusq;, cum talia habeant caliginare, aut spiritus ingrossare & obscurare. Ideo bonū est ℘ materia digeratur per hunc modū. R. maioranæ M.iij. salviæ, rutæ, sileris mont. eufragiæ, verbenæ montanæ, saxifragiæ, fragariæ, fœniculi, ana M.ij. anisi, marathri, dauci, carui, sileris mont. an. ℥.ij. mellis ℔.j. & ß. fiat syrupus quo vtatur mane & sero. Et si materia est melancholica, addantur syrupo florū boragi. fol. senæ, epithymi, cuscutæ, an. ℥.iij. Digesta materia purgetur sic, si materia est phlegmatica, R. hierapic. ℥.ß. hierælogodiō, ℈.ij. euphorbij, pulpæ colocynth. mastic, anisi, bdellij, gariofi. ana pondus 6. granorū, conficiantur cum succo absinthij; & fiant pilulæ, dentur eunti dormitū. Si autem materia fuerit melancholica, purgetur sic. R. diasenæ, diaboraginis, ana ℥ ß. hieræ Ruffini ℥.iij. lapidis armenici nouies abluti ℈.ij. misceantur. Supposita igitur bona diæta, & ℘ corpus sit bene mundificatū, vtatur istis remedijs particularibus & experti*Aqua ocularis.* tis, semper à facilioribus ad difficiliora procedendo. Fiat igitur ista aqua, quā quotidie ponat in oculis, quomodocunq; voluerit. R. chelidoniæ, fœniculi, rutæ, sileris mont. eufragiæ, verbenæ, ros. rub. electarū, ana ℔ ß. gariofil. piperis lon. an. ℥.ij. cōquassentur, & ponātur in alēbico vitreo, fiat lētus ignis, & fiat aqua sicut fit aqua ros. & reseruetur. Secundum experimentum est istud. R. picam, scilicet auem quæ vocatur pica, vel picas multas, & ponantur integrę in olla noua vitreata, & lutetur, & ponatur in furno, donec possit puluerizari, non tamen tantū quòd aduratur, & tūc

pulue

puluerizetur, & puluis oculis imponatur, vel fiat collyriū, vel puluis per se sumatur, quoniam pica habet hanc proprietatē, quòd quomodocunq; sumatur confert visui. Tertium experimentum est tale. R. hepar caprinum, & lardetur minutim de zinzibere, & gariofil. & pipere longo, assetur, & pinguedo quæ fluit desiccetur, & accipiatur pars lardonum prædictorum, & terantur minutissimè, & cum prædicta distillatione siccata & puluerizata, misceantur, & fiat puluis sicut decet collyria, & oculis instilletur, vel fiat collyrium cum aqua ros. & hepar prædictum suffumigetur, & etiam comedatur, & ista fiant multis vicibus. Quartum experimentum est tale. R. tutiæ ignitæ & extinctæ quinquies in vrina pueri virginis, & quinquies in aqua ros. optima, ʒ. ß. balsami optimi. ʒ. 3. vini albi purissimi. ʒ. 1. misceantur simul, & incorporentur. Quintum est tale, quòd scilicet vtatur puluere subscripto in omnibus comestionibus. R. eufragiæ, saluiæ, mēthæ, sileris mōtani, an. ʒ. 2, anisi, marathri, & zinzi. gario. & piperis lon. an. ʒ. 1, folionū borag. fol. sennæ epithymi, liquiri. mundæ, vuarum passarū mundatarum ab arill. cortic. myrobala. indorū. an. ʒ. 2. panis zuc. ʒ. ß. fiat puluis, & ponatur in sacculo de aluta. Sextum est tale, quod confortaret mirabiliter visum, nisi patiens haberet in abominatione: venentur igitur anguillæ nemorales de locis siccissimis, & ligentur versus caput & caudā, & flagellentur cum virgis minutis, & subito vno ictu à duobus vitis abscindantur caput & cauda, & excoriētur, & abluantur cum vino & sale, & decoquātur in vino albo cum fœniculo, donec caro separetur ab ossibus, & illa caro sumatur per se vel cum pane de zuc. fiat electuarium, & longus vsus facit mirabilia. Septimum est istud, quòd accipiātur myro. chebuli contriti, aut pilulæ aureæ, aut pilulæ cochiæ, & quòd vtatur eis per interualla, & acuunt visum. Octauum est quoniam frequens vsus theriacæ confortat visum. Nonū experimētum & vltimū est istud, & nunquā Deus vsq; ad hæc tēpora voluit melius reuelare. R. sileris montani, maioranæ, eufragiæ, rutæ, chelidoniæ, fœniculi. an. ʒ. 3. zinzi. spicæ nar. piperis lon. gariof. tutiæ extinctæ & nutritæ, sarcocol. nutritę in lacte asinę, ligni aloes. an. ʒ. 1. fell. aquilę & accipitris, & hirci incolentis mōtana, vnum de quolibet, balsami ʒ. ß. mellero. ʒ. 1. puluerizētur: cōquassanda in vltimo cōquassentur si cut

Puluis. Gal. 11. sim pls. medica. & lib. myamir accipit caprinū he par.

Collyriūma gna efficacia.

cut decet collyria, & liquefiẽda liquefiant, & si fuerit æstas miſceantur in ſole calido per dies 40. quotidie ſemper agitando, ſicut conficitur zuc.ro. Et ſi fuerit hyems confician-tur in cineribus, vbi ſit calor ad modũ gallinæ cubantis, & agitetur, & ſeruetur in vaſe vitreo, & oculis inſtilletur, & eſt tantæ virtutis quòd decrepitũ faceret legere literas minutas ſine ocularibus. Intelligendũ quòd in nyctalope bene poteſt competere phlebotomia, licet accidat vtplurimũ in ſenibus & phlegmaticis & crapuloſis, & in illis in quibus frigidi & groſſi humores abundant, pro tanto quia cor pus poteſt eſſe plethoricum, & ita competit ratione vniuerſæ purgationis, licet alia ſit cura particularis, ſicut dictum eſt ſtatim in fine capituli, cum ponebatur digeſtiuum materiæ frigidæ. Secundo intelligendum, quòd in debilitate viſus, bene poteſt competere vomitus, nec trahetur materia ad eandem partem, imò effectiuè erit oppoſita, poſtquam ad exteriora mittitur: quia ceſſante cauſa, ceſſat effectus. Particularia autem in quibus poteſt competere vomitus, ſunt iſta, ſcilicet quòd materia contineatur in concauitate ſtomachi, & quòd euomat de facili, & quòd caput non ſit repletum, & quòd oculi non ſint nimis debiles, & cum talibus particularibus poteſt competere vomitus in debilitate viſus. Tertio notandum, quòd animalia quæ habent ſpiritus ſubtiles & debiles vident de nocte, & non de die, ſicut bufones, quoniã fortificantur propter frigiditatem noctis: & quæ habent ſpiritus ſubtiles & fortes, vident de die & de nocte, ſicut murilegi: qui habent ſpiritus vergentes ad groſſitiem, vident de die, quoniã purificatur ſpiritus ratione claritatis exterioris, ſicut homines: & qui inter iſta ſe habent medio modo, inter nimis ſubtiles & nimis groſſos, vidẽt in crepuſculo, & illi in quibus vergit ſpiritus ad multam groſſitiem, non poſſunt videre poſtquã dies declinat, ſicut in nyctalope, & oculus qui eſt in tenebris, videt rem in luce, & non econuerſo: quoniam ad hoc quòd aliqua res videatur, oportet quòd res viſa ſit illuminata: quoniam lux eſt forma coloris, inquantum color eſt viſibilis, ſecundum Auerrhoen.

Clarificatio. Vtilis phlebotomia in nyctalope conueniat.

Vomitus in debilitate viſus cõcedi poteſt cauſis iſtis nõ repugnantibus.

De paſſionibus quæ pertinent ad totum oculum, continens rubricas tres.

De

CAPVT VI.

De strabositate. *Rubr.* I.

STrabositas secũdum Gale. 4. de morbo, accidit duobus modis. Primo cum oculus torquetur versus dextrũ vel sinistrum: & tunc non accidit nocumentũ, nisi quòd res videtur obliquè, pro tanto quia magna pars oculi remanet illuminata. Si autẽ torqueatur versus superius aut inferi⁹, tũc vna res viderẽtur duæ, quoniã magna pars pupillę cooperitur, & non potest iactari simulachrũ vsq; ad crystallinum, nisi per viam inundationis, & ita non potest cãcellari simulachrum in cruce signatione nerui optici, nisi contingat rectè videre: nisi enim in parte sanitatis cancellaretur idolũ in cruce signatione nerui optici, tunc viniuersaliter res omnes viderentur esse duæ, cum simulachrum sit in quolibet oculo. Istam autem materiam tetigimus supra Quartum de morbo: tamen breuiter hic aliquid dicamus. Intelligendum quòd Auic. pertractat istam materiam 5. de naturalibus, lib. 3. cap. 8. Prima igitur causa, vt dictum est, propter quam non contingit rectè videre, est tortuositas crystallinæ & coopertura: quoniam simulachrum non potest directè iactari, & ideo venit cum quibusdam immutationibus, & ita vna pars citius est in cruce signationis, quàm alia: & quia non obuiant se adinuicem, non possunt idola cancellari, sed transeunt vsque ad sensum communẽ sine cancellatione, & ita contingit male videre, quia vnum videntur duo & multa. Secũda causa potest esse nimia mobilitas spiritus, & agitatio & motus versus dextrũ & sinistrũ, versus partẽ anteriorẽ oculi: & quia mouetur per modum inundationis, nõ fit cãcellatio, & ita videtur vnũ multa: & hoc patet, quia si sol percutiat aquã stagnatã, & aqua moueatur, videbitur quòd sol moueatur, & ꝙ sunt multi: & hoc patet etiã, quòd si lumen cãdelæ sit in capite domus de nocte, & tu agites pupillã inferiorem cũ manu, & agites oculũ, videbitur lumẽ saltare modo superius, modo inferius, modo propè, modo remotius secundũ diuersitatẽ motus, quia patet ꝙ inundatio à parte ante corrũpit iudicium rectũ ipsius visus. Tertia causa potest esse nimius motus & agitatio ipsius spiritus, quoniã modo mouetur ad sensum cõmunem, modo iterũ reuertitur ad crucẽ signationem, & hoc facit ventus mouẽs & perturbãs: quare videtur homi-

Causæ.

mi.

ni, quòd omnia moueantur in gyrum, sicut patet in vertigine, & ideo si respiciat aquam currentem vel nubes volantes, perturbatur motus interior propter similitudinem motus exterioris, ita quòd cogitur stare aut cadere, & hoc facit varietas motus qui est intus, & ita impeditur iudiciũ. Quarta causa potest esse nimia subtilitas spiritus, qui mouetur & agitatur de facili ex qualibet causa: & pro tanto intelligendũ, quòd omne illud quod impedit cancellationem idoli in cruce signatione nerui optici, corrumpit iudicium visus, sicut videmus in guttis aquæ velociter cadentis, quam rectam lineam æstimamus, & sicut patet in quadrato si velociter moueatur, videbitur linea circularis, licet sit figura quadrata. Intelligendum igitur iuxta illã materiam, quòd spiritus visibilis transit de vno oculo in aliũ: quod patet, quoniam balliſtarij quando volunt proiicere rectè, claudunt vnum oculum, vt visus fortificetur in altero. Secundo patet, si claudatur vnus oculus, tunc latus narium oculi aperti potest videri, & si ambo essent aperti, non videretur. Tertio patet in cataractis, cum volumus probare vtrum sint subiicibiles acui vel non, tunc claudimus vnum oculum, & si ex hoc pupilla alterius dilatetur, tunc subiicibilis est, sicut dictum est: patet igitur, quòd spiritus transit de vno oculo ad alium. Secundũ autem diuersitatem spiritus contingit aliter & aliter videre vel de longè, vel de propè, sicut dictum est superius. Color autẽ viridis summè confortat visum, sicut dictum est. Qui autem causas passionis scire voluerit, habeat expositiones nostras supra Quartum de morbo. Si igitur strabositas fuerit à natiuitate, tunc à principio potest aliquo modo rectificari, & non est alter modus, nisi quòd candela ponatur sibi ex opposito illius strabositatis, vel filum rubeum, vel aliqua res pendens, quam intueatur, & ita ex continuo videre in oppositum rectificabitur, & ad medium reuertetur, & ita quando parua fenestra est in domo, per quam intrat lux, si puer paruus frequenter respiciat ipsam, ex aliquo efficitur strabo, à talibus igitur aduertendum. Nunc autem strabositas aliquando venit in adultis propter spasmum de inanitione aut de repletione, aut propter mollificationẽ & paralysim, aut propter epilepsiam, & propter capitis consimiles passiones, & tunc curabitur strabositas illis curatis.

Balliſtarij.

De

De eminentia oculi. *Rubr.* II.

SEcunda passio quæ debetur toti oculo, est eminentia eius: oculus enim eminet & egreditur ad exteriora propter multa, scilicet propter repletionem nimiam cerebri & oculi & totius corporis, & propter ventositatem, & propter apostema cerebri, & similia impellentia oculum ad exteriora. Fit & propter mollificationē & paralysim lacertorum mouentium oculos, quare cadit oculus versus exteriora & eminet. Fit etiam propter nimium capitis dolorē, & propter vomitum, & propter nimium clamorem, & propter nimium conatum in asſellando, sicut in tenasmone, & in expulsione fœtus. Si autē eminentia fuerit modica, tūc sufficit paruitas cibi & potus, & quòd iaceat resupinus, & quòd oculus collyrizetur cum aqua ros. vbi sit sumach & cortex thuris. Si autem eminentia fuerit magna, fiat phlebotomia cum conuenientia particulariū, deinde sequatur pharmacia, deinde fiat ventosa in collo, deinde fomentetur oculus cum aqua decoctionis gallarum, sumach, balaustiæ, masticis, thuris, & cum spongia frequenter oculus fomentetur, vel quòd fiat emplastrum ex farina fabarum & thure, & albumine ouorum, & nucleis dactylorum adustorum.

Causa.

De profundatione oculi. *Rubrica* III.

OCulus profundatur propter malitiā febr. propter vigilias nimias, & anguſtiam, & triſtitiam, & propter similia conſumentia humiditates cōnaturales oculi. Remoueantur igitur illa, & fiat curatio cum cibis humectantibus, & fomentatione cum aqua cal. dul. & similibus. Intelligendum, quòd oculus eminens minus videt quàm mediocriter profundatus, quia spiritus disgregantur, & per eandem rationem oculus magnus peius videt quàm paruus, quia spiritus disgregantur: in paruo autē mediocriter congregantur, quoniam virtus vnita fortior est se disperſa: & ideo melius vident, quando habent pupillā anguſtam naturaliter: larga autem pupilla nocet viſui, siue sit naturaliter, siue accidentaliter, sicut scribitur quarto de morbo. Intelligēdum etiam quòd in obſcuritate viſus, sicut dictum est, balsamus & fella auium viuentium de rapina faciunt festum celeberrimum, supposito bono regimine, & quòd corpus sit mundificatum.

Vt in febrib⁹ acutis. Hip. præsagio. lib. primo.

Clarificatio.

De

De passionibus palpebrarum continens rubricas XVI.

De scabie & pruritu palpebrarum. Rubr. I.

QVando materia salsa, nitrosa, aut alia adusta currit ad palpebras, primò generat pruritum, postea si cõtinuetur, generat scabiem, deinde asperitatem, deinde ruborẽ, postea vlcerationem. Primum igitur consilium est quòd mundificetur corpus iuxta naturam humoris peccantis, & postea distrahatur materia ad oppositа, deinde illinantur palpebræ cum isto medicamine. R. æris vsti, cathimiæ lotæ, ceruſæ lotæ, ana ʒ.i. aloes, myrrhæ, ana ʒ.i. salis armoniaci, floris æris. ana ϑ ß. pulueriz ẽtur, & conficiantur cum melle. Et si aliqua eminentia remanet, manu chirurgica abscindatur.

Cura.

De petrificatione in palpebris, nodo siue lupia. Rub. II.

CVretur igitur sic, R. armoniaci, opopan. galbani, ana ʒ. i. temperentur in aceto fortissimo per diem & noctem, malaxentur, & fiat emplastrum: hoc enim mollificat & resoluit. Si autem sic non curetur, ad manum chirurgicam recurramus, & interior palpebra inuersetur & abscindatur, & nodus seu lupia, seu eminentia, seu petrificatio abstrahatur, curetur vulnus sicut vulnera debent curari, &c.

De conglutinatione palpebrarum & earum inuisatione. Rubrica III.

ABluatur oculus in primis cum aqua decoctionis fœniculi, cymini, & salis, & imponatur medicamen de fœnugræco, semine lini, aloë, & sarcocolla, & si ex his non seperentur, ad manum chirurgicam recurramus. Eleuetur igitur palpebra, & inuersetur cum hamo, quantum erit possibile, & scindatur quod coniunctum est, deinde abluatur cum aqua salis & cymini, & pannus lineus in medio imponatur, & fiat emplastrum de vitello oui & oleo ros. & desuper apponatur, & ligetur.

Operatio manualis.

De separatione palpebrarum. Rubrica IIII.

SEparantur palpebræ aliquando à natiuitate, aliquando post: & si post, hoc est propter vulnera male curata, aut propter excrescentiam carnis, & similia: aut fit propter inanitionem, spasmum et corrugationem, aut propter mollificationem lacertorum mouentium palpebras, aut propter spasmum de repletione in lacertis mouentibus

bus palpebras. Et si fuerit à natiuitate, non recipit curationem. Et si fuerit propter vlcera & excrescẽtias, curentur illa prius. Et si fuerit propter inanitionem, humectetur totum corpus cum cibis & balneis, fomentetur caput & oculus cum humidis. Si autem fuerit ex mollificatione, purgetur caput, deinde siccatiua ponantur, & curetur sicut paralysis. Si autem superueniat propter spasmum de repletione, curetur sicut dictum est in spasmo de repletione, scilicet quòd purgetur corpus, & reliqua.

De hordeolo. *Rubrica* V.

Hordeolũ, lupia, & Zalac Arab. sunt pustula indurata ab humore putrido, & crasso.

PVrgetur corpus, deinde illinatur cum opopanaco resoluto in vino: deinde si non, curetur cum diachylon: deinde cum isto medicamine, R. fermenti, muscarum capitibus ablatis, ladani, myrrhæ, olibani. ana. conficiantur cum fæce olei de lilio, & hordeolo applicetur.

De carnositate in palpebris. *Rubrica* VI.

COnsumatur cum isto medicamine R. aloës, memitæ, sarcocollę nutritę, lithargyri, ana ℈ ij. floris æris. ℈. ß. conficiantur cum succo chelidoniæ. Si autem ex his non curatur, ad manum chirurgicam recurramus: abscindatur igitur quicquid est præter naturam, & postea apponatur sal & cyminum masticatum. deinde pannus subtilis, postea emplastretur totus oculus cum stupis intinctis in albumine ouorum.

De pruritu palpebrarum. *Rubrica* VII.

A materia salsa mixtosa, adurit.

IN primis fiat phlebotomia, & purgetur secundum exigentiam humoris peccantis, & fiant ventosę in collo. Et si pruritus fuerit cũ rubore, in principio ponatur istud medicamen. R. sumach, sc. portu. lentiũ excorticatarum, a n. ℈. j. pulueriz entur & conficiantur cum oleo rosa. & albumine ouorum. & si antiquatur, fiat sicut dictum est superius cap. de scabie. Et si pruritus fuerit sine rubore, curetur cum sarcocolla nutrita, & succo chelidoniæ.

De vlceribus palpebrarum. *Rubrica* VIII.

IN primis decoquantur lentes, & cortex malorum grana. in vino albo debili, & abluatur vlcus, deinde apponatur collyrium de vitello oui, croco, & olibano, & si est ibi sanies, abluatur cum aqua salsa.

De pinguedine in palpebra. *Rubrica* IX.

IN primis illinatur palpebra cum medicamine facto de

aloë, acacia, croco, & aceto. Et si ex his non curetur, ad manum chirurgicam recurramus. Fiat igitur incisio modica in palpebra, vt pinguedo fluat, & paulatinè hinc inde comprimatur, donec pinguedo exiuerit, & tunc pannus intinctus in aceto & aqua salsa desuper apponatur.

Incisio superficialis fiat & exigua.

De apostemate duro in palpebra. *Rubrica* X.

ALiquando accidit apostema durum, rubeum in palpebra, postea denigratur, & est turpis aspectus, mundificetur corpus cum phlebotomia & pharmacia, & repercutiatur materia cum acacia & bolo armenico & succo plantag. deinde abluatur cum aqua & aceto, & postea malaxetur cera cum oleo de chamomilla, & desuper apponatur.

De tumore palpebrarum. *Rubrica* XI.

INflantur palpebræ aliquãdo propter causas extrinsecas, aliquando propter intrinsecas, sicut est propter punctură aranex & similium, aut propter rutam, & alia, & similia. Si propter causas intrinsecas sicut sunt vigiliæ, aut nimius somnus, aut hydropisis, aut cachexia, aut subeth, & similia. Si igitur fuerit propter causas intrinsecas, curentur illa sicut oportet. Et si fuerit propter punctura animalium venenosorum, apponatur desuper theriaca cum sale gemmę. Et si fuerit propter rutam, alia & similia calida, apponatur oleum rosa, cum albumine oui.

De verrucis in palpebra. *Rubrica* XII.

Sunt excrescentiæ ab humore melãcholico frigido & putrefacto.

SI verruca palpebræ vergat ad duritiem, & siccitatẽ, purgetur melãcholia: & si ad ruborem & humiditatem, fiat phlebotomia, deinde remoueatur cum lacte ficus, pistato cum farina tritici, vel cum lacte tithymali, mixto cum farina hodei, vel constringatur cum pilo equino, vel abscindatur, deinde locus cauterizetur.

De difficultate claudendi & aperiendi palpebram. *Rubrica* XIII.

SI causa est materialis, purgetur corpus secundũ exigentiam humoris: & si materia est, soluatur cũ volubili, deinde spongia intincta in aqua cal. frequenter super oculum apponatur, vel imponatur albumẽ oui cũ oleo ros. vel axũgia gallinæ cum muccilagine seminis lini, & oleo rosa.

De casu pilorum palpebrarum. *Rubrica* XIIII.

SI ex defectu materiæ pilorũ fuerit, humectetur corpus, caput, & oculus, & calida attractiua oculis imponãtur.

Si autem

Si autem fuerit ex humore malo,& corrumpente radicem pilorum,purgetur corpus secundum exigentiam humoris: & si fuerit ibi rubedo, illinatur cum malogra. cocto cum totalitate sua. Et si fuerit ex grossitie palpebræ aut humoris, inungatur locus cum isto medicamine. R. spicæ nardi, stercoris muris, ladani, ossium dactylorum vstorum, stercoris hirundinis.ana ℈ j. conficiantur cum melle.

De pilis additis & inuersis in palpebra. *Rubrica* XV.

EVellatur pilus additus aut inuersus in palpebra, deinde inungatur locus cum sang. ranæ, aut pediculi, aut catuli canis, aut fiat cum ouis formicarũ contritis, aut cum rubigine ferri, & saliua, aut cum isto. R. psyllium, & fiat muccillago & exprimatur, deinde R. spumæ maris, salis armoniaci, vngulæ asini adustæ, misceantur ista cum aceto fortissimo,& mucciilagi.& illinatur locus, & si nõ sic curetur, cauterizetur locus,& postea inungatur cum albumine oui & oleo ros. Aliqui enim accipiunt pilum inuersum, & ponunt in foramine acus, & deinde perforãdo palpebram reducunt ad ordinem naturalem.

De pediculis palpebrarum. *Rubrica* XVI.

IN primis purgetur caput cum hierapicra, deinde fomentetur palpebra cum aqua decoctionis bletę, staphisagrię, salis, pyrethri,& sulphure: deinde inungatur cum isto vnguento. R. salis armoniaci, aloës, sucotrini, aluminis, staphisagriæ, conficiantur cum aceto squillitico.

De passionibus aurium. CAP. VIII.

INstrumentum auditus, est compositum ex osse petroso, neruo expanso, & neruo oprico concauo, & aëre quieto, & ex diuerticulis, & circumuolutionibus anfractuosis in foramine, & cartilagine exteriori apparente circa foramen ad modum ostracorum. Intelligendum, quòd cum aër conquietus, qui est naturalis in neruo concauo, mouetur propter aërem exteriorem, tunc fit auditus.

Nerus optikus oculorũ est, vt ipsa vox indicat.

Nerus auditorius vnus est Gal. & Auic. à quinta cerebri coniugatione.

Auditui tamen veniunt tria accidentia, sicut & aliis sensibus, secundum Galeb. 4. de morbo: quoniam aut aufertur, aut minoratur, aut corrumpitur. Aufertur quando nihil audit, sicut in surditate: Minoratur, quando non audit, nisi clametur: Corrumpitur, quando audit sonos, strepitus, sibilos, & similia intra aurem.

Quæ autem ratiõe Galenus nec-

Nocumentum auditus, aut prouenit à natiuitate, aut

uum opticũ auribus tribuat nõ video.

post: si post, aut per viam crisis, aut sine crisi, aut est ab intus, aut ab extra. Si ab extra, sicut casus, obuiatio tonitruum, puluis, pulices, & similia. Si ab intus, aut est propter nocumentum in instrumẽto auditus, aut propter compassionem aliquorum membrorum. Si propter alia membra, sicut sunt passiones capitis, aut dentium, aut retentio fluxus, & similia. Si propter instrumẽtum auditus, hoc est, aut propter spiritum qui prouenit à cerebro per neruum opticum, aut propter neruum expansum, aut propter nocumentum, quod est in foramine. Si propter spiritum, aut hoc est ratione quantitatis diminutæ, aut ratione suæ malæ qualitatis, aut quia nimis cal. aut frigidus, aut grossus, & ita de aliis. Si propter neruũ & ossa, hoc est propter tria: aut propter malam complexionem cal. frigidam, siccam, & humidam: simplicem, aut compositam: cum materia, aut sine materia, aut propter morbũ officialem, sicut est durities, apostema, oppilatio nerui optici, aut propter morbum cõmunem, sicut est solutio continuitatis. Si autem fuerit in foramine, & locis vicinis, hoc est propter tria, sicut dictum est. Si propter malam complexionẽ, aut propter morbos officiales, sicut est oppilatio facta propter saniem, aut sanguinem, aut humorem, aut verrucã, aut carnem additam, aut propter vermes, aut apostema, & similia. Si propter morbũ cõmunem, sicut est solutio continuitatis. Si proueniat nocumentũ à natiuitate vel à causis primitiuis, vel ab ęgritudinibus capitis vel aliorũ membrorũ, vel si fuerit propter crisim, ista sunt satis manifesta volenti considerare. Si autẽ fuerit propter nocumenta quæ sunt in foramine, ponatur in loco luminoso, & erit manifestum. Si autẽ fuerit propter nocumenta intrinseca in nerno, osse, & aliis, vbi est per se iudicium de auditu, tunc vniuersaliter, si est cũ materia, est cum grauitate capitis & loci, & contrariũ si sit sine materia. Secundum signũ erit, quoniam omnis dyscrasia lædit. tur à simili, & iuuatur à cõtrario, & ita poterimus deuenire in cognitionẽ dyscrasiæ per iuuantia & lædentia. Intelligendum tamen, quòd plenitudo corporis impedit iudicium de conferentibus, & nocentibus, & alterantibus: quia si dyscrasia est cal. & corpus est plenũ, & lędit. ur à cal. ratione similitudinis, & lædit. ur à contrariis, sicut à frigidis ratione compressionis solutionem continuitatis inducendo, & ita

Causæ surditatis.

Signa.

intelligo

intelligo de frigidis. In corporibus igitur plethoricis multum fit læsio in similibus,& contrariis:& ideo multi cõmuniter decipiuntur. Si igitur dyscrasia fuerit cal. sentitur calor,dolor,& læditur à calidis. Si autem fuerit mala complexio frigida, sentitur frigiditas ab interius, & læditur à frigidis,& iuuatur à calidis materia memorata,quia in corpore pleno fit dissolutio materiæ,& ita nocumentũ maius.

Si autem fuerit à causa sicca,adsunt vigiliæ, & vt plurimum leuitas capitis. Si autem fuerit ab humiditate,tunc tumor in facie,& de facili incurrunt in rheuma,& cum grauitate. Et si fuerit ex apostemate,est semper dolor magnus & pulsatio,& feb.saltem ephimera. Et si fuerit ex vlcere,est ibi punctura, mordicatio,& dolor. Et si ex vermibus,est ibi dolor circunuolutiuus, vertiginosus. Experimẽtum autem vtrum fuerit ibi humiditas aquosa sanioſa, accipe spongiam,& calefacias igni, & pãnus lineus duplicatus calidus supponatur spongiæ,applicetur auri,& dormiat desuper,& mane inueniet pannum maculatum:& si non,proculdubio non est passio auris ex humiditate,nec sanie, nec aquositate,ex aliis enim est. Surditas autem non curatur. Surditas antiqua est desperata,& appellatur antiqua postquam trãsiuit duos annos. Surditas ex solutione continuitatis neruorum auditus interius,est incurabilis. Surditas quæ modo crescit,& modo minuitur,est remediabilis. Surditas ab apostemate duro,est incurabilis. Circa curationem cadũt nouem canones. Primus scilicet,quòd nihil in auribus apponatur multum calidum,nec multum frigidum,sed tepidum vel temperatũ. Secundus canon est,quòd medicamen non stet in aure vltra tres horas. Tertius canon est, quòd antequam secũdum medicamen apponatur, quòd primum expellatur,vt iacendo supra illam aurem vbi est passio, & cum hoc cum instrumẽto mundetur foramen auris,& cum tussiendo, mungendo, screando,sternutando. Quarta regula, quòd medicamina quæ ponuntur in auribus, sint liquida,vt melius possint penetrare, & similiter velocius exire. Quinta regula,quòd ea quæ ponuntur in auribus,sint in parua quantitate. Sextus canon, quòd quando medicamen est impositum, quòd iaceat supra partem sanam. Septima regula,quòd nihil apponatur in auribus, nisi corpus esset mundificatum. Octaua regula,q; si potest fieri curatio

Prognostia.

Cura.

num fomentationibus & emplastris, quòd fiat, & elongemus iniectionem quantum possumus, quoniã quod ingreditur, postquam fecerit operationem suam nocet, nisi diligentissimè munderur auris, vt dictum est. Nona regula est, quòd si humores sunt subtiles mediocriter, & nulla oppilatio est in corpore, euacuare possumus sine digestione, quia materia erit satis obediens. Si autem materia sit grossa, & corpus oppilatum, tunc digestiua præcedere debent. Cura tio particularis erit ista, si causa est cal. & corpus plenum, fiat phleborotomia de cephalica, & purgetur caput cum electuario de succo ros. & fomentetur auris cum aqua decoctionis rosarum, salicis, nenupha. lactu. morellæ, scilicet & fumus recipiatur per aures, vel vt quòd lana vel tela intingatur in oleo ros. nenupha. & in oleo de salicibus, & in oleo de chamomil. & ab extra supra aurem applicentur. Vltimo possunt prædicta olea instillari cum lacte, iuxta canones datos. Si autem materia fuerit frigida, tunc digeratur materia cum vtraque saluia, & vtrõq; calamento & raphano, & fiat syrupus cum melle & aceto, & purgetur cum hieralogodion, & hierap. vel cum istis pilu. R. aloës, turbith, cortic. myrob. cheb. bene gummosorum ana ʒ.iij. zin. anisi, liqui. mund. bdellij, pulpæ colocynthidis ana ℈.ij. cõficiantur cum oxymel. scill. & fiant pilulæ, & dentur ʒ.ij. vel iij. iuxta conuenientiam particularium, postea recipiat fumum istarum rerum. R. baccarum lauri & fol. eius, rutæ, spicæ nar. anisi, marathri, centaureæ, raphani ana ʒ.ij. cõquassentur, & bulliant in vino alb. & fumus recipiatur, & vltimo distilletur balsamus, & fel accipitris, & aqua raphani distillata. Intelligendũ, quòd materialia quæ valent in surditate & in passionibus auriũ de causa frigida, hic subscribentur, pro tanto, quia causa frigida frequentius aduenit, & cum hoc vt materialibus scitis, formam operandi particulari industriæ medici relinquamus, scilicet quòd operetur cum istis materialibus, vel cum vno, vel cum multis, vel ab intus, vel ab extra, vel per modum suffumigationis, vel emplastrorum, vel oleorum, vel vinorum, vel vnguentorum applicatorum, vel per se, vel cum cera, vel lana, vel spongia, vel tenta, & ita de aliis omnibus. Materialia autẽ sunt ista, vinum alb. acetum alb. oleum commune, lac mulieris, fella auium viuentiũ de rapina, aqua raphani distillata,

Curatio particularis.

Pilulæ soluentes pituitam.

Clarificatio.

Simplicia medicamenta ad auriũ surditatem.

lata, balsamus, castoreum, elleborus al. calamentum, colocynthis, radix cucumeris asinini, chelidonia, ruta, storax, calamintha, chamomilla, folia lauri, centaurea, euphorbiū, aloë, myrrha, nitrum, absinthium, sinap. oleum sesaminū, iuniperinum, & consimilia multa. Vermes autem interficiuntur sic. R. aloës, myrrhæ, suc. absinthij, oleum amygdalarum amararum, aceti fortissimi, misceantur, & auribus instilletur. Intelligendum, quòd licet elleborus multas habeat proprietates & violentas, sicut patet intuenti virtutes eius, nihilominus in parua quantitate administratus, potest competere in passionibus aurium, & licet non competat ex cæteris virtutibus, ex primis competit, quoniam fortiter calefacit, penetrat & desiccat, & consumit reliquū materiæ, & ideo non competit, nisi in corpore mundificato. Aliter igitur operatur in stomacho in corpore pleno, & aliter in foramine auris, corpore mundificato, & aliter etiam in corporibus exterioribus, sicut in piscibus cum ponitur in viuario, & in muscis, & in cimicibus, cum ponitur in cæmento. Si igitur apponatur in pas. aurium cum bona conuenientia particulariū, non nocet, sed iuuat, licet omnes suæ virtutes sint excedentes, tū quia ab extra, tum quia in parua quantitate appositum, & quia parū moratur.

Clarificatio. Elleborus.

De tinnitu & sibilo. CAP. IX.

TInnitus est corruptio auditus, sicut apparitio muscarum, pilorū, & cimicum, est corruptio visus: vnde sicut auditus naturalis fit cum aër inundando mouet aërē intrinsecum conquietū, ita tinnitus fit, cum ventositas & vapor cōmouent violenter aërem intrinsecū quietum, & secundum diuersitatē vaporis diuersæ fiunt corruptiones in auditu. Aliquando apparet, ꝙ sit ille tinnitus, qui apparet post pulsationem cāpanæ. Aliquando apparet patienti, ꝙ sit pluuia magna aliquando quòd sit sicut sonus molendini, aliquando quòd sit fragor arborum, aliquādo quòd sit sicut mustum bulliens in dolio in nouitate vinorū. Tinnitus igitur est corruptio auditus propter vaporē vētosum, agitantem per modum inundationū violēter aërem interius conquietum. Causa enim tinnitus aut est exterior, aut interior. Si exterior, tūc est omne illud quod cōmouet aërem violenter & cum impetu, sicut est vomitus, cursus, labor, circūuolutio, crapula, ebrietas, multiplicatio ciborū

Tinnitus quid.

Causa duplex.

indigestibilium, casus, fames, angustia, & similia. Si causa sit intrinseca, tunc est aut priuata, aut remota, sicut est crisis, aut repletio capitis, aut vapores ascendentes à stomacho, aut à toto corpore. Si priuata, aut est propter acuitatem sensus, quia spiritus est siccus, aut propter debilitatē capitis & corporis, aut propter vaporē grossum vētosum, qui per modū inundationis percutit aērem. Causæ primitiuæ satis patent iudicio patientis. Si sint causæ remotæ, tinnitus est cum interpolatione: & si causa est priuata, seu cōiuncta, continuè venit: & si ex acumine sensus, tunc post cibum minoratur, & ante magnificatur. Et est notandū, quoniam licet tinnitus veniat propter vapores ascendentes à stomacho, nihilominus post cibum minoratur, & ideo credunt multi tunc, ꝙ illa passio capitis, aut auriū, aut oculorum fit propter inanitionem, postquam remediatur cibus assumptus: hoc autē fit, quia cibus comprimit vapores, & ideo postquam cibus incipit ebullire, passio est peior quā antè. & si esset ex inanitione, nō fieret. Si autē ex debilitate, hoc est propter aliquam de malis cōplexionibus, quia ægritudines longæ præcesserunt malam complexionē inducentes. Si ex ventositate, sentitur ascensus & descensus, sicut cum mustum bullitur. Et si ventositas vergat ad humiditatem, videtur pluuia. Et si vergat ad grossitiem, videtur sonus molendini. Et si vergat ad siccitatem, vergit ad sonū arborum cum franguntur. Ista enim sunt præuia ad surditatē. & si diuturnantur, nō curantur. Si causa est primitiua, de facili curabitur, illa remota, nisi corpus esset ad hoc valde paratū. Et si fuerit propter acumen sensus, tunc instillentur in aurem castoreū, granum pini, cum aceto mixtum. Si autem fuerit materialis, purgetur corpus, sed paulatinè. Et est intelligendū, quòd medicamina debent mutari, nō quo ad virtutē, sed quo ad speciem & modum: quoniam de proprietate medicaminum est, ꝙ iuuent vnum membrum, & non aliud: & iuuabunt istum & non aliū, & iuuabūt vnum in vno tempore, & non in alio, & hoc est mirabile, & fortè facit hoc varietas proprietatis tertiæ acquisitæ ex orbe. Digeratur igitur materia cum oxymelle diur. & purgetur cū hierap. acuata cum euphorbio, aut purgetur cum hieralogodion acuata cum culpa coloc. sed exhibeatur in parua quantitate, iuxta conuenientiā particularium, postea fiant

Signa.

Prognostica.

Curatio.

Serapio equales partes castorei & nuclei pini teritex aceto, expressum liquorem tepidū instilla auri.

caput

caputpurgia, deinde suffumigationes, & postea inunctiones, & vltimo cauteria. Vitentur balnea & fomentationes, quoniam cõmouent materiam: & si competant, hoc est in declinatione corpore mundificato. Materialia autẽ, ex quibus fit suffumigatio, aut iniectio, aut stupha, sunt ista, elleborus alb. euphorbium, castoreum, spica nar. spica celtica, calamus aromaticus, ruta, calamentum, anisum, marathrũ, baccæ lauri, folia lauri, succus porri, succus cæpæ, oleum muscellinum, oleum de litio, oleum costinum, de ruta, castoreo, oleum laurinum, anethinum, oleum amygd. amararum, oleum nardinum, aqua rapbani distillata, vinum albũ purum. *Localia medicamina.*

Intelligendum, quoniam quicquid dicant authores, melius est dimittere narcotica hoc in casu, quàm apponere, & si contingat apponere quòd calor sit magnus, & quòd narcotica apponantur in parua quantitate, & quòd essent bene repressa cum castoreo & croco, & quòd parum morentur: iudicio tamen meo sufficit quod dictum est in acuitate sensus, scilicet castoreum, granum pini, & acetũ, cũ omnia instrumenta auditus sint frigida, neruosa, ossuosa. *Clarificatio.* *Narcoticorum vsus qualis esse debeat.*

Secundo notandum circa materiam præcedentem & subsequentem, quòd homo habet complexionem magis temperatam inter omnia animalia, & ideo omnia excedit in sensu tactus. In aliis autẽ sensibus exceditur, iuxta illud:

Nos aper auditu, lynx visu, simia gustu,
Vultur odoratu, præcellit aranea tactu.

Et est aduertendum de aranea, quòd nõ excedit hominem in sensu tactus, quòd melius sentiat (hoc enim habet homo solus, & ex temperamento suæ complexionis) sed aranea excedit hominem quantum ad ordinationem suę texturæ seu telæ. Tertio intelligendum, quòd surdi à natura sunt muti, quia loquela non inest nobis antè, sed ab inquisitione, & ideo dicitur quòd auditus est porta intellectus, & propter hoc versificator dixit:

Quicquid Roma legit, quicquid studuistis Athenis,
Quicquid ad elenchos arguto disputat ore
Gallus, & in modica tactitat arte foro,
Quicquid habent artes diuino in pectore sensim,
Cessit ab auditu, docilis prudẽnsque perisset
Littera, si surdis auribus esset homo.

Quarto aduertendum, quoniam licet dictum sit quòd sur- *Acciden-*

talis surditas, non antiqua curari potest, naturalis verò, & qua cicatrice & apostemate causata est, difficillimè curatur.

ditas naturalis non recipiat curationem, istud verum est, si veniat propter malam complexionem nerui optici, sed si venerit propter aliquas oppilationes potissime in via quæ vadit exterius, tunc potest curari, cum oppilatio possit remoueri. Quinto notandum, quicquid dictum sit, & ex hoc etiam dicetur, quòd in vehementissimo dolore auriú cum causa est cal. non solum est vtile apponere opium auribus, imò est necessarium, quia dolor aliquando est rabiosus, & tunc non habemus viam, nisi quòd apponatur opium cum lacte mulieris, castoreo, & croco, sicut dicetur in cap. immediatè sequenti.

De dolore auris, & apostemate intrinseco. CAP. X.

Causa.

DOlor auris aut prouenit à causis extrinsecis, aut intrinsecis. Si extrinsecis, sicut est ventus validus, aut calor, aut frigus, casus, obuiatio, aut aliqua res cadens in aurem.

Si ab intus, hoc est aut propter morbos consimiles, sicut est aliqua malarum complexionum cum materia, aut sine materia: aut est propter morbos officiales, & potissimè propter apostemata cholerica, sanguinea, phlegmatica, aut melancholica. Aut est propter morbos communes, sicut

Signa.

est solutio continuitatis. Si est ex causis extrinsecis habetur iudicio patientis: si ex intrinsecis, & fuerit ex cal. tunc sentitur calor, & læditur à cal. econtra est de frigidis. Et si est ex apostemate, dolor venit subito & feb. Et si est de chol. & dolor intolerabilis, ducens aliquando ad paraphrenesim, cum punctura & mordicatione, vigiliis & inquietudine, & mala tolerantia patientis. Et si ex sanguine fuerit apostema auris, tunc est cum pulsatione. Et si est ex phlegmate, tunc est dolor extensiuus cum dolore remisso. Et si est ex melancholia, est dolor grauatiuus, & dolor remissus. Et si est ex ventositate, venit paulatinè. Et si ex solutione

Pregnostica.

continuitatis, est cum punctura & mordicatione. Dolor aurium fortissimus ex apostemate cal. in interioribus auris, est molestissimus ducens ad terribilia accidentia. Dolor aurium acutissimus est mortalis in iuuenibus, deinde minus in pueris, deinde tardius in senibus. Apostemata auriú

Hipp. prasa. lib. 3.

venientia per viam crisis, si veniant ante signa digestionis, & in die nõ critico, & cum aliis malis signis, molesta sunt, & valde periculosa. Si autem veniant post signa digestionis, cum aliis bonis signis, euadere possunt, &c.

Si

Si fuerit ex causis primitiuis, illis remotis fit curatio. Et si fuerit ex illis quę ceciderunt in aurem, inferius dicetur. Et si fuerit dolor ex causis intrinsecis, & causa fuerit materialis, mundificentur corpora sicut oportet, & dięta conueniens administretur, deinde fiant instillationes in auribus de rebus frigidis. Si causa est cal. quæ sunt ista, oleum ro. aqua ros. acetum, oleum nenuphari. & salicis, & muccillagines psyllij & cucurbit. & lactu. & morel. Et si causa est frigida instillentur cal. sicut est ruta, maiorana, calamētum, spica nar. anisum, styrax, calamintha, castoreum, & multa consimilia, quorum vnum aut multa possunt bulliri in oleo, aut vino, aut in aqua raphani, & colata auribus instillari. Intelligendum quòd curatio apostematis auris, differt à curatione aliorum apostematum in duobus. Primò in repercussiuis, quoniam directè non competunt repercussiua sed magis mitigatiua: cuius ratio est, quoniam timendum esset, quòd materia curreret ad aliquod membrum nobile, vt ad substantiam cerebri, & ita posset causare phrenesim aut lethargiam, & si iret ad pulmonem, phthisim & similia. Intelligendū tamen, quòd si dolor esset intolerabilis & desperatus, quòd tunc possent apponi non solū repercussiua, sed narcotica. Secundo differt à curatione aliorum apostematum in maturatiuis, quia purè maturantia cal. & humida non debent apponi, nisi essent ibi multa sicca, sicut possumus elicere hanc sententiam ex dictis Gal. 3. de ingenio sanitatis, cap. 6. loquētis de vlceribus aurium, vbi medicus ille credebat esse apostema in aure Imperatoris, & ideo imponebat putrefactiua: sed ipse docuit apponere tunc ratione vlceris, & saniei & apostematis, si ibi esset cum ferruginе ferri minutissimè trita, & stercore columbino, & aceto & quod bulliant vsq; ad spissitudinē mellis, quia sicca cōpetunt ratione cōplexionis membri, quoniam & licet curatio morbi fiat per cōtraria, nihilominus mēbri complexio per similia est conseruanda. Non igitur purè maturatiua, & putrefactiua, & saniei generatiua competunt in apostematibus aurium, dato quòd esset sine vulnere. Differt igitur curatio apostematis auris cōmuniter loquendo, & quo ad repercussiua, & quo ad maturatiua. Incipiamus à curatione calidorum apostematum aurium, supposito quòd dieta laudabilis sit iniuncta, & quòd præcesserit phleboromia & pharm

Cura.

Gal. de compos. pharma. secūdū

partes, oleũ ro. cũ aceto bullitũ, ad consumptionem ipsius aceti admoueri.

& pharmacia, alia vniuersalia, & quæ præcedere debẽt iuxta cõuenientiã particulariũ: iniiciatur lac mulieris frequẽter, deinde iniiciatur oleum rosa. cum pauco aceto bullito, deinde oleum sesaminũ, deinde adeps anatis & gallinæ, cũ muccillagine fœnigræci & se. lini. Deinde apponatur istud medicamen, quod quasi valet in omni apostemate aurium, magis tamen in calido. R. farinæ volatilis molendini. ℥ 3. granorũ pini, muccillaginis fœnigræci, se. lini. ana ℥. 2. resinæ thuris, lithargyr. ceruſæ. an. ℥. 1. aceti al. ℥. ß. conficiantur omnia cum oleo sesamino, & cum axungia porci re. & potest aliqua portio istius medicaminis fieri ita clara, vt aliquid auribus instilletur, & aliqua ita densa, quòd fiat emplastrum, & apponatur supra aurẽ, & est optimum maturatiuũ. Si autem apostema esset de causa frigida, tũc possunt addi cum istis, axungia vulpina, hyssopus, oleum omphacinum, vel fiant ista. R. scarabeos, vermes, qui inueniũtur sub vrceolo, & bulliãt in oleo scorpionis, & auribus instilletur. Et si fuerit vehemens frigiditas, decoquatur ibidem fel tauri, donec fuerit dissolutum. Item in apostematibus frigidis, Recipe rutæ, maioranæ, spicę nar. bulliant in oleo communi, & oleum auribus instilletur. In declinatione autem apostematũ tam calidorum quàm frigidorum potest mundificari auris cum oxymel. diure. & vino al. Si autem dolor esset vehemens & intolerabilis, tũc facta phlebotomia & pharmacia, cogimur frigida apponere. Accipe igitur philonium, & distem peretur cum lacte mulieris, & auribus instilletur. Et si nocumentum aduenìat ex his, castoreum bullitum in oleo auribus instilletur. Ista autem non debent apponi nisi in materia cholerica, & in calore multo, & in dolore maximè syncopali & desperato. Et ideo antequã fiant ista, debent præcedere aqua coriandri, succus morellę, oleũ rosoleum sesaminum, acetum, aqua rosa. lac mulieris. Vigilemus igitur diligenter, quia multos vidi mori in manibus restauratoris. Et accidit mihi semel quòd quidam restaurator antiquus patiebatur in auribus dolorem intolerabilem, & præcesserunt purgationes vniuersales, & operationes particulares iuxta doctrinam Gale. & Auicen. & aliorum authorum omnium, & nihil penitus valebant, & tunc apposui oleum de chamomilla in auribus, & feci sacellationes de chamomilla, & in veritate curatus fuit: quare

Narcotica quando applicanda.

Historia.

Nota.

pro

prodest multa,& diuersa apponere, cum medicamina non valent,dum tamẽ sint regulata ratione. Dolor auris sic curatur, si fuerit ex solutione continuitatis, R.myrrhæ, thuris,licij,opij,galbani,nitri,croci.ana ℈ 2.amygda.excorticatarum.ʒ.2.conficiantur cum aceto,& fiant trochisci,& cũ vti volueris, distemperetur in oleo ros. & coletur,& in auribus instilletur. Et si esset vlcus antiquatum, R.conchilia marina al.assentur, & fiat pul.& misceantur cum oxymel. coletur,& auribus instilletur.Item R.caricas.& bulliant in lixiuio,&auribus instilletur.Intelligẽdũ est,ꝙ frigida& humida sicut est succus cucurbitæ, coriandrũ,& similia possumus ponere in apostematibus calidis aurium, gratia loci, quoniam tale apostema non indiget repercussiuis, vt dictũ est,sed competunt gratia accidentium,quando dolor est vehemens valde,& potissimè quando non est vlcus.Et est etiã intelligendum,quòd maturatiua possunt competere in apostematibus aurium,& potissimè cum multa sicca apponuntur, & potissimè quando est sine vlcere, nec aliquid quod sit hic dictum est contrarium dicto Gal.5.de Ingenio, cum repræhendit medicum,qui ponebat tetrapharmaca in auribus imperatoris,pro tanto quia ibi erat vlcus & sanies: & cũ deberet apponere sicca absterssiua & mundificatiua, ipse ponebat humida, credens quòd ibi esset apostema volens istud maturare,& ideo redarguebat ipsum,quia ignorabat ingenia quæ sumuntur ex morbo,& quæ sumuntur ex accidentibus,& quę sumuntur ex particula patiente.Non negauit igitur Gal. quin bene competerent maturatiua in apostematibus aurium,dum tamen fierent,vt dictum est.

Curatio doloris auris à solutione cõtinuitatis.

Clarificatio.

De vlcere aurium & sanie.

CAP. XI.

CAusa saniei, potest esse apostema intrinsecum,vel extrinsecum,cum fluxit ad intus,vel humor aliquis delegatus, vel fit propter debilitatem virtutis immutatiuæ, & similibus.Signa sunt satis manifesta. In primis mundificetur caput,& diæta tenuis iniungatur,& iaceat supra partem læsam,vt sanies fluat ad exteriora. Et si fuerit dolor, iniiciatur,vt dictum est,oleum ro.opium,crocus cum lacte mulieris. Et si causa fuerit cali.fiat istud.R.squamam ferri, & frigatur in sartagine,& extinguatur in aceto fortissimo, & hoc fiat octo vicibus semper acetum innouando,deinde

Causa.

Curatio.

Medicamina in vlceribus aurium valenter debent exiccare. Gale.5. methodi.

desic

deficcetur, deinde puluerizetur, deinde bulliat in aceto & oleo ros. & coletur, vna gutta in auribus instilletur. Et si causa fuerit frigida, puluerizetur myrrha, castoreum, aloë, & bulliant in oleo laurino, coletur, & in auribus instilletur. Deinde mundificatur auris cum oxymel. diureti. aut cum vino al. aut cum aqua piscium salsorum, aut cum aqua oliuarum salsarũ. Si autem locus fuerit fistulatus, proiiciatur in aurem fel tauri cum vrina pueri virginis. Si sanies & dolor concurrant, & dolor fuerit ita intensus, quòd auferat somnum, primo incipiendum est à dolore, licet sanies corrodat, & multas malas qualitates habeat, pro tãto quia dolores prosternunt virtutes, & dolor cum concomitatur morbos, omnes operationes impedit, sicut declarauimus in tabula curationis morborum.

De sanguine fluente ab auribus. CAP. XII.

SAnguis fluit ab auribus aut ab extra aut ab intus. Si ab extra, sicut propter casum & percussionem, si ab intus, aut cum crisi, aut sine crisi, aut propter multitudinem sang. aut propter acumen. Si autem fuerit à causis extrinsecis,

Cura. si particularia conueniant, fiat phlebotomia de parte opposita, deinde constringatur san. sicut dicetur. Et si dolor est magnus propter ictum, R. medullam panis recenter cocti, & intingatur in succo absinthij, & vino, & desuper apponatur. Et si fiat propter crisim, nihil hic fiat nisi excederet. Et si ex multitudine sanguinis fuerit, fiat primo phlebotomia. Et si ex acuitate, mundificetur corpus, deinde mundificetur auris cum succo porri & vino al. proiiciatur in auribus succus plãtaginis, & succus burs pastoris, deinde istud medicamen auribus instilletur. R. acaciæ, psidiæ, baulaustiæ, gallarum, sumach, masticis, thuris. an. ʒ. 1. puluerizentur, & bulliãt in aceto, & coletur, & vna gutta auribus instilletur. Et si fluat aquositas, nitrum & antimonium bullitum in oleo scorpionum. Intelligendum quòd in curatione fluxus

Clarificatio. san. ab auribus, primo debemus diuertere fluxum. Secundo debemus mundificare ne fiat ibi sanies, aut apostema, postea debemus constringere, & ita mundificatiua præcedunt constrictiua: & licet mundificatiua aperiant, non tamen nocent, quia san. discretus, & quia statim consequuntur conglutinatiua & constrictiua, quare &c.

De

De oppilatione auris à re cadente in eam. CAP. XIII.

OPpilatio accidit in aure aliquando propter aquam, aut puluerem, aut pulices, aut vermes, aut verrucam, aut carnem superfluam, aut panniculos, & similia. Corpore igitur mundificato, attrahatur aquositas per hunc modum, accipiatur cannula, & applicetur auri, & aliqua vilis persona attrahat forte per caput cannæ anhelitum cũ ore. *Cura.*

Secundo modo fiat sic, Accipe cannam cum qua pueri attrahunt aquam, & expellunt ad longinquam distantiam, & appellatur vulgari nostro, Syringa, & ponatur extremitas cannæ in aure, & tunc baculus qui intus est extrahatur, & tunc natura quæ non permittit vacuum, repente attrahit fortissimè aquositatẽ ad extra. Tertio modo fiat sic, ponatur canna in aure, & ignis ponatur in alia extremitate, & aquositas quæ intus est desiccetur, aut per medium cannæ ponatur virga ferri ignita, aut recipiatur fumus rutæ, anisi, cymini, calamenti, decoctorum in vino, aut ponatur in aure spongia ligata cum filo, aut lana, aut pãnus lineus antiquus, & subito extrahatur. Et si fuerint vermes, interficiantur cum amaris iniectis, sicut est absinthium, centaurea, aloë, amygd. amara, persicaria, succus persici, fella, acetum, succus cucumeris asinini, scãmonea, elleborus. Deinde fiant sternutationes, & caput purgia, & possunt extrahi cum cautela, scilicet quòd pomum bene maturarum scissum per medium supra aurem, & iaceat desuper, & vermes condescendant ad dulcedinem, & postea subito removeatur. Si autem fuerit oppilatio ex excrescentiis, sicut est caro, verruca, pãniculus, & similia, corrodantur cum auripigmento, & si non, abscindantur. Et si fuerit versus superficiem, satis est facile: & si fuerit in profundo, difficile est valde. Et si ista fuerint à natiuitate, aliquando prosunt remedia, & aliquando nõ. Et si fuerit pruritus in aure, iniiciatur oleum vbi absinthium fuerit bullitum. Intelligendum, quòd suctio cum calamo, & sternutatio, & ignis, & similia, possunt fieri in passionibus aurium, & licet ista fint fortia & commoueant & dissoluant, non tamen possunt nocere, quoniam præsupponunt quòd corpus sit mundificatum. Et si lana cum terebinthina intromittatur, & terebinthina aliquo modo inficiat latera auris, maius tamen est iuuamentum, quoniam sordities, puluercs, pulices, & alia *Clarificatio. Albucasis*

ibid

ibidem adhærent, & inuiscantur, & ita extrahuntur.

De apostematibus accidentibus extra in radice auris.

CAP. XXIII.

Parotides. APostemata generantur ab extra in radice auris, aliquã do per viã crisis; & si venerint post signa digestionis, & in die gritica, possibile est & sint ad bonum: & si aliter venerint, difficile est quòd euadant, & per talẽ modũ multos vidi mori. Aliquando etiam veniunt per viam cõgestionis, aut derivationis, & purgetur secundũ exigentiam humoris peccãtis, & curetur sicut alia apostemata, nisi quòd repercussiua non cõpetunt, quia materia taliũ apostematũ vergit ad grossitiẽ, maruretur cũ farina tritici, fœnigræ, selini, axungiæ anatis, & gallinæ, radicis maluæ, & cõficiatur cum oleo de chamomilla: & si apostema esset antiquum, tũc fiat emplastrum de armoniaco, & bdellio, styrace liquida, axungia cerusina, caricis, & oleo de lilio: deinde si per se nõ rumpatur, aperiatur cum calce viua & sapone molli. Aliquãdo vidi in talibus sanguisugas apponi, & aliquando euadebãt, cum bona signa præcesserant: & aliquando non euadebãt, potissimè cum febris erat continua, & vrina cruda, &c.

Suppurantia.

Ruptorium de calce.

De passionibus narium, & primo de fœtore narium. CAP. XV.

FOetor narium est corruptio olfactus: sicut enim operationes aliorũ sensuum patiuntur tria accidentia, quorũ morbi sunt causæ, scilicet ablationẽ, minorationem, & corruptionẽ: ita & olfactus aliquando aufertur, cum nihil odorabile sentit: aliquãdo minoratur, cũ non sentit odores, nisi sint ex excellentia: aliquãdo corrumpitur, & hoc quando aromatica iudicantur fœtida, & econtra nullo odorabili præsente, vel omnia iudicant horribilis odoris, vel quãdo fœtent nares & anhelitus sibi & aliis. Et de tali fœtore nariũ, qui provenit ex aliqua causa intrinseca, loquimur hîc. Vnde nares componuntur ex multis, primo ex osse quod colatorũ appellatur, quod est perforatũ, & panniculus cerebri à parte anteriori versus ossa colatoria est perforatus, vt natura expellat superfluitates per illa loca, & vt attrahat anhelitũ, seu aërẽ ad caput, ad temperandũ sanguarte rialẽ ipsius cerebri. Secundo cõponuntur nares ex duobus additamentis exeuntibus à colatorio ad modũ capitis mammillarũ, vbi est iudiciũ de olfactu, ad illum locũ portatur vapor odorabilis per aërẽ. Tertio cõponitur ex carne cartila

tilaginosa, quæ apparet exterius, quæ fuit facta ad tuitionem aliorum, & ad conuersionem vaporis. Quarto componitur ex lacertis dilatantibus, & constringentibus propter attractionem & expulsionem. Fœtor enim in naribus & in anhelitu prouenit propter multa, propter corruptionem pectoris & pulmonis, & propter corruptionem stomachi, & propter corruptionem dentium & gingiuarũ, & propter vlcera narium & polypum & carnem additam, & pustulas & verrucas, & propter oppilationes factas in caruncullis narium, & accidit propter malam complexionem cum materia aut sine materia existente in additamẽtis, & osse, & colatorio, & propter malos humores salsos, aut alios, aut rheuma, aut malam complexionem in cerebro existentem. *Causa.*

Si est ex pectore, sputum est grossum, globosum aut sanioſum, & si à stomacho, fœtor apparet magis ante cibum, quàm post. Et si est ex gingiuis, aut dentibus, aut ex vitiis quæ sunt in caruncullis narium, hoc est sensui manifestum. Et si ex additamentis, aut cerebro, cognoscitur per priuationem aliorum, & etiã ex hoc, quòd si impleatur os aqua, & tunc fœtor sentiatur, à cerebro procedit, & quia continuus est, & quia ipsemet patiens sentit fœtorem. Quando in feb. acutis nullo præsente odorabili, videtur patienti q̃ sentiat odorem fœtidum corruptum, ad modum piscium corruptorũ, vel aliorum huiusmodi, signũ est pessimum & mortale. Si fuerit ex pulmone, aut à stomacho, aut à gingiuis, curentur illã sicut oportet, sicut dicetur in suis locis. Et si fuerit ex capite cum arsura, causa est cal. si cum frigiditate, & sine mordicatione, tunc est frigida. Et si fuerit cum grauitate, est ibi materia peccans: & si cum leuitate, tũc est ex mala complexione sine materia. Ponamus igitur, quòd fœtor narium sit ex mala complexione cal. corpore pleno, & virtute forti, tũc fiat phlebotomia de cephalica, & postea fiant ventosæ in collo, & postea fiat phlebotomia de vena, quæ est in capite nariũ, & postea purgetur corpus, deinde fiãt cauteria, & in capite sub mento. Processus igitur sit talis, suffumigetur corpus in causa calida cum aqua decoctionis ros. viol. nenuphar. sandal. camphor. chamomilla, & vtatur syr. ros. & viol. & oxysac. Deinde purgetur caput cũ oxylaxatiuo, & electuario de succo ros. & hiera Ruffi, deinde iniiciatur in naribus oleũ ros. oleum viol. cum cãphora. *Signa.* *Prognostic.* *Cura.*

Et intelligimus quòd diæta concomitetur, ſicut oportet.

In cauſa autem frigida odoret aquam decoctionis menthæ,& abſinthij, maioranæ, baſiliconis,& vtatur oxymel. diuretic.& purgetur cũ hierapic. & hieralogodion. Et iniiciatur in naribus oleum coſtinum, laurinum, muſcellinũ, & fiant ſternutationes cum elleboro,pipere,& caſtoreo. Si autem fuerit ex oppilationibus caruncularum, inſuffletur in naribus puluis nigellæ,& bulliat nigella in aceto ſcill.& per nares fortiter attrahatur. Si autẽ fuerit propter alias excreſcentias,manu chirurgica abſcindãtur, deinde proiiciatur puluis aluminis,nitri,lithargyr.myrrhæ, vel bulliãt iſta in aceto, & lychnium ſeu tenta intingatur, & in naribus applicetur. Et ſi fuerit puſtula humida, vngatur cum iſto vnguento.R.lithargyri,ceruſæ,cadmiæ,gallæ. ana ʒ.x. aluminis. nitri. ana ʒ.ß. conficiantur cum oleo de chamomilla,& cera quod ſufficit. Et ſi puſtula fuerit ſicca, inungatur cum iſto vnguento. R.medullæ vituli,gummi arabici,dragaganti,olei ſeſamini,ceræ quod ſufficit,fiat vnguentum. Et poſſunt excreſcentiæ remoueri cum auripigmẽto rubeo.& vitriolo,& ſale armoniaco,vel quòd cauterizetur locus. Si autem nullo modo poſſit fœtor remoueri, ſaltem pallietur. R.ſem.maioranæ,baſiliconis,gariofi.nucis muſc. cinamomi,ligni aloës,ſtyracis calaminthę,ambrę,ana ʒ.ij. muſci. ℈.ß.conficiantur cum aqua roſ.optima, & fiant pilulæ paruæ, & quolibet mane tranſglutiat duas integras, & duas teneat in ore,& aromatizabunt anhelitum, ita quòd nullus percipiet:quoniam ſi medicus talia pateretur,valde eſſet ignominioſum, & potiſſimè quando cum nobilibus conuerſatur. Intelligendum quòd materia fœtida,corrupta,exiſtẽs in cerebro poteſt inducere fœtorem anhelitus, & tamen reliquæ partes corporis non patiuntur,pro tanto, quia natura mittit ad vnam partem aliquando, & non ad aliam. Aliquando etiam vna pars parata eſt recipere materiam,& non alia,& ita ex vna materia poſſunt diuerſi effectus generari ſecundum diuerſitatem materiæ. Secũdo intelligendum, quòd obiecta aliorum ſenſuũ non immutant ſenſum tactus,ſed obiectum ſenſus tactus immutat omnes ſenſus,pro tanto,quòd ſenſus tactus cõmunis eſt omnibus ſenſibus. Tertio intelligendũ, quòd immutatio odoratus poteſt eſſe ſignum morbi ſeu morbus, ſeu accidens morbi,

Clarificatio.

quoniam

quoniã ſi per immutationẽ intelligamus qualitatem lędentẽ, ſic eſt morbus: ſi qualitatẽ lęſam, ſic eſt accidẽs: & ſi accidens, eſt ſignũ: quia quod accidit pãtienti, ſignũ eſt medico, quare vnum & idẽ ſecundũ diuerſos reſpectus, poteſt eſſe morbus, & accidẽs ſignũ, ita de aliis poſſumus intelligere.

De rheumate & coryza. CAP. XVI.

RHeuma eſt fluxus humorum à capite ad partes ſubiectas. Rheumatis autẽ tres ſpecies ab authoribus diſtinguuntur, coryza, bronchus, & catarrhus. Coryza, quando vadit ad nares: bronchus, quãdo vadit ad fauces: catarrhus, quando venit ad pectus. Rheuma autẽ poteſt eſſe genus, & ideo dicitur rheuma, quaſi ruens materia. Rheuma autem negligi non debet, quia forte eſt mater omniũ ægritudinũ: quod patet, quia ſi fluat ad aures, cauſabit ſurditatem aut tinnitum, ſi ad oculos, caliginem: ſi ad nares, fœtorem aut polypum: ſi ad linguam, paralyſim: ſi ad guttur, ſquinantiam: ſi ad pectus, phthiſim, aut pleureſim: ſi ad ſtomachũ, faſtidium aut vomitũ: ſi ad inteſtina, fluxum vẽtris: ſi ad iuncturas, arthriticam: & ita de aliis omnibus mẽbris ſubiectis, prętereaquã de ſplene, quoniam ſplen nõ apoſtematur nec oppilatur propter rheuma, quoniam paſſiones ſplenis fiunt de materia groſſa. Materia autem rheumatis eſt ſubtilis, aliter non rueret. Licet igitur vulgariter loquẽdo, ex rheumate nullus plangatur, nihilominus citiſſimè ſunt remediandi, cum omnia mẽbra ſubiecta debilia ad ægritudines proximas ſint parata. Succurrendum igitur eſt iſta velociter, & etiã medicinę laxatiuę poſſunt dari ſine digeſtione materiæ, & potiſſimè ſi flueret ad pectus. Rheuma enim aut prouenit ab exterioribus aut ab interioribus. Si ab exterioribus, ſicut eſt ventus ſeptentrionalis, veniens poſt meridionalẽ, & ſicut eſt calor nimius, aut frigus, aut inſufflatio ventorũ, aut ſomnus poſt nimiã repletionẽ, & potiſſimè ſomnus diurnus, & odor rerũ fortis odoris, ſicut eſt lilium, mentaſtrũ, muſcus, & ſimilia, & comeſtio rerum vaporoſarum, ſicut ſunt ęppę, & allia, vinũ forte, crapula & ebrietas, balneũ, & phlebotomia, & breuiter omnia quæ diſſoluunt vapores in capite, aut per modum cõpoſitionis, aut per modũ diſſolutionis. Si ab intus, hoc eſt propter humores in cerebro abundãtes, ſiue ſint calida ſiue frigida: vel fit propter vapo. à ſtomacho, & toto corpore aſcendentes ad caput.

Paulus diuidit catarrhũ in tres ſpecies, coryzam, bronchon, & catarrhũ, vt catarrhus ſumatur pro genere, & interdũ pro ſpecie.

Cauſæ.

Si sint humores cal. tunc caput tactu calidum inuenitur,
Signæ. facies rubea aut citrina, punctura & mordicatio, ablatio appetitus cibi, sitis, & similia. Et si causa fuerit frigida, signa sunt contraria, & ista causa frequentius venit. Hipp.
Prognostic. Bronchi & coryzæ in valde senibus non maturantur, vel cum magna difficultate remediantur: qui enim habent caput calidum, & partes inferiores frigidas, rarò sunt sine catarrho, & econuerso: qui enim caput frigidum, & cor calidum habent, multi vapores ascendunt, qui in cerebro frigido digeri non possunt: & quando cerebrum est calidum, fit attractio multa vaporũ. Catarrhus cum dolore capitis, de difficili curatur, quia caput videtur debile naturaliter. In autumno frequentius veniunt catarrhi, quàm in alio tempore anni. Rheumatici splenitici non fiunt. Rheumatici ad omne malum sunt parati. Cura communis in omni catar-
Curatio. tho, seu rheumate, est quòd si fluat materia ad membrũ nobile, quòd euacuetur materia, digestionẽ non expectando cum pilul. aureis, aut cocchiis, paruitas cibi, & potus cõpetunt, & vigiliæ multæ, ꝙ non dormiant de die, & quòd non vtantur balneis nec fomẽtationibus nec ablutionibus, nec vtantur exercitio forti: teneatur venter laxus, famẽ & sitim patiãtur, quantũ poterunt. Curatio particularis est hæc, si rheuma fuerit de causa ca. & corpus est plethoricũ, & currat materia versus interiora, fiat phlebotomia, deinde digeratur materia per hũc modum. R. summitatũ papaueris, rosarũ, lactu. ana ʒ. ij, candi, penid. ana ʒ. j. omniũ sand. vnc. semis, hordei libra semis, viol. nenu. ana vnc. iij. panis zuc. libram vnam: fiat syrupus quo vtatur mane & sero. Iste enim
Syrupus. syrupus valet in rheumate de causa cal. & potissime quando timemus, quòd materia vadat ad pectus, suffumigetur cum aqua decoctionis hordei, viol. ros. sand. nenu. papaueris, chamomillæ, odoret pomũ factum de sand. & camphora, & se. lactu. portu. sumac. & conficiantur cum aqua rosa. optima. Et si sit cõstipatus, fiant suppositoria aut clysteria, & fiant fricationes extremitatum, & purgetur cum myrob. citri. si materia est in stomacho: & si in capite, purgetur cũ electuario de succar. rosa. diaprunis, & oxylaxatiuo, & vtatur isto electuario, R. diapapaueris, diaprunis, diadraganti frigidi, zuc. ros. facti cum rosis siccis, ana ʒ. iiij. misceantur. Et inungantur nares cum oleo ros. & viol. In declinatione

autem

autem manifesta possunt fieri stuphę, aut balnea, fomentationes, & similia, cum chamomilla, & meliloto, rosa. viol. & hordeo, & potest vti rubea trochiscata. suffumigatio facta de fursure, & aceto multum valet: similiter de aceto super lapidem molarem candentem. Si autem causa fuerit frigida, & fluat ad membrum nobile, purgetur cum pilulis aureis, & hierapi. Digeratur materia cũ isto syrupo, & potissimè si timemus fluxus rheumatis ad pectus. R. radic. ireos, hyssop. liquir. mund. ana ʒ. ij. nuc. cypressi, masticis, thuris, ana ʒ. j. mellis ros. li. j. fiat syrupus. suffumigetur cum aqua decoctionis mastic. thuris, ladani, styracis, calaminthæ, chamomillæ, meliloti. Oloret pomum factum de styrace, calamita, & ambra, gariofil. nuc. cypressi, nuc. musc. masti. thur. ladano, & pauco ligno aloës, & musco: & inungantur nares cum oleo de mastiche, facelletur caput totũ cum milio, & sale torrefactis. Inuoluatur caput cum panno bene calido, suffumigetur sic, calefiat regula, & aspergatur vino, & post puluere nigellæ, & fumus recipiatur capite discooperto, vel torrefiat nigella, & ponatur in panno, & odoretur. Dein de purgetur caput cum hierapic. omnia quibus vtitur sint acuta. In declinatione autem fomentetur aut balneetur, & ita de aliis, cum aqua decoctionis chamomillæ, meliloti, anthos, menthæ, rutę, calamenthi, & similibus. Post autem omnia, si non curetur, R. stercoris columbini, gummi, rutæ agrestis, picis naualis, seminis rutæ, sinapis, ana ʒ. j. conficiantur cum oleo laur. & aceto scill. & fiat emplastrũ, & extendatur supra aluram & ad modum capellinæ, & cooperiatur cũ pãno lineo ab intus, & sumatur, & tonso capiti applicetur. Quando autem omnia deficiũt, fiat cauteriũ in commissura anteriori. Diuretica nunquã competunt in materia rheumatica. Intelligẽdum circa istam materiam, quòd principium rheumatis seu principiũ morbi est cũ materia erit subtilis, aquosa: cum autem incipit ingrossari, tunc est augmentum: & quando est mediocris, tunc est status, & tũc materia est digesta, sicut patet in ophthalmia, & lippitudine. Si igitur natura cum digerit rheuma incipit ingrossare, tũc cum medicus sit minister naturę, incipere debet ab ingrossantibus: quoniam si peccatũ est propter subtile, curatio erit cum illis, quæ mediocriter ingrossant. In rheumate igitur de causa calida, applicentur styptica frigida cum ali-

Clarificatio.

Quatuor huius morbi tempora.

quibus paucis dissolutiuis, quoniã dissolutiua faciunt styptica penetrare, & temperant stypticitatem, ne nimis materia condensetur. Et ita si causa est frigida, applicentur calida styptica in plus, & dissolutiua in minus. In declinatione autem corpore mundificato, competunt dissolutiua, & euaporatiua, quia materia pauca est, & ita de facili euaporabitur. Diuersa igitur competunt secundum diuersitatẽ temporum morbi. Secundo intelligendũ, quoniam si rheuma causetur ex multitudine materiæ, magis multiplicatur in vere: & si causatur ex calore, magis multiplicatur in æstate: & si causetur ex raritate, & densitate, magis causatur in autumno: & si ex frigiditate, magis in hyeme, & ita intelligendum est de ætatibus, & temporibus, & consimilibus. Tertio aduertendum, quoniam licet dicatur, quòd in rheumate non competat phlebotomia, nihilominus potest competere, cum sanguis dominatur, & corpus est plethoricum, & materia ruit ad interiora, & ideo competit in squinantia, & pleuresi, & similibus, quæ vt plurimum ex rheumate generantur. Quarto notandũ, quòd somnus non cõpetit in rheumate, quia prouocatiuus est fluxus, nisi in declinatione, & corpore mundificato, sed vigiliæ magis competunt, vt fiat euaporatio versus exteriora: nec exercitium competit in principio corpore immundo existente, quia induceret fluxum, otium igitur competit. Et si diceretur, quòd otium non competit: Dico quòd non valet, quia in proposito otium non assimilatur somno, quia otiũ reddit humores quietos, & somnus fluxibiles ratione reuocationis caloris, & apertionis meatuũ, quia apertio non est motio, sed magis immobilitas & clausio. Quinto sciendum, q̃ illi qui habent caput frigidum naturaliter, rarò sunt sine catarrho, magis tamen læduntur à causis intrinsecis, propter debilitatẽ digestiuæ, & minus à causis extrinsecis, propter clausionem pororum: sed qui habent caput calidũ, facilius patiuntur à causis extrinsecis, propter apertionem pororum, & tardius ab intrinsecis, propter bonitatẽ digestiuæ. Vltimo notandum, quòd suspecti ad rheumata, præseruantur, si diu sudent in stupha, hoc supposito quòd caueant postea sibi à tribus, scilicet à vento, & à somno diurno, & à repletione cibi & potus, & quòd caput mirabiliter exiccetur, ne humiditas inter capillos remanens causet

Phlebotomia vbi cõueniat.

Qui obnoxij catarrho.

rheumã

rheuma. Intelligendum etiam, quòd præseruari possumus à catarrho & coryza, cum pilulis detentis in ore. Et valet etiam ad curationem, & quòd materia non fluat ad partes subiectas, & si causa fuerit calida, R. se. papaueris al. se. portu. se. lactu. candi, penidiarũ, dragaganti infusi. ana ʒ. j. opij, croci. ana ℈. j. conficiantur cum syrupo myrti. & cum syrupo de papauere, & fiant pilulæ, & teneantur in ore, & in tẽpore somni & tempore vigiliarum. Et si causa est frigida, R. styracis, calamitæ, nuc. cypressi, mastic. thuris, ladani, ambræ, ana ℈. j. liquiri. mund. vuarum passarũ munda. ab arill. ana ʒ. j. & ß. conficiantur cum hydromelle, & fiant pilulæ, & teneantur in ore. Et ista duo genera pilularum erunt nobis multum necessaria, inferius in passionibus pectoralium ad præseruandum, ne materia vadat ad pectus. *Pilule sub lingua.*

De fluxu sanguinis ex naribus. CAP. XVII.

FLuxus sanguinis narium, prouenit propter apertionẽ orificiorum venarum, quæ sunt in naribus: hoc autem est propter tria, ratione membri, aut ratione virtutis, aut humoris. Si propter membrum, vt quia nimis rarũ. Si propter virtutem, vt quia expulsiua fortis, & contentiua debilis. Si propter humorem, aut quia multus, aut quia acutus, aut aquosus subtilis, & istæ possunt esse causæ communes in omni eo quod egreditur à corpore, secundum Gal. 6. de morbo. Causa fluxus sanguinis narium, aut est ab intrinseco, aut ab extrinseco. Si ab extrinseco, sicut est casus & percussio. Si ab intus, aut cum crisi, aut sine crisi. Si cum crisi, sicut est in phrenesi, aut in pleuresi, aut in apostemate splenis, aut hepatis, aut synocha, aut tertiana, aut in variolis, & morbillis, & similibus. Si sine crisi, tũc aut prouenit à capite, aut ab hepate, aut à splene, aut à matrice, & similibus. Si venerit propter causas intrinsecas, tũc cognoscitur indicio patientis. Si propter crisim, hoc indicant ægritudines præcedẽtes. Si à capite, hoc significatur ex dolore capitis. Et si ab aliis mẽbris, hoc significatur ex dolore loci. Et si à matrice, ex retentione menstruorũ. Et si venerit post signa digestionis in die critica & paulatinè, & cũ alleuiatione patientis, & cũ clarificatione faciei, tunc est ad bonum, cõtraria contrariè. Et si fuerit cum saltu cõtinuo, tunc est ab arteria: & si à nare dextra, tunc est ab hepate: & si à sinistra, à splene: & si ab vtraque, ab vtroque. Et si facies fuerit *Causa.* *Signa.*

rubea, tunc est à sanguine: & si citrina, tunc est à cholera: & si alba vergens ad liuorẽ, tunc est à phlegmatis aquositate. Et si ex debilitate contentiuę, hoc significatur ex præcedentibus morbis. Et si ex fortitudine virtutis expulsiuę, tunc est cum alleuiatione. Et si ex mẽbro, quia ex qualibet facili causa venit. Et si ex plenitudine, pulsus est plenus, & vrina spissa & colorata. Et si ex cholera, est cũ punctura & mordicatione, & ita de aliis reddendo singula singulis. Fluxus sanguinis qui prouenit propter debilitatẽ cerebri, vix aut nunquã curatur. Fluxus sanguinis natium, qui extẽdit se vltra quatuor libras, est malus: & si vltra octo, est pessimus. Et si extendit se vsq; ad xx. vel xxiiij, vltrà viuere non potest. Fluxus sanguinis qui ducit ad colorem pallidũ, aut viridem, aut liuidum, aut fuscum, pessimus est, & mortalis. Fluxus ducens ad syncopim, est mortalis. Fluxus cum frigiditate extremitatum, est mortalis. Omnis fluxus qui venit subito & cum impetu, est malus. Omnis fluxus cum alleuiatione patientis, est bonus. Nullus fluxus criticus est restringendus, nisi nimis manifestè debilitaret virtutem. Nullus fluxus sympromaticus est restringẽdus subito, sed paulatinè, nisi timeremus casum virtutis. Curetur igitur secundum conuenientiã causarum. Si ex debilitate virtutis, confortetur. Si ex sanguine aquoso, ingrossetur cum calidis stypticis, siue sint cibi, siue medicinæ. Si ex cholera, purgetur cum myrobalanis citrinis. In fluxu igitur nariũ superfluo particularibus cõuenientibus fiat phlebotomia de cephalica partis oppositæ, & si fluat de vtraq; nare, fiat de vtroq; brachio. Deinde fiant ventosæ inter spatulas cũ scarificatione, aut subtus mamillas, aut supra hepar, aut supra splenem, secundum diuersitatẽ membrorum à quibus procedit, aut fiat phlebotomia de saphenis in retentione menstruorũ: hoc facto, fiant fricationes fortes in extremitatibus cum sale & aceto, fricentur testiculi in viris, & mamillæ in mulieribus, & infrigidentur cum aqua ros. aceto & morella, & similibus, & cum hoc non solum ista mẽbra, sed etiam extremitates cum aceto & oleo ros. & succo morellæ, & lactucæ infrigidatis in vrina aut in puteo, & balneetur medietas corporis in aqua frigida. Postquã igitur materia antecedens erit euacuata & distracta, tunc in superioribus remedia applicemus. Emplastremus igitur frontem,

Prognostica.

Curatio.

tem,& tempora cum argilla pistata cum aceto,aqua ros.& albumine ouorum, vel cum bolo armenico, & sanguine dra.acatia,& hypocistide,& ponatur in naribus tēta intincta in succo plantaginis,& encausto scriptorum,& sanguine dra.puluere chartæ combustæ, & testis ouorum combustis.Diæta sit lentes coctæ in duabus aquis,& excorticatæ, *Dieta.*
risum assum, fabæ assæ coctæ, cum aliqua portione aceti, oua dura,caseus recens sine sale, lac fortiter bullitum, vinum grossum,nisi quòd melius esset, quòd quando administratur lac, non administraretur vinum, & breuiter valent omnia quæ sanguinem ingrossant,& pro tanto valent ea quæ valent in fluxu ventris. His visis,intelligendum est secundum intentionem Auic. quòd quinque sunt genera medicaminum, quæ valent in curatione fluxus sanguinis narium.Primum genus sumitur ex frigidis, sicut est opiū, lactu.portul.morella,coriandrum, camphora,acetū, aqua ros.salices,nenuphar,aqua frigida, plantago, bursa pastoris,& similia.Secundum genus sumitur ex natura styptico rum,sicut sunt acatia,galla,sumach.berberis, psidia,balaustia,granum rosæ, & pes eius, hypocistis, se. cytoni. bolus armeni.terra sigil.cimolia,san.dra.fructus,& extremitates omnium arborū stypticarum,sicut sunt pyra,sorba,corna, mespila,cytonia,& ita de aliis. Tertium genus sumitur ex natura conglutinatiuorum, sicut est olibanum, dragagan. gummi arabic.farina vola, molendini,farina siliginis,albumen oui,& multa similia. Quartū genus sumitur ex natura cauterizantiū,sicut sunt atramentum,vitriolū,arsenicum, sal armoniacum,succus porri,& similia. Quintū genus sumitur ex his quę operantur ex tertiis virtutibus,sicut sunt stercus porcinum recens,si odoretur,& similiter stercus asininum.Et quædam sunt quæ faciunt hoc ex tribus virtutibus,& quia frigida, & quia specifica sicut antimonium & myrrha.Discretus igitur medicus corpore mundificato,& materia distracta,potest ex istis eligere, secundum conuenientiā particularium, & etiam cōponere & multiplicare, modo fomentando,modo emplastrando, modo cum puluueribus,modo cum vnguento,modo cum potionibus,modo cum iectionibus,nisi quòd in cauterizantibus simus cauti cum medicamen remouetur, cū talia faciant escharam,& ita inducerēt maiorem fluxum.Intelligendū,quòd *Clarificatio.*

in retentione menstruorum potest iuuare fluxus sanguinis narium,& pro tanto,quia postquã retentio est præter naturam,vndecunque expellatur,aliquo modo posset esse bonum,saltem ad tempus,cùm nociua materia expellatur,nihilominus diuertendus est, quòd illud emunctorium non est sibi proprium.Et ideo si plenitudo est multa, fiat phlebotomia primo de hepatica, postea de saphenis,postea cũ magdaleonibus menstrua prouocentur. Secundo intelligendum,quòd fluxus sanguinis narium,si fiat ex multitudine,magis fit ex sanguine:& si ex acumine & corrosione, magis ex cholera.Et ita intelligendum est de ætatibus, & temporibus,& cõplexionibus. Tertio intelligendũ, quòd frigiditas non inducit fluxum sanguinis narium, nisi per accidens,quoniã constringendo constringit venã.Quarto notandum,quoniã licet sanguis arterialis sit calidior, subtilior quàm sanguis venarum, nihilominus fluxus sanguinis narium non venit frequentius ab arteria,imò frequentius à vena,quoniam vena non habet nisi vnam tunicã,arteria autem habet duas, vnde magis resistit fractioni & apertioni. Quinto intelligendũ, quòd licet fluxus sanguinis debiliter,& phlebotomia debiliter,nihilominus potest in fluxu sanguinis narium phlebotomia cõpetere virtute constante,& facit cessare fluxũ, quia trahit ad oppositũ,& quia distrahit,ideo maius est iuuamentũ. Secundo aduertendum, quòd balneũ competit in nimio fluxu menstruorum,& tamen non competit in fluxu sanguinis nariũ. Cuius ratio est,quia sanguis mẽstrualis est grossus,& per balneũ subtiliatur, & ita trahitur ad totũ corpus,sed sanguis nariũ est subtilis,& magis subtiliaretur,& ita prouocaretur maior fluxus,& in subtiliando,& ad superiora trahendo.

Cur phlebotomia in fluxu sanguinis narium cõcedatur.

De Sternutatione. CAP. XVIII.

STernutatio est motus cerebri naturalis propter expulsionẽ nociuorum, vnde sicut singultus est stomacho,& tussis est pectori,ita sternutatio cerebro.Vnde tales motus non sunt motus morbi,sed naturæ,secundũ Gal.5.de morbo.Causa autẽ sternutationis est duplex, scilicet exterior, aut interior. Exterior, sicut radius solis cum penetrat per carunculas narium,aut penna intromissa, aut puluis, aut aliqua res mordicans,& pungens,& similia. Si intrinseca, tunc est humor,vapor, aut ventositas, aut aliqua res grauans

Causa duplex.

nans virtutẽ animalem, virtus autẽ animalis, sensibilis sentiẽs nocumẽtũ, suscitat naturalẽ, & naturalis expulsiua suscitata cum magno impetu, mouetur ad expellendũ nociua & permiscens, cum aërem expellit ad exteriora, & sonat, quia per angustum locũ transit, & ideo sternutatio est fortis motus cerebri propter expulsionem nociuorum. Sternutatio in fine morborũ, bonum signũ valde, secundũ Gal. dato quòd ægritudo esset perniciosa, quia fortitudo virtutis signatur & conualescẽtia & paruitas materiæ, & ita sternutatio sine rheumate, & corpore mundificato, siue à natura, siue ab arte bona, quia dolorẽ capitis remouet, & caput mundificat. Et ꝓpter hoc valet in ægritudinibus pectoris, scilicet cum corpus sit mundificatum, & quòd ægritudo sit in declinatione, & quòd sit sine rheumate. Et similiter in ęgritudinibus stomachi, & similiter in passionibus matricis, quoniã virtus est fortis, & ideo excitat virtutes expulsiuas omnium membrorum naturalium, & ideo expellit fœtum mortuum & secundinam, & similia. Sternutatio cum rheumate semper est mala, & in corpore pleno, & mala in ratione signi, quia mãlã causam significat in capite lædentem caput: malum in ratione causæ, quoniam sternutatio nimia replet caput & inducit vertiginem, & scotomiam, & similia. Si in aliqua ægritudine prouocetur sternutatio, in qua debet prouocari, & nõ sternutat, nunquam curabitur. Si fuerit prouocata cum rebus fortis virtutis, sicut est elleborus al. piper, castoreum, sinapis, euphorbiũ, & similia. Primo curatur sternutatio cum forti retentione anhelitus, & cum expellit, quòd expellat per nares, & hoc etiam multũ valet in rheumate. Secundo curatur per accidẽtia animæ fortis, sicut est ira, solicitudo, tristitia, & similia. Tertio curatur cum calidis euaporatiuis, potissimè si causa sternutationis fuerit frigida. Fomentetur igitur caput corpore mundificato, cum aqua decoctionis chamomillæ, meliloti, anthos, anisi, marathri, spicę nar. & inungãtur nares cum oleo laurino & costino. Et si causa sternutationis fuerit calida, inungãtur nares cũ oleo ros. & viol. & nenuphari. & fiat fomentatio de eisdem. Fricatio capitis & faciei, & extremitatum, & somnus profundus multum valet. In secunda particula libri huius, superius cum tractauimus ægritudines capitis, fuit ista materia pertracta,

Hipp. aph. 51. lib. 7.

Prognostica.

Sternutatio cum rheumate.

Cura.

ctata, sed gratia ægritudinũ narium, hic recapitulabimus de eisdem. Gal. dicit quòd sternutatio est motus naturalis, & tamẽ sternutatio est in pleuresi & peripneumonia: nõ igitur erit motus naturæ, sed morbi. Dico quòd sternutatio, aut est in tempore sanitatis, aut in tempore morbi. Si fuerit in latitudine sanitatis, tunc est motus naturæ, & ita intellexit Gal. §. de morbo. Et si esset in tempore ęgritudinis, si tunc venit per viam crisis, & mundificationis, potest attribui motui naturali sicut digestio in vrina. Si autẽ venit per viam symptomatis, tũc potest esse motus morbi. & ita soluitur contradictio.

Clarificatio.

De ægritudinibus labiorum & oris, & primo de fissura labiorum. CAP. XIX.

FIssura labiorũ est solutio cõtinuitatis facta in carne tenera labiorũ. Aut enim proueniunt ab exterioribus, aut ad interioribus. Ab exterioribus, sicut à puluere, vẽto, calore, & frigore, casu, obuiatione, & similibus. Si ab intus, hoc est propter humores acutos pũgitiuos, vlcerantes labia, aut generãtes pustulas, & similia. Isti autẽ humores aliquãdo veniũt à capite per viã rheumatis, aliquãdo ascendũt vapores à stomacho, & toto corpore, aliquãdo veniũt per viã crisis. Signa sunt satis manifesta. Si fuerit propter causas extrinsecas, illinantur vlcera. Si est causa cal. cum oleo ros. & viol. & axungia gallinæ recenti, & muccillagine dragaganti facta in aqua ro. & inũgatur cum pluma, vel cum vno ex illis, vel cum omnibus. Et si causa est frigida, sicut est ventus borealis, & similia, tunc temperentur in aqua ro. mel. ro. dragagãtum, gummi arabic. mastix, & thus, & illinantur vlcera. Et si fuerit propter causas intrinsecas, corpore mundificato, illinantur labia cum isto medicamine. Rẽcipe ceruse loræ, amydi, cadmiæ loræ, lithargyri, conficiantur cum muccillagine dragaganti. Intelligẽdum, quòd licet humida putrefaciant, & putrefactiua non competant in vlceribus, nihilominus axungia gallinæ recens potest cõpere in vlceribus labiorum, & quia est anodyna, mitigatiua doloris, & cum hoc quando siccitas est nimia, quoniam temperatur & humectatur, & cum hoc quia cum lithargyro, & aliis, admiscetur, & liniatur similiter. Secundo notandum, quòd pustulæ & vlcera labiorum si in tertianis, & in aliis febribus veniant post signum digestionis,

Causa.

Cura.

Clarificatio.

nis, signa sunt bonæ crisis, quod etiam vulgares dicunt, quoniam postquã vident labia vlcerata & pustulata, curatus est. Et exinde oritur aliud notabile, quoniam pustulæ & vlcera possunt bonum signare in febribus, cum apparent in labiis. Et si eædem apparuerint in lingua, erunt pessima signa. Et ratio dictorum est, quoniam labia sunt membra vilia, exterius posita, quorũ caro est tenera, & ita natura fortificata, suas superfluitates mittit ad illa. Lingua autem est membrum nobile multũ sensibile, & ideo si talia apparẽt, magis veniunt gratia symptomatis quàm naturæ, & ideo semper mala. Vltimo notandũ iuxta hoc, quòd cum fissuræ apparent in labio inferiori in muliere, quasi naturaliter mulierem petulcam significãt, cum siccitate matricis, sicut aliqui dixerunt.

De passionibus linguæ. CAPVT XX.

PAssiones linguę sunt multę, sicut est paralysis, spasmus, solutio continuitatis, apostema, magnitudo, parvitas, corruptio gustus, & loquelæ, & similia. Lingua autem componitur ex carne & neruis septuplicibus, arteriis & venis secundum Gal. 4. de simplici medic. & hoc fuit propter nobiles operationes suas quæ sunt duæ, scilicet gustus, & loquela. Loquela igitur fit per motum, & gustus per sensum: & quia plurima sunt necessaria ad motũ, idcirco citius amittitur operatio loquelæ, quàm operatio sensus gustus. Istis autem operationibus sicut aliis, tria accidentia eueniunt, sicut est ablatio, minoratio, & corruptio: verbi gratia, aliquando loquela omnino aufertur sic in multis, aliquando minoratur, sicut in illis qui conceptum exprimunt cum difficultate. Aliquando corrũpitur, sicut in traulis & blæsis & scindentibus, licet diuersimodè: quoniam trauli & blæsi appellantur qui corrumpunt literas, & ponunt vnam literam pro alia, & nõ possunt nominare literam, & hoc fit propter nimiam humiditatem sicut in pueris. Aliquando autẽ corrumpuntur magis syllabæ, sicut in illo qui deberet dicere dominus, & duplicat primã syllabam, & dicit dodominus, & si velit dicere Aristoteles, ipse dicit, Aristotiles. Et tales vocantur scindentes, sicut istam materiam tractauimus supra illud aphoris. Trauli à diaria &c. Similiter sensus gustus aliquando aufertur, cum penitus non iudicat de aliquo gustabili, quoniam sensus omnino ablatus est. Aliquã-

Aphoris. 32. libro 6.

do

do autem minoratur, cum non sentit nisi excellentias sensibilium. Aliquando autem corrumpitur, cum omnia iudicat amara, aut salsa, aut alterius saporis, aut nullius, & ita
Causæ. de aliis. Causæ autem istorum accidentiũ, sunt morbi consimiles, officiales aut communes. Accidit etiam aliquando propter passiones linguæ, aliquando autem propter passiones aliorum membrorum. Causæ autem huius passionis sunt aliquando ægritudines cerebri, sicut est apoplexia, epilepsia, lethargia, phrenesis mala, fluxus humorũ, & similia. Aliquando etiam fit propter passiones neruorum venientium ad linguam. Aliquando etiam venit propter pas. linguæ, sicut est mala complexio cal. fic. & humida, aut apostema, aut magnitudo, aut paruitas, aut solutio continuitatis, aut dispositio ligamenti, quod est sub lingua. Aliquãdo venit propter passiones stomachi, sicut est crapula, nausea, & similia, sicut ebrietas. Aliquando propter pas. pectoris, sicut pleuresim, & peripneumoniam. Aliquando propter pas. totius corporis, sicut est in febri. Et aliquando venit propter causas extrinsecas, sicut propter acceptionẽ veneni, & propter similia.

Signa. Si venerit propter pas. capitis, notum est ex illis.

Si ex neruis, hoc est propter remotionẽ aliorũ signorũ.

Si propter pas. linguę, hoc etiam notum est: quia lingua sensui est manifesta. Si fuerit ex mala complexione cal. est cum punctura, & mordicatione, & citrinitate. Et si fuerit ex fri. lingua est alba, & frigida. Et si ex humiditate, est cũ saliua multa. Et si ex siccit. est cũ ariditate, & fissuris, & vlceribus. Aliquãdo autẽ materia melãcholica grossa, viscosa, adhęret linguę, & inuiscatur propter feb. & denigratur lingua, & creditur ꝙ fit ex siccitate, & nõ est ita. Apostemata etiã linguæ fiũt ex diuersis humoribus, & patent ex suis signis. Alia etiã sunt manifesta. Si autẽ prouenerit à stomacho & hepate, patet per signa illarũ ægritudinũ. Similiter de se. ita ꝙ passiones linguæ de facili possunt cognosci, si medicus velit aduertere. In febribus acutis, pustula nigra apparẽs in lingua, signũ est mortale. In feb. acutis, nigredo linguæ & vlceratio malũ. Cũ enim accidentia, & passiones linguę veniãt ex morbo, curentur illa, & ita curabũtur accidentia, sicut sunt passiones capitis, pectoris, stomachi, & totius corporis, & passiones oris. Et si propriè venerit ex

mala

mala complexione linguæ cum materia cali. particularibus conuenientibus fiat phlebotomia, deinde fiat mundificatio cum medicina cõueniente, deinde fiãt ventosæ cum scarificatione, deinde gargarizetur succus lactu. portul. morellæ, cucumer. & cucur. & similium. Si autem materia fuerit frig. digeratur cum oxy. diur. & purgetur cum hierapi. & fiat gargarisma de saluia, mentha, hyssop. calamento, & similibus. Et fiat cauterium in collo. Et si fuerit apostema, Recipe vuarum pas. mund. ab arillis, iuiub. sebesten, fœnig. caricarũ. Et si causa est cal. bulliant in aqua, & addatur cassiafi. & aqua gargarizetur frequenter, & in ore teneatur, & reliqua pistentur, & pilulæ latæ informentur cum modico ceræ & syru. nenuphario, & super apostema applicentur. Et si causa fuerit frigida, bulliant in vino, & hydromel. & fiat gargarisma, & residuum pistetur, & pilulæ latæ informentur cum modico ceræ, & styrace, calamintha, & hydromelle, & informentur pilulæ paruæ, & desuper apponantur. Et intelligo quòd corpus fuerit purgatum & mundificatum secundum exigentiam humorum, in phlebotomia & pharmacia & similibus, & quòd repercussiua præcesserint. Et si fuerit propter passiones neruorum motiuorum, ponatur emplastrum de casto. euph. & staphisagr. & pyrethro supra collum. Et si fuerit nigredo linguæ propter malitiam feb. Recipe succi pomorum acetosorum, suc. acetosæ, aceti, aquæ ros. vini malorum gra. misceantur, & in illis temperentur semen cytoniorum, psyllium, dragagantum, & fiat muccillago, & exprimatur, & expressum cum pane saccarato misceatur, & informentur pilulæ, & teneantur in ore. Et si fuerint vlcera & fissuræ, aspergantur puluere thuris & li thargyri. Et si fuerit mollificatio & humiditas nimia, corpore purgato, fricetur lingua cum theriaca, aurea alexandrina, & castoreo. Et si fuerit propter venenum, detur theriaca cum vino decoct. baccarum lauri. Et si corrumpatur gustus, purgetur corpus secũdum exigentiam humoris. Et si causa est cal. assuescat cibaria acetosa: & si causa est frigrossa, assuescat cibaria acuta, sicut sunt allia, cæpæ, porri. Et si est paralysis linguæ, & videatur sanguis dominari, fiat phlebotomia, & purgetur primò cum hierapicra, deinde cum hieralogodion. Materialia autem quæ competunt in paralysi linguæ, & mollificatione, cum aliquis loquitur

imped

impeditè propter nimiã humiditatẽ, ſunt iſta, quæ dicentur, ex quibus poſsũt fieri gargariſmata, fricationes, & pulueres, & emplaſtra, quæ in collo applicentur, & ſyrupus, & breuiter omnia quibus indigemus: & ſunt iſta, ſaluia, acorus, mentha, origanũ, calamentũ, ruta, primula veris, nux muſ. pyrethrũ, caſtoreũ, ſtaphiſagria, euphorbium, ſinapis, cortex capparis, piper, zuc. oſſa fœtida, ſal gẽmæ, ſal nitrũ, ſal arm. ſal. indic. & ſimilia. In primis igitur bulliatur hyſſopus, ſaluia, acorus, & primula veris in oxy. ſcil. & fiat ſyru. & purgetur materia, vt dictũ eſt. Et ex his & ex aliis fiãt gargariſ. & alia iuxta conuenientiã particulariũ: & ideo in troductionem formarũ particularium in his dictis medici induſtriæ derelinquo, niſi, quòd ſit cautela, quòd cum operantur in paſſionibus oris, & apponũtur aliqua fortis virtutis, ſicut eſt arſenicũ, & elleborus, & ſimilia, quòd nullo modo tranſglutiantur: quoniã arſenicum vlceraret pulmonẽ, & ellebo. nimis laxaret. Et ſi pueri nimis tardãt ad loquendũ, fricetur quotidie lingua cũ ſaluia: & ſi fuerit in maiori ætate, bulliatur hyſſopus, & ſaluia in hydro. & quotidie gargar. & fricetur lingua frequẽter, & cogatur loqui feſtino ſermone. Et ſi ſpaſmetur lingua, & ſit de repletione, purgetur corpus ſecundũ exigentiã humoris, & fomentetur collum cũ decoctione anethi, fœnigræci, & coronæ regiæ. Et ſi fuerit de inanitione, ſicut in feb. vngatur collũ & lingua cum oleo ſalicis, & nenufari. & viol. Et ſi lingua fuerit nimis magnificata, & fuerit de ſang. fiat phlebotomia. & fiãt ventoſæ in collo, & fricetur lingua cum cortice maligranati, & acetoſitate citri. Et ſi magnificatio fuerit ex phlegmate, purgetur corpus, & fricetur lingua cum zuc. & pipe. & ſale gemmæ. Et ſi lingua fuerit abbreuiata propter ligamentũ, quod eſt ſub lingua, incidatur vel cauterizetur cum medicinis. Et ſi fuerit propter ſpaſmum, dictum eſt. Et ſi glandulæ duræ ad modum granulæ fuerint ſub lingua, de venis quæ ſunt ſub lingua, fiat phlebotomia, & fricetur locus cũ ſale armoniaco, & aceto, & componatur medicamen de dragaganto vſto, & albumine ouj, & hermodactyl. Et ſi fuerint vlcera maligna, corpore mund. curentur cum gallis, & piſidia, ſpodio, roſis, acatia, & alumine, ſed remittantur in pueris. Et ſi ſaliua multa fuerit, & fuerit ex caliditate diſſoluente, & fiat phlebotomia, & vtatur cibis ſtypticis, &

Lingua ſpaſmus.

acc

acetosis. Et si fuerit ex phlegmate, purgetur corpus, & prouocetur vomitus: & fricetur lingua, os & palatum cum aurea alexandrina. Intelligendum, quòd licet nerui multiplices veniant ad linguam, & vnus possit pati sine alio, nihilominus lingua patietur vno patiente, quoniã omnes erant necessarij ad operationes linguæ, tamen secundum diuersitatem nocumentorum in neruis, secundum hoc erit diuersitas accidentium in lingua, ideo aliquando erit ablatio, aliquando minoratio, aliquando corruptio. Secundo notandum, quòd in apostematibus calidis, corpore mundificato, competunt repercussiua. Et ideo competit gargarizare, & in ore tenere succum lactu. morellæ, portu. cucumeris, & cucurbitæ, & similium, sicut etiam possunt competere in apostematibus vuluæ repercussiua, sicut in squinantia, & similibus, similiter hic. Et si dicatur quòd materia ibit ad membra nobilia: Dico q̃ multum distant, & multa membra sunt in medio, & cũ hoc lingua est in membro nobili, & citius corrigetur materia dispersa in multas partes, quàm si esset aggregata in lingua: & cũ lingua habeat nobiles operationes, cõcluditur igitur q̃ in apostematibus linguę competũt repercussiua corpore mũdificato. Cum autẽ tractabamus cutã superius, breuiter trãsiuimus, ne opus prolongaretur, sicut & de multis aliis. Tertio notãdum, quoniam licet multa superfluitas humida extranea sit in senibus, & in pueris, nihilominus tamen senes non incurrunt traulitiem, quoniam humiditas est grossa, viscosa, & nõ potest penetrare, & cum hoc nerui sunt duri, sicci, solidi, & non recipiunt materiam. In pueris autem est contrarium, quoniam aquositas est magis subtilis, & nerui sunt magis molles. Et ideo pueri trauli incurrunt diarrhœam, iuxta illud, Trauli à diarrhœa, &c. quoniam humiditas superflua capitis vadit ad intestina, & causat longum fluxum vẽtris.

Clarificatio.

Per traulitiẽ intelligit balbutiem.

Aphor. 32 lib. 6.

De fluxu saliuæ ab ore, & ablatione caloris. CAP. XXI.

SI fluat saliua propter calorem nimium dissoluẽtem, fiat phlebotomia, & abstinentia, & vtatur cibis stypticis, sicut sunt lentes, fabæ, sumach, & similia. Et si fluat propter multitudinem phlegmatis, fiat abstinentia, & digeratur materia cum hyssopo bullito in oxy. & purgetur cum hierapi. & fricetur lingua, & os cum saluia, & aurea alexandrina, & applicentur reliqua quæ desiccant corpus. Si aliquis non

habeat bonum odoratum, sic quòd nullũ odorem sentiat, gargarizet rutam & hyssopum coctum in aceto scil. & masticet frequentet zedoariam.

De fœtore oris. CAP. XXII.

SI fœtor venerit propter dentem putridum, eradicetur. Et si fuerit propter mollificationem gingiuarum, aut saniem, gargarizetur vinum decoct. saluiæ, menthæ, rutæ, gariofi, pyrethri, ligni aloës. Et si fœtor veniat à stomacho, & causa est cal. vtatur persicis, & digeratur materia cum syr. limonum, & euacuetur cum myroba. citri. paratis sicut oportet. Et si causa est frigida, digeratur materia cum potione muscata, & purgetur cum myrob. cheb. & aromatizetur os cum pilulis de alipta muscata. Et si venerit à pectore, vtatur diariis, diahyssopo, diacalamento: tamen de difficili aut nunquam curatur fœtor oris propter pectus. Superius diximus de fœtore narium. Intelligendum quòd in fœtore anhelitus, non competunt pisces, & potissimè quando venit propter stomachum. Salsi non competunt propter grossitiem, & potissimè corrũpuntur de facili. Si fœtor esset propter causam cal. stomachi, pisces autem recentes, velocius corrumpuntur, quoniam dicit Aly. lib. regum, quòd pisces recentes inducunt maiorem sitim quàm salsi, & hoc non videtur ex alio, nisi quia facilius corrumpuntur; & potissimè corrumperentur, si venirent in stomacho frigido. In fœtore igitur anhelitus non competunt pisces salsi, nec ouа tremula, nec lac, nec fungi, nec aliquæ carnes quæ sunt in aliquo viscerũ, nec fructus, nec aliquid quod sit de facili corruptibile. Secundo notandum, quòd inter omnes humille qui frequentius, & plus inducit corruptionẽ anhelitus, est humor phlegmaticus propter quinq; proprietates; quæ in aliis non inueniuntur. Primo, quia hu. frigidus, & ideo de facili destituitur: secũdo, quia humidus, & ideo de facili putrefit: tertio, quia de facili rheumatizat: quarto, quia ratione mali regiminis, plus multiplicantur: quinto, quia inter omnes humores post sanguinẽ magis abundat.

Clarificatio.

Causa fœtoris oris precipua et frequentior.

Tertio aduertendum, q̃ fœtor anhelitus, propter stomachum, non est continuus, quoniã post cibum aliquantulum quiescit. Sed quãdo est ex pectore, est cõtinuus propter anhelitum, & quia talis fœtor significat vlcus pulmonis, ideo signum est mortis. Quarto considerandum, quare in febr.

Quæstio.

continuis

continuis non est continuus fœtor, postquam est ibi continua putrefactio. Respondeo, & dico quòd duplex est putrefactio: quædam per viam ebullitionis, & talis non inducit fœtorem, & talis est in febr. Et est alia, quæ est substantiæ corruptio, & talis inducit fœtorem. Et ideo quando in feb. continuis, putridis, apparet fœtor, signum mortis est: quoniam non solum significatur ebullitio, sed substantię humidæ corruptio, & ideo mortale. Quinto intelligendum, vnde est hoc, quòd allia & cæpe habeant odorem quasi fœtidum, & piper & sinapis quæ sunt in eodem gradu caliditatis non habent. Dico quòd allia & cæpę habent multas humiditates, quæ de facili resoluuntur, & corrumpuntur, & ideo habent odorem grauem, & quasi fœtidum: à pipere autem & sinapi modica fit resolutio, quia nõ habent tantum de humido. Et iuxta hoc considerandum est de hoc, quod aliqui dixerunt, quòd garyofili inducunt fœtorem, & tamẽ sunt aromatici, supposito quòd inducant fœtorem: & hoc est propter duo, aut propter lõgum vsum in stomacho, aut propter quandam humiditatem quam habent, & si occurrant stomacho, vbi fit putrefactio, de facili corrumpuntur.

Putrefactio duplex.

Quæstio alia.

De passionibus oris. CAP. XXIII.

OS est instrumentum vociferationis, & locutionis: locutionis in hominibus, vociferationis in omnibus aliis animalibus, quæ habent collum & linguam: lingua autem est quasi manus ad loquendum, & masticandũ, & trãsglutiendum, & extendit se vsque ad œsophagum & trachearn arteriã. Oesophagus est via cibi, sed trachea est via anhelitus, isthmus est in medio. In ore igitur sunt multa membra nobilia, sicut est lingua, palatum superius & inferius, & radix linguę. In istis autem membris veniunt pustulæ, vlcerationes, apostemata, cancer, & fistula, herpestiomenus, carbunculus, & similia. Si enim fuerit in ætate lactenti, hoc est propter corruptionẽ lactis, aut quia non mundificat corpus à corruptis humoribus: Et si in ætate adulta, hoc est propter malitiã humorũ. Si fuerit ex sanguine, color est rubeus, sicut color rosæ rubeæ recentis, versus principium suæ expansionis. Et si ex cholera, color est croceus, cum pauco tumore, punctura & ardore. Et si est phlegma, tumor, albedo, & paucus dolor. Et si est melancholia, est color niger cum duritie. Omnis pustula cuius color

Orũ vsus & actio.

Partes orũ.

Aphthæ.

Causa.

Signa.

Prognostic.

vergit ad nigredinẽ, est pessima, quia significat herpestiomenum aut carbunculum, & ita adustionem, & magnam

Curatio. humorum corruptionem. Omnis pustula oris & vlcus, & omnis passio, quanto magis se profundat ad interius, tanto deterius. Si fuerit in ætate lactenti, fiant scarificationes in molli aurium: & si comedat, fiant in collo, & sub mento. Et si fuerit in maiori ætate, fiat phlebotomia de cephalica, & postea fiant ventosæ in collo, postea fiat phlebotomia de basilis, & de venis quæ sunt sub lingua, & mundificetur sanguis cum cassiafi. & tamarind. & manna. Et si est cholera, purgetur cum diaprunis, & cum electuario de suc. ros. Et si fuerit phlegma, purgetur cum hierapic. Et si melancholia, purgetur cum diasenæ, & hiera Ruffi. Corpore mundificato in causa cal. fiant gargarismata de diamoron, vel decoquantur extremitates arborum stypticarum in aqua & aceto, & fiat gargarisma. Et si esset carbunculus, sacer ignis, herpestiomenus, fiat gargarisma cum suc. plantaginis, & coriandro, et morella, et vino malorum gra. tepidis. Et si esset phlegma, fiat gargarisma de sumach, & galla, et pfidia, & baulustia, mastiche, thure, melle, et aceto. Et si ex melancholia, tollatur acetum. Et si fuerit fistula, abluatur cum vino decoct. agrimoniæ. Et si cancer, addatur aqua, & ista asperguntur puluere ellebori nig. & radic. aristol. vel sic, & fiat puluis de arsenico sublimato, vel de vitriolo, & aupigmento, vel de realgari represso, & fiant reliqua quæ diximus in

Clarificatio. particula prima. Intelligendum, quòd quædam sunt pustulæ quę generantur de melancholia pura, & tales nõ sunt multum periculosæ: et quædam sunt quæ generantur de melancholia adusta, aut de aliis humoribus adustis, & tales sunt peiores, & discernuntur, quoniam nigredo causata ex adustione, vergit ad luciditatem, & cum hoc tales pustulæ sunt cum dolore, quæ sunt ex melancholia pura, non. Secundo notandum, quòd quando aliquis loquitur, claudit œsophagum: & quando aliquis comedit, claudit tracheam arteriam, & ideo non est bonum quòd cum aliquis loquitur, quòd comedat, quia cibus transiret ad pectus, nec econuerso, quia aër transiret ad stomachum: & hoc potest esse vna ratio, quare religiosi nolunt loqui in mensa, vel vna operatio non impediat aliam. Tertio notandũ, quòd in radice linguæ, sunt quędam glandulæ vbi recipiuntur

vapores

vapores descendentes à cerebro,& in radice linguæ generatur humiditas saliualis.

De lentiginibus faciei. CAP. XXIIII.

LEntigines sunt infectiones cutis faciei vtplurimam,& aliquando cutis totius corporis. Istæ infectiones aliquando veniunt ab extrinsecis,& aliquando ab intrinsecis. Si ab extra,vt ex nimia caliditate Solis,aut propter aërem corruptum, & similibus. Et si ab intus, aut propter crisim, aut propter retentionem menstruorũ, aut hęmorrhoidum, & aliarum superfluitatum assuetarum euacuari,aut fit propter bonitatem naturæ mundificantis corpus à superfluitatibus,aut fit propter malitiã humoris exterius resudantis. *Causa.*

Si fuerit propter causas extrinsecas, aut propter retentionem superfluitatum consuetarum egredi, hoc discernitur indicio patientis.Si propter crisim,ex alleuiatione , & quia cessat feb.Et si fuerit ex bonitate naturæ,est sine mordicatione & dolore.Et si ex malitia materiæ , semper concomitantur aliqua mala accidentia,sicut est pruritus , dolor,debilitas,appetitus, & similia.Et si infectio cutis fuerit ex san.vergit ad rubedinẽ.Et si ex melãcholia,ad liuorẽ & nigredinẽ.Et si ex chol.vergit ad citrinitatem. Et si ex phlegmate,ad albedinem. Et si ex sanguine corrupto, est color cutis sicut sanguis mortificatus. Si lentigines & cutis infectiones in feb.veniant ante signa digestionis, & in die non critica,signum est pessimũ & mortale, quare in talibus frequenter cutis est respiciẽda. Si infectio sit in facie,& corpus sit plethoricũ,aut sanguis dominetur,fiat phlebotomia de cephalica.Et si sit in toto corpore,fiat de mediana,deinde fiat de saphenis.Scarificationes de tibiis,aut inter spatulas,aut sub mento multum valent. purgetur humor secundum sui exigentiã:& ista frequẽtissime dicta sunt.In primo autẽ libro multa dicta sunt de ista materia. Post plenariã autem corporis mundificationem, fiant vnguenta , illinitiones,& aquæ,& similia ad mundificandum cutem. Materialia autem sint ista,farina hord.fabarum,fœnigręc.lupinorum,amygda.amarar.furfuris,calx, vitriolum, nitrũ, myrrha,sal armoniacũ,porcellana,cõchilia marina alba, coralIus,crystallus,been al.& ru.amydum,cand.penid.liquir.lac, ficus, arsenicum sublimatum,fella auium viuentium de rapina, aqua tartari, raphani, porri , dragonteæ , lilij, flores *Signa.* *Prognostic.* *Curatio.*

sambuci, flores fabarum, fumi terræ, suc. maioranæ, & propriè in sanguine mortificato recenti, quia in antiquato scarificatio est necessaria, gummi, rutæ agrestis, cortex citri, acetum alb. vinum al. colatura furfuris, farina rizi, lac foliorum ficus, aut extremitatum aut ficuum, aut aqua decoctionis istorum: & ideo saltem istud abstergeret cutis infectiones, imò aqua decoctio. ficuum potata iuuat naturam, vt superflua pellat ad exteriora, & ex istis possunt fieri trochisci, vel ex vno vel ex multis, secundum exigentiam particularium, & cum vti volueris, quòd distemperentur cum aqua de floribus fabarum, aut cum lacte, & quòd facies illinatur de nocte, & quòd in crastinum abluatur cum aqua furfuris: bonum tamen esset in omnibus istis, & postquam corpus esset mundificatum, quòd mollificaretur cutis cum suffumigatione facta de aqua decoct. maluæ, bismaluæ, paleæ hord. & auenæ. Et quia longos sermones fecimus de colorationibus in primo libro, ideo supersedeo.

Clarificatio. Phlebotomia. Intelligendum, quòd si corpus fuerit vniuersaliter multũ repletum, quòd tunc debet fieri phlebotomia de basilica. Si autem non fuerit tanta repletio, & infectio fuerit in toto, fiat de mediana: & si in facie, fiat de cephalica. Secundo intelligendum, quòd frequentius fit, & plus de melancholia, & fortè si fiat infectio ex aliis humoribus, non sunt propriè lentigines: quoniam lentigines semper vergunt ad quandam fuscedinem, & apparet defœdatio maculosa ad modum lentiũ, & ita sunt latæ, rotundæ, & coloris vergentis ad fuscedinem: tamen melancholia quædam est multũ grossa, & ex ista causantur in partibus inferioribus pustulæ, scabies, malum mortuum. Si autẽ fuerit minus grossa, tunc ascendit ad faciẽ, & non potest euaporari, & ideo causat lẽtigines, cholera autẽ de facili euaporat, nisi fuerit ingrossata aut ratione admixtionis, aut ratione adustionis.

De passionibus dentium, & primo de dolore. CAP. XXV.

Dentium vtilitas. DEntes iuuamentũ habent in masticando, & præparant ad nobiliorẽ operationem, & habent iuuamentum ad loquelam, aërem retinendo, & dentes etiã faciunt ad decorem, nihilominus patiuntur, sicut alia membra, multas calamitates: quoniam patiuntur dolores, aut in se, aut in suo ligamento: & cum hoc patiũtur apostemata, quoniã quod dilatatur & nutritur, potest apostemari: patiuntur corrosiones,

siones, perforationes, vermes, commotiones, mollificationes, & similia. Istarum autem passionum causę sunt, aut extrinsecæ, aut intrinsecę. Si extrinsecę, sicut est casus & percussio, nimia caliditas, & frigiditas, & cum aliquis comedit cibaria multum calida, & saltem potauit vinum nimis frigidum, aut si frangeret cũ dentibus res de difficili frangibiles, aut si comederet res duras confectas cũ melle, aut si nimis curiosè fricaret dentes cum re acuta remouente carnem radici dentium, aut si fuerit negligens in mundisi cando, quoniã mundificari debent cum vino decoctionis saluiæ, & postea debent fricari temperato modo cum corticibus stypticis & amaris, sicut sunt cortices cytri, aut nucum, aut oliuæ & similium. Et si in istis fuit negligẽs, tunc limositates, & superfluitates colliguntur in dentibus, quæ sunt postea causa nocumenti. Et si comedat cum vna parte, & non cum alia, in illa parte in qua non comedit, plura superflua aggregantur: aut si vtatur cibis de quorũ proprietate est corrũpere dentes, sicut sunt acetosa, & porri, lac, & pisces parui, siue recentes, siue salsi, & similia. Si autem sit abintus, aut est à cerebro aut à ginginis, & neruis venientibus ad dentes, aut à stomacho. A stomacho autem aliquando ascendunt vapores corrupti, qui venientes ad dentes causant ibi vermes, corrosiones, cancrũ, fistulam, apostema, & similia: vomitus etiam multũ nocet, & potissimè si fuerit acetosus, fumosus, acutus, aut putridus, aut corruptus. Signa sunt satis detecta, quoniã si fuerit à causis exterioribus, hoc bene potest sciri indicio patientis, aut assistentium. Et si à capite, discernitur per dolorem, & grauedinem capitis, & per rheuma, quoniã frequentius accidit ex illo. Et si ex dentibus, & gingiuis, manifestè apparet, & si non possum discernere ex quo dente, incipiã primò masticare cum vno dente, deinde cum alio, & cum venerit ad illum, tunc erit dolor in illo manifestè. Et si fuerit à nerno, discernitur, quia in aliis nihil apparet. Et si fuerit à stomacho, discernitur per grauedinem & dolorem loci. Et si sanguis est in causa, discernitur per calorẽ & ruborẽ. Et si cholera, per punctũrã & mordicationẽ. Et si phlegma, per albedinẽ & dolorẽ remissum. Et si ex melancholia, adest liuor & durities. Et si ex humiditate, discernitur per grauedinem & saliuã multam. Et si ex siccitate, adest ariditas, &

Causa.

Signa.

siccitas multa. Et si est ex ventositate, adest pulsatio & motus. In febribus liuor, viriditas & nigredo in dentibus, ratione feb. pessimū. Limositas in dentibus cum feb. longitudine ægritudinis significat. In feb. cōtinuis, si dentes fuerint aridi, sicut lignum, pessimum & mortale. Si causa est calida, & corpus est plenū, & alia particularia conueniant, fiat phlebotomia de cephalica, postea ventosa in collo, postea fiat phlebotomia de venis, quæ sunt sub labiis & sub lingua, idē fiat in causa frigida. Si corpus est plethoricum, & alia particularia conueniant, purgetur humor, & mundificetur corpus secundū exigentiā humoris, & aliorum particularium, & illa frequenter dicta sunt. Si fuerit rheuma, maturetur, & membrū mandans confortetur. His visis ad particularia veniamus. Si causa fuerit cal. apponatur, sicut est lact. portu. solatrū, cucumer. melones, vermicularis, & similia. Et si non conferunt, addantur narcotica & stupefacientia, sicut est opiū, mandragora, hyoscyamus, papauer, philoniū, acacia, & similia. Attamē addatur cum his semper aliud, reprimēs malitiā narcoticorum, sicut est castoreum, crocus, cassia lignea, & si ex his non iuuatur, cauterizetur cum arsenico, vitriolo, & cantharidibus. Attamē cauēdum est in his, ne aliquid subintret ad interiora, quia multū noceret, & ideo talia cauterizantia non possunt bono modo applicari dentibus anterioribus: finaliter autem eradicetur, si putridus est. Et si sunt vermes, ponatur ibi puluis de aloë, aut lac tithymali, aut alchitrā, aut suffumigetur cum hyoscyamo & semine porri. Et si causa fuerit frigida, tunc valent ista, pyrethrū, piper, zuccarum, cinamomum, cortex capparis, fraxini, sal cōmune, alumen, mastix, thus, ladanū, myrrha, styrax liquida, ambra, nux muse. nux cypressi, styrax, calamita, anisum, marathrū, castoreum, saluia, sinapis, cortex radicis raphani. Illa autem quæ valent à tota specie, siue materia fuerit cal. siue frigida, siue corpus fuerit plenum, siue vacuū, sunt ista, nisi quòd melius & certius operantur corpore mundificato, radix herbæ tunicæ, quæ vocatur à Dioscor. polemonion, radix cucumeris asinini, radix tithymali, radix aristol, radix chelidoniç, spolium serpentis, hepar lacertæ viridis, fructus thamarisci, portul. quæ mouet stupotē à proprietate, radix colocynthidis, & illud quod adhæret parietibus aluearioru apum. Mo

Prognostica.

Curatio.

Narcotica.

Quæ à tota sua substantia iuuant.

Herba tunica est altera species betonicæ, non autem polemonion Dioscor.

dus

dus autē operandi cum his quæ dicta ſunt iuxta cōuenien tiam particulariū, corpore purgato, eſt iſte, ꝙ vnū ex iſtis, ſeu plura bulliant in aqua, & quòd fumus recipiatur: aut ꝙ bulliant in vino aut oleo, aut aqua roſ. aut aqua pluuiali, & fiat idem: aut quòd fiat gargariſma, aut quòd lana aut cera inuoluatur in decoctione iſtorū, & ponatur ſupra ma xillam, aut quòd vna gutta inſtilletur in auribus, aut quòd ſubſtantia teneatur ſupra dentē, aut quòd bulliat in aceto, & fiat gargariſma, aut ſuffumigatio: acetū enim licet noceat mēbris frigidis, tamen poteſt cōpetere, quia remouetur nocumentū per ea cum quibus apponitur, & penetrat, & reſoluit, & infrigidat, & ideo competit quando cauſa eſt cal. Ingenietur igitur iſte modus, quòd virtus agentis magis poſſit approximari paſſo, vel in ſimplicibus, vel in cōpoſitis iuxta conuenientiā cauſæ in corpore mundificato, purgato. Quod autē valet ad præſeruandū, eſt radix tithymali, ſi bulliat in vino, & fiat gargariſma. Quod autē præſeruat & dealbat & curat, eſt nux cypreſſi, alumen aſſum, ſal aſſum, puluerizentur & ponantur in ſaculo, & fricētur dentes: & hoc eſt verum, ſi cauſa eſt frigida, & corpus mundificatū, & fluxus reſtrictus. Vel fiat ſic, aſſetur ſal cōmune & alumen, & extinguantur in aceto, & deſiccentur, & puluerizentur, & deinde aſſentur, & bulliant in vino, & vinū gargarizetur, & mirabiliter curat & præſeruat, & decorat omnem dolorē dentium de cauſa frigida, corpore mundificato. Nota quòd narcotica debent fugari, quantum eſt poſſibile. Vltimo cauterizetur dens cū virga ferrea intromiſſa per canalē, ne loca vicina corrumpantur. Intelligendum ꝙ in materia cal. ſubtili currente ad dentem per modū rheumatis, aliis particularibus concurrentibus bene poteſt cōpetere phlebotomia, ſed cum iſta cautela, quòd præcedat ſuffumigatio cum frigidis aromaticis ſtypticis, ſicut ſunt roſæ, ſandali, cāphora, nenuphar, cham. Materia igitur aliquo modo ingroſſata, & acumine obtuſo, fiat phlebotomia, vnde ſi competit hodie phlebotomia, propter plenitudinem, tunc ſaltē de mane, ſi non poſſumus plus expectare, fiat illa ſuffumigatio, & ſecurius poterimus phlebotomare, non timendo fluxum rheumaticum acutum. Secūdo notandum, quòd ſi cauſa eſt acuta cali. tunc bulliat radix hyoſcyami in oleo roſ. & aceto, & poſtea radix integra po-

Clarificatio.

Radix hyoſcyami.

natur supra dentem doloroſum, & cera malaxetur in prædicto oleo, & fiat emplaſtrum, & ab extra ſupra mandibulam apponatur. Et ſi cauſa fuerit multum frigida, tunc R. euphorbiũ, & bulliat in aceto, & oleo de maſtiche, & tunc euphorbiũ ponatur ſupra dentẽ, & cera malaxetur in prædicta decoctione, & fiat emplaſtrum ab extra. Et poſſumus nos iuuare de his quæ operantur à tota ſpecie, quia mirabiliter valent. Tertio notandum, quòd ſi lac tithymali cũ farina miſceatur, & fiat capſula denti, quaſi ſine dolore, vel cum modico dolore facit eum cadere. Et gratia materiæ notandũ quòd quando ficus veniunt ad maturitatẽ, ſi lac tithymali multis vicibus deſuper proiiciatur, efficitur laxatiua, vel ſi fiat foramen quotidie, vna gutta ſupra foramen imponatur, & erit delectabilis & laxatiua; & erit magnum. Quarto notandum, quòd dentes poſſunt apoſtemari, ſicut oſſa, & cerebrum, & ſanies, & virulentia poſſunt ibi cauſari, ſicut in aliis oſſibus, ſicut patet in oſſe fiſtulato, & dente putrefacto & concauo, & ideo cum humores currũt ad dentes, conculcantur, & putrefiunt, & concipiunt calidũ extraneum, & ita poſſunt vermes generari. Quinto notandum, quomodo poſſet ſpolium ſerpentis competere, poſtquam ſerpens eſt venenoſus. Dico quòd animalia venenoſa non ſeruant venenum in ſuis ſuperfluitatibus, ſicut patet in ſtercore lacertæ viridis, quod multum valet in ſuo caſu, & ideo cum ſpoliũ ſit quaſi quædã ſuperfluitas, ideo ibi non eſt venenum, iam enim ſecum retinet, & in capite & in cauda & in ſuis viſceribus, & ideo ſpoliũ non eſt formidandum, imò poteſt bulliri in oleo, & ſpolium denti applicari, & cera intingatur in oleo, & ab exterius applicetur. Ponamus etiam quòd ibi eſſet aliquale venenũ, quod non credo, tamen in propoſito virtus ſpecifica dentis ſaluatiua excedit mortiferam, ſi qua eſſet: ſpolium igitur à proprietate curat dolorem dentium, vt dictũ eſt ſuperius, ſicut & alia nominata. Sexto intelligendum, quòd ſanguis menſtruus poteſt diuidi in quatuor partes: quarum prima permiſceatur cum ſanguine, ex quo fit membrorum informatio: & ex ſecunda parte fit membrorum informatorum nutritio, & poſſibile eſt quòd ex iſta portione generentur dentes. Tertia autẽ portio vadit ad mamillas, & ex hoc generatur lac. Quarta autẽ remanet, quæ mũ datur in partu.

Efficacia lactis tithymali.

Quæſtio.

Quæſtio alia.

Septimo

Septimo notandum, quòd membra radicalia sunt alba, nõ tamen propter hoc, quod est album, est radicale: & ideo licet dentes sint albi, tamẽ non propter hoc est necessarium quòd sint membra radicalia. Octauo intelligẽdum, quòd membris radicalibus est terminus statutus magnitudinis & augmenti: sed membris generatis ex superfluitatibus, sicut sunt vngues, pili, & dentes, qui crescunt ratione nutrimenti, & decrescunt ratione motionis, sicut dentes, non est statutus terminus magnitudinis & augmenti. Nono considerandum, quòd dentes dolent aut ratione sui, aut ratione sui ligamenti: nullũ enim os sentit nisi dentes, qui forte sentiũt gratia finis, aut retione sui nerui. Vltimo notandũ est hoc, quòd dentes sunt 32. sed non in omnibus, sed in perfectis, quorum anteriores appellantur incidentes, & postea veniunt canini, & postea molares, & diuersificantur in capitibus & radicibus, sicut patet in anatomia. *Quæstio.*

De reliquis passionibus dentium, continens rubricas IX.

CAP. XXVI.

De perforatione & corrosione dentium. *Rubr.* I.

DENTES incurrunt multas passiones, sicut est perforatio, putredo, vermis, commotio, elongatio, difficilis, & tarda egressio, & ita in somnis stridor & cõcussio, stupor & cõgelatio, dentium debilitatio, fœda eorum coloratio, & si qua sunt similia. In primis mundificetur corpus sicut oportet, & distrahatur materia, & cõfortetur membrũ mãdans. Deinde abluatur os cum vino decoctionis vtriusque menthæ, vtriusque saluiæ, vtriusque calamenthi, & pyrethri. Deinde concauitas repleatur de pulgallæ viridis, resinæ, aluminis, nitri, & fiat sibi capsula de viridi galla, resina, & terebinthina. Deinde si dolor non cederet, eradicetur, & in eradicando debet esse magna cautela, scilicet quòd non eradicetur, nisi esset notabile nocumentum in dente, vt quia putridus & corrosus, quia iterum reuertitur dolor in loco vbi erat dens, & ideo modicum est iuuamentum eradicationis. Secundo oportet habere cautelam cùm extrahitur cum tenaculis, quòd non extrahatur nisi prius concutiatur: aliter enim esset timendum de nocumento maxillæ, & fistulatione: verbi gratia, *Dentium ægritudines multæ.* *Cura.* *Operatio manualis.*

gratia, euulsio est necessaria, fiat sic. In primis gingiuæ circa radicē dentis paulatinè excoriētur cum aliquo acuto. Deinde fiat tale medicamē. R. radicē cucumeris asinini, radicē colocynthidis, rad. celsi, cōquassentur & tēperentur in aceto fortissimo, deinde terātur fortissimè & malaxētur cum lacte tithymali, & ponatur in cera concauata, & ingenietur capsula dēti. & proculdubio faciet ipsum cadere. Lac tithymali cum pasta facit illud idem.

De vermibus dentium. *Rubr.* II.

SVffumigetur dēs, vbi est vermis, cū opio, castoreo & secęę, vel cum hyoscyamo, & se. porri, vel cum hyoscya. & sinapi, vel fiat capsula dēti, vel intus aliqua portio immittatur de myrrha, aloë, & styrace, calamita. vel fiat sic. R. auripigmēti, rad. capparis, rad. colocynth. & ex istis fiat suffumigatio aut puluis, & in dēte ponatur, aut capsula, aut decoquatur in vino, & vinum teneatur in ore.

De commotione dentium. *Rubrica* III.

Curatio. MVndificetur corpus secundū exigentiā humoris peccantis, & distrahatur materia, & cum causæ sint multę & intrinsecę & extrinsecæ, reducamus ad tria, scilicet ad malā complexionem frigidam, & humidā, & ad malā complexionē calidam, & ad debilitatem virtutis. Et si fuerit ex debilitate virtutis, sicut in senibus, vix aut nunquam curantur. Et si fuerit in conualescentibus, curantur cum diæta humida & resumptiua: vitet masticationem cum dente commoto, & vtatur sorbilibus. Materialia autem cum quibus consolidantur dentes commoti, si causa est calida, sunt ista, frigida styptica, nisi quia aliqua calida styptica apponere debemus: & ecōuerso in causa frigida, galla, sumach, balaustia, psidia, acacia, rosæ, sandali, hypocistis, terra sigillata, mastix, thus, ladanum. Ista igitur bulliāt in aceto, & fiat gargarisma, aut puluis, & desuper aspergatur, aut fiat fricatio cum istis, aut capsula, aut emplastrū. Ingenietur igitur omnis ille modus, quo virtus medicaminis possit applicari particulæ patienti. Et si causa fuerit frigida, tunc materialia sunt ista, alumen, sal cōmune, assa, cyminum assum. nux cypressi, folia cypressi, spica nar. myrrha, ruta, mastix, thus, ladanum, styrax, calamita, ambra, acacia, sumach. Bulliant igitur in vino, & fiat gargarisma, & ita de aliis modis dictis in applicando siue cum vno, siue cum multis. Aliqui distillant

decoct

decoctionem istorum per aures, aliqui per nares.

De elongatione & augmento dentium. Rubr. IIII.

STringatur dens, & cũ serra abscindatur quod superfluũ est, & illinatur cũ alumine, & baccis lauri, & radicũ aristoloch. lon. vel eradicẽtur cũ medicamine superius dicto.

De accelaratione órtus dentium. Rubrica V.

NVtrix debet fricare gingiuas frequẽter cum digito, & quòd puer teneat cetarellũ in ore, vel de argento vel de pasta in forma rotunda, & fortiter cocta, & illinãtur gingiuę cum vino & oleo de lilio. Cerebellum capitis leporis coctũ, si fricentur gingiuæ, à proprietate properat ad exitum. Quidam præsumptuosi probauerunt quod lac caninum facit ad facilem ortum dentium, si gingiuę fricentur.

De stridore dentium. Rubrica VI.

ISTud autem prouenit, aut propter vermes stomachi, & intestinorum, aut propter repletionem capitis, itaquòd spasmum prædicit & pessimas ægritudines. Et si fuerit ex vermibus, inferius ponetur curatio. Et si fuerit propter repletionẽ capitis, iniungatur abstinentia & vigiliæ & exercitium, & purgetur caput, sicut dictum est in 2. lib.

De stupore dentium. Rubrica VII.

STupor dentium curatur sic, vinum calidum diu teneatur in ore, aut sal assum, aut fricẽtur dentes cum portulaca & semine eius, aut fricentur cum baccis lauri, aut radi. aristolochiæ lon. aut scill. teneat supra dentes, aut auellanas assatas, & breuiter omnia quæ calefaciunt dentes.

De debilitate dentium. Rubr. VIII.

REcipe salis assi, aluminis assi, baccarum lauri, aristo. lon. cinamomi optimi, piperis, zinzi. gallarum assatarum, & in aceto extinctarum, nucis cypressi. an. pulueriz entur & ponãtur in sæculo, & fricẽtur dẽtes quotidie: vel in genientur alij modi applicandi: istud enim clarificat, dentes confortat, & præparat quòd non de facili patiãtur, nec à calido extrinseco, nec à frigido, nec ab acetosis, nec cum videt alium dolare, neq; cum audit serrare, nec tinnitum magnarum portarum amplius timebit: consolidat etiam & confirmat, & omnem fœdum colorem remouet.

De fœditate dentium. Rubr. IX.

ABluatur os cum vino decoctionis mentastri & piperis, & vtatur isto medicamine per modũ pulueris, aut dent

dentificij,& ita de aliis modis.R. offis ſepiæ,cõchiliarum marinarum albarum,porcellanæ,ſpumis maris, aluminis, ariſtol.lon.ſal.gemmæ,radicis cannæ vſtæ, hordei vſti,ſulphuris combuſti,cornu ceruini combuſti,cinamomi, pipe ris lon.& accipiatur vnum vel plura, quia ſummè clarificant dentes.Expedit igitur dentes mundificare, ne putrefiant & corrumpantur.Intelligendũ, quòd galla debet eligi viridis & non perforata, quando magis intendimus ad conſtringendum, perforata autem eligitur quando magis intendimus ad ſiccandum.Et ideo quia in paſſionibus dentium,magis intendimus ad conſtringendũ fluxũ,ideo galla debet eligi viridis non perforata,ideo quia in paſſionibus puerorũ ſicut in tinea magis eligimus deſiccare quàm conſtringere,ibi eligimus perforatas.Et iuxta hoc notandum de aceto, quoniam licet ſit frigidũ tamen competit, quia deſiccat, & quia penetrat, & quia infrigidat, & tunc competit ſi paſſio eſt calida, & cum hoc cõpetit,quia non ponitur per ſe,ſed cum multis aliis reprimentibus malitiã eius.Et iuxta hoc de hordeo ſcito,quoniam licet ſit frigidum & ſiccum,tamen mũdificat, & hoc quia cum aliis adminiſtratur.Secundo intelligendum,quòd dentes poſſunt eſſe mẽbra conſimilia & membra officialia:in ſe conſidera ti ſunt membra conſimilia, ſed inquantum exercent officium commune,poſſunt eſſe officialia,& cum hoc ratione compoſitionis,cum ad compoſitionem dentiũ veniãt nerui & lacerti. Tertio notandum,& eſt mirabile,quomodo animalia phlegmatica,ſicut apri,habẽt dentes ita acutos, ſolidos & eminentes,& tamen ſunt humida complexione. Dico quòd eſt ex fine,quoniam natura ſagax, in cuius ſagacitate non eſt finis,dedit multa animalibus loco armorum,præter complexionem naturalem,vt apro dentes acutos,& incarnatos,& bobus cornua, & equo ſoleas,& lepori leuitatem pedum,& ita de aliis multis.

Clarificatio.

De paſſionibus gingiuarum. CAP. XXVII.

PAſſiones, gingiuarũ ſunt multæ, ſicut eſt mollificatio, quoniã ex qualibet facili cauſa exanguinantur,& ſunt humidæ,humoroſæ,& aduenit augmentum carnis,& dimi nutio, corroſio, putredo, cancer, fiſtula, apoſtema, & per conſequens fœtor, ratione putredinis gingiuarum. Hoc autem prouenit, ſicut dictum eſt de aliis paſſionibus dentium

tium & oris, aut à ſtomacho, quoniam aſcendunt humores corrupti, aceroſi, aut fumoſi, & corrũpunt gingiuas & alias partes oris, aut procedit à capite propter id quod fluit ad gingiuas, aut prouenit propter malã complexionẽ gingiuarũ. Signa frequẽter dicta ſunt. Si à ſtomacho, ibi eſt dolor & aggrauatio: & ſi à capite, ſimiliter. Et ſi eſt cauſa cali. ſentitur calor, rubedo, punctura, & ſimilia. Et ſi cauſa eſt frigida, ſentitur frigus, diſcoloratio, minoratio doloris, & ſimilia. Gingiuarũ paſſiones, ſi diu durauerint, trãſeunt ad cancrum cùm materia eſt ſicca melãcholica, aut in fiſtulã cũ eſt humida, phlegmatica, aduſta, & talia ſunt valde mala. In paſſione gingiuarũ, particularibus bene conſideranris fiat phlebotomia de cephalica: deinde fiant ventoſæ in collo cum ſcarificatione: deinde fiant de venis labiorum, & de venis quæ ſunt ſub lingua: poſtea ſcarificentur gingiuæ, & potiſſimè cum augmentantur, aut inflantur, aut putrefiunt, aut corrũpuntur & fœtẽt: & deinde purgetur corpus ſecũdum exigentiam humoris peccantis & particulæ patientis. His viſis ad particularia veniamus. In parua igitur mollificatione & in principiis apoſtematũ, gargarizetur diamoron cum croco, vel bulliãt in vino & aceto, gallæ, ſumach, balauſtiæ, alumen, & fiat gargariſma, aut miſceantur cũ melle & illinãtur, aut fiãt frictiones, & illinitiones & ſimilia cũ ſale aſſo, galla aſſa, frixa, & poſitis in aceto. Si autẽ fuerit corroſio, putredo, fœtor, cãcer, aut fiſtula, procedemus ſic, gargarizetur & frequenter oxymelle diuretico, deinde fiat cũ oxymel. ſcil. & vtatur iſto medicamine. R. vtriuſq; aluminis, ſalis communis, & aſſentur, pſidiæ, balauſtiæ, gallarum, cupularum glãdium, roſarum, rad. ariſtol. piperis lon. cinamomi, ſpicæ nar. liquir. gummi arab. dragagãti, puluerizentur iſta, bulliant in aceto, & addatur mel, & conſeruetur, & giugiuę corroſę quotidie liniantur, & præcedat ablutio oris cum vino decoctionis foliorum oliuarum, & oxymel. ſcil. & iſta continuentur bis vel ter in die, donec perfectè curetur. Iſtud enim proculdubio curat gingiuam mollificatam, corroſam, putridam & cancroſam. Speciale tamen ad cancrum Recipe ellebori, ariſtol. lon. tartari, filtri combuſti, aluminis aſſi, ſtercoris columbini, fæcis ferri combuſtæ, gallarum, balauſtiæ, puluerizentur, & cum ſucco foliorum oliuarum & melle confi-

Cauſa.

Signa.

Cura.

Iſtud medicamentum adſtringit, exiccat, & gingiuas roborando cõ firmat.

ciant

ficiantur, & gingiuæ cancroſæ illinantur. Et ſi vlceratio fuerit profunda, & locus fuerit fiſtulatus, vtatur iſto medicamine. R. calcis viuæ, vtriuſq; arſenici. an. ʒ. 2. vitrioli, viridis æris. ana ʒ. 1. gallarum, pſidiæ, balauſtiæ. an. ʒ. ß. pulueri-

Trochiſci de calce viua.

zentur, & conficiantur trochiſci cum aceto ſcil. & cum vti volueris, diſtemperetur vnus cum vino aromatico, & inuoluatur tenta, & fiſtulæ imponatur. Verè iſtud medicamẽ tãtæ virtutis eſt, quòd mortificat fiſtulam vbicunq; fuerit, tribus ſuppoſitis, quòd patiens vtatur diæta ſubtili, & corpus ſit bene mundificatum, & quòd medicamẽ poſſit venire ad fundum fiſtulæ, & ideo quando fiſtula eſt incarnata, & profundata in oſſe mandibulæ, tunc oportet diſcooperire, & loca bene videre, & quòd proiiciatur aqua arſenici diſtillati, deinde medicamen dictũ, & poteſt cauterizari locus cum acu de cupro. Et quia ex his medicaminibus accidit magnus dolor & calor, ideo oportet mitigare cum oleo roſa. aqua roſaceto, albumine ouorũ, & ſumach. Et ideo debemus modo apponere mitigatiua, & modo alia. Cum autẽ videmus os ſanum, & carnem ſanam, deſiſtamus ab iſta operatione, & tunc abluatur os cum vino decoctionis thuris & mellis, & deinde regeneremus carnem cum aloë, ſarcocoll. myrrha, maſti. rhure, ſanguine drac. conficiãtur cum melle, & particula patiẽs quotidie liniatur. Si autem fuerit apoſtema, & fuerit calida, gargarizet decoctionem plãtaginis, portul. roſ. pſidiæ, balauſtiæ, gallarum, & poſſũt confici per talem modum, quòd fiat illinitio, aut emplaſtrum, aut gargariſma, & quòd teneat diu in ore. Et ſi apoſtema fuerit frigidum, addatur iſtis alumen aſſum, thus & mel, deinde maturemus cum fariña lentium, & farina volatilis molendini, & ſucco iris portantis colorem purpureum, axungia gallinacea recenti, & axungia porcina recenti, oleo omphacino, & fiat emplaſtrum aut vnguentum. Et ſi apoſtema eſt frigidum, addamus olibanum, fœnugræcum, ſuccum apij, & mel. Et ſi fuerit fœtor ex gingiuis, poſſumus cognoſcere per hunc modum, fricentur gingiuæ cum digito, & odoretur digitus, & ſi fœteat, ex gingiuis eſt. Secundo ſic, abluatur os cum vino, & ſi vinum fœteat, ex gingiuis eſt. Fiant igitur ea quæ dicta ſunt, & ſcarificentur, & dimittatur multus ſanguis fluere, & gargarizetur vinum decoctionis olibani, gariofili, croci, cinamomi, ſpicę nardi, ſquinanti,

nanti, & teneantur in ore pilulæ factæ de alipta muſcata. Et ſi cauſa eſſet calida, gargariſetur aqua decoctionis perſicorum, portul. violar. ſandal. & camphoræ, & teneantur in ore pilulæ factæ de triaſand. cum aqua roſa. & acetoſitate citri, & ſandalis muſcatellis. Intelligendum quòd ſanguis drac. eſt frigidæ complexionis, & habet virtutem conglutinandi, conſtringendi, & impedit aduentum humorum ad locum, & temperat alia medicamina cal. & ita poteſt carnem regenerare non ex prima intentione, quia talia ſunt calida & ſicca, ſicut aloë, thus, myrrha, ſarcocoll. orobus, ariſto. & ſimilia. Sed generant deſiccando, conglutinando, humoris aduentum impediendo, caliditatem, aliorum aduētum reprimendo, & ideo in vlceribus quando indiguerimus carnis regeneratione, bene poſſumus ſanguinem draconi apponere. *Clarificatio.*

INCIPIT PARTICVLA QVARTA, QVÆ PARTium ſpiritualium, & mamillarum ægritudines curare docet, ſúntque xiij. capitula.

***

DE SQVINANTIA. CAP. I.

CIRCA iſtam materiam intelligendum, quòd verſus radicem linguę ſunt duo meatus, quorum vnus eſt via cibi, alter eſt via anhelitus, & appellatur trachea arteria, & caput eius vocatur epiglottum: via cibi appellatur meri, ſeu œſophagus: via autem media inter iſtos duos meatus appellatur guttur: ſed illa lingua quæ eſt ſupra iſtos duos meatus ad modum digiti in fiſtula, appellatur vuula: ſed quædā caro addita in radice linguæ, appellatur duo amygdala: pars autem anterior colli, appellatur gula, & eſt propriè via anhelitus: pars autem poſterior colli, per quā tranſit meri, appellatur ceruix. Nunc autem in his membris accidunt nocumenta multa, & cum hoc anhelitus redditur *Angina propriè à Latinis, à Græcis verò cynanche dicitur.* *Partes colli.*

difficilis propter multa,& propter causas extrinsecas ,sicut est arista,lignum, & similia cum intromittuntur : casus & percussio,propter quod accidit dislocatio spondilium,& talis difficultas anhelitus rarò aut nunquam curatur. Et accidit difficultas anhelitus propter debilitatem virtutis, sicut in pueris , & accidit propter mollificationē neruorum & paralysim , accidit etiam propter spasmum , & propter multa alia consimilia. Et tamen de tali difficultate anhelitus non agitur hic,sed de difficultate anhelitus , quæ accidit propter apostema gutturis,quod appellatur squinātia.

Angine diffinitio. Squinantia igitur est apostema gutturis impediens viam anhelitus,& viam cibi,tamen hic non agitur principaliter de nocumentis accidentibus in prima digestiua,sed de nocumentis accidentibus in membris pectoris in toto elibano eius. Accidit igitur squinantia in lacertis gutturis , & viarum duarum,siue anterioribus,siue posterioribus,& secundum hoc diuersificantur, quoniam quædam est species squinantiæ,in qua apparet tumor,& rubor ore aperto. Secunda species est,quoniā nihil potest videri nisi lingua fortiter comprimatur, & tunc latet apostema interius in istis viis. Tertia species est , quoniam nihil potest videri,dato quòd comprimatur, & tunc latet apostema interius in istis viis. Quarta species potest esse,quando apparet tumor interius in gutture,& exterius in ceruice. Causarum quædā sunt extrinsecæ, quædam intrinsecæ. Extrinsecæ, sicut est nimia caliditas, & frigiditas , insufflatio ventorum, acceptio quorundam fungorum, & quorundam venenorum. Sed ab intus,hoc potest prouenire vtplurimum propter repletionem capitis , & propter rheumatismum , etiam aliquando propter vapores ascendentes à pectore, stomacho, & toto corpore:& aliquando accidit propter malitiam particulæ patientis:& accidit etiam aliquando propter ægritudines precedentes,quoniam febris continua terminatur aliquando per squinantiam . & aliquando phrenesis,& aliquādo apostema vuæ,& ita de aliis,& est vniuersaliter mala crisis,& suspecta. Et accidit etiam aliquando ex sanguine, & aliquando ex cholera, & ita de phlegmate & melancholia, licet rarò de melancholia. Tumor, rubor, calor, dolor,plenitudo,pulsus,significant sanguinem: color citrinus , punctura,mordicatio significāt choleram:Albedo, tumor,

Angine species.

Cause.

Signa.

mor,mollities,modicus dolor, multitudo saliuæ significãt phlegma:Durities, liuor, significant melancholiam:tarditas afflictionis,& duratio morbi.In particula autem,à qua prouenit materia,semper est pondus & aggrauatio.Et si venerit ex ægritudinibus præcedentibus vel ex causis primitiuis, illa sunt satis manifesta per indicia, & per illa quæ præcesserunt. Signa autem squinantiæ interius latentis, quę videri non potest,sunt ista,cõstrictio anhelitus,& quãdo bibit aquam,regurgitat ad nares,& quia oculi sunt rubei,lingua frigida, vox catulina,& collum rigidum. Signa autem demõstratiua,sunt difficultas anhelitus,dolor,apertio oris.Intelligendum etiam circa istam materiam, quòd squinantia terminatur aliquo istorum modorum,quoniam aut terminatur per resolutionem insensibilem,cuius signa sunt alleuiatio doloris, bonitas anhelitus:aut terminatur ad neruos,& lacertos colli,cuius signum dolor,grauatio & tortura,pulsus, & durities. Aut terminatur ad pulmonem, & est semper mala terminatio,quoniam aut causat vlcerationem in pulmone, aut peripneumoniam, cuius signum, tussis,dolor pectoris,& difficultas anhelitus. Aut terminatur ad cor,est mala terminatio,cuius signũ,tremor cordis, syncopis,occultatio pulsus.Aut ad stomachum,cuius signũ dolor & vomitus, & potest esse ad bonum. Aut terminatur per saniem, & posset esse ad bonum, cuius signum apparet in sereatu.Ista igitur sunt signa permutationis.Si autem permutetur materia ad saniem, signũ est quòd magis appetit cooperimenta, & cum sanies est generata alleuiatur,sed hoc non potest compleri in quatuor diebus,sed bene potest inchoari,& postea compleri,quoniã omnis squinantia terminatur vtplurimũ in quatuor diebus,& si transeat, materia vtplurimum videtur melancholica, cuius signum,quia sentit saporem stypticũ in ore. Ista signa mala sunt in squinãtia,& pernecabilia & mortalia,scilicet quando squinantia venit in febribus cõtinuis in die critica,syncopis,vehemens difficultas anhelitus, sicut est disnia, oregmon,difficultas transglutiendi,ita ꝙ reiicit potum per nares,vox catulina,ita ꝙ videatur loqui cũ naribus,spuma in ore,emissio linguæ,& frequẽs motus,sicut apparet in equo fatigato,spuma in ore,color niger & liuidus in lingua,oculis & labiis,frigiditas extremitatum,contractio, colli,& ꝙ

Signa angina occulta.

Prognostica. Apho. 34. & 35. particu. 4. Præsagio. 8. libro 3. De ratione victus in morbis acutis,lib. 4.

non possit iacere supra dorsum, & potissimè in squinantia quæ est in viis anhelitus, quoniam quando est in viis cibi, accidit plus difficultas transglutiendi, aliquá do tamẽ accidit vtrunq;. Squinantia venit frequentius in vere, & quæ est cum feb. est magis periculosa. Signa autem vitalia, sunt quies, somnus, alleuiatio doloris, bonitas anhelitus, facilitas transglutiendi, & breuiter priuatio malorum signorũ.

Cura. Ista ægritudo est multum periculosa & breuis terminationis, & ideo à principio statim succurrendum est: & ideo homines qui de facili incurrunt squinantiam, cum sentiũt se repletos, deberent facere phlebotomiã antequàm incurrerent. In primis fiant clysteria, deinde si corpus est plethoricum, fiat phlebotomia de saphenis eiusdem lateris, vel de cephalica oppositi lateris. Deinde si indiguerit, & virtus possit tolerare, fiat de cephalica eiusdẽ lateris, secũdum q̃ dolor magis declinat ad dextrũ vel ad sinistrum. Deinde si particularia conueniant, fiat phlebotomia de vena quæ est in fronte, postea de venis labiorum, de venis quæ sunt sub lingua. Et si non possit transglutire, fiant ventosæ in collo, & sub mento. Ista autẽ valent in omni apostemate præfocatiuo cum conuenientia particularium. Diæta sit talis, quòd nihil comedat vsque ad diem tertium, si virtus possit tolerare, & si non possit, sit contentus isto cibo, scilicet aqua hordei, aut hydromelle, syrupo acetoso, oxym. aut brodio pulę paruę. Post diem autẽ tertium, vtatur hordeato claro, aut pulla trita colata, & ita de aliis sorbilibus iuxta conuenientiam particulariũ. Vniuersalibus igitur rectè ordinatis, ad particularia veniamus. In primis fiat gargarisma, si causa est cal. cum diamoron, & modico syrupo, iulep viol. aut syrupo de papauere. Aut fiat decoctio in aqua coriandri, & sumach, galla, hypocistidos, malorum granatorum contritorum cum toto, & addatur aliquantulum zuc. & coletur, & fiat gargarisma. Deinde vtatur istis pilulis sub lingua. R. granorum rosæ, sumach, coriandri, sang. drac. conficiantur cum muccillagine psyllij, & dragaganti facta in syrupo nenupharis, & fiant pilulæ, & teneantur in ore, vel fiat gargarisma de oxymel. aqua & aceto, & valet in vtraque causa. Et si causa esset frigida, fiat decoctio de nitro, & alumine assis, mastic. thũre, hydromelle, & fiat gargarisma, deinde fiant pilulæ quas teneat in ore. R. masticis, thuris, vuarũ

Diæta. Gale. 4. de ratio. victus acut.

Gargarisma.

Angine frigide curatio.

passarum

passarum mundatarum ab aril.styracis, calamitæ. ana ʒ.ij. conficiantur cum oxymel. Deinde in causa calida, circundetur collum vndiq; lana succida, inuoluta in oleo de chamomil. Et si causa est frigida, grossa & viscosa, R. sinap. nitri, sulphuris, castorei, & bullīāt in oleo, & lana intingatur, & circa collum inuoluatur. Deinde postquam incipit venire ad augmentum, gargarizet aquam decoctionis fœnigræci, sem. lini, vuarum passa. munda. ab aril. summitatum papaueris, caricarum, liquiritiæ mundæ. Et si causa est cal. addatur zuc. ros. & viol. nenupha. Et si causa est frigida, non oportet addere nisi mel. Item R. olei viol. butyri, caricarum, fermenti, dialtheæ, misceantur. istud enim maturat & rumpit, siue extra applicatum per modum emplastri, aut quocunque modo applicetur, siue gargarizando, siue alio modo. Postquam autem venit ad maturationem, rumpatur & gargarizetur oxymel. diureti. cum decoctione caricarum, & fermenti, aut scil. aut aperiatur cum digitis & vngue. Aut cum ruptum fuerit, gargarizet oxymel cum vino. Et si materia esset multum grossa, addatur piper, nitrum, cinamomum, sinapis. Illa autē quæ valent à tota specie, sicut dicunt magistri nostri, sunt stercus hirundinū, stercus pueri, stercus canis comedentis ossa, & stercus lupi. Ista enim debent aliquantulum deficcari supra testam, & deinde puluerizari, & in ore insufflari: aut decoquātur in hydromelle, & fiat gargarisma. Dicūt etiam ꝙ si vipera stranguletur cum filo, & circundetur collum, quòd multum valet. Ista empirica non sum expertus, sed alia omnia quæ dicta sunt feci frequenter. Ista etiam valent in squinantia, & in apostematibus suffocatiuis, arista, & similibus. Accipiatur spōgia parua, & ligetur cum forti filo, transglutiatur, & subito extrahatur. Idem posset fieri de lardo. In vltima autem desperatione, aperiatur gula, vt possit respirare, & cum negotium erit completum, consolidetur. In curatione istorum apostematum non debet medicus esse negligens nec somniculosus, quia passio est acutissima. Intelligendum quòd squinantia potest causari de melancholia, sicut pleuresis, licet rarò: quoniam squinantia est breuis terminationis, & melancholia facit longum morbum, & cum hoc melancholia non est humor bene cursibilis, nec bene penetrabilis, & ideo rarò fit, possibile tamen est, sicut Auic. dicit,

Quæ à proprietate occulta auxiliantur.

Extrema medela in Angina.

Clarificatio.

licet contrariũ dicat Viaticus, sed impossibile accipit pro difficili. Secundo notandum, quòd squinantia fit vtplurimũ de sanguine, & postea de phlegmate, & postea de cholera, & raro de melancholia. Et iuxta hoc notandum, quòd vtplurimum fit per viam rheumatismi, & per viam derivationis, & ideo fit subitò: tardius autem fit per viam congestionis, & per ascensum vaporum ab inferioribus, quia talia tardè aggregantur, & tardè ascendunt, squinantia autẽ fit subitò. Tertio notandũ, q̃ sunt quatuor circa istam materiam. Primum scilicet, quòd ad squinantiam sequitur febris continua. Et ratio dictorum est, quoniã licet ista membra non sint nobilia, deseruiunt tamen membro nobili, & ita habent nobilem operationem. Et quando ista conueniunt, scilicet quòd febris sequitur squinantiam, tanto deterius propter difficultatẽ anhelitus. Et in omni squinantia competit lac, & quia abstergit & mundificat & maturat, nisi timeamus de feb. quòd corrumpatur. Secundum quod debemus intelligere, est istud, scilicet quòd ad squinantiam sequitur eductio oculorum, propter colligantiã quam habet trachea cum lacertis oculorum. Tertiũ quod sequitur, est eductio linguæ, & hoc est propter magnitudinem apostematis in radice linguæ. Quartum quod debemus intelligere, est quoniã in omni specie squinantiæ competunt repercussiua & diuretica. Et si diceretur, nónne mittitur materia ad mẽbra nobilia? dico quòd non, quia multa membra sunt in medio, & dispartitur in multas partes, & distributa per multa membra, melius rectificatur quàm si esset collecta in vno: & cum hoc, ista membra non sunt emunctoria, sicut sunt axillæ & inguina: & cum hoc, quia in principio non habet tantam malitiam ista materia, & cum hoc, quia operatio membri nobilissimi impeditur. Ex his igitur elici potest, quòd in squinantia possunt competere repercussiua, aliter posset contingere repentina suffocatio, cum sit de perperacutis. Vltimo considerandũ circa istam materiam, quòd muccillago psyllij & cytoniorum, vnà cum aliis licet sint frigida & viscosa, possunt maturare & rumpere, pro tanto, quia faciunt alia adhærere: & caricæ & fermentum etiam maturant & rumpunt. Si autem apostema esset in exterioribus, calx viua cum sapone iudaico rumpit: & si sapo mollis inueniatur albus, tanto me

Angine generatio.

Symptomata angine.

Apho. 35. particul. 4.

Repellẽtia initio angine cur necessaria.

lius.

lius. Sed possumus accipere saponem durum, album, vltramarinum, & miscere cum oleo laurino, & erit molle & album.

De passionibus vuulæ. CAP. II.

VVula habet quinque iuuamenta. Primum, quòd præseruat à fumo & puluere, quòd non vadant ad pulmonem. Secundum est, quoniam alteratur ibi aër calidus & frigidus antequam vadat ad pulmonem & cor. Tertium valet ad informationem vocis, & ideo stat supra foramen anhelitus, sicut digitus fistulatoris. Quartum iuuamentũ est, quoniam quãdo homo loquitur, stat supra meatum aër ingrediatur ad stomachum: & quando homo comedit, stat supra viam anhelitus, ne cibus & potus vadant ad pectus: & ideo non est bonum comedere & loqui simul. Quintum est, quoniam præseruat, ne materia rheumatica descendat subito ad pectus & stomachum, quoniam ibi remanet aliquo modo & sentitur, & tunc expellitur cum screatu. ideo qui amisit vuulam, amisit ista quinque iuuamenta, & pro tanto non possunt pati, nec calorem, nec frigus, nec sitim, imò læduntur de facili à quacunque causa, & ideo vtplurimum phthisici moriuntur. Caueant igitur sibi, qui in sanitate faciunt sibi incidi vuulam, vt melius cantent, quoniam sine dubio cum instrumentis vocalibus postea nunquã facient operationem pulchrã. Vigilate igitur. Vuula aliquando relaxatur, & cadit inferius, & impedit viã cibi & anhelitus, aliquando etiam apostematur, & modica materia valde sufficit ad sui apostemationem, & sicut apostematur vuula, ita & duo amygdala, quæ sunt in radice linguæ. Causæ sunt nec plus, nec minus, sicut dictum est capitulo de squinantia. *Causæ.*

Ista etiam sunt eadem cum prædictis signis. *Signa.*

Hipp. docet prognosticare vuulam tumidam & rubentem, timendũ est incidere, &c. Timor enim est quintuplex. Primo quoniam timendum est de nimio fluxu, qui nõ possit restringi. Secundo, quoniam si non fuerit maturum, ex hoc accidit magnus dolor, & ideo currunt humores & magnificatur apostema. Tertio, quoniam si amittatur pars substantiæ vuulæ, amittuntur quinque iuuamenta quæ habet naturaliter. Quarto, quia si materia vadat ad pulmonem, timendum est de phthisi aut peripneumonia, *Prognostica.*

& ita de aliis. Quinto, quoniam si vadat ad stomachum, timendum est quòd causet ibi nocumẽtum: vigilate igitur.

Curatio. Curatio fere est eadem sicut in squinantia. In primis igitur fiant clysteria, phlebotomiæ, ventosæ, purgationes, & similia, quæ dicta sunt superius iuxta conuenientiam particularium. Corpore autem mundificato, repercutiatur materia cũ diamoron & aqua ca. aut decoquantur in aqua gallæ, sumach, psidia, & ponatur ibi modicum aceti, & fiat gargarisma. Et si causa est frigida, addamus alumen assum, sal assum, masticem, thus, & mel. Et si propter styptica, aut propter alia talia apostemata fuerint nimis indurata, mollificentur sic. R. psyllij, dragaganti, gũmi arabi. fœnigræci, semi. lini, se. maluæ, hordei, conquassentur omnia præter psyllium, & fiat muccillago in aqua calida, & exprimatur. Et isto possumus vti multis modis siue intus siue extra. Primo quòd illinantur partes induratæ frequenter cũ pluma, aut quòd istæ muccillagines bulliãt in aqua cal. & fiat gargarisma, deficcetur, & fiat puluis, & insuffletur intus vsq; ad locum. Postea dissoluamus sic: bulliat hyssopus &

Gargarismata. radix lilij in oxymelle scil. & fiat gargarisma. Et cum hoc bulliat succus agrimoniæ, & centaureæ in oleo laurino, & intingatur lana succida, & inuoluatur collũ. Et si fuerit causus vuulæ cum feb. gargarizet diamoron cum aqua ca. aut bulliant rosæ, myrtilli, sumach, gallæ, in aqua cum aceto, & fiat gargarisma. Et si est sine feb. & calore, addamus istis sal assum. alumen assum, sal armoniacũ, gallam muscatam, & fiat gargarisma. In pueris autẽ fiat ex istis illinitio cum pluma, & inuoluatur collũ lana succida cum oleo de chamomilla, fricetur caput & claudantur cõmissuræ partis anterioris, cũ thure & pice, & præseruetur omnino à rheumate, & exhibeantur exiccatiua, sicut sunt vigiliæ & minorationes cibi, potus & similia, licet nõ possit transglutire. Deficcetur igitur humiditas superflua illius vuulæ quantum

Operatio manualis. erit possibile. Ad incisionẽ igitur vuulæ veniamus, quando vuula gracilis est versus radicẽ, scilicet in palato superiori, & est grossa inferius, & non est rubea, sed vergit ad quãdam albedinẽ & liuorem mortificatum, & videntur signa maturitatis, & corpus est mundificatum, estq; tanta grossities, & timendũ est de suffocatione, tunc si aliqua hora est incidenda, incidenda est. Comprimatur igitur lingua, &

vuula

vuula cum forpicibus incidatur, ſcilicet quantũ augmenta ta eſt præter naturam: quoniam ſi abſcinderetur in parua quantitate, nõ haberet iuuamentũ: & ſi in nimia, magnum nocumentũ: mediocritas igitur obſeruetur. Vel poteſt hoc fieri cum tenaculis illis, cum quibus abſcinduntur dẽtes. Secundo modo poteſt abſcindi per hunc modum. R. aſſæ fœtidæ, arſenici, vitrioli, ſalis armoniaci, atramenti, alumi nis, & fiant pilulæ cũ aceto ſcil. & ingenientur cum aliquo inſtrumento, quòd poſſint applicari vuulę per vnam horã, & cum incipit denigrari, iam ſufficit quòd inter tres dies cadet. Tertio modo operamur per hunc modũ, reſtaurator percutiat vuulam cũ phlebotomo in parte illa, in qua maior eſt maturatio, & ſtatim ſanies & ſanguis exibũt. Quarto modo ſic. Accipe acum de ferro, & ponatur in igne donec candeat, deinde cauterizetur locus, ſed acus tranſeat per calamũ de ferro, ne partes vicinæ lædantur, & acus ſit ſic figurata, ꝙ poſſit compleri operatio. Nunc autẽ debet patiens tenere os apertum, vt ſanguis & ſanies fluant ad exteriora. Et ſi fluerent ad pectus, quòd mundificetur cum tuſſi, & ſi ad ſtomachum, cum vomitu aut ſeceſſu. Poſt hoc autem gargarizetur iſta decoctio. R. ireos, hyſſopi, liquir. capil. ve. re. hordei, decoquantur in hydromelle, & tunc accipe duas partes huius decoctionis, & tertiã oxymel. diuret. & fiat gargariſma & frequẽter. Si autem vellemus abſcindere apoſtema quod eſt in amygdalis exiſtentibus in radice linguæ, tunc eleuetur cum vncino, & eſt cauendum quòd auferatur tota pellicula, quia periculum eſſet amittere humiditatem ſalualem. Intelligendum, quòd vuula magis declinat ad viam anhelitus, quàm ad viam cibi. Cuius ratio eſt, vt præſeruet plus à nocumentis, quoniã membra pectoris non habent aliud foramen per quod poſſit mundificari trachea. Sed ſtomachus poteſt mundificari per ſuperiora, & per inferiora. Conſeruãda eſt igitur vuula ne abſcindatur, quia qui eam amiſit, pulchrum iocale amiſit. Secundo notandum, quòd via anhelitus, ſcilicet trachea arteria declinat magis verſus partem anteriorem & viam cibi: ſed meri declinat magis verſus partem poſteriorẽ: & eſt duplex ratio, quoniam pectus declinat magis anterius, & ſtomachus poſterius, quare oportuit quòd meatus cuiuſlibet declinarent verſus partes ſuas. Secunda ratio, eſt

Vuula ſecũdo diuerſis modis ſi eri poteſt.

Gargariſma mundificatiuum.

Clarificatio.

Gal. de vſu partium.

quoniã anhelitus est magis necessarius quàm cibus,& ideo oportuit quòd via sua esset rectior, quare est anterius:via autem cibi est magis tortuosa,& quia nõ est ita necessaria, ideo fuit posterius collocata. Tertio notandum,quòd via cibi est magis dilatabilis quàm via anhelitus, quia subtiliora sunt illa quæ transeũt per tracheã, & propter ea fuit cartilaginosa. Illa autem quæ transeũt per meri sunt grossiora,& etiã aliquando transglutitur magnus bolus, quare illa via fuit multum dilatabilis, aliter sequeretur suffocatio. Quarto considerandũ,quòd ea quæ ascendunt à stomacho,magis nocent suis viis, scilicet meri, quàm illa quæ ascendunt à pectore nocent suis viis,id est tracheæ. Cuius ratio est duplex, quoniam ea quæ ascendunt à stomacho, sunt magis indigesta & acuta, & cum hoc meri est magis passibile. Illa autẽ quæ ascendũt à pectore, sunt subtiliora & magis digesta, & trachea non est ita passibilis, cum sit dura,annulosa,cartilaginosa. Quinto intelligendum,ꝙ trachea dilatatur & magnificatur naturaliter circa tẽpus pubescendi,quare immutatur vox naturaliter, dato quòd nõ coiret:sed si coëat,manifestius immutatur, cũ coitus violenter faciat ad augmentũ,quoniã vox immutatur naturaliter secundũ latitudinem,aut strictura cannæ,& secundum caliditatẽ & frigiditatẽ,& secundum virtutẽ fortem & debilẽ. Vltimo notandũ,quòd si radix vuulæ esset grossa & caput acutum,tunc non esset ita timendũ de suffocatione,quia viæ non ita clauderentur,& ideo non oportet eam incidere:sed quando radix videtur gracilis per cõparationem ad caput suũ,tunc cadit & oppilat & impedit vias, & tunc propter timorẽ suspectionis est incidenda, aliter nõ: & quocunque modo fiat,semper est magnum periculum.

De raucedine vocis. CAP. III.

VOx est nobilissima actio voluntaria ex nobilissima actione animæ procedẽs, quia ex motu cogitationis & deliberationis,hæc sunt quæ leguntur apud Gal.lib.suo de voce. Materia autem vocis est proueniens à pulmone, transiens per tracheam arteriam, percutiens cartilaginem epiglotti: principium autem vocis est in epiglotto, quoniam venit aër ex locis amplis ad loca stricta. Causa autem efficiens, est virtus mouens lacertos pectoris & epiglotti dilatatiuos & constrictiuos. Causa autem formalis

Epiglottũ vocat laryngem.

&

& per se est vuula retinens aërem, sicut digitus retinet in fistula, vnde in formatione vocis, vuula est per se, & alia sunt propter iuuamenta, sicut lingua, palatū, dentes, labia, & ita de aliis. Causa finalis est explicatio conceptus, bene igitur dictum est, nobilissima actio, &c. Huic autem actioni aduenium tria accidentia, sicut aliis actionibus, quoniā vox aut aufertur, aut minoratur, aut corrūpitur. Aufertur cum cessat penitus, minoratur cum aliquis loquitur cum quadam difficultate, corrumpitur sicut patet in quadam raucedine voce tremula, pauca & aspera, & ita de aliis, quorum causa morbi sunt officiales, consimiles, & communes Corruptio vocis aut prouenit à causis extrinsecis, aut intrinsecis, Si extrinsecis, sicut est fumus, puluis, ventus borealis, cū venit subito post australem, & econuerso, comestio multa rerum multarum salsarum, acutarum, acetosarum. Et prouenit ex debilitate virtutis, sicut in decrepitis, pueris, conualescētibus, incarceratis, religiosis & similib. Et prouenit etiam ex casu & percussione colli, nuchę, spondilium & neruorum procedentium ex eis, & breuiter ex nocumento omnium illorum quæ faciunt ad informationem vocis. Si autem sit ex causis intrinsecis, & tunc accidit corruptio & nocumentum in voce, propter nocumenta cerebri, colli, nuchæ, pectoris, stomachi, & omnium mēbrorū vocaliū, sicut est pulmo, trachea, epiglottus, vuula, lingua, palatum superius & inferius, labia, & dentes. Et venit specialiter propter nocumētum lacertorum dilatantium epiglottum, secundum Gal. libro de voce, & secundum Auic. Et venit etiam corruptio in voce, propter malam cōplexionem calidam, frigidam, siccam, & humidam. Signa sunt satis manifesta per læsionem membrorum: quoniam si à causis extrinsecis, discernuntur per indicia patientis, aut assistentium, & similium. Et si fuerit à capite, est cum diminutione aliorum sensuum & capitis grauitate. Et si à collo, discernitur ex dislocatione & dolore. Et si à stomacho, discernitur ex grauitate stomachi. Et si à pectore sit, similiter. Et si ex ore, discernitur per nocumenta illarum partium. Et si ex epiglotto, discernitur ex priuatione aliorum. Et si fuerit ex calido, vox est magna. Et si ex frigido sit, vox est parua. Et si ex sicco, vox est aspera. Et si ex humido sit, tunc si est humiditas

Causa.

Signa.

magna,

magna, causatur raucedo. Et si maior, tunc causatur vox tremula. Et si maxima, tunc aufertur vox, sicut in paralysi linguæ & membrorũ vocalium, corrũpitur igitur vox propter spasmum repletionis, inanitionis & similium: secũdum igitur fortitudinem & debilitatem causæ, secundum hoc aduenient diuersa accidentia in voce, aut ablationis, aut minorationis, aut corruptionis. Corruptio vocis propter nocumenta nuchę, colli, spondilium & neruorum dilatãtium, & ita de aliis nocumentis quæ veniunt à parte posteriori, sicut dislocatio, casus, & percussio, vix aut nunquam curatur, nisi esset valde nouella. Raucedo post vnum annum non recipit curationem. Raucedo ex rheumate nũquam curatur, nisi prius rheuma curetur. Cũ aliquis est rheumaticus raucus, & phlebotomatur, vix aut nunquam curatur. Tria sunt quæ competunt in omni raucedine. Primum scilicet, ficus siccæ, & debẽt assari donec incipiãt sudare & statim comedi. Secundo est caulis siue succus siue brodium, vel per modum electuarij vel conditi. Tertium, pedes animalium, & potissimè pedes vaccarum. Si autem raucedo seu vocis immutatio venerit propter laborem & clamorem, aut vocisferationem, aut propter nimiam siccitatem, tunc ista competunt, scilicet vitella ouorum, lac, butyrum sine sale, maluę, atriplices, oleum amyd. dul. oleum viol. oleum sesaminum siue intus siue extra applicatũ. Et valet etiam balsamum, dragagãtum, amyg. penidia, vuæ passæ mund. fistici, pineæ, pisces recentes squamosi de aquis mũdis, iuscula, & omnia sorbilia. Accipe mala granata dul. & decoquãtur inter prunas, & remoueatur cortex, & reliquum teratur, coletur, & colaturæ addatur panis zuccari & sorbeatur, & competunt etiam somnus, quies, & similia humectantia corpus. Si autem immutatio vocis fuerit propter calorem, si corpus est plethoricum, fiat phlebotomia, & si cholera abũdet, purgetur cum cassiafi. & manna, vtatur diapapauere, zuc. ros. viol. dradraganto frigido, diapedion siue speciebus calidis, & vtatur candi, penidiis, cucurbita, & melonibus. Si autem vox immutetur ex causis frigidis, vtatur diariis, & diahyssopo, dicalamento, origano, calamento & similibus. Nunc autem de raucedine dicamus: & quia raucedo propriè venit ex humido, & etiam frequentius aduenit quàm aliæ vocum immutationes, ideo hanc curam diligentius prosequam

Prognostica.

Raucedo antiquata.

Cura.

Lenientia trachęæ exasperatam.

quamur. Et quia vt plurimum venit cum rheumate, ideo in primis suffumigetur caput cum nigella, & sacelletur cum milio & sale assis, & teneat istas pilulas in ore. Recipe styracis, calamitæ, ambræ, masti. thuris, liquir. mund. vuarum passarum mundatarum ab arillis, caricarum, dragaganti, gummi arabici, & fiant pilulæ, & conficiantur cum hydromelle: rheumate curato, vtatur cubebis die & nocte, mane & sero sine omni misericordia, sicut si esset ludus pilorum, & iniungatur paruitas cibi, potus, & eiusdem subtilitas & vigiliæ, & vitet omne balneum, fomentationem, & omnia salsa, acuta, & acetosa. Et si ex istis contingat vti ratione curationis, addantur semper lenitiua, sicut sunt vuę passę dactyli, ficus siccæ, pineę, & similia. Item vtatur isto medicamine. Recipe zinzibe. conditi, piperis lon. cubebarum, pulueris calamenti. ana ʒ. ß. caricarum, vuarum pas. mund. ab aril. pinearum, fisticorum. ana ʒ. 2. puluerizanda puluerizentur, & conquassanda conquassentur, & fortissimè conterantur cum modico mellis super cineres calidos diu agitãdo, & fiat conditum quo vtatur frequenter in die lambendo, diu in ore tenendo. Et istud medicamen reputo valde bonum. Nihilominus potest digeri materia frigida, & humida per hunc modũ, & valet in omni passione pectoris, de causa frigida & humida, sicut in raucedine, asthmate & tussi. R. radicis ireos, lilij, scillæ, hyssopi, origani, calamenti. ana ʒ. 2. siseleos, fœnigræ. caricarum, vuarum pas. mundatarum ab arillis, fisticorum, pinearum mund. dactylorum pinguiũ, amygda. excoriatarum, iuiubæ, sebesten. ana ʒ. 1. mell. libr. 1. fiat syrup. libra 1. & ß. Materia digesta, purgetur sic. R. hierę pic. ʒ. 3. hierælogodion. ʒ. 2. bdellij, pulpæ colocynth. ana grana 6. misceantur & fiant pilulæ. Item gargarizet quotidie hydromel aquaticum cum oxymel. scil. Et quia diuersitas particularium est multa valde, ideo adhuc ista medicamina subiungamus, quæ multum valent in omni passione pectoris de causa frigida & humida, sicut dictum est de medicamine præcedenti. Et ideo fere ista materialia replicabuntur in cap. de asthmate, seu difficultate anhelitus, & capitulo de tussi, dum materia sit frigida & humida. Primũ est tale. Recipe trium generum piperis, cubebarum, cinamomi electi. an. ʒ. j. fœnigræ. sem. lini assi, marathri, pinearum munda. ab arill. iuiubarum, sebest. ana ʒ. 1. conficiantur

Pilula sub lingua.

Conditum quod lenien do, terget, attennat, digerit. estque medicamentũ satis conueniens.

Syru. ad affectus thoracis, à lẽta & viscida pituita admodum efficax.

cum

cum melle,& lento igni condiantur, & fiat conditum ſicut
Puluis. oportet,ſumatur lambendo. Item ſecundum medicamen quod valet in materia frigida & humida rheumatica.Recipe ambræ,ſtyracis,calamitæ,maſticis,thuris, ana ʒ.i.dragaganti, gummi arabici infuſorum in hydromelle, liquir. mundæ , vuarum paſſa.munda.ab arill.caricarum.ana ℈.i. conficiantur cum hydromelle , & fiant pilulæ,& teneatur in ore.Item tertium medicamen.R.myrrhæ, olibani,an.ʒ. i.puluerizentur,& ſumatur cum ouo ſorbili.Similiter valet puluis calamenti cum ficubus ſiccis , valet & ius galli antiqui cocti cum polypodio,aniſo,hyſſopo,& vuis paſſis mundis. Item vltimum medicamen quod valet in deſperatione, cum materia eſt multum humida , & non habemus aliam viam.R.piperis,cubebarum, myrrhæ, coſti, ariſtol. caſſiæ ligneæ,ſiſeleos,marathri, ana ʒ.i.arſenici,ſulphuris citrini,aſſæ fœtidę,ana ʒ.ß.conficiantur cum ſepo hircino & vitello ouorum,fiant trochiſci,& deſiccentur in vmbra, & cum vti volueris,ponatur vnus ſuper carbones, & recipiat fumũ ore aperto. Et ſi ex iſta ſuffumigatione exaſperaretur guttur,gargarizet frequenter hydromel,& vtatur vuis paſſis, dactylis & fiſticis. Cibus autem familiaris ſit iſte,farina tritici cocta in furno,fabarum,rizi,fœnigrę.lupinorum, cicerum,& colatura furfuris,amygda.& ſimilia, hoc eſt frumentum groſſum confractum, & quodlibet iſtorum poteſt condiri cum lacte caprarum , aut cum brodio
Raucedo ab apoſtemate. carnium.Si autẽ raucedo fuerit ex apoſtemate, vtatur vino dulci , & aliis , ſicut dictum eſt. Et ſi fuerit ex vuula & aliis,curentur illa prius. Et ſi fuerit ex mala complexione calida ſine materia,vtatur iſtis pilulis,quę valent etiam in
Pilule lenientes aſperitates gutturis, & ardorẽ ac ſitim extinguentes,multum proficue. ſiti,ardore,aſperitate, ſiccitate,& ſimilibus.R.ſeminis pſyllij,cyroniorum, dragaganti. fiat muccilago in aqua dulci, & exprimatur per pannum,tunc R.quatuor ſe. frigidorum munda.papaueris al.candi, penidi. vuarum paſ.munda.ab arillis,cõficiantur cum prædicta muccilagine,& fiãt pilulæ paruę aliquantulum compreſſæ,teneantur ſupra linguã & in faucibus. valent etiam ad digerendam & alterandam materiam calidam, & quòd poſt ſequeretur euacuatio, & ita valent ante & poſt. Intelligendum, quòd humiditas
Clarificatio. temperata & æqualis,facit vocem æqualem & leuem,ſed ſi excedat,facit raucam.vnde ſicut caliditas cum excedit,fa-

cit

cit vocem magnam, frigiditas paruã, & siccitas asperam, & virtutis debilitas tremulam, ita humiditas propriè causat raucam, & raucedo non causatur propriè, nisi ex humido superfluo: nisi largo modo acciperemus raucedinem omnem vocis asperitatem, paruitatem, & inæqualitatem. Humiditas autem superflua cum vadit ad epiglottum, relaxat & mollificat neruos & lacertos epiglottis, propriè dilatationis, & ita causatur raucedo. Studeamus igitur consumere omnem illam humiditatem superfluam, cum applicatione sex rerum non naturalium, sicut est aër siccus siue per naturam, siue per artificium, & ita de aliis. Secundo debemus hoc intelligere, quòd humidum curat raucedinẽ & causat raucedinem, humiditas superflua intrinseca imbibita causat raucedinẽ, sed humiditas ab extra leniendo & desiccatiua temperãdo curat, & cũ hoc abstergendo, sicut est dragagantũ, gummi arabi. & similia. Humiditas igitur interior, inducit asperitatem eleuando vnam partem supra alteram, & remouet soliditatem naturalem mollificando, & ideo reddit vocem inæqualem & raucam. Sed humiditas exterior, potissimè quæ est absterſiua & mundificatiua: talis enim lenit, clarificat & applanat, & facit ad hoc, vt aër æqualiter illidatur, & ideo campana quæ est iuxta aquas habet meliorem sonum. Tertio debemus intelligere, quoniam licet humiditas reddat vocem raucã, non tamen propter hoc siccitas clarificat, imò reddit vocem asperam cum excedit. Et ideo in curatione raucedinis cum siccis semper apponamus humida lenificatiua. Siccitas autem temperata reddit vocem sonoram, quia aer transit æqualiter & reuerberatur: nocet igitur siccũ in excessu, & ideo tubicinatores proiiciunt aquam in tubis suis. Et nocet humidum superfluum, & vigella siue zaramella, cuius lignum fuit incisum in plenilunio, nunquam erit bene sonora, propter nimiam humiditatem quam accepit. Quarto notandum, quòd quando accidit raucedo ex nimia humiditate sanguinea, bene potest tunc competere phlebotomia, sed qui facit in alio casu, nimis infrigidat, & fluxũ procurat, & ita inducit perpetuam raucedinem. Quinto notandum, quòd si raucus phlebotomatus acceperit aquam cal. consilio medicorum, ista potest esse curatio: quoniam aqua calida, ratione actualis caliditatis, lenit poros, & aperit,

Calida aqua potus raucedinẽ

curat per accidens.

aperit,& facit ad hoc quòd materia exhalerur,& digerit etiam materiá phlegmaticam in ſtomacho ſecundum Auic. Sexto notandum, quòd doctores qui alta voce legunt & homines qui fatigant ſe in loquendo & vociferando, frequenter incurrũt raucedinem, quoniá ratione laboris incurrunt dolorem & calorem, & ita trahitur materia humida aquoſa ad epiglottum & cannas. In omni igitur morbo diligenter conſiderentur cauſæ,& cum omni ſolicitudine abſcindantur. Septimo aduertendum,quòd calidum per ſe deſiccat humidum conſumendo, ſed per accidẽs humectat leniendo, diſſoluendo, liquefaciendo in materia parata. Frigida autem humectant conſeruando, adunando: per accidens autem deſiccant congelando & indurando, petrificando,& cum hoc etiam alio modo: quoniam omnis mala complexio,& omnis error virtutis digeſtiuæ macerat corpus,& deſiccat,niſi ſolum error virtutis aſſimilatiuæ ſecundum Gal. tertia particula de morbo. Frigidum autem per hunc modum poteſt deſiccare, non eſt igitur inconueniens eundem effectum fieri à diuerſis agentibus, quoniam vnus introducitur per ſe,& alter per accidens,&c.

DE TVSSI, CONTINENS RVBRICAS TRES.

CAPVT IIII.

De cauſis, ſignis, & cura tuſſis. *Rubrica* I.

TVSSIS eſt motus virtutis naturalis expulſiuæ ſuſcitatus, & iuuatus per animalẽ ſenſibilem & motiuam,& eſt motus ſecundũ diſpoſitionem naturalem circa ſpiritualia, conuerſantis ad expellendum nociua. Intelligendum eſt,quòd ſicut ſternutatio eſt motus cerebri naturalis non morbi, ita tuſſis in pectore eſt motus naturæ, & non morbi. Modus autem eſt iſte, cum aliquod nocumentum accidit cannæ & canalibus pulmonis, tunc virtus animata ſenſibilis ſentit illud nocumentum,& ſuſcitat expulſiuam naturalem,& naturalis ſuſcitata,& adiuta per motiuam animalem velaminũ, & totius clibani forti impetu permiſcẽt materiam, vel permiſcere intendunt, quæ ſupple erat in canna,& canalibus cum aëre, & cum impetu expellunt ad exte

exteriora, vel expellere conantur, & talis conatus, & motus appellantur tussis. Causa autem huius motus, potest esse omne illud quod in canna & canalibus pulmonis inducit nocumẽtum. Ista sunt quædam ab exterioribus, & quædam ab interioribus. Si ab extra sicut puluis, fumus, cibus acetosus, aut acutus, salsus, venenosus, aut importunè sumptus, inducens gutturi offendiculum, aut aër corruptus, febris pestilẽtialis, & similia. Si ab intus, sicut aliquis humor descẽdens à capite infundens cannã & canales per viã rheumatismi, prouenit etiam à stomacho, quia mali fumi vadũt ad cannas, aut quia comprimuntur spiritualia, eodem modo fit ab hepate, & à splene, & sic de aliis. Si autem fuerit propter vitia totius elibani pectoris, tunc aut hoc est propter malam complexionem calidam, frigidam, siccam & humidam, simplicem aut compositam, aut cum materia, aut sine materia, sicut est sanguis, cholera, phlegma, aut melancholia, sed rarò secũdũ Auic. Aut potest prouenire propter apostemata pectoris, sicut est pleuresis, peripneumonia, aut sanies, aut vlcus, aut aquositas, aut se. totius, & similia. *Causæ.*

Signa autem causarũ extrinsecarũ sunt manifesta, aut ob sui manifestationẽ, aut indicio patientis, aut assistentiũ. Signa capitis, sunt signa rheumatis, grauedo capitis, & sputũ cũ screatu, & quòd sentitur aliquid descẽdere ad cannam. Signa autẽ stomachi, sunt dolor loci, & alia quę significant passiones stomachi, quæ dicentur suo loco. Signa autem hepatis, & aliorum membrorum inferiorum significãt dolores istorum locorum, & grauedines, & signa suarum passionum, quæ dicentur suo loco. Si autem prouenerit à pectore, apostema & sanies habent sua signa, & etiam dicentur suo loco. Si autem fuerit propter malas cõplexiones, tunc si caliditas est in causa, est cum calore & punctura, & quia læditur à calidis, & iuuatur à frigidis. Et si à frigore, sunt signa contraria. A siccitate, est cum priuatione sputi, asperitate & ariditate. Ab humiditate, est cum quadam lenitate seu humiditate, & cum quadam mollificatione. Et si ex sanguine, est sputum rubeũ cum dulcedine oris, & aliis signis sanguinis. Et si à cholera, est quod expuitur citrinũ cum siti & amaritudine, & aliis signis choleræ. Et si est ex phlegmate, est cum acetositate humida, sputo multo, & ita de aliis signis phlegmatis. Et si est à melancholia, est cum *Signa.*

acetositate styptica, & sputum vergit ad liuorem & grossitiem. Et est intelligendū, quòd sputum retinetur, vel tussis est sicca, à qua parum, aut nihil egreditur, aut quia fit ab aliqua malarum complexionum, sine materia & potissimè sicca: aut quia fit tussis propter compressionē diaphragmatis & spiritualiū, siue ab intus, vt propter stomachum, aut hepar, aut splenem, aut matricē. Aut exterius, sicut casus & percussio, aut aliqua frigiditas aëris constringentis, aut vnguentorum & similium. Tertia causa potest esse grossities, aut viscositas materiæ non habētis exitum. Quarta potest esse nimia subtilitas, quam refugit natura, quia eam apprehendere non potest, aut quia aquosa, subtilis. Quinta causa potest esse virtutis debilitas non potentis expellere materiam, & est pessimum signum. Et quia post cognitionem, prognosticatio debet præcedere operationem, ideo debemus prognosticare. Tussis in hydropisi veniens propter hydropisim, molesta est. Tussis in senibus, & decrepitis diu si durauerit, molesta. Tussis nimia, & diu perseuerans, mala, quia ducit ad phthisim, hecticam, rupturam venæ in pectore, ad sputū sanguinis, & saniem. Omnis tussis cū rheumate mala, potissimè si diu durauerit. Omnis tussis quæ somnū aufert, mala. Omnis tussis cū aggrauatione, est molesta, & cum multis conatibus, eductione, rubedine oculorum, & cū modica expulsione, malum: frequenter enim inducit rupturam, & in febribus acutis, significat mortem. Omnis tussis cū modico conatu, alleuiatione multa, & veloci expulsione, sine labore & fatigatione, optima & salubris, quoniā significat fortitudinē virtutis, mundificationē pectoris, & eductionē materiæ quæcunq; fuerit, & obedientiam eius ad exitum. Si quis patiatur febrem & tussim, & febris cessat, & tussis remanet, signum est recidiuæ. Si quis patiatur tussim humidam, & cesset subito cum grauitate in pectore remanente, significat futuram febrē putridā, aut vlcerationē pulmonis. Omnis materia cōmota per tussim, & nō habēs exitum virtute debili existente, mortale est, quia suffocat & ducit ad oregmonē. Tussis modica prouocata in febre, valet cōtra sitim. In primis ordinetur aër, quia illam nō possumus effugere. Aër igitur semper sit cōtrarius morbo, & si naturaliter habere nō possumus propter tēperiem anni, aut dispositionē loci, artificialiter tamen acquiramus,

Prognostic. Aphor. 35. partic. 6.

Curatio. Aër.

ramus,vt calida frigidis,&ficca humidis obuiẽt, & ecõuerso. Et rectificatur aër epidimialis vel corruptus quocunq; modo fuerit, ſicut dictũ eſt in materia febriũ epidimialiũ. Sit igitur aër mundus,& purus iuxta conuenientiã particularium.Cibus ſit ſubtilis,facilis digeſtionis,& tẽperatus in quãtitate & ordine,& cõtrarius cauſæ morbi,quantũ conſuetudo,cõplexio & ætas permittunt,quia morbus ſemper indiget contrariis. Inanitio ſemper cõpetit repletis,& reſumptio inanitis. Somnus tẽperatus cõpetit vtplurimũ,niſi in materia rheumatica frigida & humida cum repletione corporis,vbi cõpetunt vigiliæ in plus.Exercitiũ autẽ temperatum,competit repletis corpore mundificato, & otium inanitis. Accidentia autem animæ, infrigidatis competit ira,& calefactis timor,& cõmuniter gaudiũ & lætitia. Balneum cõpetit in declinatione corpore mũdificato, & cum materia eſt pauca:coitus nõ competit,niſi in declinatione. De curatione igitur & præſeruatione,℥ abſtineat ab omnibus cauſis vniuerſaliter tuſſim inducentibus,quę in principio capituli dicta ſunt,quare non oportet hic repetere.His viſis in generali, ad curã magis particularem accedamus, & tunc oportet nos diuerſimodè pertractare ſecundum diuerſitatem cauſarum. Ponamus igitur quòd cauſa ſit calida,& quòd veniat à capite,& cum rheumate,in primis ſuffumigetur caput per hunc modum.R.roſarum ſiccarum rubearum electarum,lib.ß.omnium ſandal.ʒ.j camphoræ ℈.j. liquirit.mun.ʒ. j.chamomillæ,meliloti.ana ʒ.j. & ß.temperentur in aqua bullienti,& recipiat fumum per os & nares, capite cooperto, donec ſudet fortiter in capite,& hoc fiat multis vicibus iuxta conuenientiã particularium. Poſtea teneat iſtas pilulas in ore.R. dragaganti infuſi in ſyrupo iulep,cubebarum,vuarum paſſ.mundatarum ab arillis,ſucci, liquirit.ana ʒ.j.ſemi.papaueris albi ʒ.ß.fiant pilulæ cum ſyrupo roſa. Poſt hoc, cùm materia aliquo modo ingroſſata fuerit, & membrum mãdans fuerit confortatum,fiat phlebotomia, ſi corpus eſt plethoricum. Et ſi adhuc remaneat materia, digeratur ſic, Recipe capil.vene. rec.M. iij. lactu. M.ij. quatuor ſem. frigidorum munda. ſem.maluæ, cubebarum,pinearum mund.papaueris alb. ana vnc.j.mell. ʒ. ij.zuccar.lib.j.fiant ſyrupi,lib.j.& ſem. Materia digeſta, purgetur ſic.Rec.florum bor. flor.viol.iuiubarum, liquiri.

Cibus & potus.

Inanitio & repletio.

Somnus & vigilia.

Accidentia animæ.

Balneum.

Coitus.

Cura particularis.

Syrupus iulep à Gordonio appellatur.

Suffectus dosis diagrydij.

mund.ana ʒ.ij.prunorum x. fiat decoctio, & in decoctione bulliant in sacculo,mastic.diagrydij.ana ℈ j.coletur, & in colatura resoluatur cassiæfist.mun.tamarind.ana ʒ.j.detur in aurora. Item vtatur istis electuariis.R. diapapaueris.ʒ. j.diadraganti frigidi,diapenidion sine cinamomo, zuccaviol.ana ʒ.iiij.diairis.ʒ.ß.misceantur. Et si fuerit siccitas addita,vtatur diæta humida resumptiua,balneis,& similibus quæ dicentur in hectica,& inungatur vnguento resumptiuo,quod valet phthisicis & consumptis.R.quatuor se.frigidorum mund.suc.liquir.mundç,dragagãti,gummi arab. infusorum,candi,penidiarũ,se.maluæ,ana ʒ.j.medullæ cerui & vituli,butyri sine sale,axungiæ por. recen. olei violarum,& ceræ al.quantum sufficit,fiat vnguentum,& inungatur gula,pectus,collum & dorsum. Si autem fuerit de mala complexione tantum,sola alteratiua sufficiunt. Et si fuerit causa pleuresis,aut peripneumonia aut empyema, curatio dicetur in suis locis. Si autem fuerit in causa, mala complexio frigida,& fuerit sola,sufficiũt alteratiua,aut sola retentio anhelitus. Si autem fuerit cũ materia,& sit cum rheumate,curetur primo rheuma, quia fere mater est omnium ægritudinũ. Suffumigetur igitur per hunc modum, sicut dictum est in rheumate superius.R.mastic. thuris, ladani.ana ʒ.j.& ß.chamomillæ,meliloti,liquir.mund.ana ʒ. j.bulliãt in aqua,& recipiat fumum,vel ex istis cum ambra fiat pomum,& odoret, vel ex istis,& cum alipta muscata,& myrrha fiant pilulæ cum hydromelle,& teneat in ore. Et si fuerit nimis delicatus, remoueatur myrrha,& ponantur loco eius caricæ,vuæ pass. mundatæ ab aril. sacelletur caput cum sale & milio.Fluxu autem temperato,digeratur materia per hunc modum.R.radic. ireos. hyssopi,sanamundæ, origani,calamenti,serpylli,capil.vene.rec.ana ʒ.iij. liquiri. mund. cubebarum,pinearum mund. fœnigræ. ana ʒ.j. mellis & zuccari,ana lib.j.fiat syr. Et si fuerit senex & phlegmaticus,& tussis multum antiqua, & quòd non fuerit multum delicatus, addatur bona quantitas prassij, fiat syrupus, sumatur mane & sero. Tamen aduertendũ, quòd omnia quæ dantur contra vitium spiritualium debent multum teneri in ore. Materia digesta,purgetur sic.R.hieræ pic.ʒ.ß. pulpæ colocynth.mastic.bdellij,liquir. mundæ. ana ℈.ß. conficiantur cum hydromelle, & fiant pilulæ, vel fiat phlegma-

Suffumigium.

gogum

gogum ex agarico & turbith, cuius receptionem frequenter audiuistis, & audietis. Et si materia est melancholica, addatur in digestiuo epithymus, sena & cuscuta, & purgetur cum diasenæ, diabor. & hiera Ruffi. rarò tamen accidit de melancholia. Si est sanguinea, tamen rarò accidit, in qua sufficit phlebotomia cum diæta infrigidatiua. Sed quia frequentius accidit tussis de materia phlegmatica, sicut in phlegmaticis senibus, & in montanis, & inhabitantibus regiones frigidas, ideo oportet magis diligēter pertractare. Post purgationem igitur & ante, vtatur istis electuariis. R. diairis, diahyssopi, diacalamenti. ana lib. ß. Et si delicatus non fuerit, addantur diaprassi. ʒ. ɪ. misceantur: vel ista quæ ponuntur in syrupo præter mel & succarum possunt bulliri in oleo, coletur & addatur cera rubea, fiat vnguentum, & inungatur collum & pectus ante & retro, vel quòd terātur in vltimo, & cum melle quantum sufficit fiat conditum, quo vtatur quotidie, & frequenter lambēdo: vel quòd fiant pilulæ, & quòd teneat in ore: vel quòd corpore mundificato bulliant in aqua, & recipiat fumum. Si autem fuerit tussis antiqua, ita quòd auferat somnum sibi & vicinis suis, tunc vtatur illa confectione quæ dicetur inferius, capitulo de asthmate, quę fit de sulphure, arseni. ru. assa fœtida, & multis aliis, vel suffumigando, vel pilulas in ore tenendo, vel transgluriendo. Cauendum tamen, quòd ista nō fiant in corpore macilento, nec in virtute debili, sed in necessitate magna & quasi in desperatione. Quia tamen multi volunt sua necessaria in singulis capitulis inuenire, receptio talium hæc est contra tussim antiquam, & quæ nō permittit hominē dormire, corpore mundificato, & quòd non sit nimis extenuatus. R. sulphuris viui, myrrhæ, castorei, piperis nigri, piperis lon. styracis, calamitæ, spicæ nardi, costi, galbani, hyssopi puluerizati, caricarum, liqui. mundæ, apij, ana ʒ. ʒ. mellis despumati quantum sufficit, fiat conditum, & dentur huius confectionis tres pilulæ ad quantitatem ciceris, cum intrabit lectum. Aliud est tale, cùm enim tussis humida & quasi desperata & incurabilis, & cū rheumate & magno periculo, & quòd venę pulmonis & pectoris rumpantur, curetur rheuma per hūc modum. Corpore mundificato, radatur caput, & inungatur cum melle & sinapis puluerizata desuper proiiciatur, postea ponatur supra totum

Tussis antiqua.

Conditum ad tussim multum inueteratam, & difficilis curationis.

caput capellus talis. R. ſtercoris columbini, myrrhæ, ſtyracis, calami. caſtorei. ana ʒ. iij. ceræ. ʒ. ß. caricarum, ℔ß. conficiantur cum oleo de maſtice, & extendantur ſupra alutã factam ad modum almutiæ, vt bene toti capiti applicetur. Et ſi tuſſis cum rheumate ex his non curetur, fiat cauteriũ in commiſſura capitis anteriori, & teneatur diu apertum, mundificetur, & paretur, ſicut decet: & ſi tuſſis ex his non curetur, curet eam Deus, à quo omnis medela. Si autem tuſſiculoſus pauper fuerit, & tuſſis fuerit de cauſa frigida, primum experimentum eſt, quòd retineat fortiter anhelitum & frequenter, & ſtatim curabitur. Secundum eſt tale, quòd accipiatur puluis calamenti, & ponatur in caricis, & aliquantulum præſentetur igni, ponantur in vino, & vtatur ex iſtis ſero & mane. Tertium eſt, quòd accipiatur butyrũ, mel & vitella ouorum. ana ʒ. iij. piperis ʒ. ß miſceantur ſorbiliter ſine igne, & vtatur. Quartum, ꝙ vtatur ſulphure cum ouo ſorbili, & potiſſimè ſi tuſſis ſit humida multum. Quintum eſt iſtud in tuſſi multum humida. R. diatrionpipereõ, diapraſſij. ana ℔ß. miſceantur. Sextum de praſſio & melle ſimul mixtis, & fiat conditũ, & vtatur eo lambendo. Septimum, piper cum ficubus. Si autem tuſſis prouenit ex ſtomacho, hepate & aliis membris, curentur illa, & ita curabitur tuſſis. Si autem prouenerit propter cauſas primitiuas, abſcindantur. Si autẽ prouenerit in ætate lactenti, rectificetur lac, & inungatur cum dragaganto infuſo, & butyro ſine ſale, & oleo viol. ſimul mixtis, vel ponãtur in lacte dragagantum infuſum penidia, & obturetur cõmiſſura anterioris partis cerebri cum emplaſtro facto de thure, & ſtyrace, calamita. Et ſi aliqua omiſi, ſuppleat hoc diligens amicitia lectoris. Intelligendũ, quòd motus virtutis expulſiuæ aliquando eſt virtutis naturalis, ſicut in corde, pulmone, hepate & ferè in toto corpore: aliquando eſt purè animalis, vt in motu progreſſiuo: aliquando eſt compoſitus ex animali & naturali, vt in egeſtione, vrina, tuſſi & ſternutatione. Sed aliquando animalis excedit, vt in tempore ſanitatis: aliquando naturalis, vt in tempore ægritudinis, vt patet in egeſtione & vrina. Intelligẽdum etiã, quòd ſi in tuſſi expellantur ſolum nociua cum alleuiatione, motus naturalis eſt: ſi autem cum aggrauatione & moleſtia, ſic poteſt eſſe morbus. Intelligendum etiã, quòd tuſſis ſicca propter aſpe

Clarificatio.

asperitatem, citius curatur: si autem propter consumptionem totius, tardius, licet non competant, nisi alteratiua: in humida, alteratiua & euacuatiua, iuxta illud Gal. facilius est rem humidam deficcare, quàm humectare ficcam. Intelligendum etiam, quòd tussis vtplurimum venit potius de nocte quàm de die, quia nocte sunt frigidiores, & clauduntur pori, & ita aggregatur materia. In die autem euaporat, & quia in nocte magis recordatur, &c. *Gale 7. method.*

De tussi puerorum. *Rubrica* II.

SI sint in ætate lactenti, decoquatur lac caprarum recenter mulctum, & ponatur parum aquæ, & sorbeatur. Vel sic, nutrix masticet caricas fortiter, & postea ponantur in ore pueri. Idem fiat de vuis passis mund. ab arillis, idem de fisticis, pineis, & de amygdal. dul. Et quia venit vtplurimũ de rheumate, & apertura commissuræ anterioris, fiat emplastrum supra commissuram, aut supra totum caput ex mastice, thure, & ficubus siccis.

De tussi pauperum. *Rubrica* III.

SI tussiculosus fuerit pauper, retineat frequenter anhelitum quantũ erit possibile, & si non curetur, sufflet ignẽ quotidie sine omni pietate, & curabitur. Et si non, vtatur caricis cum puluere calamenti: aut vtatur pipere condito cum caricis: aut si non abhorreat amara, vtatur prassio secundum omnem modum acceptionis. Vel vtatur isto medicamine. R. folia & summitates hyssopi, calamenti, & eodẽ modo origani & serpylli, decoquantur in aqua, coletur & colaturæ addatur modicum mellis, & illa aqua sorbeatur, aut gargarizetur, & alia quæ fuerunt abiecta conterantur, & cum melle fiat conditum, & vtatur isto condito die & nocte lambendo. Vltima cura pauperum est, quòd puluerizetur sulphur, & accipiatur cum ouo sorbili. Et ista omnia valent in causa frigida & humida, & quia pauperes incurrunt frequentius ex hoc, ideo nihil aliud eis scribo. Sed quia tussis passio est ita cõmunis, volo breuiter recapitulare materialia quæ valent contra tussim. Ista autem sunt quæ valent in causa calida, hordeum secundum omnẽ modũ suæ exhibitionis, muccillago psyllij & cytoniorũ, quatuor semi. frigido. mund. maiora & minora, se. maluæ, se. papaueris alb. liquiri. mund. vuæ passæ mundæ, endiuia, scariol. lactu. portula. melones, cucurbi. auenatum, hordeatũ, *Extremũ remedium.* *Simplicia tussim cuantia.*

amylũ,farina cocta tri.colatura ſulphuris, capillus vener. re.candi, penidia, dragagantum, oleum viol. ſeſaminum, nenuphar.& alia ſimilia. Et ſi cauſa fuerit frigida, valent iſta,radix ireos,ſcill. lilij, hyſſopus, ſatureia, ſanamunda, origanum,calamentũ, ſerpyllum, capillus vene.re. dragagantũ,gummi arabic.orobus,fœnigræc. ſemen lini aſſum, caricæ,vuæ paſſæ,fiſtici,pineæ, liquiri.piper, aſſa, ſulphur, & ſimilia.Et eſt intelligendũ,quòd tres ſunt paſſiones quæ ferè curantur cum eiſdem materialibus,ſicut eſt raucedo, tuſſis,& aſthma. Diſcretus igitur medicus in materialibus introducat formas vel per modũ ſyrupi,vel conditi,vel pilularum,vel trochiſcorũ,vel vnguentorũ, vel gargarizando,vel emplaſtrãdo. Accipiat igitur vnum vel multa iuxta conuenientiam particulariũ,& quærat modo cap. de aſthmate,modo de tuſſi,modo de raucedine. Intelligendum,q̃ licet tuſſis generetur vtplurimùm de rheumate, & in rheumate non competat phlebotomia vtplurimum, nihilominus poteſt cõpetere phlebotomia in tuſſi cum rheumate: & hoc quando corpus eſt plethoricum,cauſa calida,& currit ad interiora,& quando iſta concurrunt in tuſſi de rheumate,bene poteſt competere phlebotomia, ſicut frequenter dictum eſt. Secundum notandum,quòd tuſſis poteſt ſequi paſ. hepatis duobus modis, & aliorum membrorum duobus modis. Aut quia materia eſt tanta, quòd comprimitur diaphragma,& per conſequens pulmo. Aut quia vapores aſcendunt ad caput, & deinde cadunt ad pulmonẽ, & ita cauſant tuſſim, apoſtemata hepatis aut matricis, & ita de aliis. Tertio intelligendum circa iſtam materiam, quòd modus tuſſis poteſt dici vno modo præter naturam, alio modo ſecundum naturam. Simpliciter tamen loquendo tuſſis eſt morbus,quoniam lædit operationes. Aut ſignificat læſionem cum concutiatur pectus, pulmo, & totum corpus,& cauſa etiam eſt innaturalis ſtimulans & irritans naturam. Sed ſi conſideremus finem,quod eſt,quia iſte motus eſt vt ſuperfluũ expellatur, ideo motus iſte poteſt eſſe ſecundum naturam. Vnde natura nititur expellere nociuũ, & ita quo ad hanc inclinationem naturalem, qua natura nititur ſuperfluũ nociuum expellere, dicit Gal. tuſſim,ſternutationem & ſingultum motus naturales,in 5.de morbo, & hoc comparando ad motus morbi inordinatos, vbi nullum

Clarificatio. Phlebotomia vbi & quãdo conueniat.

lum est regimen naturæ, vt in spasmo vbi est nerui violēta tractio, & nullius nociui expulsio, & ideo dicitur motus morbi inordinatus, vbi est nullum regimen naturæ. Iste autem motus in tussi, sternutatione & singultu, est motus compositus ex animali & naturali: quoniā cum virtus animalis sensibus apprehendit nocium, excitat naturalē expulsiuam quæ non apprehendebat, quia non sentiebat, & tunc coniunguntur isti duo motus, & animalis sensibilis & motiuæ & naturalis expulsiuæ, & permiscent materiam cum aëre, & vno impetu & subito expellunt ad exteriora, & talis motus appellatur tussis. Et quia hoc fit à virtute regitiua expellente nociua, ideo dicitur naturalis, sicut crisis bona & laudabilis appellatur motus naturæ & nō morbi, licet fiat in tempore morbi. Quia igitur tussis fit cum quadam præcognitione, ideo significatur quòd ibi est motus animalis. Nunc autem intelligendum est, quòd in istis motibus compositis & ex animali & naturali, aliquando animalis vincit naturalem, & aliquando naturalis animalem. Naturalis autem vincit animalem in dispositione præter naturā, & in tempore somni. Et animalis vincit naturalem in dispositione naturali in vigiliis, sicut patet in anhelitu, egestione & similibus. Intelligendum etiā iuxta illam materiam, quòd motuum animalium quidam sunt simplices & secundum naturā, vt motus progressiuus: quidā autem sunt compositi & præter naturam, vt tussis, sternutatio, & singultus. Hanc autem materiam quinto de morbo pertractauimus. Quarto notandum, quòd si competat phlebotomia in istis passionibus corpore multum pleno, fiat primo phlebotomia de basilica oppositi lateris, & postea de mediana eiusdem. Quinto notandum quando hyssopus ponitur in causis calidis, debent poni in parua quantitate, & alia in plus. Et quando ponitur in causis frigidis, ponatur in magna, cum tunc competit ratione primarum qualitatum, & ita de multis aliis possumus intelligere hinc inde. Sexto notandū, quòd tussis sicca habet quinq; causas, vt dictum est. Prima, scilicet mala cōplexio sine materia. Secunda asperitas gutturis & cannæ. Tertia priuatio materiæ sicut in phthisicis & consumptis. Quarta humor grossus, viscosus. Quinta humor subtilis, quem natura non potest apprehendere, & siqua sunt similia. Operandū est igitur diuer

Facultas naturalis.

Animalis.

Phlebotomia.

Hyssopi vsus.

Tussis siccæ causæ.

Cur tussis grauior & magis molesta nocte quàm die.

simodè secundū diuersitatem causarū in tussi sicca. Vltimo notandum, quòd tussis communiter loquendo, maior est in nocte quā de die, quoniā materia euaporat in die, sicut in vigiliis & exercitio. Et in nocte aggregatur sicut in otio & somno, & quia pori clauduntur, & fit decursus ad interiora. Et ideo de nocte tussis grauior, & potissimè post somnū longū, hoc autē intelligimus in dispositis & paratis.

De phthisi. CAP. V.

Causæ phthisis multæ.

PHthisis est vlcus pulmonis cum consumptione totius corporis. Causæ huius passionis, sunt omnia illa quæ vlcerant pulmonē, & ideo materia rheumatica decurrens à capite potest esse vna causa, siue fuerit sanguinea, siue acuta cholerica, corrosiua, siue phlegmatica salsa. Vnde sicut gutta aquæ cauat lapidem, ratione frequentiæ, ita stillicidium rheumatis cū ipsum vlcerat. Secunda causa potest esse apostema oris, cum rumpitur, & vadit ad pectoralia, & non bene mundificatur. Tertia potest esse retentio menstruorum, hæmorrhoidū, & vapor corruptus ascendens ad pulmonē. Quarta causa potest esse, passiones quæ sunt intra clibanum pectoris, cum non bene mundificantur, sicut est pleuresis, peripneumonia, sputum sanguinis, sanies in pectore aggregata, & similia. Quinta causa potest esse nimia caliditas exterior, & frigiditas rumpens venas, casus & percussio, aër ventosus, & longa mora in cauernis minerarum, & iuxta fornaces, vbi funduntur metalla, & operari argento viuo. Et omnia illa quæ stringunt, & lædunt pectus, & pulmonem, sicut aër autumnalis, & similia. Signorum quædā significant præparationem & dispositionem, & quædam significant actum. Illa autē quæ significant dispositionem ad phthisim sunt, sicut habere collum longū, humeros eleuatos, & tibias tortuosas, & aduenit libenter illis qui de facili incurrunt rheuma, & qui habent pectus strictū, qui sunt extenuati corporis, & potissimè cum sunt versus autumnum, & cum sunt mali regiminis, & cum sunt ab ætate xviij. annorum vsq; xxxv. quoniam pueris, & senibus tardè aduenit. Autumnus autem deregit phthisicos, quia & in autumno manifestantur, & etiam in autumno si fiunt, moriuntur. Signa autē manifesta sunt febris hectica lenta, & laborant magis, & aggrauantur post cibum quàm ante. Et cū hoc adest tussis, grauedo pectoris, sputū sanio-

Signa.

Qui phthisi magis obnoxij.

Signa manifesta.

sum,

sum, rubedo maxillarium. Intelligendum circa istam materiam, quòd duplex est phthisis, quædã proprie dicta, & ista est propter vlcus pulmonis. Et quædam largo modo est, vt quando venit propter vlcus tracheæ arteriæ seu canalium pulmonis. Aut quia prouenit propter vlcera, quę prouenĩũt in velaminibus pectoris. Signa autem distinctiua sunt ista. Quando prouenit à canalibus, adest dolor in medio colli, & fœtor oris. Et si fuerit vlcus in substantia partis annulosæ, nõ recipit curationẽ. Et quãdo est vlcus inter duos annulos, potest recipere, & ideo quãdo perforatur gula inter duos annulos, potest curari, sed si rectè in annulo, nõ. Si autem prouenerit in reliquis partibus pectoris prętерquã in pulmone, signũ huius est, quoniã magis laborat vna hora quàm alia. Et secũdũ signũ potest haberi experimẽto, quoniam si filũ intingatur in aqua sanguinis draconis, & circumcingatur pectori, vbi citius deficcabitur, ibi est minera. Et tamen vlcera pectoris possunt recipere curationẽ, & quia venæ strictæ & paruę, & quia sunt partes magis carnosæ. Si autẽ vlcus fuerit in pulmone, tunc signa distinctiua sunt multa. Primum, quoniã multum læduntur à quocunque aere exeedente, siue calido, siue frigido. Secundum signum est, quia tussis est magis violenta. Tertium signum, quia non potest iacere in aliquo laterum. Quartum signũ, dolor spatulæ sinistræ & mamillæ sinistræ, & tunc istud vlcus est per modum abrasionis cutusdam, & illi ita laborantes possunt curari. Sed si fuerit vlcus corrosiuum, profundatum, sanioſum, impossibile est, quòd curetur nisi cura Galeni quam ponit in de interioribus, quoniam multos curauit, quorum nullus euasit. Vlcera igitur sanioſa pulmonis non recipiunt curationem propter multa. Primum, quia vlcus iam est fistulatũ, profundũ. Secũdum est, quia ibi sunt multæ venæ & arteriæ magnæ. Tertia causa, quia pulmo est in continuo motu. Quarta causa est, quoniam vulnus non potest mundificari nisi cũ tussi, & in tussi est motus fortis, validus, & ideo facit ad dilatationẽ vlceris, quare tussis aut sedabitur, aut non. Si sedetur, moritur suffocatus. Si nõ, vulnus dilatabitur & vena rumpitur. Quinta causa potest esse, quia locus vlceris in profũdo est, & virtus medicaminũ non potest attingere, & si attingat, cum modica virtute. Sexta potest esse carentia medicami-

Phthisis dupliciter accipitur.

Signa distinctiua.

Indiciũ ex peritia cõprobatũ in phthisi.

Indicia vlceris in pulmone.

Causa, cur vlcera pulmonũ difficilis sint curationis.

nũ conuenientiũ: quoniã si medicamina sint calida, augmẽtabitur febris, cum semper febris hectica cõcomitetur. Et si sint frigida, nõ poterit virtus penetrare. Et si sint sicca, desiccabitur corpus, & cõsumetur, cũ sint consumpti. Et si sint humida, oppilabunt & putrefacient, & ita medicamina parum iuuant. Septima causa potest esse, si qui vellẽt, quoniã pauci sunt medici qui bene sciãt distinguere, & propter abominationẽ sputi, nolunt oculum applicare, aut quia patientes à principio nolunt se medico ostẽdere, donec ægritudo sit confirmata, pro tanto quia parum molestantur, & alia ferè innumerabilia quę cadunt circa istam materiam. Et intelligendum, q̃ phthifici aliquando expuunt tussiendo partem pulmonis, aliquando partem venarũ, & partem annulorum, aliquando etiã lapides. Phthisis antiquata nõ recipit curationem. Quando sputum phthifici cadit supra carbones, & fœtet, expediti sunt, quoniã nunquã calcabunt terram, hoc supposito, quòd signa dicta præcesserint, quoniam aliquando est propter empyema, & infiniti decipiuntur hoc, nisi quòd odor debet esse grauis, sicut carniũ assatarum, quãdo prouenit ex pulmone. Si autem sanies cadat ad fundum aquæ, phthificus est incurabilis, nisi quòd aliquando miscetur phlegmati viscoso, & tunc supernatat, tunc decipitur medicus nisi separaret cũ ligno. Si autẽ sit in medio, iã paret se ad confirmationẽ. Et dicit Auic. quòd si pustula appareat supra spatulas, moritur infra septẽ dies. Dicit etiam Auic. quòd ipse vidit phthificã, cuius vita prolongata est per 24. annos. Notandum est, quòd phthisis potest lõgo tempore palliari in pueris & senibus pinguibus & carnosis. Signa autẽ quæ significant phthificũ morti approximatũ, sunt casus capillorum, incuruatio vnguiũ, prostratio appetitus, difficultas anhelitus, retẽtio sputi, fluxus ventris, & inflatio tibiarum. Et vtplurimum phthifici expediuntur cum folia cadunt ab arboribus. Cauendum est igitur diligenter in prognosticatione phthificorũ, quia loquendo moriuntur, & moriendo loquũtur. In principio, si sanguis dominatur, aut corpus est plethoricũ, nõ formides facere phlebotomiã: & si materia peccans est in causa, non formides euacuere paulatinè secundum exigentiam humoris peccantis: & si rheuma est in causa, curetur rheuma cum summa diligentia sicut dictum est, quoniam vtplurimum

Prognostica.

Nota.

Historia.

Signa lethalia phthisis.

Cura.

Hæc ægritudo maiori ex parte à catarrho.

venit

venit ex rheumate, & si venerit propter rupturam venæ, curetur sicut dicetur. Et ita breuiter de omnibus aliis causis iuxta suas conuenientias. Intelligendũ igitur, quòd eorum quæ valent in curatione phthisicorum, quædã sunt quæ habent naturã cibi, potus & medicinæ, & quædã etiã quæ habent naturã cibi & medicinæ, quædã quę habent naturam cibi, & quædam tantùm naturã medicinæ, & quędam sunt quæ partim ex his, vel ex omnibus cõponuntur. Ea autem quæ habent rationem cibi, potus & medicinæ, sunt tria, sicut est lac, vinum, & ptisana. Primo igitur agamus de lacte. In phthisi quantũ est de præsenti, sunt tria, vlcus, sanies, & consumptio. Vlcus indiget consolidatiuis, sanies mundificatiuis, consumptio nutrientibus & resumptiuis. Nũc autem Deus gloriosus & sublimis creauit vnã medicinã, vbi sunt ista tria, scilicet lac, & ideo summè cõpetit lac. In lacte enim est natura serosa, propter quã abstergit: & ibi est natura caseata, propter quã cõsolidat: & natura butyrosa, propter quã nutrit & reparat. Lac igitur mulierũ magis competit, deinde asinarum, & caprarum. Et sint animalia nutrita in locis altis siccis, & pascua sint hordeũ, betonica, fœniculũ, petrosa, agrimonia, & similia. Et si sit asina, aduertatur & nõ sit cõstipata, nec nimis laxa, nec nimis in otio, nimio labore, & ita de aliis animalibus. Istã autem materiã tangit Gal. 3. de ingenio, propter phthisicos, & in 7. propter consumptos, & in 10. propter hecticos. Modus autẽ sumendi, sit ab vbere, & si nõ est possibile, habeatur scutella ablu ta cum aqua calida, vacua, stet supra aliam plenã aqua calida, & mulgeatur & exhibeatur statim, quia lac citissimè corrũpitur, & si timeamus corruptionem, bulliat ad ignẽ, adiiciatur ibi modicũ salis & mellis, sorbeatur, aut proiiciantur in lacte lapides fluuiales candentes, aut ferrũ candens, & consideret medicus quòd digeratur in stomacho, ita quòd post sumptionem non sentiet tortiones, nec dolores, eructuationes fumosas, nec acetosas, quoniã sicut cum digeritur, facit magnum iuuamentum, ita cum non digeritur, facit magnum nocumentum. In toto ergo illo tempore, in quo lac est in stomacho, non debet sumi vinum, quoniam vinum facit coagulari lac in stomacho, & cum coagulatum est in stomacho, ita transit in naturam veneni. In nullo igitur casu debet sumi vinum & lac eadẽ mensa.

Lactis natura & vires.

Lactis vsus.

Vini nocumẽtũ, post lactis vsũ.

sa. Cauendum etiam à lacte, cum est febris putrida. Si igitur diligenter considerentur omnia particularia, quæ debent cõsiderari circa administrationem lactis, maxima in-
Gale. 5. Method. uenient iuuamenta, sicut testatur Gal. & ratio & experimentum. Sit igitur mulier iuuenis, bene cõplexionata, & quòd sit de primo puerperio, & ita de aliis animalibus. Et quòd considerentur omnia quæ debent considerari circa bonitatem lactis, quæ nos explicabimus per Dei gratiã cum tractabimus regimen sanitatis. Lac igitur phthisicis est cibus, potus, & medicina. Secundũ autem quod est cibus, potus, & medicina, est vnum, quoniam abstergit, mundificat, nutrit, & velociter cõuertitur in calorem & spiritũ. Sit igitur vinum album, clarum, debile, quodammodo dulce, & si nõ inueniatur, sit citrinum clarum, nõ nouũ, cum multa aqua pluuiali. Sed si esset febris putrida admixta, vitetur quantum erit possibile, secundum conuenientiam particularium & vitetur, cum sumitur lac, sicut dictũ est. Tertium autem
Ptisana. est ptisana hordei: ista enim abstergit, mũdificat, nutrit & infrigidat, sicut declarauimus in opere nostro de regimine acutorum morborum, & sicut dicemus satis breuiter cap. de pleuresi & peripneumonia. Ista ptisana tantæ virtutis est, quòd non timet ventum neque pluuiam, & ideo potest dari in phthisi, siue detur lac, siue vinũ detur, siue non, siue sit febris, siue non, potest dari ante cibum & post, in die & nocte, & in omni hora, saluata quãtitate iuxta conuenientiam particularium. Postquam autem vidimus de his quæ habent virtutem cibi & potus & medicinæ, videamus de his quæ habent virtutem cibi & medicinæ, quæ sunt tria, sicut illa quæ dicta sunt. Primum enim est mel. Secundum sunt cancri fluuiales, tertium ficus siccæ, & multi alij fructus. De melle intelligimus, quòd mel abstergit, mũdificat
Mellis facultas. nutrit & penetrat, & ideo est vehiculum omnium medicinarũ quæ valent ad spiritualia. Quare Hippo. in regimento docet, in pleuresi & peripneumonia hydromel & oxymel. Si autem esset febris putrida, aut calor, posset tem-
Hydromel. perari & dari hydromel aquaticum cum zuccaro multo. Secundum, cãcri fluuiales, de quibus notãdum, quòd iste est
Cancri fluuiales. cibus altissimus & medicina beata, sicut volunt omnes sapientes. Decoquantur igitur in aqua dulci donec possint mundari, & abiectis exterioribus, fortissimè abluãtur cum

lixiuio

lixiuio facto de aqua cinerum vitium,& postea decoquantur ad perfectionem in aqua hordei,& comedatur substãtia,& aqua decoctionis potetur. Tertiũ est zuccarũ rosat. & de isto dicit Auic. quòd funeralia erant parata mulieri phthisicæ,& frater suus curauit eam cum multitudine acceptionis zuccari rosa. sed tanta fuit quãtitas,quòd quasi incredibile esset,& vixit multis annis. Si autem propter rosas accideret aliqua cõstrictio, vtatur syrupo facto de hyssopo. Et si propter hyssopum accideret calefactio, vtatur trochiscis de cãphora,vel vtatur dragaganto frigido. Tertium autẽ,sunt ficus siccæ,& fructus consimiles,sicut sunt fistici,pineæ,vuæ passæ mundæ,amygdala munda,iuiubæ, sebesten,& similia. Postquã igitur vidimus de his quæ habent virtutem cibi,potus & medicinæ,& virtutem cibi,& medicinę,videamus de his quę habent virtutẽ medicinæ. Ista autẽ sũt,radix ireos, aristo. hyssopus,capillus ven. rec. orobus,semen bombacis,se. papaueris,fœnigræci, & similia: & quædã sunt cõposita,sicut theriaca,rubea trochiscata,& similia. Postquã vidimus de tribus,videamus de quarto,scilicet de cibis, & gratia huius videamus de quibusdã rebus non naturalibus,& primo de aëre. Aer igitur sit clarus,mundus,sine ventis,sed sit multum siccus, & si non potest haberi per naturam,acquiratur per artificium. Et ideo Gal. ducebat phthisicos suos ad quẽdam montem versus Siciliã, vbi est continuus ignis in cacumine montis,propter siccitatem aeris existentẽ versus mediũ montis, & ratione patientis,& lactis propter pascua. Et quia talem mõtem habere non possumus vbiq;, saltem acquiramus sicut possumus. Eligamus igitur montem altissimũ, & ibi inhabitet,& ordinentur pascua, & animalia iuxta possibilitatẽ particularium. Secundo considerabimus aquam, aqua enim sit pluuialis,vinum autem sit sicut superius dictum est. Panis sit, quicquid cãtetur,bene coctus,fermentatus, &cum temperata quantitate salis. Carnes sint vtplurimum auium volatilium vsualium, præterquam de illis quæ degunt in aquis. Potest nihilominus vti carnibus hœdinis, mutoninis, vituli lactentis, cuniculi iuuenis, capreoli iuuenis, & extremitatibus animalium. Et de istis omnibus parum,& rarò præterquam de volatilibus tam domesticis quàm campestribus, de quibus potest vti vtplurimum &

Experimẽtum.

Res non naturales.

Aer.

Galen. 5. Methodi.

Cibus & potus.

ad

ad sufficientiam, nisi quòd in omni cibo & potu debet esse modus, quòd accipiat in tam parua quantitate, quòd possit digeri, & vtatur testiculis vulpis & pulmone eiusdē, quia mirabiliter competunt. Farinacea sint ista, cibus de farina cocta, & cibus de colatura furfuris, similia, farina milij, fabarum, lentium, rizi, hordei, speltæ, & cicerum. Et vtatur hordeato, auenato, amydo, & confectione quæ dicitur tri. sed idiomate prouincialium menudeli. Et vtatur lacte amygdal. & possunt ista omnia confici aut cum lacte amygd. aut cum lacte caprarum, aut cum brodio pullæ. Accipiantur igitur ista & conficiantur secundū diuersitatem particularium, secundum quòd nos volumus conglutinare, aut nutrire aut abstergere, & ita de aliis. Interdū etiam potest vti spinachiis, lactu. petros. melo. cucurbitis, & hoc secundū quòd est febris putrida aut nō, & secundum quòd volumus abstergere, aut mundificare, quia secundum Gal. omnia certis literis denotari non possunt. De piscibus, potest vti piscibus squamosis de aquis mundis currentibus, aut impetuosis, longè à lacubus & magnis villis. Vtatur ouis sorbilibus, vtatur fructibus dictis superius. Et somnus licet debeat esse tēperatus, tamen magis vergat ad superfluum quàm ad diminutum, nisi esset rheuma aut principium febris putridę interpolatę. Motus magis vergat ad otium quàm ad exercitium, nisi aliquod particulare contradiceret. Coitus sit nullus. Balnea possunt competere in declinatione. De balneis tamen fuimus complerè locuti cap. de hectica, lib. j. & ideo curramus ad id. De inanitione & repletione, debemus intelligere, quòd magis debemus intendere ad repletionem, id est ab bonam & laudabilem nutritionem. De accidentibus animæ, competit gaudium, lætitia & nihil aliud. Vitet acetosa, salsa & acuta, nisi per hoc intendamus curam. Visis igitur breuiter & subtiliter de sex rebus non naturalibus, veniamus ad composita. Visum est igitur de his quæ habent virtutem cibi, potus & medicinæ, & visum est de his quæ habent virtutem cibi & medicinæ, & de his quæ habent virtutem medicinæ, & quæ habent virtutem cibi, & gratia huius de ordine sex rerum non naturalium. Et licet ista sufficerent quo ad prouectos, propter tamen iuuenes magis particulariter procedamus. R. rad. ireos, hyssopi ana ʒ. j. capill.

Pisces quales eligendi.
Ouа.
Somnus qualis.
Motus.
Coitus.
Inanitio & repletio.
Accidentia animæ.

ve. re.

ve.re.M.ʒ.quatuor ſe.frigidorum mund.ſe.endiuiæ,ſe.ſcar. ſe.lactu.ſe.portul.ſe coriádri,ſe.maluæ,ſe.papaueris al.ſe. bombacis,fœnigræci,orobi,liquirit.mundæ, vuarum paſſ. mund.ab arillis,caricarum,iuiubæ,ſebeſten,fiſticorum,piſtacearum, pinearum mund. amygdalarum excor.hordei mundi.ana ʒ.ij. decoquantur lento igni ex ficcis liguis, & iunipero cum aqua dulci fontana ſine fumo, addatur mell. roſ.lib ß.panis zucc.lib.ij.fiat ſyrupus,& clarificetur.Iſte ſyrupus valet in hecticis conſumptis, phthiſicis, & valet in tuſsi & aſthmate,quoniam abſtergit,mundificat, lenit, nutrit,& valet ad cõſolidãdum. Sapiẽs igitur medicus poteſt accipere vnum vel plura ex iſtis,& poteſt facere inde ſyrupum,aut electuariũ,pilulas, trochiſcos, vnguentũ aut emplaſtrum,& omnia conſimilia iuxta conuenientiã particularium. Intelligendum eſt circa iſtam materiam,quòd iſta ægritudo nõ eſt ſimplex,ſed compoſita, & ideo compoſito indiget medicamine: non continuetur igitur vnus modus medicandi, ſed modo debemus inſiſtere cum mundificatiuis,modo cũ deſiccatiuis,modo cum lenitiuis, modo cum nutritiuis,modo partim ex hoc,& partim ex illo, aliquãdo plus,aliquãdo minus,quod tuæ induſtrię relinquatur. Electuaria calida,quę abſtergunt & mundificant ſunt iſta,diacyminum,diairis,diahyſſopus,diacalamentum, diapraſſiũ, diaſquilla. Electuaria autẽ frigida ſunt iſta:zuc.roſa. zucc. viol.diadragantum frigidum, electuarium reſumptiuum, diapenidion ſine ſpeciebus calidis, temperatum autem vel quaſi eſt diarrhodon abbatis. Componat igitur, & permiſceat cui datum eſt caput. Emplaſtrum quod valet phthiſicis, Recipe ſummitatum fœniculi, ſummitatum anethi, ſummitatum chamomillæ, fœnigræci, orobi, ſeminis lini,hordei,dactylorum pinguium, caricarum, ariſtolochiæ rot.ana ʒ.ij.conquaſſentur & bulliant in aqua,& ſi calor eſt fortis,miſceatur cum aqua oleum viol.& fiat emplaſtrũ, & extendatur ſupra pectus. Et ſi calor eſt debilis, miſceantur cum anethino. Gargariſma ad mundificandũ pectus.R.radicis ireos,fœniculi,hyſſopi,ariſt.maluæ,biſmaluæ.ana ʒ.j. capil.ve.rec.lib.ß.hordei,fœnigręci,anethi,liquirit.mũdę, caricarum,iuiubarum,quatuor ſe.frigidorũ,ſe.bruſci,aſparagi,& ſe.violarũ.ana ʒ.j.cõquaſſentur & bulliãt in iiij.lib. aquæ,addatur mel.li.j.& gargarizetur iſta aqua frequẽter,

Syrupus.

Electuaria abſtergẽtia ad caliditatem vergentia.

Frigida electuaria.

Emplaſtra ad phthiſim.

Gargariſma abſtergens.

Symptomata phthisis.

in ore teneatur. Postquam visum est de curatione phthisis vniuersaliter,& particulariter,modo de accidentibus videamus. Accidentia autem quæ consueuerunt venire sunt multa,sicut est febris putrida,rheuma,insomnietates,difficultas anhelitus,& difficilis exitus sputi,cõstipatio vẽtris: oportet igitur istis accidẽtibus remedia adhibere. Si fuerit febris putrida,auferatur omnino lac,mel,vinum,& reliqua calida,quæ ponũtur in medicaminibus. Et addatur syrupo prædicto endi.scar.lactu.cichorea,& vtatur zuc.penidiis, & candi. Si autẽ superueniat rheuma,teneat in ore istas pilulas R.theriacæ,rubeæ trochiscatæ,ana ʒ.j opij,croci.ana ϑ j.fiant pilulæ,& fiãt reliqua quę dicta sunt superius. Si autem superuenerit sputũ sanguinis propter nimiũ conatũ in tussiendo,vtatur istis pilulis.R.boli armenici,terræ sigillatæ,san.dra.se.coriandri pręparati.ana ʒ.j.liquir.mund.vuarum passarũ mund.ab arill.iuiubarũ.ana ʒ.ß.informẽtur pilulæ vel trochisci cum hydromelle,& teneat in ore diu.vel possunt distẽperari cum lacte cocto,& vtatur eis sorbẽdo, diu in ore tenendo. Si autẽ superuenerit asthma & difficultas anhelitus & retẽtio sputi,hoc enim est valde pessimum: suffumigetur igitur cum his.R.myrrhę,styracis liquidę,galbani.ana ʒ.j.arsenici ʒ.ij. conficiantur cũ butyro,fiant trochisci,& cum vti volueris,ponatur vnus supra carbones, & recipiatur fumus per embotũ. Si autem superuenerit insomnietas,vtatur syrupo de papauere.Et si fuerit constipatus,vtatur syrupo viol.cũ aqua hordei,vel cassiæfist.in principio mẽsis. Si autẽ patiatur fluxum ventris restringatur, quia citissimè duceret eum ad mortẽ.R.hypocistidos, acaciæ,sand.ru.spodij,charabæ,dragaganti assi.gummi arabici assi,myrtillorum,sumach. ana ʒ.ij.liquir.mund.caricarũ, vuarum passarum,pinearum,fisticorũ.ana ʒ.ß.conficiantur cum syr.myrtino,& fiant trochisci,& cũ vti volueris,distẽperentur cum lacte vbi fuerit ferrum ignitum extinctum, & restringetur. Intelligendum, quòd pulmo non sentit in natura sua, nec de se, sed sentit gratia quarundam suarum partiũ,scilicet ratione panniculi ipsum velantis, & ratione suarum cannarũ, quoniam aliter cũ tussi non expelleretur nociuum. Canales autem sentiunt, cum sint cartilaginosi. Secũdo notandum, quoniam licet vlcera quorundã membrorum nobilium sint curabilia, tamen vlcera pulmonis

Pilulæ.

Pilulæ ad sanguinis sputum.

Suffumigium.

Syrupus de papauere.

Clarificatio.

Vlcera pulmonũ quando incurabilia.

non,

non, postquam facta sunt sanioſa, quoniam alia mẽbra habent meatus, & foramina per quæ expellũt suas superfluitates, à pulmone autẽ nihil potest expelli, nisi cum tussi, & in tussi est motus vehemẽs & fortis, & ita dilatatur vulnus, & ideo nõ potest cõsolidari, quare, &c. Tertio notandum, ꝙ bolus armenicus potest cõperere in vulneribus, & quia impeditur fluxus & rheuma, & cõsolidat, incarnat, desiccat, & ita cõsumit humiditates pulmonis superfluas. Et competit etiã ratione siccitatis, & quia impedit aduentũ superfluitatis. Quarto considerandũ est, quòd in phthisi potest esse triplex morbus, consimilis, officialis, & cõmunis. Officialis in corruptione figuræ, & macie: Cõsimilis discernitur in mala complexione: cõmunis in solutione cõtinuitatis. Solutio cõtinuitatis est morbus per se, quia sine vlcere nõ est phthisis, & quia primo lædit, ideo est morbus per se. Alia autẽ lęduntur per accidẽs, quia sequuntur vlcus pulmonis. Quinto intelligendum, ꝙ pulmo est proprium subiectum huius passionis, non cor nec hepar, quia vlcus & sanies est tota causa principalis, & per se tantæ consumptionis, non defectus digestionis, nec malitia cordis per se & primo, sed cõsumitur corpus per hecticam, quæ sequitur vlcus. Sexto notandũ, quòd modus veniendi in hecticã est iste, cum pulmo non possit euentare cor, remanent vapores qui calefaciũt cor, deinde totum corpus, & ita generatur hectica, & inde consumptio, quia vbi phthisis, ibi hectica, & non ecõuerso. Septimo aduertendum, quoniam licet in peripneumonia rumpatur apostema, & fuerit ibi sanies & vlcus, non tamen propter hoc necessario phthisis, pro tãto quia apostema est magis in velamine pulmonis, quàm in substãtia sui, & cum hoc vlcus non est magnum, & cum hoc illa sanies non est propter putrefactionem substantiæ pulmonis, sed materiæ apostematis. In phthisi autem putrefit pars substantię pulmonis in vlcere suo, & non habet exitum nisi cum tussi, tũc manifestatur vulnus, & ita est motus circularis, nec pulmo sentit quicquam quantum est de natura sua, sed sentit ratione panniculi & suorũ canaliũ, & ita sensus est debilis.

Boli armenici effectus.

Morbus triplex in phthisi.

Pulmones phthisi obnoxij.

Causa hecticæ febris.

Quæstio.

Pulmonum sensus.

De sputo sanguinis. CAP. VI.

HIc agitur de sputo sanguinis. Cuius causæ quędã sunt exteriores, & quædam interiores. Exteriores sunt, sicut cum aliquis insciẽter potauit aquam, vbi erat sangui-

ſuga, & ſanguiſuga adhæret palato vel gutturi, & ita exit ſanguis: exit etiam ſanguis cum ſanie vel ſputo, cum aliquis dormiuit ſupra terram, & ſub radiis lunę, & potiſſimè cum radij lunæ intrant per feneſtram anguſtam, & cadunt ſupra caput. Accidit etiam ſcreatus ſanguinis ex nimia comeſtione ciborum acutorum, ſicut ſunt allia, cæpæ, mentaſtrũ, aut ſalſorũ, & acetoſorum. Vel accidit ex caſu, percuſſione, ſaltu, clamore, rixa, ira, & odio, vel ex vomitu, & tuſſi forti. Et res coadiuuãtes poſſunt eſſe caliditas nimia, frigus nimiũ, curſus, labor, coitus, clamor, & ſimilia multa.

Si autẽ ab intus, hoc eſt propter caput, quia à naribus venit ad palatũ & pectus, & venit propter gingiuas, palatũ & reliquas partes. Et aliquãdo à ſtomacho, hepate, & ſplene, & propter retentionem menſtruorũ, & hæmorrhoi. accidit in mutilatis, cum replẽt ſe. Et nonnunquã propter pectus, & apoſtemata, cum reſudat materia apoſtematis vltra panniculos. Et accidit propter vlcera pectoris & pulmonis: aliquando propter apertionem, fiſſurã, inciſionem, & corroſionem, propter acumen, & apertio propter diſtentionem quæ fit propter ventoſitatem, aut multitudinem fiſſuræ, & propter inciſionem vndecunque veniat, & de hoc ſtant verſus,

Tres ſunt ſpecies reiectionis ſanguinis, diabroſis, id eſt eroſio: rixis, id eſt, ruptio: & anaſtomoſis, id eſt, apertio venarum. Signa.

Diabroſis venas corrodit, rixis eaſdem
Scindit, anaſtomoſis has aperire facit.

Si venerit ex cauſis primitiuis, poteſt ſciri ex indicio patiẽtis, ſi medicus fuerit diligẽs in inueſtigando, iuxta illud Damaſceni, & ſuper omnia non pudeat te interrogare patientẽ. verbi gratia, tu potes interrogare, ſi patiens conſueuerit potare niſi aquã, & ſi eſt homo ſitibũdus, ſi itinerauerit de nocte, ſi potauit in fontibus aut riuis, & ſic ſatis eſt bona cõiectura, quia potauit ſanguiſugã, tunc inſpiciatur os eius in Sole, & diligenter inſpiciatur, ſi aliquid adhæret palato ſeu gutturi: ſi ſic, tunc certus eſt: tamen eſt poſſibile quòd tranſglutiuerit, & tunc eſt valde incertũ, niſi per priuationem omniũ aliarum cauſarum. Conſiderentur igitur per hunc modũ omnes cauſæ primitiuæ. Si autem fuerit à capite, diſcernitur ex dolore, & quia conſueuit exire per nares, & modo vadit ad palatum, & ſimilibus. Et ſi eſt ex palato & gingiua, eſt cum modica raſcatione. Sed ſi cum ſortiore, eſt à gutture: & ſi cũ fortiſſima, eſt ex canna gutturis. Et ſi cum vomitu, venit à ſtomacho vel ab aliis partibus mẽbrorum

brorū inferiorū,& discernitur ex dolore loci.Et si à pectore & pulmone,semper est cū tussi,& si tussis est modica, est à partibus proximis,si est magna,est à partibus remotis.Et si sanguis est clarus,multū spumosus,& cū modico dolore, tūc est à pulmone:si est niger,grossus,tūc est à pectore,si virulentus,sanios us,tūc ex corrosione, & quia catarrhus acutus præcessit,si est ex apertione,à principio est paruus,postea multus,& mutatur color secundū multitudinē & diuersitatē sui exitus.Et si ex apostematibus,tūc significatur per apostema & signa quæ dicētur. In pleuresi & peripneumonia si sputū appareat subrubeū, bonū. Omne sputū sanguinis ex corrosione vix aut nunquā curatur.Omne sputū cum tussi quod diu durat,ducit ad phthisim. Sputū ex partibus fistularis proueniēs frequenter reuertitur. Sputum quod subito & repentè aduenit,si vadit ad cor, subito interficit, si restringatur,subito suffocat, & si nō restringatur, interficit propter nimiam euacuationē. Sanguis enim qui venit cum vomitu, si cum febre fuerit, mortale est, nec ego vidi vnquam aliquem euadere, quòd quantitas esset notabilis. *Prognostic.*

Gal.docuit curare hunc fluxū & potissimè si venerit à pectore,quinto de ingenio:quia iste est multum periculosus, & potissimè si veniat à pulmone.Particularibus igitur cōuenientibus,fiat phlebotomia de saphena,deinde de cephalica,postea fiat fricatio extremitatum & ligatio dolorosa, & potet acetū cū aqua frigida,dum tamē tussis non sit magna,vt mundificetur pectus & sanguis non coaguletur, his peractis cōsolidetur vena cum stypticis, & ideo fiat emplastrū de piris & coctanis supra pectus,detur theriaca à duobus mensibus vsque ad quatuor suæ confectionis. Cibus igitur omnium istorum,sit lac coctū,aut lac vaccinum,vnde butyrum fuerit abstractū,farina tritici,amydi, faba fracta,rizi,panis azimus,vinum grossum cū aqua pluuiali vbi ferrum ignitum fuerit extinctum,perdices,turtures,& columbi qui inueniuntur in foraminibus parietis. Competit etiam somnus,quies,ociū,& modica locutio, vitet coitum,balneum,laborem,exercitium,salsa,acuta,acetosa, & rheumatica. Super omnia vtatur fructibus stypticis, sicut sunt sorbę,corna,mespila,cytonia,pira,prunella,& similia. Et vtatur pane infuso in aqua pluuiali frigida cum aceto, & competunt lentes & costus coctus. Si autem iste fluxus *Historia. Curatio.* *Cibus.* *Quæ vitanda.*

fuerit ex rheumate, curetur rheuma sicut superius dictum est,& vtatur theriaca cum opio, quia in terra non inuenitur ista recens,& vtatur emplastro supra caput de stercore columbino, & gummi rutæ agrestis, aliquando teneat, & aliquando non, & clysterizetur clysteri acuto, si rheuma fuerit forte. Et si fuerit ex retentione menstruorum, aperiantur,& ita de hæmorroidibus,& ita de aliis vbi est plenitudo,& dentur ea quæ generant parum sanguinis. Vniuersalibus igitur visis, corpore mundificato, & sanguine distracto, materialia cum quibus potest fieri consolidatio sunt ista,Portulacæ, folium, succus & semen eius mirificè valent,& cum hoc spodium,charabæ,rosæ, corall.vtriusq; sandal.sanguis draco.opium,crocus,bolus armenicus,terra sigillata,hæmathites,myrrha,thus,mastix,styrax calamita,coriandrum assum & in aceto infusum,acacia,sumach, psidia,balaustia,cupulæ glandium,coagulum leporis, centaurea maior, camphora, semen papaueris alb. hypocistidos,mirtyll.berberis,mucilago psyllij,citoniorum,dragaganti,& gummi arabi. Valet etiam succus plantaginis,virgæ pastoris,bursæ pastoris,& multa alia consimilia,ex quibus diligens medicus potest facere syrupum,electuarium, pilulas,trochiscos,emplastrum,oleum,aut vnguentum.Et si faciamus contra vitium spiritualium, addamus liquir.& succum eius,vuas passas,iuiubas,cãdi, penidia, hydromel aquaticum,& similia lenitiua,quæ portent virtutem medicaminis ad profundum pectoris. Et si detur contra vicia nutritiuorum, addantur spicæ nardi, spica celtica, semen endiuiæ,se.scariolæ,semina violarum,& similia quæ faciũt penetrare virtutem stypticorum ad profundum. Si autem fuerit ex sanguisugis,extrahatur sanguisuga per hunc modum,cum potest videri,accipe tenaculas, cum quibus extrahuntur dentes,illiniantur aloë & applicẽtur capiti quãtum erit possibile,& trahantur ad exteriora,quoniã quando sentiunt amara,statim aperiunt os & cadunt, quoniam amara interficiunt omnia reptilia, sicut aloë, & absinthiũ. Suffumigetur igitur cum sulphure, & gargarizet aquam cum sale: vtatur cępis,alliis & porris cum aceto,vitet aquã dulcem,potet vinum myrrhatum,agitetur aqua munda in pelui,coram patiente,ore aperto & capite inclinato. Et si fluxus sanguinis fuerit propter hoc,quod resudat ex apo-

Modus extrahẽdi sanguisugas.

stema

ſtematibus pectoris, ſicut eſt pleureſis & peripneumonia, tunc nullo modo, nulla via, apponantur ſtyptica, ſed fiat ſicut dicetur inferius. Et ſi ſputum fuerit ex corroſione vel ex diſpoſitione fiſtuloſa, dico q̄ talis curatio quaſi deſperata eſt. In primis igitur euacuetur humor inducens corroſionem cum agarico, & fiat phlebotomia. Et ſi particularia conueniant, vtatur pineis, & iuiubis, & teneat iſtas pilulas in ore. R. myrrhæ, thuris, ſe. portu. ſangui. drac. ſe. maluæ, ana ʒ. j. opij, croci ana ℈ j. conficiantur cum muccillagine dragaganti, & fiant pilulæ. Si fuerit ex nimia humiditate mollificāte, curetur cū cymino aſſo, aniſo aſſo, maſtiche, & ſquinanto. Intelligendū, q̄ corroſio poteſt accidere propter acumen ſanguinis cum aduritur: acuitur autē ſi cholera miſceatur aut phlegma ſalſum: poteſt igitur mundificari ſanguis cum caſſia ſi. & ſimilibus, vt impediatur corroſio pectoris & pulmonis, & hoc nō eſt ſanguinē euacuare, ſed quod eſt cum ſanguine mixtū, & ita ſanguis mundificatur. Secundo notandum, quòd ſanguiſuga nō debet incidi cum forpicibus niſi valde iuxta caput, quoniā aliter capite remanente continuè attraheret, & cōtinuè euacuaret, ideo in exterioribus, quando volumus multū de ſanguine euacuare, abſcindamus caudā, ita continuè fluit, & quando volumus remouere, vna gutta aceti ponatur ſupra caput, aut quòd capillus ponatur inter ſuos dentes & carnē, & ita remouent pueri. Tertio notandum, q̄ ſanguis qualitercunq; exeat per ſuperiora, malum ſecundū Hippoc. quia naturale non eſt, nec quo ad rem nec quo ad modū, in ſe non eſt naturale, quia locus eius ſunt venæ & arteriæ: nec in modo, quia emunctoria non ſunt ordinata à natura quòd ſanguis purgetur per ſuperiora. Et ſi contingat quòd aliquādo ſit ad bonū, hoc non eſt de ſe, ſed per accidens, quia natura fortiter ſtimulata hoc facit, nihilominus quia fortis motus eſt, poteſt fieri ad bonum, poſtquā nociuum euacuatur, licet euacuetur per inconuenientem regionē. Quarto intelligendum, quòd in viris non fuit aliquod emunctoriū ordinatum à natura per quod purgaretur ſanguis, niſi forte hæmorrhoidarum, pro tanto quia viri ſunt calidiores, fortiores & maioris exercitij. In mulieribus autem nō eſt tantus calor, & ſunt in maiori ocio, quoniā mulier eſt cuſtoditiua domus ſecundū Gal. 1. de cōplexionibus, & quia

Clarificatio.

Cauſa corroſionis.

habet emunctoria patientia, & etiã propter finem vt ratione fœtus. Et ideo natura sagax, cuius sagacitati non est finis, ordinauit cauernã per quam sanguis vniuersaliter purgaretur, & fuit priuilegiũ singulare. Quinto notandũ, quoniam licet phlebotomia reddat sanguinẽ fluxibilẽ, tamen trahit ad oppositum, & facit fluxibilem ad diuersum, & ita potest cõpetere, vnde non fluit ad locum, sed ad oppositũ. Sexto notandum, quòd si corpus est plenũ, & rheuma frigidum, confortari debet caput cum calidis stypticis, & postea fit phlebotomia vt cesset fluxus, & trahatur ad oppositum. Et postquã vena est aperta, oportet quòd distrahatur quæcunq; fuerit causa, licet Gerardus & quidã alij videantur dicere oppositum. Vltimo notandum hic, quòd in fluxu sanguinis per superiora virtute forti & corpore pleno, primo debet fieri phlebotomia de cephalica oppositi lateris si secundo indiget, fiet phleboromia de basilica eiusdem lateris, & si adhuc plus indiget, fiet de cephalica eiusdẽ lateris, quia primo debet trahi ad partem remotiorem quantũ est possibile, & pòst per ordinem debemus venire ad magis coniunctum semper distrahendo. Cephalica autem eiusdem lateris distrahit postquã alia præcesserunt.

Gerardus de solo.

De empyemate. CAP. VII.

Empyema. Græcè, suppuratio Latinè.

EMpyema interpretatur sputum sanioſum existens in concauitate pectoris aut pulmonis, & ideo postquam dictum est de hemoproica passione, dicendum est de empyemate. Causæ empyematis, sunt catarrhus descendens à capite ad concauitatem pectoris, vbi cum non expellitur nec per tussim mundificatur, quodammodo ibidem digeritur & in saniem transmutatur, ideo talis collectio saniei appellatur empyema. Fit etiam alio modo, quoniã apostemata rumpuntur aliquando ante perfectam generationem saniei, aliquando post, & currunt ad concauitatẽ pectoris, sicut est squinantia & peripneumonia: aliquando ideo vadit ibi multũ sanguinis cum sanie & virulentia, aliquando aliter: & aliquando etiã venit propter humores & vapores venientes à toto corpore, qui quidem aggregãtur in concauitate pectoris & pulmonis conuertuntur in saniẽ: aliquando etiam propter vlcera pectoris, pulmonis & causis consimilibus. Largo ergo modo loquendo, omnis sanies aggregata in concauitate pectoris, empyema vocatur & appel

Causæ.

appellatur, propriè tamen si procederet à pulmone. In isto casu suæ causæ sint sua signa, signa tamen aliqua possumus apponere: quando enim sanies est in concauitate pectoris aut raritatibus pulmonis, conuertit se ad corrodendum & vlcerandum substantiã pulmonis. Signa huius sunt febris lenta, sed magis de nocte quàm de die, rubedo maxillarũ, calefactio pedum & manuum, generatio ampullarũ in pedibus, tussis cum falsa quiete, aggrauatio post cibum, & reliqua. Signa autem in qua parte sit sanies, sunt duo. Primũ est, ponamus quòd sanies est aggregata in parte dextra, & quòd iaceat in parte sinistra, tunc maior dolor & maius pondus sentitur, quàm si iaceret in parte dextra. Cuius ratio est, quoniã in parte media pectoris, est quidam panniculus diuidens pectus in duas partes secundũ longitudinem, & ideo sanies quæ est in parte dextra, non potest ire ad partem sinistrã, sed stat supra panniculũ ad modum sarcinæ: scilicet cum aliquis iacet in parte sinistra, sanies est in dextra & econuerso, & ideo cũ aliquis iaceat supra partem vbi est sanies, tunc sanies accumbit supra costas, ideo firmiter appodiatur, & pro tanto non est tantus dolor, & si aliquis iaceat supra eandẽ partem, melius dormit, melius digeritur materia, & facilius expuitur. Secundo modo potest discerni per hunc modum, intingatur filum in bolo & circumcingatur pectori, vbi citius desiccabitur, ibi est minera, & si in vtroq; latere fuerit, vtrobiq; verificabuntur ea quæ dicta sunt. Sanies post sanguinis sputum, malum. Sanies pectoris aut est multa, aut pauca. Si multa, aut virtus est fortis aut debilis. Et si fortis, tũc potest expelli pars per tussim cum screatu seu sputo, & alia pars per occultos meatus transit ad stomachũ, & expellitur cum vomitu, & alia transit ad hepar, quarum vna pars expellitur per vias vrinales, alia pars per secessum, secundum quòd vadit ad gibbum vel ad concauum. Si autem virtus fuerit debilis, & materia multa, tunc suffocat duobus modis, aut quia materia vadit ad cor, aut ad vias anhelitus. Si materia fuerit pauca & virtus fortis, cito expellitur cum tussi. Si autẽ fuerit debilis, mundificari potest in xl. diebus, & si vltrà transeat, transit in phthisim. Vlterius intelligendum, quòd si materia saniosa sit liuens aut viridis aut nigra, malũ est, & si accidat syncopis, pessimum est: & si expellatur cum la-

Signa.

Prognostica.

Vie, per quas sanio sa materia transmittitur.

borioſa tuſſi, & febris maneat, & non ceſſet, moleſtum eſt. Si autem ſputum fuerit leue, album, & cum modica tuſſi, & ſine moleſtia, cum alleuiatione ſe. bonitate appetitus & fortificatione virtutis, bonum eſt, & ſignum ſalutis. Et ſi contrarium aduenerit, malum & ſignum mortis. Intelligendum etiam iuxta hoc quòd aliquando aggregatur phlegmatica materia in pectore groſſa, & videtur medico quòd ſit ſanies, & frequenter fallitur. Et ideo oportet habere ſigna diſtinctiua. Primum eſt, quoniã ſanies fœtet: & ſecundum, quoniam ſanies cadit ad fundum aquæ: tertium, quoniam ſanies ſemper inducit maciem, ſed phlegma nihil horum facit. Intelligendum etiam quòd ſanies in cõcauitate pectoris exiſtens, frequenter deludit medicum, quoniam vt plurimum iudicantur phthiſici & incurabiles, & inde ſanie mundificata euadunt, quod eſt medico ignominioſum. Conſiderentur igitur ſigna ſuperius poſita capitulo de phthiſi: bonum eſt igitur aduertere ad pulſum, & ſi non ſignificet feb. non videntur ex vlcere pulmonis. Si igitur eſt ordinatus & tardus, non eſt ibi nec phthiſis nec hectica, ſicut puto. Intelligendum quòd tres ſunt ægritudines pectoris, quæ maximam habent conuenientiam quo ad materialia curationis, ſcilicet raucedo, tuſſis de cauſa humida, & empyema, quare quærenda ſunt medicamina de vno in aliud. Si autem empyema fuerit propter ruptu-ram apoſtematum nondum digeſtorum completè, cuius ſignum, quia altera pars ſanioſa eſt, & altera ſanguinolenta, tunc competit phlebotomia, & breuiter in omni repletione. Et deinde mundificetur humor peccans, & fiant fricationes, clyſteria & alia ſicut decet.

Signa diſtinctiua.

Nota.

Curatio.

Suo modo loquendo intelligit qđ altera pars eſt purulenta, & altera ſanioſa.

Vniuerſalibus præmiſſis, digeratur materia quæ eſt in pectore, & diuidatur: ſubtilietur, & adiuuetur natura ad expellendũ & mundificandũ cum rebus quæ habent aſpectum ad materiam groſſam in pectore exiſtentem, modo ponendo emplaſtra ſuper pectus, modo pilulas, modo trochiſcos, modo gargariſmata. Quorum materialia ſunt hęc, radix maluæ, biſmaluæ, rad. lilij. radix ireos, ſquil. ariſt. raphani, & fœniculi, petro. bruſci, aſparagus, gramen, hyſſopus, origanũ, calamentum, capil. ve. re. orobus, fœnigræ. ſe. lini aſſi. ſe. bõbacis, dactyli pingues, ficus ſiccæ, vuæ paſſæ, liqui. mundæ, & ſuccus eius, iuiubæ, aniſum, marathrum,

Simplicia pectoralia.

pix naualis,resina, terebinthina, stercus columbinum, nitrum,cassial.tria genera piperum,mel,oleum lauri, butyrum,axungia gallinacea re.& similia. Composita sunt ista, mithridatū, theriaca,diairis,diahyssopus, diacalamētum, diaprasium, dianisum, diacyminum. Intelligendum tamen quòd semper à leuioribus est inchoandum, nisi esset timendum de syncopi aut repentina suffocatione. Attamē quia socij iuuenes volūt quòd fiat distinctio inter ista,ideo volo magis particulariter ordinare, licet prouecti non indigeant. Emplastrum ad maturandum & mollificandum & præparandum materiam sanioſam in pectore vt de facili expellatur.R.dactylos pingues,ficus siccas,radicem maluæ,bismaluæ,conquassentur & bulliant in aqua,tūc R.stercus columbinum,terebinthinam,resinam,misceantur omnia fortiter cum muccillagine fœnigræci,& se.lini,fiat emplastrum & extendatur supra pectus. Deinde fiat talis syrupus si calor est magnus.R.radicem maluæ,bismaluæ, radicem ireos,lilij, hyssopi, ana ʒ.ß.capill.vene.recen. lib.ß. quatuor se.frigi.mund.se. brusci,semi. asparagi, se. endi.se. scari.semi.lactu.ana ʒ.2.vuarum passiliqui.mund.sem.bombacis,dragaganti.candi.penidij.ana ʒ.1.hordei lib.j.mellis ʒ.4.panis zuccari lib.j. fiant syrupi lib.2. Si autem fuerit sine febre,& materia fuerit frigida,grossa,compacta,Recipe radicis aristolochiæ,lilij,ireos,hyssopi,raphani, squilli, fœniculi,petrosil.apij,origani,calamenti,prasij, ana ʒ.ij. orobi,seminis bombacis,fœnigræci,seminis liniasi,anisi, spicæ nardi,liquir.mund.cubebarum, caricarum, vuarum passarum mund.ab aril.se. maluæ, ana ʒ.j.mell.lib.1. panis zucca.lib.ß.fiant syrup.lib.2. purgetur cum pilulis cocciis acuatis cum agarico.

Composita.

Syrupus pectoralis in materia calida.

Syrup. in lenta, & viscosa materia.

Intelligendum quoniam quando volumus materiam maturare in pectore existentem, tunc competit dormire supra partem infirmam : & quando volumus expellere, tunc competit dormire supra partem sanam, & quòd pectus aliquo modo agitetur. Aqua hordei competit eis, & hydromel aquaticum, & panis infusus in hydromelle, & farina cocta, farina cicerum, oua sorbilia, pulli, perdices, auiculæ paruæ, & collumbi, vinum clarum subtile, & si lympharetur cum hydromelle aquatico, tanto melius, valent & pisces salsi,auenatum,hordeum,farina hordei, & fœnigræci.

Aqua hordei.

Hydromel.

Balneum. fœnigræci. Inungatur pectus cum butyro bullito in oleo laurino, suffumigetur cum terebinthina. Balneū nullo modo competit, & si cōpeteret, hoc esset in fine, negocio completo, vtatur mithridato, theriaca, & cum incipit venire ad

Cauterij vsus quando. asthma & difficilem exitum, vtatur assa fœtida cum lacte. Vltimo autem cum omnia deficiūt, cauterizetur locus vbi est minera, aut incidatur & ponatur tenta cum oleo ro.ne claudatur, proiiciatur mel, & fugatur sanies cum cannula, & non permittatur egredi nisi paulatinè. Et cōfortetur cor cum diacamerō, diambra, brodio gallinæ, & deinde curetur apertura. Et cū nō saluatur cōscientia tua, recurre superius sicut dictū est cap. de rauedine, & cap. de tussi, aut inferius cap. de asthmate, & habebis opus completū. Intelligēdum quòd sanies post sputum sanguinis non dicitur mala per comparationem ad humorē ex quo fluit, quia forte ita mala vel peior esset ex aliis humoribus, sed dicitur mala

Clarificatio. ratione sui, aut gratia loci. Ratione sui est mala, cum sanies habeat vlcerare & corrodere vndecunq; fuerit. Ratione loci est mala, & potissimè si fuerit à pulmone, quoniā si cum tussi veniat sputum rubeum, clarū, cum modico dolore & multum spumosum, si postea appareat sanies, proculdubio vlcus est in pulmone, & per consequens phthisis, hectica, & mors, & in tali casu sanies post sputum sanguinis mortale. Si autem sputū sanguinis fuerit à pectore, & postea sanies, minus malum, quoniam non est tanta pernicies sicut cum

Indicia vlceris pulmonum. prouenit à pulmone. Secūdo notandū, quoniam licet piper sit calidum in quarto & siccum similiter, nihilominus cùm materia est frigida, grossa, & alia particularia conueniūt, bene potest competere, quia digerit & subtiliat, & cum hoc admiscetur cum aliis, sicut est liqui. vuæ passæ, iuiubæ, dragaganti, & similia, & ita vnum iuuat alterum. Et pro tanto

Piperis vsus. in febre phlegmatica competit piper cum ptisana, sicut dictum est in 1. lib. Tertio aduertendum, quòd calor naturalis & innaturalis sunt idem in specie, quia conueniūt in calore, & sunt idem in numero, quia in eodem subiecto, sicut in radio caloris naturalis, quoniam febris nihil aliud est

Calor febris. quàm calor naturalis mutatus in igneum. Calor igitur febris implicat in se duplicem naturam, vnā naturalem per quam digerit, & aliam innaturalem per quam corrumpit, & ideo quia præter naturam non potest perfectè digerere,

& quia

& quia aliquid de naturali est ibi, non corrumpit: quodam modo igitur tenet viam mediam: virulentia igitur causatur à re totaliter præter naturam, sed in generatione saniei currit agens secundum naturam, quod declarat albedo: ex hoc enim assimilatur membris radicalibus, sed cum sanies non potest nutrire nec membris assimilari, est partim gratia agẽtis, quia non est omnino secundũ naturam, & partim gratia materiæ, quia quædã est præter naturam, & non est in potentia vt transmutetur propter malas sui qualitates. Et ideo licet actio naturæ agentis supra cibũ & agentis supra materiã saniei sit vna & eadẽ, quia vtrobiq; intenditur assimilatio, nihilominus magna est differentia in effectu, quoniam in tempore sanitatis cum agit calor naturalis supra cibum, tunc purè naturalis est & à nullo impeditur, & cibus est in potentia, & pro tanto potest fieri trãsmutatio. Sed in tempore febris & in tempore præter naturam cum sit actio supra materiam vt in saniem conuertatur, licet intentio naturæ esset vt fiat assimilatio corpori, non potest propter dispositionem instrumenti & materiæ, vt dictum est. Sanies igitur intantum erit secundum naturam, quoniã licet natura non possit assimilare omnino, tamen adhuc facit vt sit subiicibilis virtuti expulsiuæ. Sanies igitur subiicitur actioni naturali, quòd autem efficitur à re præter naturam, virulentia est. Quarto intelligẽdum, quòd humores secundum naturam sunt in venis, præter naturã tamen sunt extra, & tamen vbicunque fuerint, possunt putrefieri & corrũpi, & potest inde sanies generari, & non est hoc mirabile, si hi putrefiant, corrupantur & destituantur, quoniam humiditates tertiæ quæ sunt magis digestæ, possunt putrefieri & corrumpi, & febris putrida potest inde generari, sicut fuit declaratum à nobis supra librum de differentiis feb. Gal. nec de istis est mirabile, cum mẽbra solida putrefiant, corrumpantur, & in saniem transmutentur, sicut patet in vlcere pulmonis & in osse fistulato. *Sanies.*

De asthmate & difficultate anhelitus. CAP. VIII.

Asthma est difficultas anhelitus cũ sonitu: sicut disnia est difficultas anhelitus sine sonitu. In asthmate enim cogitur patiens ad velocem anhelitum & frequentem, sicut homo qui currit, laborauit, & homo qui præfocatur. Sed in disnia est anhelitus sicut hominis rauci, aut hominis perfe-

ctè

& è leprosi. Et de hoc stat versus:

Quotiesdiſniam inueniis, intellige dyſpnœam, id eſt ſpirãdi difficultatem.

Diſnia ſe celat, canis aſthma, morbumq; revelat.

Ista autẽ sunt tanquã genus, & habent quatuor species sub se. Prima species est difficultas anhelitus, cũ aliquis nõ potest expellere aërẽ, pro tanto quia pectus & cannæ non possunt constringi, sufficienter ibi retinẽtur fumosę super fluitates, & illa species appellatur sanguisugum. Secunda species est quando aer non potest trahi ad cor cũ sufficientia, pro tanto quia canna & pectus nõ possunt bene dilatari, & vocatur anhelitus seu anhelosus. Tertia species est quoniam laborat vtroq; modo & attrahendo & expellendo, & vocatur orthopnœa. Et de hoc stant versus,

Orthopnœa.

Expirat latè, trahit ad ſe cum grauitate,
Omnũ anheloſus: contra ſanguiſugoſus.
Orthopnœa quoque morbo verſatur vtroque.

Quarta species est anhelitus duplicatus, sicut est in philo capris, aut pueris flentibus, cũ cõtinuant anhelitũ & trahũt tractũ post tractũ, & atteſtatur in febre supra vehemẽtem caliditatẽ, duritiem organi, & debilitatẽ virtutis. Posset addi quinta species sicut est anhelitus præfocatus, in qua specie homo parat se ad erigendũ & standũ, vt posset attrahere anhelitũ, vix enim potest sustinere cooperimẽta supra se. Vnde intelligendũ, q̃ decubitus peior in attrahendo anhelitũ est iacere supra dorsum, & melior supra faciẽ, medio autẽ modo se habet iacere supra latera, in magna autẽ difficultate debet patiens sedere sedẽdo capite multũ eleuato. Intelligẽdũ etiam circa istã materiam, q̃ pulsus & anhelitus conueniunt & differũt. Conueniunt, quoniam sicut in pulsu est dilatatio cordis & arteriarũ propter hoc vt infrigidetur cor & sanguis arterialis, & est etiã cõstrictio, vt fumosæ superfluitates expellantur, sunt etiam duæ quietes, ita similiter est in anhelitu. Est enim dilatio pectoris vt aer frigidus vadat ad pulmonem, & cum hoc est ibi constrictio, vt fumosæ superfluitates expellantur, & sunt ibi duæ quietes. Conueniunt & in alio, quoniam sicut pulsus immutatur propter res naturales & non naturales & præter naturam, & secundũ hoc efficitur pulsus magnus, paruus, frequens, tardus, & ita de aliis. Ita similiter anhelitus secundum illa tria immutatur, & efficitur magnus aut paruus, & ita de aliis. Attamen non est intentio nostra

Dilatatio pectoris & constrictio.

determ

determinare de omnibus immutationibus anhelitus, sed solum de immutatione quæ fit à rebus præter naturam, & ideo subiungamus causas. Causæ autem huius passionis sunt omnia illa quæ aggrauant diaphragma, aut pulmonem, aut cannam, aut epiglottim, aut lacertos mouentes clibanum pectoris, cum ista membra sint proprium subiectum huius passionis. Causæ autem sunt tres, sicut est morbus consimilis, officialis, aut communis, procedamus igitur per hunc modum. Difficultas anhelitus prouenit aut à causis extrinsecis, aut intrinsecis. Si ab extrinsecis, sicut est casus, obuiatio, nimia caliditas, aut frigiditas, aer pestilentialis, aut sicut est aer cauernarū & minerarum, fundentium metalla, assumptio veneni, & operari cum argento viuo, & fructus pontici, acetosi, & multa consimilia. Et si veniat asthma & difficultas anhelitus propter causas intrinsecas, hoc est propter rheuma, aut squinantiam, passiones oris, aut propter stomachum, potissimè cum est nimium repletus: venit etiam propter passiones hepatis, & potissimè propter repletionem gibbi, & passiones matricis, splenis, & breuiter propter omnia illa quæ possunt comprimere diaphragma: venit & iam propter passiones spiritualium, sicut est pleuresis, & peripneumonia, sanies aut humiditas aggregata in cannis pulmonis: aut concauitate pectoris, aut in trachea arteria, aut epiglotto: aut venit etiam propter ventositatem, & malam complexionem calidam, frigidam, siccam & humidam: & venit propter opilationes & rarò sine materia. Secundum igitur diuersitatem causarum materialium, & quantitatem, qualitatem & situm, secundum hoc adueniunt diuersitates magnæ in anhelitu in attrahendo, siue in expellendo, siue vtroq; modo, & ita de aliis speciebus difficultatis anhebilitus. Si autem venerit propter causas extrinsecas, discernitur indicio patientis. Et si venerit ex capite, discernitur per dolorem, & per signa rheumatis, & quia asthma venit subito. Et si propter passiones oris, aut nutritiuorum aut propter apostemata pectoris, satis cito discernitur ex illis. Et si propter caliditatem spiritualiū, discernitur quia anhelitus est magnus & frequens, & adest sitis, calor, & læditur à calidis & iuuatur à frigidis. Et si est ex humiditate, est cū screatu multo, si ex siccitate, nō est screatus. Si propter repletionē

Cause.

Signa.

venæ

venarum pulmonis, est anhelitus tremulus, & est causa mala valde. Si propter debilitatē virtutis non potentis mouere lacertos pectoris, nares sunt graciles & contractæ ad interiora, & anhelitus est debilis. Et si fuerit ex pulmonis repletione, trahit anhelitum cum magno desiderio, inflatur pectus, & desiderat magis expellere quàm attrahere. Et si fuerit propter magnū calorem, magis desiderat attrahere quàm expellare. Si fuerit ex ventositate, est cum distensione & cū minori grauitate. Et si à corde, est cum tremore. Et si ex sanie, discernitur ex sputo. Asthma in senibus nunquá curatur. Asthma in omni ætate aut nunquam curatur, aut cum magna difficultate. Asthma antiquatū non recipit curationem. Quādo in asthmate anhelitus est paruus, tardus & frigidus, signū est mortis proximæ. In asthmate anhelitus tremulus & pulsus tremulus, malū signū est valde, quia significantur venæ pulmonis esse repletæ. In asthmate syncopis, pessimum. In omni difficultate anhelitus in qua patiens cogit se ad eleuādum & anhelitum suscipiendū, mortale est, quia anhelitus est prę focatiuus. Asthma si venerit propter catarrhum & caput est debile naturaliter, nūquam curatur. Intelligendum quòd asthma & difficultas anhelitus sunt ægritudines chronicæ, & mouentur paroxysma liter. Caueat igitur sibi medicus de vanis promissionibus.

Prognostica.

Cura. Curatio asthmatis est multum difficilis, & ideo diligentius procedamus. Prima regula est hęc, scilicet quòd à principio non administremus nimis calida, quia materiam ingrossant, donec corpus sit mundificatum. Secunda regula, quòd non continuemus nimis vnum medicamen, sed mutetur modus operandi. Tertia sit talis, non administrentur narcotica, nec aliqua constrictiua, nisi materia esset rheumatica, & corpus purgatum. Quarta regula, quòd postquā materia fuerit subtiliata, quòd purgetur per vomitum aut secessum. Quinta regula, quòd nulla via, nullo modo fiat balneum, nec fomentatio. Sexta regula, quòd dormiat quanto minus poterit, & non dormiat de die, nec super repletionem magnam, nec somnus sit profundus. Septima regula, quòd si est possibile quòd nunquam potent quando comedunt, sed per vnam horam aut duas pòst, & parum. Octaua regula, quòd summè vitent omnia cibaria ventosa.

His

His visis videamus de diæta. Panis sit bene coctus, bene fermentatus, & cũ temperata quantitate salis, & sit de spelta, bene pastatus cum anisо, marathro & cimino. Vinũ sit antiquum, clarum, odoriferum, sed in parua quantitate. Carnes sint vt plurimũ volatilium vsualium, præterquam degentium in aquis, caro vulpina & hirci nemoralis multum competunt eis, & potissimè pulmones quomodocunq; sumantur, potest etiam fieri puluis ex pulmone, & vtatur isto puluere secundum omnem modum. Brodium galli antiqui multũ competit, & potissimè decocti cũ multo polypodio, anisо, cimino, & marathro. Ficus siccæ & calefactæ ad ignẽ multum valent, & consimilia, sicut sunt vuæ passæ, iuiubæ, & similia. Eligatur igitur aër siccus vel per naturam, vel per artificium temperatus, tamen inter calidum & frigidũ. Vtatur piscibus squamosis de aquis mundis currentibus. Vtatur ouis sorbilibus recentibus. De oleribus, vtatur buglossa, boragine, fœniculo petrosi. origano, calamento, nasturcio, serpillo, hyssopo, asparago, saluia, croco, bleta, vitet omnia legumina. De fructibus vtatur ficubus siccis, & vuis bene maturis, dactylis pinguibus, & amygdalis dulcibus. De inanitione & repletione, intelligendum quòd nunquam debet comedere ad saturitatem, & nisi prius appetat, & assellet prius antequam comedat, & comedat plus mane quàm sero. De motu & quiete, vtatur exercitio temperato ante cibum, ambulando & equitando, seu aliquo modo cantando, vel vociferando. Sed post comestionem modico exercitio sit contentus. De fricationibus, fricentur extrema & pectus cum panno aspero, vitet omnia balnea & potissimè post cibum, vt dictum est. De somno, dormiat semper quasi sedendo. & non dormiat in die, nec post cibum, nec post longam moram, vt superius dictum est. De accidentibus animæ, vitet iram, solicitudinem, & sit in lætitia sempiterna. Intelligendum sicut frequenter dictũ est, quòd ista tria habent magnam conuenientiam in curatione, scilicet raucedo, tussis & asthma. His visis ad dirigendum materiam veniamus, & quia vtplurimũ accidit asthma & difficultas anhelitus de causa frigida & humida, ideo de illa tractemus. R. radi. ireos, arist. ro. centaureæ, enulæ campanæ, eupatorij, absinthij, radic. rubeæ maior, vtriusque calamenti, vtriusq; stœcados, hyssopi, scil. ana ʒ. 2. succi

Diæta.

Cibus & victus.

Pisces.

Ouа.

Olera.

fœniculi anisi, marathri, liquir. mund. vuarum pass. mund. iuiubę, prassi, ana ʒ.1. & mellis lib. 1. fiat syr. lib. 1. ß. quo vtatur mane & sero cum aqua calida. Intelligendū hic, quòd ex his materialibus potest fieri clystere, aut electuarium, conditum, aut emplastrū supra pectus. Aut bulliant in oleo & addita cera fiat vnguentum, quo vngatur totum pectus corpore mūdificato. Materia autem digesta, purgetur sic. R. agarici, turbith, se. vrticæ, polypodij, ana ʒ.1. euphorbij, pulpæ colo. succi cucumeris asinini, ana ϑ.1. hieralogodiō ʒ.ʒ. anisi, marathri, spicæ nard. bdellij, masticis, foliorū mentheæ, foliorum absinthij, zinzi. ϑ ß. conficiantur cum hydromelle, & cum vti volueris accipias ȝ.ʒ. vel vnā de ista confectione, & fiant pilulę, addatur plus vel minus iuxta conuenientiam particularium. Deinde potest vti medicina vomica, cuius simplicia sunt ista, sal, gēma, raphanus, semen croci hortensis, sal ammoniacum, capparis salita, radix volubilis maioris, quæ habet folia ad modum vitis, ammoniacū, castoreum, opopana. & similia. Vel fiat sic. R. raphanum & lardetur cum elleboro nigro, & ponatur in aqua ad putrefiendum vsq; ad tres dies, vel quatuor. Deinde remoueātur omnes lardones, bene cauēdo quòd nihil remaneat, & deinde bulliat raphanus in oxymel. scil. & oxymel sorbeatur, & facit mirabiliter vomere. Purgato autem corpore sufficienter cum medicinis secessiuis & vomitiuis, vtarur opiatis calidis & suffumigationibus. Opiatæ autem sunt istæ, theriaca antiqua, aurea alexandrina, mithridatum, philanthropos, philonium. Item vtatur isto suffumigio. R. arsenici, sulphuris viui, serapini, aristo. ro. ana ʒ. ß. puluerizanda puluerizentur, & conficiantur cum butyro, & efficiantur pilulę ad modum auellanæ, & ponantur vna pilula vel duæ supra carbones, & recipiat fumum ore aperto. Intelligendum hic, quòd isti asthmatici frequenter sunt phthisici & debiles, & aliquando extenuati; ideo talibus formidemus medicinas laxatiuas & vomitiuas, & omnia ea quæ sunt fortis virtutis. Intelligendum quòd vltimum remedium est cum de curatione sumus desperati, quòd fiat cauterium in medio pectoris. Si autem asthma fuerit cum rheumate, curetur prius rheuma, quoniam aliter nihil valet operatio. Curario autem rheumatis dicta est superius.

Pilule solutiue.

Simplicia vomitū pro uocantia.

Opiate.

Cauterium postremum remedium.

Si autem difficultas anhelitus fuerit propter siccitatem, vtatur

vtatur cibis humidis, sicut sunt boragines, bugloſſa, ſpinachia, violaria, malua, oleum ſiſaminum, oleum amygdalar. viol. butyrum. Et vtatur lacte mulieris aut aſinę aut caprę, & tegatur ſicut hectici, phthiſici & conſumpti. Si autem cauſa fuerit calida, & corpus plenum, & virtus fortis, fiat phlebotomia. Et dicit Auic. quòd quãdo vapores qui ſunt circa cor & arterias ſunt cauſa difficultatis anhelitus, & tunc competit phlebotomia, & vtatur hordeato & aqua hordei, & malaretur ceta in oleo viol. & nenupha. & ponatur ſupra pectus, aut inungatur pectus, cum oleis frigidis. Et ſi aſthma venerit in pueris lactantibus, detur ſibi ſuccus fœniculi tepidus cum lacte. Et ſi venerit ex ventoſitate, inungatur pectus cum oleo coſtino, laurino, caſtoreo, rutaceo, muſcelino. Et ſi venerit propter alias paſſiones quæ multæ ſunt valde, curentur illæ prius ſicut dictum eſt, aut ſicut dicetur. Intelligendum quòd iſtud electuarium valet vere in omni paſſione pectoris, ſiue fuerit raucedo, ſiue tuſſis, ſiue aſthma. R. ſucci caulium lib. 1. bulliat & diſpumetur. croci. ʒ. 3. panis zuccari, mellis optimi, ana lib. ß. & fiat electuarium. Intelligendum, quòd anhelitus retinetur aut voluntariè aut coactè. Si coactè, ſtatim fit mors, tum propter carentiam infrigidationis, tum propter carentiam euentationis, & expulſionem fumoſarum ſuperfluitatum, & ideo homo repente moritur ſicut ſtrangulati. Si autem anhelitus retineatur voluntariè, tunc homo ſatis diu poteſt eſſe ſine anhelitu, ſicut videmus in illis qui ſtant omnino ſub aqua, & in longa retentione anhelitus voluntaria, quoniam in voluntaria fit continua euaporatio naturalis, licet non ſit ſenſibilis. Cùm autem canna conſtringitur violenter, nulla fit euentatio nec ſenſibilis, nec inſenſibilis, & ideo fit mors. Aliter igitur eſt de retentione anhelitus voluntaria, & aliter de non voluntaria. Secundo notandũ, quòd licet membrum ſit calidiſſimũ, nihilominus cum approximatur morti, poteſt eſſe frigidum. Et ita anhelitus licet veniat ad cor, poteſt eſſe frigidus, aut quia remiſsè calidus, aut quia frigidus, quoniam cor infrigidatũ eſt, & ideo anhelitus frigidus in febribus acutis, ſignum peſſimum & mortale. Tertio aduertendum, quòd frigida ſtyptica bene poſſunt competere in malitia anhelitus, ſicut ſunt ſandali, cãphora, ſuccus portu. & ſimilia. Et hoc dico quando

Electuariũ ſummoperè laudatũ in anhelitus difficultate. Clarificatio.

Frigida adſtringentia vtrum conueniant.

virtus motiua lacertorum debilitata est propter nimium calorem, & nimiam corporis raritatem. Quarto considerandum est, quòd motus anhelitus partim fiat à virtute naturali regitiua, & ita fit partim à virtute cordis, cũ illa moneat dilatando & constringendo. Et fortè fit ab illa virtute quæ informat, quia qui dedit formam, dedit & motum: & partim etiam fit à virtute naturali attractiua, quæ trahit & dilatat ex desiderio, & ex virtute expulsiua, quæ valet ad expellendum nociua, & ita facit ad expulsionem, licet motus virtutis naturalis nõ appareat nobis manifestè existente corpore sub dispositione naturali. Virtus igitur naturalis, & virtus vitalis, reponantur sub dispositione virtutis naturalis regitiuæ. Nunc autem ita est, quòd motus virtutis animalis vincit naturalem in tempore vigiliarum. Sed motus virtutis naturalis vincit animalẽ in tempore somni.

Vltimo notandum, quòd motus dilatationis & constrictionis procedunt ab eadem virtute. Sed cum diuersis villis diuersa faciunt, modo dilatando, modo constringendo.

De pleuresi. CAP. VIII.

PLeuresis est apostema calidum lacertorum, seu panniculorum, seu velaminum costarum interiorum cibani pectoris. Intelligendum est, q̃ duplex est pleuresis, quædam vera, & quædam non vera. Non vera, aut est in lacertis seu carne costarum exteriorum, aut in costis falsis, quæ sunt sub diaphragmate, siue sint exterius, siue interius, siue cum fit ex ventositate. Pleuresis autem vera fit in velaminibus costarum interius, & potissimè in parte vbi velamina coniunguntur costis. Quoniam quidam est panniculus qui tegit costas interius, & quidam est qui diuidit spiritualia à nutritiuis, & appellatur diaphragma, & quidam est qui diuidit pectus secundum longum in duas partes. Nunc autem in partibus remotis à costis, in istis velaminibus non potest generari apostema, sed in partibus in quibus coniũgitur costis, cum ibi sint venæ & arteriæ, aliqua carnositas & humores, & ideo ibi potest causari apostema calidum.

Panniculi thoracis tres.

Pleuresis vera.

Est igitur pleuresis vera, apostema velaminum costarum interiorum, & est apostema calidũ, aut quia materia est calida, aut quia acquisiuit caliditatem ex putrefactione. Generatur autem pleuresis in vtroque latere, & in latere dextro & in latere sinistro. Sed illa quæ est in latere sinistro,

est

est magis periculosa, sed velocius terminatur. Sed illa quę est in parte dextra, nō est ita periculosa, sed tardius terminatur secundum Auic. Nunc autem istud apostema terminatur multis modis, aliquando insensibiliter & per euaporationē, & est melior terminatio. Aliquādo autem resudat, & sicut resudat, vadit ad pulmonem & expellitur cū tussi. Aliquando terminatur per saniē, & vadit ad canales pulmonis: aliquando vadit ad concauitatem pectoris, & mundificatur in 40. diebus, quoniam pulmo cum dilatatur, imbibit sibi illam materiam, & cum constringitur, impellit ad canales, & tunc expellitur cum tussi, sicut docet Gal. in de interioribus. Aliquādo materia pleuresis induratur & lapideatur, aliquando vadit ad vias vrinales per venam magnam, aliquando vadit ad intestina, aliquando transmittitur ad alia membra multa, sicut videbimus cap. de signis. Pleuresis causatur aliquando à causis extrinsecis, aliquando ab interioribus. Si ab exterioribus sicut ex nimio calore & frigore, potissimè cū superuenerit motus nimius, & prouenit à potatione nimia vini puri, aut aquæ frigidæ, aut quando ventus borealis venit post australem, & prouenit ex dispositione secundū proprietatem aut attributionem temporum anni, & ideo venit frequentius in vere quantum est ex proprietate plenitudinis, & plus in æstate quantū est ex abundantia choleræ, & plus in autumno quantum est ex melancholia, & plus in hyeme quantum est ex phlegmate. In senibus autem rarò venit, & si venit, est magnum periculum, raríssimè venit acidè eructātibus. Si autem prouenit à causis intrinsecis, tunc causa antecedēs est repletio totius corporis, & potissimè cum superueniat subito vehemens frigiditas in aëre. Causa autem immediata est vt plurimum cholera, secundo sanguis, tertio phlegma, quarto melancholia. Ventositas etiam potest esse causa, sed non est vera pleuresis. Signorum quædam sunt quæ significāt pleuresim ipsam, & quædam sunt quæ significant humorē peccantem, & quædam sunt quæ significant tēpora morbi, & quædam sunt quæ significant translationem materiæ ad aliam partem, & quædam sunt quæ significāt salutem, & quædam sunt quæ significant mortem, & quædam sunt quæ distinguunt inter hoc & illud, & ita signa prognostica comprehendentur in istis, nec oportet ponere rubricam de hoc.

Causa externa.

Causa interna.

Signa prognostica.

Et cognoſcemus etiam per iſta, quando ægritudo erit longa, & quando erit breuis. Et per iſta ſciemus longitudinẽ ſtatus à principiis, & ex his pendet tota curatio. Agamus igitur primo de primis. Signa autẽ quæ ſignificant pleureſim ſunt 4. ſecundum Gal. in de criſi. Primum ſcilicet dolor lateris cum punctura, quia ibi eſt quadruplex cauſa doloris, mala cõplexio, & ſolutio continuati, & hoc inquantũ materia quæ iam exiuit orificia venarum, & illa quę adhuc abundat in venis. Secundum ſignum eſt ſe. continua, quia materia eſt putrefacta in locis proximis cordi. Tertiũ eſt difficultas anhelitus, propter cõpreſſionẽ pulmonis. Quartum eſt tuſſis concomitans, propter illud quod reſudat ad canales. Quintum ſignum, poteſt addi pulſus ſerrinus, quia morbus eſt in mẽbro panniculoſo, niſi quòd multũ occultatur hęc diſpoſitio quãdo materia eſt phlegmatica. Signa autẽ humoris peccantis ſunt iſta, quoniã ſi eſt ex cholera, vrina eſt citrina, intenſa & tenuis, pulſus durus, & velox, frequens, dolor acutus, pungitiuus, multũ intenſus, & ſputum citrinum. Alia ſigna choleræ diſcurrendo per res naturales, & contra naturam. Si autẽ ſan. fuerit in cauſa, vrina erit rubea & ſpiſſa, pulſus plenus, ſputum ſubrubeũ. Et intelligendum hic quòd ſputum rubeũ eſt valde malũ, quia ſignificatur vena rupta. Et tunc cõpetit contraria curatio, ſicut in hydropiſi cum ſe. Quoniã pleureſis indiget mundificatiuis, & vena rupta conſtrictiuis. Sputum autẽ ſubrubeum eſt bonum à principio, quia atteſtatur ſupra dominium ſanguinis, qui inquam de facili digeritur & venit per viam reſudationis à panniculo, non per viam rupturæ. Cognoſcitur igitur ſan. per iſta ſigna, & per alia quæ atteſtantur ſupra dominium ſanguinis. Phlegma autẽ diſcernitur, quia vrina eſt remiſſa, & pulſus inordinatus, ſaliua eſt multa, & creatus eſt phlegmaticus, & ſomnus grauis. Materia autẽ melancholica diſcernitur, quia dolor non eſt multus, nec intenſus nec acutus, & ſputũ liuidum, & vrina remiſſa, & alia ſigna quæ atteſtantur ſupra melancholiã, quoniam rariſſimè accidit ex melancholia. Tertia ſpecies ſignorũ, ſumitur ex temporibus morbi, & habentur à Gal. lib. 2. de criſi. Totum igitur illud tempus in quo nihil expuitur, aut indigeſtũ aut liquidum, aquoſum, aut groſſum, ſiue viſcoſum, globoſum, aut cum laborioſa tuſſi, principiũ eſt morbi.

Indicia materiæ peccantis.

bi. Et cum incipit expuere, aliqualiter digestū, & cum alleuiatione, & cum minori labore, tunc est augmentum. Et quando sputū est album & leue & æquale, & cū facili tussi & alleuiatione, tunc est status. Et cum ista incipiūt minui, & seb. minorari, tunc est declinatio. Et est intelligendum ꝙ si principium morbi est longum, tota ægritudo erit longa. Et quando principiū est breue, tota ægritudo erit breuis. Nunc autē pleuresis de chol. in æstate in iuuene virtute forti existente, breuis est terminationis. Si autē omnia particularia non conueniant, terminabitur vt plurimū in quartodecimo die. Quando autē materia est frigida, & tempus frigidum, tunc prolongatur, & ideo extendit se vsq; ad 20. diem, aliquando vsq; ad 34. sicut in anxio, aliquando etiā plus. Et de hoc etiam dicebat Hippo. de pleuresi non vera, aut de pleuresi à materia frigida. Apostematū quædam in 20. quædam in 40. rupturam differunt. Necessariū est ergo medico vt saltim quadā coniectura proxima veritati cognoscat elongationē status à principio. Sicut igitur tēpora morbi cognoscuntur per vrinam in ægritudinibus hepatis & venarum: & in ægritudinibus stomachi & inteſtinorum per egestionē: ita tēpora morbi in ægritudinibus pectoris & pulmonis cognoscuntur per sputum. In ægritudinibus pectoris & pulmonis sputum diligenter consideretur, quia aliter nesciremus prognosticare, nec diætare, nec curare. Est igitur regula quòd in pleuresi & peripneumonia quanto plus expuit, tanto plus alleuiatur, & ideo quāto plus accedit ad statum, tanto plus alleuiatur, quia in pleuresi salubri, status non est nequior horarū. Pro tanto quia sicut materia resudādo exit panniculū, ita expellitur, & ita semper vadit alleuiando, quoniā ibi non est status quo ad accidentia, sed quo ad digestionē. Quarta species signorū, sumitur ex his quæ significant transſationē: materia enim pleuresis symptomaticè transmittitur ad cor, cuius signū est syncopis. Aliquando transmittitur ad pulmonē, cuius signum est, quoniā dolor non est ita acutus, sed difficultas anhelitus est maior. Aliquādo autē transmittitur ad phthisim, cuius signum est calefactio maior post cibum. Aliquādo mittitur ad cerebrum, cuius signum phrenesis & alienatio. Aliquādo mittitur ad neruos, cuius signū est spasmus, & omnes istæ delegationes sunt pessimæ. Aliquādo tamen

Principiū. Augmentum. Status. Declinatio.

Pleurit. & aliorū apostematum terminatio.

Hippoc. 1. prognostic.

Sputum in affectibus thoracis à medico diligenter considerandū.

mittitur retro aures, & tunc posset esse bonum cum aliis multis bonis signis. Quinta species signorũ sumitur ex his quæ distinguunt signa distinctiua inter apostema hepatis & pleuresim, quoniam in apostemate hepatis pulsus est vndosus, & dolor est sub diaphragmate in dextra parte, & tussis est ficca, dolor nõ est acutus, & si est in simo, egestio est sicut lotura carnis, & si in gibbo, vrina est spissa, confusa, & tumor est ad modum nouaculæ. Illa autẽ quæ distinguuntur inter pleuresim & peripneumoniam sunt ista, quoniã in peripneumonia, pulsus est vndosus, & dolor non est acutus, & difficultas anhelitus est maior, & dolor inter duas spatulas, & maxillæ rubent. Illa autem quæ significant pleuresim, sunt nigredo linguæ, ariditas, vrina remissa, & quia dolores laterum non præcesserunt. Sextum signum sumitur ex his quæ significant salutem, sputum album, leue & æquale, cum modica tussi, & cum alleuiatione patientis, & quòd continuetur, & quòd cito appareat in principio, proculdubio salutem significat, & potissimè quando alia signa conueniunt, sicut est bonitas somni & appetitus, bona tolerantia, & quòd applicatio medicaminum conferat, & q egestio non sit frequẽs nec liquida, sed iuncta & æqualis, & hora solita, & quòd vrina vergat ad rubedinem, & ad quandam mediocritatem, & quòd cito incipiat facere bonam residentiam. Et oportet intelligere vnam bonam regulam de vrina secundum intentionẽ Isaac. Vrina in ægritudinibus hepatis & venarum certam habet significationẽ, siue fuerit bona, siue mala: In ægritudinibus autem quæ sunt extra venas sicut in pleuresi & similibus, si vrina fuerit laudabilis bonum est, sed nõ est signum certum salutis: ex aliis enim potest periclitari. Si autem vrina fuerit mala & indigesta, & ita de aliis malis conditionibus, certum est signum ad mortem, quia postquã digestio deficit in radice, bene deficit in ramis. Septimum signũ sumitur de prognosticatione ad mortem. Omnia signa pleuresis si fuerint multum intensa & laboriosa, mortẽ significant, sicut est dolor vehemens in iuuene, cum virtus totaliter prosternatur ex vehementia doloris. Similiter vehemens difficultas anhelitus, & frequentia, cùm frequentia addat in caliditatẽ, & caliditas in frequentiã, & ita fit circulus, cum vnum addat in aliud. Similiter tussis laboriosa, cũ impediat somnũ

Vrina fallax, nisi morbus intra venas constiterit.

Lethalia indicia pleuresis.

&

& cibum. Similiter fortissima, cum sit molestior omnibus morbis, sicut scribitur 8. de ingenio. Ex sputo similiter accipiuntur signa mortalia, sicut cum est liuidum, nigrũ, viscosum, & cum laborioſa tussi. Similiter cũ non potest expelli, quia debilitas virtutis & lacertorũ, significatur antè materię viscositas & grossities. Et est intelligendũ, quòd in omni ægritudine pectoris malum si non potest expelli, aut si expellatur & subito retineatur, grauedine manente, mortale est, dato ꝙ materia esset digesta, quoniã præfocat. Egestio frequens & liquida, mala, vrina tenuis aut spissa liuẽs, viridis & nigra, sunt signa mortalia, similiter pulsus debilitas. Et est intelligendũ, quòd in pleuresi & in quacũq; ægritudine si medicus rectè operetur, & nullus error intercidat, si patiens propter medicamina rectè applicata, vniuersalia & particularia non alleuietur, sed potius aggrauetur, signum est pessimũ & mortale. In talibus igitur non est insistendũ: visis igitur signis, & visa prognosticatione ad curam accedamus. In primis cõsideremus vtrum fuerit constipatus, & secundũ conuenientiam particularium fiat sibi suppositorium vel clystere: deinde applicẽtur calefactoria, quoniam attrahunt, vel curant, aut digerunt, si corpus non est plethoricũ: curant, si corpus est plenum: dolorẽ augmentant, & ita digerunt, quoniam vniuersalis purgatio debet præcedere: si dolor descendit, materia videtur grauis, & tunc purgetur cum viol. & cassiaf. & manna, tamẽ Gal. voluit ꝙ tutius est in omni dolore siue ascendente, siue descẽdente facere phlebotomiã. In pleuresi igitur, corpore pleno & virtute forti, fiat primo phlebotomia secundũ Auic. de saphena eiusdẽ lateris, deinde si plenitudo adest, de basilica oppositi lateris, deinde de basilica eiusdem lateris. Et est intelligendũ, secundum Gal. doctrinam supra illam partem, Quãdo dolor ad spatulas &c. ab hepate enim procedit quædam vena quę protenditur vsq; ad cor, & deinde truncus ascendit rectus vsq; ad duas guidegi. Sed postquã procedit à corde, quidam ramus egreditur à trunco recto versus dextrum & sinistrum, & constituit basilicam in cubitura brachij. Istæ igitur duæ basilicæ æqualiter hauriũt ex puteo, & ideo æquale esset quantum est ex hoc de phlebotomia de quacunq; parte fecerit, quia æqualis est distantia, sed aliud est, quoniam venæ capillares quæ nutriunt

Cura.

Sectio venæ in pleuresi.

Gal. 2. regimin. acutorum.

Vena basilica.

costas superiores, habent colligantiam cum venis capillaribus quæ procedunt à basilica, & ita si fieret phlebotomia in principio corpore pleno de eodem latere, fieret tractus ad locum par venas capillares, & ita faceret ad augmentũ, & si ægritudine confirmata, & corpore non existente plethorico, fieret per opposita, cũ fieret tractus materiæ corruptæ ad membra nobilia. Restat igitur quòd in principio corpore plethorico existente, debet fieri phlebotomia de basilica oppositi lateris, aut de saphena eiusdem partis, postea fiat de eadẽ parte: & dicit Gal. ꝙ si non inueniatur basilica, quòd fiat de mediana, & si non inueniatur mediana, quòd fiat de cephalica, quia de quacunque parte fiat, à toto corpore fit euacuatio. Attamen intelligendũ, ꝙ phlebotomia & pharmacia sunt multum cõseruanda ne virtus debilitetur, quia virtus est quæ curat morbos, deinde fiant calefactoria. Et si materia est cholerica, fiat calefactorium cum spongia, aut cum vase æneo, vitreo, terreo vel cupreo, & ita de aliis, panno interposito inter latus & vas. Si autẽ materia fuerit grossa viscosa, fiat calefactorium de orobo, fœnigræco, & furfure contritis & positis in sacculo, & bullitis in aqua, vbi sit acetum, & compressis fortiter, & lateri applicatis. Sed in omnibus istis, debet esse cautela, ꝙ postquam incipiunt infrigidari, remoueantur. Si autem materia fuerit sanguinea aquosa, fiat calefactoriũ de sale & milio torrefactis, & in sacculo positis. Deinde vtatur tali potione, gargarizando, sorbendo, diu in ore tenendo. R. radi. brusci, asparagi, graminis ana ʒ. j. end. scariolæ, ana ʒ. j. capil. ve. re. hordei ana ℔. ß. quatuor se. frigi. minorũ & maiorum, se. pap. al. liquir. mund. cubebarum ʒ. j. mellis ʒ. ij. panis zucc. ℔. j. fiant syr. ℔. j. & ß. Et si materia esset frigida, aut tempus frigidum, & materia difficilis exitus, possemus addere mellis alias ij ʒ. & radi. ireos & hyssopi, & apij. an. ʒ. ß. & etiam modicum aceti. Si tussis esset debilis, & non timemus de strictura pectoris, oportet igitur ista addere, & illa diminuere iuxta conuenientiam particularium. Cum autem nos videmus, quòd prædicta non iuuant sicut deberent, tunc faciamus emplastrum tale maturatiuum & mitigatiuum, postquam videmus, quòd ægritudo incipit prolongari. R. radicẽ maluę, orobi, fœnigręci, se. lini, nasturcij, se. fœniculi. amygd. dul. gummi arab. cubebæ, liquir. mund.

ana

Ratio authoris in sanguinis missione.

Natura operatrix, medicus vero minister.

Calefactoria.

Galen. in morbis acutis.

Syrupus.

an.ʒ.1.cõquassentur,& bulliant in aqua,& fiat emplastrum cum oleo sisamino. Et si materia esset multum cal.fiat vnguentum de populeon,& butyro sine sale, axungia arietina,& oleo viol.& cera alb.Et ista olea, vnguenta & emplastra,possunt poni in lana succida,& pectori applicentur, & quòd stent ibi per vnam horam,vel per duas,& modo apponatur,vnũ,modo aliud.Modo vidẽdũ est de dieta:dieta enim oportet ꝙ diuersificetur secundum elõgationem status à principio:quãdo igitur parum spuit,parum dandum est:& quando plus spuit,plus dandum est:& quando ægritudo est tardæ terminationis,plus dãdum est,quia nõ posset tolerare: & quando ægritudo breuis est, modico cibo potest esse contentus,quia virtus bene poterit tolerare: & quando parum expuit, parum est dandum per comparationem ad vnam exhibitionem, quia virtus videtur debilis, & non posset digerere vna vice.Et si multum expuit,videtur fortis virtus, & sic multum de cibo per cõparationem ad vnam exhibitionem, licet parum demus per comparationem ad totum morbum, quia morbus breuis terminationis est. Nullus igitur potest diætare,nisi qui cognouit elongationẽ status à principio.Pleureticus igitur sit contentus aqua hordei colata:aut si non, saltẽ aqua hordei cũ toto, hoc est dicta ptisana spissa.Et si ægritudo elongetur, vtatur hordeato aliquantulum de mane, & minus de sero. Pleureticus autem potest vti octo potibus, primo scilicet aqua hordei cum volumus nutrire, infrigidare & mundificare.Secundo potest vti hydromelite aquatico,scilicet ʒ.1.mellis,& libra vna aquæ fontis cũ volumus fortius incidere & abstergere. Tertio potest vti vino albo,debili,aquoso,nato in montanis cũ multitudine aquæ.& hoc cum volumus magis virtutẽ confortare, & isti duo potus miscentur in principio,& cùm materia est calida.Quartus potus, potest esse syr.iulep, hoc est aqua fontis cum pane de zuccaro,cũ est delicatus,& volumus infrigidare.Quintus potus, potest esse succus malorum granatorum dulcium cum multa aqua fontana,cum volumus humectare & confortare. Sextus potus, potest esse talis, Recipe aquæ fontis lib.1.mellis,aceti.ana ʒ.ß.panis zuccari.ʒ.duas, misceatur,& est potus diuinus pro delicatis cum volumus infrigidare,& mundificare.Septimus autẽ potest esse brodium

Vnguẽtum populeon.

Dieta.

Potus.

paruæ

paruæ pullæ. Cum homo est delicatus, debilis, & plenus fastidio, R. pullam albā paruam, & decoquatur cū multa aqua fontis, & lactucis aut seminibus frigidis sine sale & carnibus salsis, & omni alio beneficio, & decoquatur vsq; ad ossium separationem, & vtatur illo brodio per interualla omni pinguedine remota, si qua esset. Octauus potus potest esse, vbi esset insomnietas, ariditas linguæ, scilicet syr. nenupharinus, aut syr. papaueris cum multitudine syrupi iulep, aut cū aqua hordei, aut aqua fontana, & similibus. Est intelligendum hoc bonum verbum, quod dicit Auic. quòd non debet negligi mel in passionibus spiritualium, quoniā vehiculum est omnium medicinarum quæ competunt in pectoralibus. Administrētur igitur medicamina cum melle, potissimè cùm materia est frigida, grossa, compacta, & cum tempus est frigidum, & ita de aliis. Sed tamen sit para tū & repressum sicut oportet. Pleureticus igitur, si ista non sufficiunt, potest vti auenato, & farina tritici decocta in furno, & parata cum lacte amygdalarum, & potest vti colatura furfuris, & etiam in casu suo potest vti piscibus squamosis de aquis mundis currentibus, coctis cum sale, & petro. & aqua. Ingrossetur igitur regimen secundum elongationem status, sed hæc omnia, & consimilia, medici industriæ relinquantur. Potest etiā vti aqua maluarū, violarū, bugloss æ, & boraginis, potest vti spinachiis, & lactucis, potest vti etiam passulis mundis, amygdalis, iuiubis, & etiam cucurbitis & violis. Et si materia est phlegmatica, vtatur iure cauliū & hyssopi cum melle. Et si materia est melancholica, vtatur bugloss a cum melle, & sorbitione tritici. De pane est intelligendum, quòd panis aut est fermentatus, aut azymus: si azymus, non competit, quoniā oppilat, nec fermentatus, quoniam festinat ruptura apostematis, & ideo panis non exhibeatur nisi fermentatus, & hoc post ruptura. & in declinatione: & si apostema nimis tardaret ad rumpēdum. In declinatione igitur detur mica panis lota in aqua. Possunt etiam dari oua sorbilia, & decoctiones carnium hædulinarum, & dentur poma cocta, mala granata dulcia, pruna bene matura & cerasa dulcia. Intelligendæ tamen sunt aliquæ regulæ hîc, & sunt Hipp. Nunquam fiat phlebotomia, nec detur pharmacia, ventre constipato. Nunquā detur cibis ventre constipato. Præcedant igitur clysteria aut

Mellis vtilitas.

Panis.

Oua.
Fructus.
Considerandæ quæ à medico.

sup

suppositoria. Nũquã detur cibus in magno dolore, aut magna afflictione, nisi virtus caderet per viã inanitionis. Nunquam fiat phlebotomia nec pharmacia, nisi in tẽpore maioris quietis. Nõ detur oxymel multæ acetositatis, nisi ista particularia conueniãt, scilicet quòd morbus sit in declinatione, & materia grossa, viscosa, virtus fortis, tussis modica, & difficultas anhelitus non sit magna, & ꝙ detur in magna quãtitate, & cum multitudine ptisanæ. Aliter propter eius fortitudinẽ in via perierunt multi. Intelligendũ etiam iuxta hoc, ꝙ aliqui ponunt repercussiua in principio pleuresis. Sed ego non sum illius opinionis, quoniã aut applicãtur interiùs, & tũc ingrossant & constringunt, & etiã crudificãt & addũt in putrefactione. Aut administrãtur exterius & tunc non potest fieri repercussio, quia obliquitas venarum impedit, & densitas costarũ. Præterea hoc non est repercutere, sed magis facere materiã ad locũ currere, cùm materia repercutiatur à parte posteriori, & non à parte anteriori. Præterea, aliqui nituntur curare pleuresim cum attractiuis, corpore mũdificato, ponẽdo ventosas supra locũ & emplastra de sinapi & similibus. Sed ego non sum illius opinionis. Tum quia materia non est bene tractabilis propter naturã loci, tum quia semper timendũ est de augmentatione apostematis propter violentã attractionem. Præterea, quidam nituntur multum circa mitigationem accidentium, sicut est alienatio, insomnietas, sitis, constipatio, laxatio, & similia. Et istis assentio, nisi ꝙ si à principio pleureti cus bene regatur, & ægritudo sit curabilis, talis malitia symptomatum non superuenit. Sed ponatur quòd sint causata, certè vtile est consilũ adhibere remedia quæ inueniẽtur in locis suis, nec oportet hic prolongare. Si autẽ ægritudo prolongatur & simus coacti maturare, vtatur tali syrupo. R. radi. ireos, hyssopi, lilij. an. ʒ. 1. caricarum, dactylorum, an. ʒ. 2. uuarum passarum mũda, ab arillis, iuiubarum, liquir. mundæ, dragaganti, gummi arabici, 4. fe. frigidorũ ana ʒ. 4. capill. vene. re. lib. ß. mellis & zuccari. ana lib. ß. fiãt syr. lib. 1. & ex istis eisdem cum orobo, fœnugræco, se. lini, stercore colũbino, & opopanaco fiat emplastrũ, & super latus apponatur. Si autẽ fiat quomodo de ruptura, sanie, tussi, & multis talibus, recurramus ad cap. de tussi, de asthmate, empyemate, phthisi: ibi inuenietur plenitudo mũdificationis,

Repellẽtiũ vsus periculosus.

Attrahentia periculosa cẽsemus.

Syrup. concoquẽs materiã pleuresis & suppurans, ex quo additis orobo & similibus, emplastrũ quoque conueniens parabit.

Modus parandi aquã hordei.

tionis, quare propter ista nõ debet prolõgare. Restat igitur dicere de ptisana. Collige hordeum grossum, plenũ, ponderosum, bene maturum, non nimis antiquum, nec nimis recens, sine omni malo odore, & sapore, & sine admixtione omnino alterius rei, & quòd sit collectum in anno fertili non corrupto nec pestilentiali, & quòd sit natum in terra alta, ventosa, non fimata, nec iuxta paludes nec loca corrupta, & quòd granum sit obseruatum in loco euaporabili, & de tali hordeo Recipe lib. 1. conquassetur à cortice suo, & ponatur in olla terrea vitreata noua cum xx. lib. aquæ fontis, bulliat lento igni, & ex lignis siccis sine fumo, & ligna non sint corrupta, nec putrida, sed si possibile est, sint de iunipero, aut quercu, & q̃ ignis sit clarus aut mundus, & bulliat vsq; ad consumptionem medietatis, & tunc permittatur infrigidari, & postea suauiter coletur & reseruetur: quia ista aqua habet omnes bonitates in abstergendo, mundificando, penetrando & infrigidando, & ita de aliis. Et est intelligendum, quòd hordeum cum cortice magis abstergit & mundificat, sed sine cortice magis nutrit & cõfortat. Si autem volumus quòd magis nutriat, bulliat donec duæ partes aquæ sint consumptæ, & sit quasi spissa, & sorbeatur cum illa spissitudine, & appellatur apud Hipp. ptisana cum toto, sicut prima appellatur ptisana colata. Si autem hordeatum facere volumus, excorticetur hordeum & abluatur cum multis aquis dulcibus, decoquatur in tantum, quòd caro vaccina esset decocta, deinde teratur fortissimè in morrario, & postea distẽperetur cum lacte amygdalarum, coletur & apponatur lento igni donec incipiat inspissari. Aliqui autem faciunt ptisanam sic: ponunt hordeũ contritum in amphora, & implent amphoram aqua, & postea ponunt amphoram in cacabo pleno aqua, vt bulliat aqua cacabi lento igni sine fumo. Et per consequens aqua amphoræ, & postea reseruetur, & est bona pro debilitatis, quia penitus nihil habet de fumo. Et est intelligendum quòd decoctiones fiunt de multis granis, sicut est triticum spelta, auena, cicera, orobi, fœnugræcum, & multa consimilia, sed secundum Hippo. & omnes sapientes, decoctio hordei excedit bonitates aliorum granorum. Et peto veniam quia breuiter pertransiui, & cùm materia sit ita difficilis & periculosa. Sed alibi à nobis supra regimentum pertractatum

Hipp. vig. accutorum 28. libr. 1. & 2.

Aquæ hordei vires.

Hordei integri aqua.

Hordeatum præparandi modus.

tum est, sicut scitis. Cum autem fuerit in conualescentia, balneetur & particula patiens diligenter mundificetur, & etiam conforteturr. Intelligendum, quòd pleuresis non est apostema solũ in diaphragmate, imò in panniculis costarum interioribus secundum Gale. in illo aphoris. Acidæ eructationes &c. Vbi dicit, quòd pleuresis est apostema in interiorum costarum panniculis. Secundo notãdum, quòd si generetur pleuresis ex plenitudine & abundantia, plus generatur ex sanguine: & si generetur per viam penetrationis, plus generatur ex cholera, cum panniculus sit densus, & cholera plus penetret. Et si generetur per viam rheumatis & stillicidij, plus generatur ex phlegmate. Et si generetur per viam congestionis, plus generatur ex melancholia. Absolutè tamen & frequentius generatur ex cholera, & secundum hanc rationem plus generatur in vere quantum est ex dominio sanguinis, & plus in æstate quantum est ex dominio chol. nisi quòd de facili euaporat, & plus in autumno quantum est ex dominio melancholiæ, sed accidentaliter plus quantũ est de cholera generata in æstate, & plus in hyeme de phlegmate per se, sed accidẽtaliter plus quãtum est de chol. generata in æstate, & conseruata per autumnum & hyemem, & tunc ad panniculos penetrante, & secundum hãc rationem rarò causatur pleuresis in senibus: & si causaretur, vt plurimum erit de phlegmate, & est multum periculosa ratione nimij sensus. In iuuenibus autem plus accidit de chol. & in adolescentibus plus sanguine. Tertio debemus intelligere, quòd sputum rubeum per se & solum pessimum est, quia rupturam venæ significat, & tunc competunt contraria medicamina, vt dictum est. Si autem sit mixtum cum albo, bonum est, & tunc magis est subrubeum quàm rubeum. Quarto intelligendum, quòd in corporibus plenis facienda est phlebotomia de parte opposita, & si non est plenum, & ægritudo confirmata, fiat de eadem, & si humores sint frigidi cum multitudine, adhuc potest competere phlebotomia etiã in dolore descendente, quia tutior est via secundum Gal. Et debet fieri primò in corporibus plenis secundum Auicen. de saphena eiusdẽ lateris. Quinto notandum, quòd nulla fortis medicina debet dari in pleuresi, quicquid dicant antiqui, & aliqui moderni iactant se illam viam tenere. Sed disputationibus

Hordei decoctio, omniũ aliarũ præstantissima. Hip. 1. morbor. acut. Clarificatio.

Aphor. 33. partic. 6. Pleuresis generatio.

Pleuresis in senibus.

Sputi prognostica. Hipp. apho. 12. partic. 1. & progno. 52. lib. 2. Sectionis vena in pleuresi ratio.

Medicamẽta fortia vitanda.

præ

prętermissis non videtur rationabile, detur igitur cassiafi-
mâna, thamarindi, iuiubæ, borago, bugloſſa, viol. pruna, &
similia. Per ista enim medicus nunquâ erit ignominioſus,
Repellētia medicamenta. & fiant etiam ſuppoſitoria, & clyſteria lenitiua. Sexto intel
ligendum ſicut dictū eſt, quòd repercuſſiua nunquam com
petunt in pleureſi, & ſi aliquo modo competerent, ſicut vo
luit Meſue, tunc competerent in initio initiante. Si quis
præſens eſſet, & Deus dediſſet talem gratiam quòd princi
pium initians cognoſceret, aut quòd portarentur in manu
vel in burſa medicamina repercuſſiua, ſed quando poſſunt
talia concurrere, non videtur. Et ideo ſummè miror, quo-
Suppurātia quādo conueniant. modo bonus Meſue ſolus dormitauit. Septimo aduertun-
dum eſt, quòd maturatiua non competunt in pleureſi, niſi
quando ægritudo prolongatur, & non habemus aliā viam.
Mundificetur igitur corpus, & applicentur euaporatiua,
quoniam ſanies eſt multum periculoſa. Vltimo notandū,
quòd vapores aſcendentes ad caput, infrigidantur & ca-
dunt ad panniculos, conculcantur & putrefiunt, & ita cale-
fiunt & pleureſim generant.

De peripneumonia. CAP. X.

Peripneumonia eſt in flammatio pulmonis. PEripneumonia eſt apoſtema calidum pulmonis. Iſtud
autem apoſtema terminatur aliquando per viam reſo-
lutionis, aliquando induratur, aliquando delegatur mate-
ria ad cerebrum, aliquando ad partes exteriores, aliquan-
do ad pleureſim, ſed rarò, aliquando ad neruos, aliquando
tranſit ad empyema, & ſi mundificetur in xl. diebus, bo-
num eſt, ſi non, & virtus eſt debilis multum, ſuſpectum eſt.
Cauſa. Aliquando cauſatur peripneumonia ex pleureſi, & eſt ſem
per malum, & generatur frequenter ex catarrho, & etiam
ex quolibet humore, ſed ſicut pleureſis generatur vt plurimum de chol. ita peripneumonia vt plurimum de phleg-
Signa. mate. Pulſus eſt vndoſus, ſe. fortiſſima, difficultas anheli-
tus, vehemens duricies, quaſi ad præfocationem, rubedo
maxillarum, inflatio oculorum, dolor in medio duarū ſpa-
Prognoſtica. Apho. 10. lib. 5. tularum. Peripneumonia quando generatur ex angina, vt
plurimùm facit alterum duorum, aut interficit infra vij.
dies, aut tranſit in phthiſim. Si materia peripneumoniæ ter
minetur ad vias vrinales, liberationem ſignificat. Et eſt in-
telligendum hic gratia materiæ, quòd pleureſis de chol. vt
plurimùm eſt mortalis, & ita vt plurimū omnis pleureſis

eſt

est mortalis, cum vt plurimùm de chol. generetur. Cuius ratio est, quoniam hanc pleuresim sequitur calor vehemẽs, & dolor vehementissimus ratione punctur̃, & frigida medicamina non possunt bene infrigidare mineram. Quoniã virtus medicaminis infrigidantis, non potest venire cum totalitate sua, siue applicetur interius per modum potionis, quia via est longinqua, siue applicetur exterius, quia costæ impediunt. Curatio peripneumoniæ fere eadem est cum curatione pleuresis, nisi quòd in peripneumonia debemus medicamina fortiora applicare, & supra particulam patientem apponere. Et debemus magis esse intenti vt materia cum tussi mundificetur, &c. *Curatio.*

De tremore cordis. CAP. XI.

TRemor cordis est motus tremulus præter naturam. Quædam sunt extrinsecæ, & quædam intrinsecæ. *Causa.*

Extrinsecæ sicut est calor nimius subitus, aut frigiditas, aut inanitio nimia, aut accidentia animæ, cum sunt in excessu, aut venenum sumptum, aut morsus animalium venenosorum, aut febr. pestilentialis, aut vermes, & omnia breuiter quæ in excessu debilitant virtutem cordis. Si ab intus, tunc prouenit ex magnis passionibus membrorum habentium vicinitatem aut colligantiam cum corde, & ita potest prouenire propter passionem cerebri, pulmonis, stomachi, hepatis, splenis, & matricis. Et prouenit etiam hæc passio propter ventositatem, & propter nimium sensum, & etiã propter vapores sanguinis corrupti prouenientis ad cor, & choleræ, phlegmatis, & melancholiæ. Causarum extrinsecarum habentur ex indicio patientis. Et cum prouenit ex pas. aliorum membrorum, discernitur per pas. & signa illorum. Si venerit ex vermibus, plus affligitur ante cibum, & cum cibus assumitur, incipiunt ascendere. Si ex inanitione, plus affligitur ante cibum, & si ex repletione, plus affligitur post. Et si ex nimio sensu & raritate, aduenit sibi ex quacunq; facili causa. Si ex vẽto, cito venit & cito recedit. Et si ex calore, pulsus & anhelitus sunt veloces, frequentes & inordinati. Et si ex sanguine, discernitur discurrendo per res naturales, & non naturales, & contra naturam. Si ex frigiditate, pulsus & anhelitus sunt parui & tardi & inordinati. Si igitur vrina fuerit rubea, spissa, & pulsus undosus, facies rubea, calor in præcordiis, & patiatur sitim & fuerit *Signa.*

adolescens, & fuerit in otio, & comederit cibaria multiplicantia sanguinem, & fuerit homo lætus & liberalis, verè istis particularibus concurrentibus, aut vt plurimũ coniectura est proxima veritati quòd tremor cordis sit propter sanguinem. Et per hunc modum possumus dicere de chol. si vrina fuerit citrina tenuis, & pulsus velox, frequẽs, fitis nimia, color intensus, & ipse est iuuenis animosus qui cucurrit, laborauit & multiplicauit ea quæ generant chol. tunc videtur ex chol. Similiter de phlegmate, si vrina est remissa, spissa, & pulsus inordinatus, paruus, & ipse sit somniculosus, stupidus, phlegmaticus & in hyeme, & pusillanimus, tunc videtur, ꝙ humiditas phlegmatica petit cor, & nõ permittit ipsum moueri motu suo naturali cũ impediat situ eius, ideo cor mouetur motu inordinato tremulo. Similiter & de melancholia si fuerit melancholicus extenuatus, in autumno, & si timidus, & ita de aliis, videtur ꝙ tunc fit propter fumos melancholicos inuadentes cor & capsulam eius. & quia cor est indignantis naturæ, & non sustinet istos fumos horribiles, ideo mouetur motu inordinato tremulo. Sicut tremor accidit in capite, manibus & pedibus, cum virtus membrum regere non possit, quia tremor est motus compositus sicut describitur in de morbo. Omnis mala cõplexio, cum excedit, debilitat, & virtus debilis inducit tremorem, & tremor syncopim. & syncopis mortem. Si igitur tremor cordis diu durauerit, mortem significat. Si autem post tremorem aduenerit vomitus prassinus, & tremor non cesset, spasmum significat & mortem. Si autem apostema venerit cordi, aut est magnũ, aut paruum. Si magnum, aut est calidum, aut frigidum: & si calidum, interficit in eadem die: & si frigidũ, interficit in secunda: & si paruum, sicut pustulæ & similia, interficit in quarta: & emittit sanguinem per nares sicut encaustum. Si vulnus superueniat cordi, aut est in parte sinistra, aut dextra: & si in dextra, aut est magnum aut paruum: si magnum, statim interficit: si paruum, in prima die: & si in sinistra in eadem die vel hora, siue paruum siue magnum. Vlcus in corde mortem inducit. Intelligendum, ꝙ in omni tremore cordis competunt aromatica, ita quòd si causa est cal. administrẽtur aromatica frigida cum modica appositione aromaticorum calidorum, vt melius penetrent. Et si causa est frig. administrẽtur aromatica

Prognostic.

Prognostica lethalia.

Curatio.

aromatica cal. cum modica appositione frigidorum, vt melius fiat conseruatio. Attamen intelligendum, quòd si dysenteria est nimis intensa, tunc sufficit solum apponere opposita aromatica sine appositione similium. Aromatica autem cordialia frigida sunt ista, viol. nenuphar, rosę, sandal. omnes, camphora, acetum, agrestа, succus malorum granatorum, acetositas citri, limonum, & citrangulorũ, aqua ros. carabæ, coriádrum præparatum, & fructus aromatici, sicut sunt citonia, pira, poma dulc. & valet lac acetosum, ptisana, zuccarum. Composita sunt ista syr. limonum, & ribes, non tamen inuenitur in terra ista ribes, syr. ros. viol. & nenuphar. rinus, tria sand. & zucc. ros. & viol. trochis. de cãphora, diadragantum frigidum & omnia similia. Aromatica autem cal. sunt, ambra, styrax, calamita, muscus, lignum aloës, gariofil. cortex citri. & citrangulorum, nux muscata, cinamomum, se. maiora, & basiliconis, vinũ aromaticum, folia enulæ. Composita sunt ista, theriaca, mithridatum, potio muscata, lætitia Gal. diambra, diamargariton, diathodon iulij, alipta muscata, gallia muscata, & similia, sicut est pulla lardata & assa cum vino aroma. & aqua ros. Ea autem quæ valent in vtroque casu sunt ista, aurum purum foliatum, argentum purum foliatum, margaritæ, coral. rasura eboris, spodium, os de corde cerui, hyacinthi, blatæ bizantiæ, smaragdus, doronic. melissa, borago, bugloss. Ex his autẽ possunt fieri electuaria, vel pulueres, aut trochisci, & syrup. & omnia similia, cum his potest rectificari aër. Visis vniuersalibus ad particularia veniamus. Si fuerit de sanguine, fiat phlebotomia, & vtatur syrup. de borag. de bugloss. syr. rosa. acetoso, & syrup. limonum, vbi fuerint sandali, & camphora, & mundificetur corpus cum prunis, manna, floribus borag. & bugloss. odoret sandalos muscatellinos, & ros. aquam rosa. & acetositatem citri. Si autem materia fuerit cholerica, digeratur cum syrupo de borag. bugloss, syrupo viola. syrup. iulep. & syrup. nenuphar. vbi fuerint ro. camphora & sandali, & purgetur cum viol. cassiafi. & tamari. & odoret viol. nenupha. ros. & acetositatem citri. Et si materia fuerit phlegmatica, digeratur materia cum syrup. de borag. buglo. oxymel. diur. vbi fuerint cortices citri. & nux musc. & se. maior. & basiliconis, & fiat pomum de ambra, ligno aloës, & musco, & purgetur cum hierapic.

Cordialia frigida.

Composita.

Cordialia calida.

Composita.

Quæ à tota sua substantia.

Particularia.

& hieralogod.acuatis cũ pulpa colocyn. Et si materia fuerit melancholica, digeratur cum syr.bor.bugl.fumiterræ, & oxym.scill.vbi fuerit epithymus,aloë,gariofi & cinamomum,& odoret alip.musc.& purgetur,cũ hiera.& hiera Russi acuatis cũ lapide armenico. Et si fuerint vẽtositates,fiant fricationes, & detur sibi dianthos cum musco & dianisõ, vitet omnia quæ generant ventositatẽ. Et si fuerint ex nimio sensu, dentur sibi aromatica frigida cũ paucis calidis, & vitet omnem nimiũ laborem tam animalẽ quàm corporalem. Et si fuerit propter vermes, aut propter pas.aliorum membrorum,aut propter venenum,& similia,curentur illa prius sicut dictum est in locis suis. Notandum de croco,q̃ non debet dari nisi in parua quantitate. Si autẽ daretur in magna,venenum est,interficeret enim ridendo. Quantitas autẽ suæ magnitudinis doceri non debet. Et est notãdum, quòd succus bugloss æ qualibet vice sumptus cũ gariofillis multũvalet in tremore cordis. Similiter intelligendũ,quòd pullus debet lardari,& assari,& aspergi aqua ros.& acetositate citri & vino aromatico,& quòd odoretur. Et si causa fuerit frigida,pullus calidus comedatur, & si fuerit calida, comedatur cum erit infrigidatus. si fuerit talis conditio q̃ possit comedere carnes,quoniã frigida competunt in casu tali. Considerentur igitur materialia,& applicentur iuxta conuenientiã particulariũ.Intelligendũ, quòd licet motus cordis naturalis sit motus dilatationis & constrictionis, & in tremore videatur esse motus dilatationis & constrictionis,non tamen est naturalis, imò inordinatus & præternaturalem,& fortè motus tremoris propriè loquẽdo non est in corde,cum motus tremoris nõ sit nisi in membro quod non mouetur nisi voluntariè. Motus autem cordis non est motus voluntarius,sed est motus naturalis sequens formã. Sed possemus dicere, quòd iste motus posset quodãmodo respondere motui volũtario,& aliquo modo motus tremoris potest attribui cordi per quandam attributionem. Cor igitur patitur tremorem & iectigationẽ:cum igitur cor sit membrum primum, & radix omniũ virtutum,& membrũ delicatum, & non possit sustinere materiam sibi odiosam, mouetur ad fugãdum & repellendũ,vel ad fugiendũ,vel ad vtrunq;,& talis motus velox & inordinatus appellatur tremor,& sentitur etiã manifestè versus mamillã sinistram. Si enim

Croci vsus mederitur.

Clarificatio.

Motus cordis naturalis.

Galenus de vsu partiũ.

enim nullus motus naturalis esset cordi, motus tremoris apparere nō posset,& ideo talis motus non attribuitur hepati nec multis aliis mēbris,nec capiti cum inclinatur supra puluinar,nec brachiis cum inclinantur supra latus,nisi passio esset nimia violenta,& proxima paralysi. Et tunc est iste motus sicut vermiculosus,aut formicās. Sed tūc manifestè apparet,cū aliquis intēdit mouere caput aut manum voluntariè,aut aliquid agēs, & potissimè motū rectitudinis. Et tunc apparet motus tremoris,quando cū aliqua res præter naturā venit membris mouētibus voluntariè,tunc virtus debilitatur,& nō potest complere suum motū. Mouetur igitur partim,sed cōplere non potest,& tunc deficit, quare natura mouet superius, & morbus inferius. Et tunc deficit motus rectitudinis,quē natura intēdebat cōplere,& nō potest propter debilitatē virtutis,& ita propriè loquendo tremor nō est nisi in mēbris vbi est motus voluntarius. Attamen potest attribui cordi, quoniā licet motus cordis non sit volūtarius in hoc,tamen quia naturalis est loco voluntarij. Sicut igitur motus volūtarius cum ab aliquo non impeditur, cōpletur sine impedimēto:ita motus cordis cū ab aliquo nō impeditur,cōpletur sine impedimento. Cum igitur aliqua res præter naturam aduenit cordi,motū suum naturalem complere non potest. Non potest igitur cor cōpletè dilatari,nec completè constringi,sed ad vtrunque festinat,& neutrum peragit. Et talis motus frequens & agitatiuus ad superius vel inferius appellatur tremor cordis:cū igitur prædicat syncopim & mortem, ideo cum diligentia aduertendum. Secundo intelligendum, quòd cor potest apostemari,& in se,& in sua capsula,nō quòd apostema veniat ad complementum. Quia cor est indignātis naturæ,& non posset pati tantum lapsum vsq; ad complementum. Et licet fortè posset aliquo modo pati omnes morbos apostematum,vsq; ad sui complementum non, cum in apostemate sint omnes morbi in genere, sed bene potest esse principium, sed complementum non, antea enim eueniret mors cēties. Tertiò notandum,quòd licet calidum & frigidum cōtrarientur: nihilominus tamē bene possunt conuenire in effectu,sicut in cardiaca,cū vtrunq; debilitet virtutē,sed diuersimodè. Quia frigiditas facit hoc cōprimendo,& calidi tas exhalando. Et quando est cū sudore, appellatur cardiaca

Quæstio.

Motus cordis voluntarius.

Quæstio.

Cardiaca passio.

diaphoretica. Et pro tanto accidentia animæ possunt causare cardiacam, sicut tremor, tristitia, gaudium & lætitia.

Venæ sectio vtrum conueniat.

Quarto notandum, quoniam licet phlebotomia habeat multum debilitare, nihilominus potest bene competere in tremore, cum virtus debilitetur propter multitudinem. Vltimo notandum, quòd succus maioranæ & bugloſſæ cũ gariofil. multum valet in tremore cordis, & cardiaca pass. & potissimè si causa est frigida, & corpus mundificatum.

De Syncope. CAP. XII.

Syncope est præceps vitiũ lapsus.

SYncopis est ablatio sensus & motus in toto corpore secundum maiorẽ partem propter debilitatem cordis. Intelligendũ iuxta istam partem, quòd tremor & syncopis non differunt nisi secundũ intensum & remissum, quoniã causæ sunt debiles in tremore, sed sunt fortissimæ in syncopi. Et ideo causæ, signa & curatio magnã conuenientiam habent. Secundo intelligendũ, quòd causæ immediatę syncopis possunt esse duæ, scilicet omne illud quod facit subito ad exhalationẽ caloris ex corde, & omne id quod facit ad coartationẽ caliditatis subito in corde. Causarum syncopis quædã sunt extrinsecæ, & quædã intrinsecæ. Extrinsecæ sicut est sudor nimius, balnea nimia, venenum assumptum, morsus reptilium, subita caliditas nimia, frigus, similiter fames & coitus superfluus, & omne illud quod subito inanit, nimia repletio cibi & potus, aër cauernarum & minerarũ, & aër pestilentialis. Et venit etiam propter accidentia animæ nimis intensa, sicut est gaudiũ, & omnia consimilia. Causæ intrinsecæ sunt sicut passiones magnæ mẽbrorum corporis, sicut patet in cerebro propter epilepsiã & apoplexiam, & sicut patet in passionibus stomachi, sicut est nimia repletio aut inanitio, & sicut patet in canino appetitu, bolisino, dolore stomachi, & mordicatione eius, & sicut patet in colica, iliaca, fluxu ventris, & vermibus, & sicut patet in nimio fluxu menstruorum & hæmorrhoidũ, & in nimio fluxu sanguinis narium, suffocatione matricis, & in humoribus corruptis existẽtibus in hepate & splene cum vapores vadunt ad cor. Et venit etiã syncopis propter corporis nimiam repletionẽ, aut oppilationẽ, aut propter nimiam inanitionẽ, aut propter nimiam cordis caliditatẽ, & humorum subtilitatẽ, frigiditatem, & humorum grossitiem, & propter febres pestilentiales, & propter principiũ

Causa.

paro

paroxysmorum, & dolores, accidentia intensa, quæ superueniunt febri, & propter vulnera, apostemata, saniem, dolores fortissimos, & omnes labores tam animales quàm corporales, & sicut est phleborotomia in non assuetis, & omnia consimilia quæ subito conculcant calorem in corde, aut ipsum faciunt exhalare, sicut dictum est. Signorum quædã sunt quæ significant futuram syncopim, sicut est tremor cordis, & mutatio coloris faciei ad non naturalem colorem, & mutatio pulsus in paruitatem & tarditatem, & frigiditas extremitatum. Signorum quædam sunt quæ demonstrant paroxysmum syncopis, sicut est ablatio sensus & motus, pulsus formicans, mortificatio faciei, & omnia illa quæ dicta sunt superius lib. 1. vbi posuimus signa distincta inter omnes species syncopis, & inter syncopim & mortem. Signorum quædam sunt quæ signant causas, & si fuerint causæ primitiuæ, habetur per indicium assistentium, si bene inuestigentur. Et si fuerit propter passiones membrorum, cognitio habetur per indicia illorum. Et si syncopis venerit sine omni causa manifesta tam extrinseca quàm intrinseca, & venerit subito, tunc signum est quòd syncopis est propter proprias passiones cordis, & talis syncopis est pessima & mortalis. Inuestigentur ergo diligenter singulæ partes corporis, & non effugiet te causa passionis. Si fuerit densitas vel raritas, repletio vel inanitio, caliditas, frigiditas, venenum, discernitur, quia sapor horribilis est in ore. Aliæ causæ sunt satis manifestæ. Si aliquis ex longo tempore patiatur tremorem cordis, & subito venit syncopis, expeditum est negocium, quia causa est æquata. Si autem aliquis patiatur longam syncopim, & color faciei fuerit mutatus in liuorem aut virorem, aut nigredinem, nunquam calcabit terram. Si subito venit syncopis, & sine omni causa manifesta, & syncopis fuerit longa, consummatum est. Si alicui syncopizanti datum fuerit sternutatorium, sicut est puluis elleborꝰ albi, scilicet quòd puluis fuerit iniectus in nares, & non sternutauerit, nullum est consilium, nisi quòd crux & thuribulum apportentur. Aliter enim est operandum in paroxysmo, & aliter post. Signis igitur mortalibus non apparentibus, vt dictum est, operemur sic dum syncopis adest. Prima igitur operatio est q̃ fricentur extrema cum manibus, & cum panno aspero, aut

Signa.

Prognostica.

Curatiu.

cum sale & aceto, & ꝙ fiant ligationes extremitatum dolo rosæ. Secundo quòd ponantur in aëre claro, & quòd vocen tur proprio nomine in aure alta voce, & multis vicibus. Tertio proiiciatur aqua ros. muscata in facie ex alto, aut aqua frigida, nisi in tribus casibus, scilicet si syncopis esset propter nimiam frigiditatẽ, aut propter nimiam repletionem, aut propter fluxum ventris. Quarto debemus applica re aromatica naribus frigida in calida causa, & in frigida econuerso, etiam puluerẽ aromaticum naribus insufflare, nisi in vno casu. Si syncopis esset propter suffocationẽ ma tricis, & tunc apponatur naribus galbanum, assa fœtida, & alipta muscata inferius. Quinto debemus adhibere vinũ, sed diuersimodè. Quoniã si causa fuerit inanitio, tunc detur vinum cum brodio carnium. Et si causa fuerit cal, detur vinum frigidum cum aqua frigida. Et si causa fuerit frigida, detur vinum cum aqua calida. Et si fuerit propter repletionẽ, detur vinum aromaticum purum, sed in parua quãtitate. Sexto aperiamus os cũ cultello ligneo, & fricemus linguam & dentes cum theriaca & potione muscata. Septimo & vltimo apponantur naribus sternutatoria, & si sternutat, bonum est: & si non, statim fugiat medicus hospite insalutato. Si autẽ non fuerit in paroxysmo, sed timeat ꝙ veniat propter paroxysmũ feb. aut quia vult facere phlebotomiam, & aliâs non fecit, aut quia patitur tremorẽ cordis, aut est multum formidolosus, tunc omnes debent sumere aliquod aromaticũ stypticum. Sumant igitur bolum panis intinctum in succo citoniorum, aut vino, aut aqua ros. aut acetosæ, citri, aut brodio carniũ, vel accipiat de diacitonite, aut aqua ros. vel diambram, aut potionẽ muscatã & ita de aliis aromaticis iuxta conuenientiam particularium. His visis accedamus ad curationem iuxta diuersitatẽ causarum. Si igitur venit ex causis primitiuis, vel ex ægritudinibus manifestis, curentur illa per sua contraria, sicut oportet, & sicut scriptum est in locis suis, verbi gratia, si fuerit ex venenis, detur theriaca & alia, sicut dictum est cap. de venenis. Et si ex accidentibus animæ, inducatur cõtrarium, vt si ex gaudio inducatur tristitia, & applicentur frigida, & econuerso. Et si ex sudore, euentetur & applicẽtur sandali & camphora: si ex fluxibus, restringantur cum aromaticis frigidis: si ex vermibus, interficiantur cum amaris,

Aqua frigidæ vsus.

Grauiolentia.

Vini vsus.

Sternutatoria.

ris, & ita de aliis omnibus. Et ideo cum causæ sint multæ valde reducamus ad quatuor causas, scilicet ad nimiũ calorẽ, aut nimiam frigiditatem, aut nimiam inanitionẽ, vel nimiam repletionem. Ponamus igitur quòd caliditas sit in causa, detur sibi lac acetosum buryro extracto, & omnia frigida, sicut sunt sandali, rosæ, & camphora. Et domus sit subterranea, non angusta, portæ sint septẽtrionales, & aspergatur domus aceto, aqua frigida, foliis salicis & nenuphare. Et vtatur syru. vio. nenuph. zucca. ro. camphora & similibus aromaticis dictis in cap. superius de tremore. Si autẽ syncopis venerit propter causam frigidam, dentur aromatica calida, sicut est muscus, lignũ aloes, ambra, potio muscata, diambra, & ita de aliis superius nominatis capitulo de tremore. Et dentur omnia actu calida, & disponatur aër per artificium & sit calidus. Si autẽ syncopis fuerit ex repletione, & repletio fuerit circa stomachum, inducatur vomitus, medicinæ vomicæ frequenter dictæ sunt. Et si repletio fuerit circa intestina, fiat clystere. Et si sanguis dominatur, fiat phlebotomia cum confortatione stomachi, ab intus, & ab extra. Et si fuerit repletio aliorum humorũ, purgentur paulatinè, minuatur cibus, & fiat abstinentia sicut oportet, nec in hoc casu cogatur recipere cibum, quoniã cõmuniter datur cibus, cum virtus deficit propter repletionẽ, tamẽ citius suffocatur. Et ideo dicebat Hippo. Neq; quispiam medicorum mihi repertus est, qui vires ægritudinum cognoscere valeat. Cõmuniter enim non distingui tur vtrũ virtus sit debilis propter inanitionẽ, aut propter repletionẽ, & ideo fœdi errores sequuntur. In syncopi igitur propter repletionem, iniungatur abstinentia tẽperata iuxta conuenientiam particularium. Si autem fuerit syncopis propter inanitionem, detur cibus subtilis & facilis digestionis, frequenter, & in pauca quantitate. Detur igitur brodium carnis cum mica panis trita, oua trita, & carnes tritæ, cum parua quãticate vini aromatici, vel fiat talis cibus. Assentur gallinæ, perdices, vel caro mutonina, & lardentur cum lardo & gariofil. & aspergatur aqua ros. muscata & vino muscatello, & odoretur diu, postea teratur fortissimè & aspergatur vino aromatico, deinde apponantur ista in panno mundo, postea in torculari trahatur succus, & calefiat lento igni, & hoc est magis confortatiuũ in

Dieta.

extenuatis sine febre, quod nunquam Deus benedictus voluit revelare vsq; ad præsentē diem. Et dentur alia nutrientia & resumptiua quæ dicta sunt in extenuatis, hecticis & consumptis. Sed aromatica semper dantur in parua quantitate gradatim & per ordinē. Aliæ causæ dicentur in locis suis, & ideo recurramus ad illa. Intelligendum quòd syncopis primo & principaliter est passio cordis, secundario ratione compassionis est passio cerebri, quoniam aufertur sensus & motus secundum maiorem partem. Secundo intelligendum est ꝙ in syncopi aufertur pulsus secundū maiorem partē, aliquo modo etiam retinetur licet incōprehensibiliter vel quasi, aliter enim non esset vita. Tertio modo intelligendum, quòd possibile est subito mori ex gaudio, secundum Gal. 3. de morbo, quia calor totus vadit ad exteriora, & cùm natura sentit se ita depauperatam in corde, restringit se, & fit magna clausio & magna conculcatio, & ita immediatè frequentius moritur propter motus secundarios quàm propter primos. Et licet syncopis possit causari ex ira, non tamen subito: ita mors non venit ex ira subito, & licet in ira fiat magna & subita exhalatio, fit nihilominus magna generatio & subito, cum ira fit ebullitio sanguinis in corde, & ita cor non cogitur se constringere propter defectū. Sed in gaudio fit magna exhalatio & continua deperditio, cum continuè mittatur & nō generetur. Et ideo cum deficit natura, credit se iuuare in constringendo, & interficit se per accidens totaliter suffocando, & forte deficeret, dato quòd se non constringeret, propter caloris defectum & priuationem. Quarto notandum, quòd in magno corde fit citius syncopis quàm in paruo, quoniam velocius fit caloris amissio & exhalatio. In paruo fit maior conseruatio, ideo in magnis animalibus timidis, natura ordinauit os in medio cordis siue cartilaginē ad modū ossis, vt non cito deficeret ex timore, sicut patet in ceruo. Quinto notandum, quòd aqua frigida directè non competit, sicut dictū est in syncopi de causa frigida, aut in syncopi de plenitudine, quoniam poros habet claudere & infrigidare, & ita addit in causam. Attamen aliquo modo esset rationabile non propter primam intentionem, sed propter secundam, scilicet, quòd excitat calorem sopitum ratione ictus, & quia cadit ex alto, & quia proiicitur impetuosè. In

Clarificatio.

Aqua frigida.

quantum

quantum igitur excitat, posset competere: attamen mihi videretur quantum est de præsenti, quòd melius esset excitare cũ fricationibus, sternutationibus & similibus. Quid igitur faciendum, conscientiæ medici operantis particulariter derelinquo. Vltimo notandum quòd fricatio valet in syncopi de inanitione, quoniam non deficeat nec consumit sed excitat, si fricatio fuerit temperata.

De passionibus mamillarum continens rubricas tres.

CAP. XIII.

Mamillæ affectus.

MAmilla est membrum glanduloſum, album, ex venis & arteriis contextum, ad generationem lactis ordinatum, vt nouiter nutriatur, donec cibum grossiorem sumere possit. Nunc autẽ mamillis superueniunt multæ passiones, sicut est diminutio lactis, nimia eius exuberantia & coagulationes, vnde veniunt mamillæ inflationes, maiores dolores, & generantur in mamilla apostemata, nodi, glandulæ & durities, vlcera, corrosio, fistula, & nimia mamillarum augmentatio. Et gratia huius agitur hîc de fœtore mamillarum & toto corpore. De istis igitur breuiter pertractemus.

De minoratione lactis. *Rubr.* 1.

Causæ.

LAc multiplicatur propter multitudinem sanguinis & bonitatem eius: minoratur igitur lac propter paucitatem sanguinis & malitiam eius. Causæ igitur quæ paruificant lac, sunt multę, sicut est distractio sanguinis ad aliam partem, nimius fluxus menstruorum, & ita de aliis. Paruificatur propter ea quæ deficeant sanguinem, sicut est paruitas cibi & potus, labor nimius, & omnia consimilia. Et fio etiam propter nimiam sanguinis abundantiam, cum eius mala qualitate, quia natura nõ potest illud regere. Et cum hoc fit ex abundantia choleræ, phlegmatis & melancholiæ. Si fuerit ex fluxibus, aut ex abstinentia, aut laboribus, *Signa.* satis est notum indicio patientis. Et si fuerit ex aquositate, significatur ex ocio, quia vsus est oleribus, fructibus & piscibus. Et si est ex multitudine sanguinis male complexionati, cognoscitur ex cacochymia totius corporis. Et si fuerit ex cholera, cognoscitur ex citrinitate lactis, & ex aliis signis cholerę. Et si ex phlegmate, cognoscitur, quia lac est multum aquosum, & ex aliis signis phlegmatis. Et si ex melancholia, cognoscitur, quia lac est multum grossum,

sum, stypticum, & ex aliis signis melancholiæ. Si fuerit
Cura. ex nimio fluxu, restringatur & trahatur ad partem oppositam. Et si ex priuatione cibi, aut ex mala qualitate cibi, labore & similibus, inducatur contrarium, scilicet quòd exhibeatur cibus & rectificetur mala qualitas, & iniungatur quies, ocium & similia. Et si fuerit ex aquositate, cibus calidus & siccus iniungatur & exercitium. Et si fuerit ex multo sanguine malè complexionato, rectificetur mala complexio & mundificetur. Et si fuerit propter choleram, alteretur & euacuetur, dẽtur cibaria frigida, sicut lactu. cucurbitæ & melones. Et si fuerit ex phlegmate, digeratur & euacuetur, dentur cibaria calida deficcatiua temperatè. Idem est de melancholia, quòd purgetur, & dentur cibaria calida & humida. Cibaria autem materialia ex quibus generatur & multiplicatur in corporibus mundis, sunt sicut est decoctio tritici & farina eius, amygd. & confectio quæ appellatur triti, risum, hordeum mundatum, farina cice. fabarum, sesamini, amygd. dul. oleum sisaminũ, caricæ, zinzib. al. cinamonũ, & panis zuc. Ex istis enim potest fieri cibus, aut decoctio colata cum vino, aut potio, aut aliqua alia cõfectio, & ita de aliis iuxta industriã medici, & hîc est intelligendum quòd ea quæ multiplicant lac, multiplicant sperma, & econuerso.

De lactis exuberantia. *Rubr.* 11.

SAnguis naturaliter vadit ad mamillas, & conuertitur ad naturam lactis in tribus casibus, aut quia mulier con
Causa. cepit, aut quia peperit, aut quia mẽstrua sunt retenta. Nũc autem cum exuberat lac in mamilla, inducit dolores, tumores, duritiem, cõgestionem & caseationem. Discernitur autem ista congestio seu caseatio ab apostemate, pro tanto quia iste tumor seu caseatio sunt æqualiter in tota mamilla cum quadam luciditate; apostema autẽ est in altera par-
Cura. te tãtum. In primis repercutiatur & resoluatur cum aqua cal. & aceto embrocatis desuper & frequenter. Minoratur autem lac altero quarto modorum, aut cum valde deficcatiuis, sicut sunt lentes, fabæ & cicer: aut cum fortiter infrigidãtibus, sicut est muccillago psyllij, citoniorum & papaueris: aut cum fortiter resolutius & calefactiuis, sicut est gummi rutæ agrestis: aut cum nimis humectatiuis, sicut sunt folia coriandri recentia & succus cucurbitæ. Omnia

mnia igitur quæ paruificant semen, paruificant lac: minuatur igitur nutrimentum & deficcetur, sanguis resoluatur, infrigidetur & humectetur, ita necessario minorabitur, cũ eius multiplicatio non fiat nisi ex sang. bono & laudabili. *Causa coagulati lacti in mamillis.* Veniamus igitur ad caseationem lactis in mamilla. Hæc autem caseatio fit aliquando à nimio calore, quod discernitur, quia lac est citrinum, & tota mamilla calida. Aliquando autem caseatur à frigido, quod discernitur, quia lac est valde aquosum, & tota mamilla frigidas. Si autem caseatio fiat à frigido, resoluatur à calidis resolutiuis. Ista autem sunt, succus apij, suc. bletæ, suc. rutæ, fœnigræc. anisum, ciminum, siseleos, abrotanum, & suc. fœni. Accipiamus igitur vnum ex istis, aut multa & cum farina lupinorum, myrrha, croco, & vino al. faciamus emplastrum, & super mamillam apponamus, vel imponantur panni intincti in prædictis succis & desuper tepidi apponantur. Si autem ceseatio fiat propter caliditatem, R. suc. caulium, suc. morellæ, suc. coriand. su. portul. ana. tunc ista cum oleo, ro. aceto fortissimo & farina hordei misceantur & fiat emplastrũ, & possumus addere modicam quantitatem myrrhæ & croci, vt frigida melius valeant penetrare, & ponatur super actu calida. Et illud quod in vtraque causa soluit caseationem, dolorem & tumorem mamillarum, supposito bono regimine, sunt acetum, vinum al. & aqua. calefiant igitur ista & proiiciantur ex alto supra mamillam & fiet completa resolutio. *Curatio.*

De apostematibus mamillarum. *Rubr.* III.

MAmillæ apostemantur sicut alia membra. Et si fuerit apostema de causs cali. particularibus conuenientibus fiat phlebotomia: & si plenitudo est magna, fiat de parte opposita: & si non, de eadem, & mundificetur corpus secundũ exigentiam materiæ, hoc facto, si materia est prope caput mamillæ, ponantur purè repercussiua, & si nõ, ponãtur cum repercussiuis resolutiua, quoniam aliter esset timendũ quòd materia iret ad cor. In primis igitur fomentetur mamilla cum aqua cal. aceto & oleo ro. & emplastretur cum farina fabarum, hordei, chamomilla & aliqua parte sandalorum, & misceantur cum aceto & vino al. debili, fiat emplastrum. Deinde ponatur istud quod maturat & mitigat, R. medullam vituli, vitellum oui, fœnigræ. se. lini.

farin

farinæ volatilis molendini, miſceantur cum oleo ſiſamino, & fiat emplaſtrum. Si autē materia fuerit frigida, corpore mundificato, in primis fomentetur cum aqua ca. aceto & vino albo debili. Deinde fac tale emplaſtrum. R. riſi ʒ.2. apij ʒ.1. cōquaſſentur & bulliant in vino al. debili, poſt ea exprimatur, vinum: fiat emplaſtrum, & deſuper apponatur. Deinde maturetur ſic. R. radi. lilij, apij, an. ʒ.1. fœnigræ. farinæ tritici, ſemi. lini, myrrhæ, an. ʒ.ß. croci ʒ.1. miſceantur cum melle, & fiat emplaſtrū. Et ſi volumus fortius operari, ita quòd ſi non eſt bene maturum, maturabit, & ſi eſt maturum, rumpet, & aperiet, fiat emplaſtrū de foliis rutę, & perſici recentibus, cum felle bouis, vel poteſt rumpi cum calce viua & ſapone molli, vel aperiatur cum ſagitella, & eſt valde cauendum, quòd ſuauiter exprimatur propter dolorem. Et ſi eſſent apoſtemata venenoſa, ſicut anthrax & carbunculus, curetur ſicut dictum eſt in lib. 1.

De nodis & glandulis in mamillis. *Rubr.* IIII.

ACcipe igitur dragagantū, gummi arab. vitella ouorū, oleū vio. miſceantur, & fiat emplaſtrū. Et ſi fortius operari volumus, liquefiat cera & pix, in oleo roſ. & addatur modicū fellis, ſtercoris colūbini, & fæcis vini anti qui, fiat emplaſtrum, & ſuper duritiem & glandulas apponatur.

De corroſione, vlcere & fiſtula in mamillis. *Rubrica* v.

ACcipe nucis cypreſſi, gallarum, caſſię ligneę, ana ʒ.2. aloës, corticis thuris, an. ʒ.1. lithargyri ʒ.3. puluerizētur & temperentur in vino claro ſubrubeo, tribus diebus & tribus noctibus, poſtea bulliant ſimul vſquequo veniant ad ſpiſſitudinem mellis, & tūc vlcus ſeu corroſio illinatur, & illud medicamen valet in omni vlcere ſeu corroſione, & potiſſimè in membro molli. Et ſi mamilla fuerit fiſtulata, lauetur quotidie cum vino puro ca. vbi bullierit myrrha, & poſtea deſiccetur, deinde R. ſarcocollā, & aloen, miſceatur cum melle, & inuoluatur tēta, in fiſtula intromittatur, & eſt de ſecretis contra fiſtulam, licet ſuperius in 1. libr. de omnibus iſtis ſimus locuti &c.

De magnificatione mamillarum. *Rubrica* VI.

ALiquando autem mamillæ nimis magnificantur, vel volumus quòd in paruis puellis augmententur, tunc igitur competit quòd fomententur frequenter cum aqua & aceto, deinde emplaſtrentur cum ceruſa, cimolia, bolo

arme n

armenio, & terra sigil. Et si fortiora facere volumus, operẽtur cum narcoticis, sicut est opium, mandragora, hyoscyamus, papa. al. muccillago psyllij, & quia diximus de mamillis, ita de testiculis intelligamus.

De fœtore ascellarum.

FOETOR ascellarũ vel totius corporis si diu duraverit, & sine causa manifesta, lepram futurã significat. Rectificetur igitur diæta atq; regimen, purgetur corpus cum phlebotomia & pharmacia secundũ exigentiam hu. peccantis, deinde fiat balneum, postea abluatur in exitu à balneo cũ aqua decoctionis ireos, aluminis, lithargyri, myrrhæ, spicæ nard. rosarum, deinde aromatizentur ascellæ & totum corpus sic. Resoluatur alipta muscata, sandali puluerizati, & rosæ in aqua ros. vel in oleo laurino, illinantur ascellæ & totum corpus. Circa istam materiam multa sunt consideranda. Primo quare in viris & mulieribus mamillæ sunt in pectore, & in quibusdam aliis animalibus sunt in parte posteriori, sicut in vaccis, aut in ventre sicut in suibus & porcis. Dico quòd in viris & mulieribus sunt in pectore pro tanto, quia ibi nullum nocumẽtum præstant in motu: & si essent inferius, impedirent motũ, & non essent in loco honesto propter lactationẽ. Secunda causa est, quia lac est san. bis coctus, & ideo iuuatur in pectore propter calorem cordis. In vaccis autẽ & multis pecudibus, non sunt in pectore, quia impediretur motus pedum anteriorũ, sed sunt in parte posteriori, quia versus illas partes declinat hepar, & non impeditur motus, de quo sit curandum, cũ pedes posteriorẽs sequantur motum pedum anteriorum: scrophæ autem seu porcæ habent per totum ventrẽ propter multitudinem fœtuum. Secũdo aduertendum, quare viri habent mamillas cum non lactent, & iuxta hoc postquàm habent, quare non habent lac, quoniam secundum Aristo. in de histo. animalium, inuentus est hircus qui habuit lac ex quo caseus fuit factus, & habuit fœtum masculũ: & factum est illud idem, quare ergo non similiter in viris? Dico quòd viri propriè non habent mamillas, sed simulacrum mamillarum, sicut mulieres nõ habent testiculos, sed simulacrum testiculorum ab intus, hoc autem habuerunt viri propter decorem, tantum vt non viderentur esse diminuti, non propter operationem, sed propter decorem. De secundo

Clarificatio.

Quæstio.

Quæstio alia.

do dico, quòd non habent lac, quia non habent menstrua, sed illi qui habent mamillas carnosas, bene est possibile quòd habeant humiditatem quandam albam similem lacti, sed non est verũ lác, & ita fuit in isto capro propter bonitaté pascuæ, non quòd esset verũ lac. Tertio notandũ, quare mamillæ crescunt in tempore pubescentiæ in mulieribus & in viris nõ. Dico quòd in vtrisq; crescunt & inrantur capita, & habent vertiliones, sed parũ in viris, quia non sunt nisi ad decorem: sed in mulieribus fit multũ augmentum vt possint satis recipere de lacte propter finem. Quarto considerandum quæ mamillæ sunt meliores, vel magnæ vel paruæ: dico quòd mediocres, quia paruæ non possunt satis recipere de lacte. In magnis autẽ non fit bona digestio, mediocres igitur in quantitate sunt meliores.

Causa lactis coagulatio in mamillis.

Repercussiui verũ vsus.

Quinto intelligendum, quòd apostemata & morbi frequentius accidunt in mamillis mulierum quàm virorum, & quia maiores & magis ratæ & plures accipiũt superfluitates, quia virtus debilior. In viris autem totum consumitur, & ideo non ita frequenter. Sexto notandum quòd coagulatio lactis in mamilla, propriè loquendo, non fit à frigido, quia illud est magis coagulatio seu induratio, sed à calido digerente, dealbante & assimilante, oportet enim digestiua esse grossiora, & hoc fit à calido. Septimo notandum quòd repercussiua mediocria in apostematibus mamillarum bene possunt applicari, quia mamillæ approximantur emunctoriis membrorũ nobilium, nõ tamen sunt in emunctorio, & ideo foramina non sunt ita larga, nec similiter repercussiua debent esse nimis frigida, sed semper cum quibusdam resolutiuis, timendum enim esset quòd iret ad membra nobilia, mediocria igitur apponantur. Octauo intelligendum quòd lentes & fabæ fractæ possunt competere ad resoluendum lac, quia deficcant si cum aliis fortioribus resolutiuis admisceantur, sicut est fœnugræcum & similia. Nono aduertendum quòd fœtor in ascellis

Causa fœtoris ascellarum.

potest causari de melancholia, & à quolibet humore, non propriè à putrefactione, quæ est ebullitio, sed à putrefactione propriæ substantiæ quæ est corruptio. Decimo considerandum, quòd in fœtore ascellarum, possunt cõpetere repercussiua pro tanto, quia non administrantur nisi corpore mundificato, & tunc nõ aliud repercutiunt, sed deficcant,

cant, abstergunt, & mundificant cum sint sicca, & secũdum hunc modum potest competere myrtus & similia. Vndecimo aduertendum, quòd ascellæ in iuuenibus magis fœtent quàm in senibus, quoniam etiam licet materia corrupta abundet in senibus, deficit tamen calor mouẽs, & cum hoc quia iuuenes sunt peioris regiminis vt plurimùm, & calor est fortis, &c.

INCIPIT PARTICVLA QVINTA, QVÆ PARtium nutritiuarum & ani ægritudines curare docet, suntque xxj. capitula.

De transglutiendi difficultate. CAP. I.

TRANSGLVTITIO cibi, est motus compositus ex virtute animali sensibili mouente volũtariè, & ex motu naturali. Membrum autem per quod fit ista operatio, est Meri. Deseruit enim stomacho in transglutitione cibi. Meri autem est membrũ compositũ ex duabus tunicis & carne: tunica autem inferior habet villos longitudinales, cũ quibus fit motus volũtarius: tunica autem exterior habet villos transuersales, cum quibus fit motus naturalis. Nũc autem trãsglutitio fit primo & principaliter cũ villis longitudinalibus interioribus, qui mouentur naturaliter, & ideo motus transglutiendi est facilis, cùm ista se habẽt secundũ naturã. Vomitus autem fit cum villis exterioribus, & ideo fit cum difficultate, carnositas autem abundat circa tunicã exteriorẽ. Nunc autem sicut via anhelitus est situata in parte anteriori, ita via cibi quæ appellatur Meri, seu œsophagus est in parte posteriori versus collũ & spondilia. Nũc autem actio transglutiendi aliquando aufertur cũ non potest transglutire, aliquando minuitur, quãdo fit cũ difficultate, aliquãdo corrumpitur, quãdo fit cũ tremore & titillatione.

Oesophagũ Arabes Meri vocãt.

Galen. 8. de vsu partiũ.

Trachea arteria situs.

Difficultas transglutiendi aliquãdo venit propter nocumenta quæ veniunt ipsi Meri, aliquando venit propter no-

Cause.

cumenta quę veniunt membris vicinis. Si propter membra vicina, ſicut propter diſlocationem ſpondilium, aut ſquinantiam aut ſpaſmum, aut malitiam rei quę euomitur, aut propter illud quod tranſglutitur, & ita de aliis. Si autem venerit propter Meri, hoc accidit propter tria, aut propter malitiam complexionis, aut apoſtemata, aut propter vlcera. Malitia autem complexio quædam eſt cal. quædam frigida, quædam ſicca, quædam humida. Apoſtemata quędam ſunt cal. quædam frigida. Aduenit etiam propter debilitatem virtutis, ſicut in illis qui patiuntur fortes ęgritudines, aut paſſi ſunt chronicas, aut ſunt conualeſcentes, aut ſenes.

Signa. Si fuerit propter diſlocationem, ſentitur dolor in collo, ſpondibilibus & ſpatulis, & nō poteſt iacere ſupra dorſum. Et ſi fuerit propter ſpaſmum, ſentitur dolor in mamilla, & pectore, & tenet os clauſum. Si fuerit propter ſquinantiam & ſic de aliis, cognoſcitur ex illo. Si ex nocumento euomendi, ſicut ſunt vermes, & ſimilia, cognoſcitur ex illis. Similiter ſi propter rem quæ tranſglutitur, ſicut eſt ariſta, & ſimilia. Si propter debilitatem, facile eſt cognoſcere, aut ratione feb. aut ratione ætatis, aut aliorum morborum notorum, & ita de aliis. Si ex mala complexione diſcernitur, quia tranſglutitio fit paulatinè, & cum labore, ſed ſine dolore, ſi fuerit caliditas, adeſt ſitis & aſperitas: & ſi fuerit ex frigiditate, adeſt grauitas, extenſio & parua ſitis: ſi ex humiditate, adeſt albedo linguæ, & ſaliua multa: ſi ex ſiccitate, tunc eſt ariditas linguæ & ſitis. Si apoſtema, tunc eſt dolor in tranſglutiendo, & poſtquam tranſglutiuerit, quieſcit, & ſi apoſtema fuerit cal. diſcernitur vt dictum eſt de mala complexione cal. & ratione fe. Et ſi apoſtema fuerit frigidū, diſcernitur vt dictum eſt. Et ſi fuerit ex vlcere, diſcernitur, quia cum comedit aliqua acuta, ſicut eſt ſinapis, acetum & ſimilia, tunc patitur magnū dolorem, & ſi comedit dulcia & ventoſa, non.

Prognoſtic. Quando aliquis patitur apoſtema in Meri, & ſuperuenit tremor, rupturam apoſtematis ſignificat. Alia ſunt omnibus manifeſta, cum aliquis non poteſt tranſglutire, quare, &c.

Curatio. Circa curationem paſſionum Meri, debemus tres regulas notare. Primo quòd quando datur aliquid pro paſſionibus Meri ab intus, quòd diutiſſimè teneatur in ore, & quòd paulatinè tranſglutiatur. Secundum eſt, quòd in illo tūc nullus ſuma

tur

tur potus, quia nimis cito faceret descendere medicamen. Tertium est ℞ quando medicamina applicantur ab extra, quòd applicetur collo, & inter duas spatulas, quia versus illas partes transit Meri. Tunc veniamus ad curationes particulares, reddendo singula singulis. Si autem fuerit propter dislocationem, apponantur ventosæ & fricationes fiant, & alia quæ competunt in dislocationibus. Et si fuerit propter squinantiam aut spasmum, curentur vt dictū est. Si propter ea quæ attrahuntur aut expelluntur, apponantur lenitiua, sicut ficus, liquirit. & similia. Si fuerit propter debilitatem virtutis, dentur resumptiua & nutrientia, sicut sunt oua sorbilia, medulla vituli, brodium carnium, carnes volatilium, & pisces squamosi, inūgatur collum cū oleo sisamino, oleo viol. & oleo amygd. dulc. & vtatur electuario resumptiuo, & diadrag. frigi. vtatur lacte & balneis. Si fuerit propter malam complexionem siccam, fiat illud idem. Si propter malam complexionem cal. vtatur syr. ros. viol. nenuph. & emplastretur collum ex muccilagine psylij, citoniorū, & sand. ro. & spodio, vtatur etiam istis pilu. quas diu teneat in ore. R. 4. se. frigi. mund. maiorum & minorum, ana ℈. i. omnium sand. ana ℈. ii. liquir. mund. ʒ. i. conficiantur cum muccilagine dragag. & aqua ros. fiant pilulæ, & vtatur lacte acetoso, ptisana, lactu. portu. cucur. & similibus. Si autem fuerit ex mala complexione frigida, tunc bulliant ista in oleo laurino & costino, scilicet myrrha, styrax, calamita, spica nard. castoreum, ammoniacum, intingatur lana, & ponatur supra collum, & inter duas spatulas, vtatur etiam istis electuariis. Recipe diairis, diacalamenti, rosatę nouellę, pliris, diatrion pipereon, ana ʒ. ii. misceatur, vel fiat syrup. de maior. betonica, vtroque calamento, asaro, ana. marathro & mel.

Si fuerit mala complexio hu. bulliat hyssopus in oxymel. diur. & vtatur eo, purgetur cum hierap. & vtatur vomitu, fiant ea quæ dicta sunt in mala complexione frigida. Ex materialibus igitur quæ dicta sunt, potest fieri gargarismus, emplastrum, oleum, syrup. electuarium, conditum & similia. Si igitur fiat ex mala complexione frigid. & humida fiat sicut dictum est. Si autem propter apostema ipsius Meri, ponatur istud emplastrum supra collum, & inter spatulas, quod est partim maturatiuum & partim repercussiuum. Recipe 4. sem. frigidorum, sem. malvæ, sem. portulacę,

sem.lini,sem.fœnigræ.ana ʒ.ß.conterantur fortiter, & misceátur cũ muccillagine psyllij,& tepid.supra locũ apponatur,& reliquum regimen sit sicut dictũ est in mala complexione cali.& si apostema fuerit frigidũ, ponatur istud emplastrum supra collũ,& inter spatulas.R.galbani,armoniaci,bdellij,resoluantur in oleo laurino,& cũ sera,fiat emplastrum. si esset difficilis maturationis valde, addantur istis, pyrethrũ,radix aristolochiæ,ireos,& reliqua fiant, sicut dictum est in complexione frigida. Si autem apostema fuerit ruptũ,fiat talis potio.R.ireos,hyssopi,radi.lilij,ana M.i. caricarum, vuarũ pas.mund.ab arillis,liquir.mund. marathri,ana ʒ.i.mellis lib.ß.fiant decoctiones,lib.i. & ß.& vtatur isto gargarizando,& sorbendo. Si autẽ fuerit propter vlcera quæ sunt in Meri,vtatur ista potione.R.hyssopi, absinthij.ana.M.ß liquir.mundæ,vuarũ passarum,iuiubç,dragagãti,gummi ara.ana ʒ.ß.myrtillorum,se.citoniorũ, ana ʒ.i.mellis quar.ʒ.fiãt decoctiones lib.i.& ß.qua vtatur gargarizãdo diu,& frequenter in ore tenendo, paulatinè sorbendo,& cum hoc teneat istas pilulas in ore.R.sarcocollç, spodij,charabæ,dragaganti,gummi ara.amyg.ana ʒ.i.confi ciantur cum melle,& fiant pilulæ.potest vti lacte, ita quòd sint partes 7.lactis, & vna mellis. Et si volumus mũdificare magis,extrahatur butyrum, si verò volumus cõglutinare, non extrahatur. Intelligendum quòd in passionibus Meri competit lac, vbi calculi fluuiales candentes sint proiecti. Et modo dubitaret aliquis quòd non, cùm quia lac acquirit malam complexionem frigidam & siccam,tum quia nimis desiccat,& ita exasperaret, & similia.Dico quòd competit,quando volumus abstergere, vnde ex hoc, lac iuuamenta acquirit,primo quia non permittit lac caseari in stomacho,nec putrefieri,nec corrumpi,præterea acquirit siccitatem temperatam consumendo butyrositatem,ratione cuiusdam siccitatis abstergit & mundificat, & ita nec alterationem frigidam acquirit,quia calidum ponitur,nec nimiã siccitatem,quia totiens non apponitur,quare,&c.

Emplastrũ suppurationum,& repercus.

Potio efficax ad vlcera œsophagi tergenda et consolidanda.

Pilulæ sub lingua.

Clarificatio.

Lac vstulatum.

De debilitate appetitus. CAP. II.

Diffinitio. Fames.

DEsiderium cibi & potus, est appetitus stomachi suam inanitionẽ sentientis. Nũc autem fames est appetitus ca.& sic.in ratione cibi:sitis est appetitus sri. & humidi ratione potus. Ista autem virtus desideratiua propriè pertinet

net orificio stomachi, sicut transglutitio pertinet Meri, & digestio fundo stomachi: cõponitur autem hæc virtus ex naturali & animali, ideo quãdo stomachus & alia se habẽt secundum naturã, tunc actio est bona, & quando sunt præter naturã, tunc actio aut aufertur, aut minoratur, aut corrumpitur: nunc autem de ablatione & minoratione agitur hic, quoniam causæ non differunt nisi secundum intensum & remissum. Causa debilitatis appetitus, aut est extrinseca, aut intrinseca. *Causa duplex.* Si extrinseca, tunc est nimia caliditas resoluens: aut frigiditas mortificans, aut nimius labor & exercitium: ista enim licet à principio intendant appetitũ, tamen postea diminuunt. & similiter diminuitur appetitus, cum transit hora qua cõsueuit comedere, & somnus superfluus, aër venenosus appetitum diminuunt, crapula, cibaria fastidiosa, ocium, accidentia animæ, nimius potus aquæ frigidæ, & similia. Si autem fuerit propter causas intrinsecas, tunc aut est propter stomachum, aut propter alia membra. Si propter stomachum, hoc est propter tria, aut propter ablationem virtutis sensitiuæ stomachi, ex hoc quia spiritus non venit à cerebro, & ita non sentit inanitionem suã, aut est propter malam complexionem frigidam stomachi ipsius, aut propter malum calorem, & ista causa euenit frequentius. Si autem auferatur, aut minuatur appetitus propter alia mẽbra, hoc est sicut in mania & melancholia, quia obliuiscuntur, aut non imaginantur: aut propter catarrhũ, aut propter febres fortes, aut pestilentiales, aut chronicas, aut propter fluxum ventris, aut quia splen non mittit melancholiam ad stomachum, aut quia nimis mittit, & fit etiã propter nimium fluxum menstruorum, aut propter retentionem, aut cum incipiunt fluere in quibusdam, aut propter vermes, aut propter conceptum, aut apostemata. *Signa.* Signa satis manifesta ex indicio, & quia causæ sunt notabiles propter ægritudines quæ præcedunt, nisi quãdo venit propter stomachum. Nunc autẽ quando venit propter ablationem sensus stomachi, tria sunt signa. Primum, quòd nihil appetit, secundum, quia cibum prius desideratum tenuit. Tertium, quia si comedat acuta & mordicatiua, sicut est sinapis & piper, postea potet vinum purum, non grauatur ex illis. Si autem causa fuerit frigiditas, tunc sentit indigestionem & ventositates, & est priuatio sitis. Si autem

caliditas, sentitur calor & sitis, alia omnia sunt satis manifesta diligenter inquirenti. Ablatio appetitus, si diu duraue rit, mortis est signum. Minoratio appetitus si venerit, propter frigiditatē, malum est valde, cum frigiditas acuat appetitum. Omnis debilitas appetitus in omni morbo chronico, pessimum est. In curatione appetitus, debemus vitare crocum, butyrū, & omnia vnctuosa. Ea autē quæ prouocāt appetitum, sunt omnia acuta & aromatica, sicut sunt cepę, allia, porri, nasturciū, sinapis, piper, cinamomū, gariof. spic. nar. nux musc. & omnia styptica, sicut sunt mentha, absinthiū, mastix, thus, styrax calamita, lignū aloës, succus citoniorū. sumach, berberis, ros. gallia muscata, sandali, & omnia acetosa, sicut acetum, vinum malorū gra. succus acetosæ, acetositas citri, citrangulorum, & limonum, & cortices corū conditæ, & omnes confectiones quę fiunt ex eis, & valet theriaca, mithridatum, potio muscata, diacitoniten, diambra, diamenthæ, zuc. ros. mel. ro. & similia. In causa igitur ca. dentur frigida aromatica, styptica: & in causa fri. dētur ca. styp. aromatica. In omni igitur defectu appetitus, lardetur gallina cum lardo, & gariof. asſetur, deinde aspergatur aqua ros. & vino muscatello, odoretur frequenter & multis vicibus, valent etiā oliuæ conditæ, perfica cōdita, asparagus conditus, pisces salsi, zinzib. conditū, auellanæ, castanęæ, cicera, fabæ, cum sunt torrefactę. His visis ad particularia veniamus. Si malitia appetitus venit propter debilitatē sensus stomachi, tunc purgetur cerebrum & mundificetur, & confortetur cum aromatibus. Deinde vtatur isto electuario. R. potionis muscatæ, diamenthæ, diambrę, ana ℔. ß. misceantur, & postea fiant pilulæ de alipta muscata, & quotidie mane transglutiat tres integras, deinde post hoc vtatur theriaca, & mithridato. Si autē venerit propter malam cōplexionem fri. aut hu. aut vtrāque, digeratur materia cum oxymel. scill. vbi bullierit hyssopus, absinthi, & mentha. Deinde purgetur cum hierapi. acuata cū aloë, aut purgetur cum myrob. cheb. Deinde vtatur isto electuario. R. diatrionpipereon, diacitoniten, diagalangæ, diamenthę, diambræ ana ℔. ß. misceantur. Postea bulliat absinth. mentha, nux musc. nux cypressi in oleo laurino, & lana intingatur, & supra stomachum apponatur. Si autē fuerit propter causam ca. digeratur materia cum oxysac. syrup. acetoso, syr.

Prognostica.

Curatio. Appetitū prostratum prouocantia.

Curatio particularis.

syr.limonum,syr.ros.vbi bullierint sandal. spodium,rosæ, cum pauca cāphora, & citonia, cum quibusdam foliis absinthij.Deinde purgetur cum manna.& cassiaf.aut myrob. citri.aut cum trifera reubatbarata.Pòst vtatur isto electuario.R.tria sandal.zuc.ro.carnium citoniorum conditorum cum zuc.diadraganti frigidi ana ʒ.ij.misceantur rosæ,sandali,citonia,acetositas citri,in oleo ro.& lana infundatur, & stomacho applicetur. Si autem fuerit propter splenem, deoppiletur,& à melācholia mundetur. Si propter conceptum,vtatur exercitio temperato , & vino antiquo odorifero,& vtatur isto electuario.R. diacitoniten, potionis mu scatæ,ana ℔.j. conseruæ citrangulorum ʒ.j. miscentur.

Alię autem causæ omnes curentur sicut dicetur in locis suis,& per contrarium ad temperamentum reducantur. Si autem fuerit causa sic. & humorum priuatio, detur lac,& brodium carnium cum aromatibus, oua sorbilia, & diæta resumptiua. Notandum etiam,quòd ablatio vel diminutio multum notabilis cibi in morbis chronicis,est malum signum,& malū in se, cum nullus possit diu esse sine cibo, & malum in chronicis,cum mala complexio videatur esse æquata. Secundo notandū,quòd frequenter accidit,quòd aliquis nihil penitus appetit,& accidit,quòd quasi coactus incipit comedere,postea fortiter,& multum appetit,attrahit & comedit , & hoc accidit , aut quia virtus appetitiua quæ sopita erat , propter cibum acceptum excitatur, aut quia cibus acceptus , destruit causam diminutionis appetitus,vt verbi gratia,ponatur quòd aliquis amisit appetitum propter malam complexionē frigidam, & quòd incipiat comedere cepas & allia,tunc enim augmentatur appetitus,quia cibus destruit causam , aut si causa esset calida, & ipse acciperet acetum & similia , diminutionem igitur appetitus cibus superueniens appetitum augmentat , aut quia suscitat,aut quia rectificat. Tertio aduertendū,quòd non est inconueniens duo contraria concurrere ad effectum vnum,vnum scilicet per se,& aliud per accidēs, ideo non est mirabile , si virtus appetitiua seu attractiua , seu desideratiua,seu transglutitiua deficiat propter cal.& propter frigidum , cum excedunt , quoniam licet cal.temperatum valeat in hoc casu , cum excedit , corrugat & desiccat & exhalat,& ita diminuit,frigidum etiam facit hoc,

Clarificatio.

Appetitus ablatio.

Facultas attractrix.

quia mortificat. Quarto notandum, quòd virtus attractiua directè & per se non confortatur ex stypticis, nisi quia deficcant, abstergunt & mundificant, vel quia virtutẽ coadunant, si fuerit dissoluta. Quinto notandum, quòd virtus desideratiua, seu appetitiua, seu attractiua stomachi, est cõposita ex animali & naturali, naturalis tamen est in toto corpore, sed stomacho additur animalis, & quia ab extra attrahit, & quia à remotis, & quia non solũ propter se, sed etiam propter totum corpus, & ideo natura ordinauit vt stomachus sentiret inanitionẽ suam, & ad hoc fuit sensus animalis: nihilominus aliquando animalis superat naturalem, vt in canino appetitu, quãdo autẽ naturalis superat animalẽ, sicut videmus in famelicis vbi attrahitur ab hepate, antè quàm in stomacho sit digestus cibus, & sicut videmus in Iudæis cum suspenduntur per pedes, nihilominus tamen cibus attrahitur ad stomachũ, quod non fieret nisi naturalis virtus attraheret, & superius graue faceret ascendere. Sexto intelligendum, quoniam licet appetitus hepatis sit per totum corpus, sicut & stomachi, nihilominus tamen est naturalis & non animalis, pro tanto, quia attrahit ab intus & à proximo, & ideo est simplex, sed illa stomachi est composita, & causa est dicta. Septimo notandum, quòd stomachus tripliciter nutritur secũdum Auic. vno modo ex sanguine, qui est in venis suis exterioribus & interioribus, & aliter frustra esset ibi. Secundo nutritur ex chylo secundum Gal. in de virtutibus naturalibus, & in aphorismis supra illum aphorismum, Eorum qui nutriuntur &c. Tertio nutritur in tempore famis ex sanguine attracto à venis meseraicis, & ab hepate, nec in hoc est difficultas, sed ex quo istorum melius, & perfectius nutritur, & sunt de hoc longi sermones, quoniam quidã dicunt quòd ex chylo: sed mihi non videtur rationabile, melius enim videtur ex sanguine qui est in venis interioribus stomachi, sed nunc non est locus ratiocinandi, quare, &c.

Ventriculi nutritio.

De indigestione stomachi à causis extrinsecis, & ab intrinsecis quæ sunt apostema, vulnus, dolor, debilitas, nimius sensus, & quælibet mala complexio stomachi. CAP. III.

Ventriculi affectus.

INtelligendũ, quòd ista habent magnam cõuenientiam, & quasi vnum sine alio esse non potest, & curationes fere sunt eædẽ Digestio igitur stomachi aliquando aufertur, aliquando

aliquando corrũpitur,& hoc totum accidit secundũ intentionẽ,remissionem & qualitatẽ causarum.Quòd autẽ digestio stomachi auferatur,aut minoretur, aut corrumpatur, hoc est aut propter causas extrinsecas, aut propter causas intrinsecas. Si propter causas extrinsecas, sicut sunt accidentia animæ,vt ira,tristitia,sollicitudo & similia. Et cum hoc euenit propter quantitatẽ cibi & potus additã,aut diminutã,aut propter malam qualitatẽ, aut venenosam,aut frigidã,& ita de aliis sicut durities & similia : aut quia cibus inordinatè sumptus est,aut quia grossum præponitur subtili,aut crudũ ponitur supra semicoctũ, aut quia hora solita sumẽdi cibũ transiuit,aut quia somnus nõ fuit cõpletus,aut propter motũ nimiũ,cũ digestiua vigeat per quietẽ,aut quia aër est nimis distẽperatus, aut ꝓpter crapulã, vomitũ,& omnia alia similia. Si autẽ fuerit ꝓpter causas intrinsecas,aut hoc est propter stomachũ,aut propter mẽbra alia:& si fuerit propter mẽbra alia,hoc est propter passiones cerebri,sicut est rheuma, & ita de aliis , aut propter passiones cordis,sicut est tremor & similia. Aut ꝓpter passiones hepatis,vt quia mittitur sibi nimis de chol.aut propter venas meseraicas & intestina, aut propter splenem,vt quia mittit stomacho melancholiæ nimiã quantitatẽ,& accidit etiã hoc propter pas.matricis, & ita de aliis mẽbris quæ possunt mittere suas superfluitates ad stomachũ.Si autẽ indigestio fiat in stomacho ratione stomachi,tũc est propter tria,aut ratione malæ cõplexionis , aut malæ cõpositionis,aut solutionis cõtinuitatis , & aduenit etiã indigestio ratione doloris & ratione debilitatis, & si fuerit propter malã cõplexionẽ,hoc est, quia nimis cal.aut frigida, licet frequẽtius accidit ex frigida, aut quia nimis sicca , & ducit ad hecticã,aut quia nimis humida,& ducit ad hydropisim:& accidit etiã indigestio nõ solũ ex mala cõplexione simplici,sed cõposita cũ materia & sine materia, etiã fit hoc propter vẽtositates, aquositates & humores ad stomachũ delegatos,sicut est san.cho.phlegma,aut melancholia, adustis aut nõ adustis, sanies & similia:& aduenit etiã propter officialia,sicut est apostema,aut nimia paruitas stomachi,aut nimia quantitas,aut peccatũ in situ,& ita de aliis: aduenit etiã propter solutionẽ continuitatis intrinsecus factã,siue ab extra , aut stomachus est debilitatus propter

Causa.

longam abstinentiã & similia: aut quia dolet in se aut propter dolorẽ aliorum mẽbrorum, propter enim ista & consimilia stomachus patitur ablationẽ digestionis, sicut patet in liẽteria: aut minorationẽ, sicut cum multũ moratur cibus in stomacho, aut cũ grauitate, aut patitur corruptionẽ, sicut patet in eructuatione acetosa, aut fumosa, aut sapore alicuius malæ qualitatis, & ita de aliis. Intelligendũ est, ꝙ cũ aliquis bene dormit, & cũ surgit à somno, sentit se lætũ, quietum & sine turbatione, & egestiones sunt in hora solita, & sicut oportet, vrina est bene digesta, non sentit eructuationes, ventositates nec aliquẽ motum subuersiuũ, nec sentit aliquã grauedinẽ in capite, nec habuit in somno phantasinata terribilia, falsa, nec tristosa, tunc significatur, ꝙ stomachus optimè cõprehendit cibũ vndiq;, & habuit quietẽ, tempus sufficiens, bonũ, & perfecta fuit digestio. Si autẽ aliqua illarum, aut multa affuerint, perturbatio digestionis signatur, & alia secundũ ꝙ diuersa apparent accidẽtia. Et si fuerit ex causis extrinsecis, habetur ex indicio patiẽtis, assistentiũ & medici industria. Si ex passionibus aliorum mẽbrorum, à stomacho, circunspiciantur diligenter omnia mẽbra corporis, & notitia non latebit. Si propter stomachũ, & fuerit mala cõplexio cal. sentitur calor in stomacho, sitis, & male digerit cibaria subtilia, iuuatur à frigidis, & lęditur à ca. Et si est ex humoris vitio, adest põdus, aggrauatio, oris amaritudo, & secundũ quantitatẽ & qualitatem chol. effusæ accidunt minorationes & corruptiones in digestiua. Si propter malã complexionẽ fri. sentitur frigiditas & paucitas sitis, & vt plurimũ appetitus intensus, & quia male digerit res difficilis digestionis, lædit à frigidis, & iuuatur à cal. Si est cum hu. vicio, adest pondus & aggrauatio, & si est phlegma, est cum acetositate, & ita de aliis speciebus phlegmatis iuxta naturã specietũ. Et si est melancholia, est cum stypticitate. Et si est ex san. est cũ dulcedine: si est ex humidi. est cum saliua multa: si est propter siccitatem, cum saliua pauca, & cum quadam ariditate. Si est propter apostema, adest magnus dolor, fe. & nausea. Si propter solutionem continuitatis, est dolor cum punctura, cibus in stomacho parum moratur, & quando materia mittitur ad concauitatem, tunc est vomitus, & si mittatur ad villos, & ibidem fiat inuiscatio, tunc est nausea. Si est

Signa.

Indicia cibi in ventriculo probe cõcocti.

Cura.

propter

propter dolorem, res est manifesta, dolores autem nō eueniunt, nisi aut propter malam complexionem diuersam, aut propter solutionem continuitatis. Si ex debilitate, discernitur ex ętate, tempore, complexione, consuetudine, & propter morbos qui præcesserunt, aut quia naturaliter est debilis virtus, aut nunquam in se debilitatur, sed ratione alicuius sui instrumenti, sicut complexio, compositio & vnitas. Omnis indigestio stomachi mala, & potissimè corruptio, & quia non rectificatur per alias digestiuas, & quia radix, materia & origo, est fere omnium ægritudinum malarum chronicarum, sicut est epilepsia, lepra, scabies, hydropisis & similia, vigilate igitur. Si aliquis in conualescentia patiatur indigestionem, & habeat os acetosum, timendum est de recidiua, & quòd materia putrefiat. Si aliquis sit crapulatus, & appareat in facie pustula multorum colorum, sicut est color rubeus, liuidus, & niger, diu viuere non potest, quia materia summè venenosa est, & corpus mundificari non potest propter crapulam. Ad bonā ergo digestionem stomachi, diligentissimè aduertamus. Si indigestio fuerit propter accidētia animæ, inducatur gaudium & lætitia. Si fuerit propter crapulā, & repletio fuerit nouella, iniungatur vomitus, & fiat abstinentia, somnus lōgus, & exercitiū tempe ratum, & balneum, & detur cibus facilis digestionis, dentur aromatica styptica, stomachum confortantia sicut est diambra, diamentę & triasandali, dicit Gal. in de ingenio, quòd in hoc casu cōpetunt somnus & vigilia, somnus vt fiat bona digestio, & caloris reuocatio, vigilia propter expulsionē superfluitatū. Si fuerit propter stomachum paruum, detur cibus digestibilis, in parua quantitate & frequenter. Si propter cibum, per cōtrarium reducatur, & ita de omnibus causis primitiuis. Rectificetur igitur sicut oportet. Si fuerit propter ægritudines aliorum membrorum à stomacho, considerentur illa diligenter, & curentur sicut dicetur in locis suis. Non enim esset decens quodlibet in quolibet loco ponere. Vbi fuerit propter apostemata stomachi, curetur sic. Si apostema fuerit, in primis detur diæta tenuis, sicut est hordeatū, auenatū, amygda. spinachia, lactu. lac amygd. aqua hordei, syru. iulep. poma cocta cum zuccaro, pruna matura, & omnia dentur actu calida, nullo modo prouocetur vomitus, & omnia dentur

Prognostic.

Recidiuatio.

Diæta.

lenit

lenitiua cum ſtypticis, nihil purè diſſolutiuũ detur. In primis igitur ſi parti cularia cõueniãt, fiat phlebotomia, deinde ponatur emplaſtrũ ſupra ſtomachũ de portulac. plãtagine, & abſinthio cõfectũ cũ aqua ro. Deinde vtatur tali ſyr. R. abſinthij, endi. ſcar. lactu. an. ℥. ß. quatuor ſeminum frigidorum, dragaganti. liquir. mundæ, hordei, an. ℥. r. & prunorum 30. panis zuc. lib. 1. fiat ſyr. Deinde purgetur ſic, diſtemperetur in prædicto ſyru. & aqua hordei. ℥. 1. & ß. caſſiæſi. mundæ, & detur ante diẽ, & de iſta decoctione detur quoties indiguerit, & aliàs non. Deinde fiat emplaſtrum ſupra ſtomachũ. R. abſinthij, endi. ſcar. maluæ, ro. an. ℥. 1. maſticis. ℥. ß. farinæ hordei. ℥. 2. conquaſſentur fortiter ſimul, & bulliant & fiat emplaſtrũ. Et ſi volumus fortius maturare, addamus ſuccum apij, axungiam gallinæ & anatis, & ſi antiquaretur, addamus cum his ſpicam nardi, bdellium, & dactylos. Et ſi apoſtema fuerit frigidum, tunc in primis fiat emplaſtrũ de abſinthio, ro. chamomilla & apio, poſtea addamus cum volumus maturare, maluam, ſummitatem fœniculi, ſpicam nar. maſtichen, thus, fœnugræcum, & ſe. lini. Et ſi prolongaretur & eſt nimis durũ, addamus myrrham, bdellium, armoniacum, galbanũ, & vtatur tali ſyrupo. R. abſinthij, ſummitatum fœni. hyſſopi. capil. vene. re. an ℥. 2. maſti. thuris, ſpicæ nar. roſarũ, an. ℥. 1. mel. ro. & panis zuc. an. lib. ß. & fiat ſyrup. & in ſyr. diſtẽperetur ℥. ß. hieræpicræ, & exhibeatur cũ decoctione hyſſopi & abſinthij, ſemper cauendo, quòd vomitus non prouocetur: nunquã ſtyptica ſeparentur à maturatiuis, nec à reſolutiuis, ſedetur dolor cum axungiis, chamommilla, meliloto, & ſimilibus, & ita de materialibus nominatis poteſt fieri oleum, & cum lana deſuper apponi, & ita de aliis. Et ſi fiat indigeſtio propter vulnera, fiat ſic &c. Vtatur in primis iſto ſyrupo. R. oxyſac. hydromel. an. lib. ß. miſceantur, bulliant ibi citonia & abſinth. an. ℥. 1. Deinde detur hierap. in decoctione hordei & abſinthij. Deinde R. draga. gũmi arab. maſticis, thuris charabe. an. ℥. 1. conficiantur cum ſucco abſinthij, & fiant pilulæ, & quotidie vtatur duabus, vel tribus, cibus ſit lac acetoſum à quo butyrũ eſt extractum, & accipiãtur inteſtina vitulorum & hœdi, condiãtur cum aceto, & vtatur illo. Et ſi indigeſtio fuerit propter dolorem ſtomachi, curetur dolor prius. Si dolor accidat propter malam complexionem cal.

Phlebotomia.

Purgatio.

Aſtrigẽtia ad roborandum ventriculum ſuppuratius ſemper admiſcenda.

cal. vtatur lacte acetoso à quo extractum est butyrum, & pullis coctis in aqua vbi sit acetum, & cum infrigidati fuerint, comedantur. Idem fiat de piscibus paruis, & vtatur syr.ro. & sy.acetoso, vbi sint folia absinthij: & si cho. abundet, purgetur sic, R. florum borag. florum viol. vuarũ pas. munda. liquir. mund. absinthij. an. ʒ.1. fiat decoctio, & in decoctione temperentur cortices mirob. citri. ʒ.1. fricentur & colentur, & colaturæ addatur aloës lotæ ʒ.1. misceantur & dentur in aurora, & vtatur triasandal. & zuc. ro. & emplastretur stomachus cum rosis, sandal. camphora, & farina hordei. Si autẽ dolor fuerit propter ventositatem, fiat saccellatio cum milio, vel sale & milio, vel sic, Bulliant in oleo laurino, rut. castoreum, radi. aristol. anisum, conquassentur, & postea lana infundatur, & modicũ exprimatur, & supra locum dolorosum apponatur. Deinde fiant ventosæ cõ præhendentes vmbilicum, & si non valeant ista, fiant clysteria vbi sit istud oleum, & hierapic. supposita decoctione communi, vtatur dianiso, diacimino: vinum purum valet ad ventositatem consumendam & alie. Et si dolor fuerit ex apostemate, curetur vt dictũ est, & quandoque accidit dolor stomachi, & non potest sedari donec euomuerit, & si chol. est in causa, fiat vt dictum est. Si melancholia, digeratur materia cum syrupo de boragi. bulgloss, & syr. scill. vbi fuerint folia absinthij, & purgetur sic. R. florum bora. flo. vtriusque stœchados, foliorum absinthij, liqui. mundę, vuarum pas. mund. ab aril. an. ʒ.1. fiat decoctio, & in decoctione temperentur myrob. indorũ ʒ.1. fricentur lento igni & colentur, & colaturæ addãtur lapid. armenici 9. ablut. ʒ.1. detur in aurora, & detur diamb. diacamerõ, & emplastretur stomachus cum absinthio, chamomilla, bugloss, spicanar. & oleo costino. Si autẽ fuerit ꝓpter materiã phlegmatica, digeratur cũ oxymell. diur. vbi fuerit hyssopus & absinthiũ, purgetur sic. Recipe, florũ vtriusq; stœchados, polypodij, anisi, marathri, liquir. mund. vuarum pas. mund. ab arillis, foliorum absinthij. an. ʒ. ß. fiat decoctio, & in decoctione temperentur cortices myroba. cheb. ʒ.1. fricentur lento igni, colentur, & colaturæ addantur turbith ϑ.1. dentur versus diem, vtatur diamentha, diambra. diatrionpipereon, & emplastretur stomachus cum mentha, absinthio, costo & maiorana. Et est intelligendum, quòd in doloribus anri-

Pulvis magnarum virtutum in antiquis ventriculi doloribus.

quis

Dolorū vētriculi periodus varius.

quis stomachi syncopalibus,& paroxysmalibus,non inueni tantum iuuamentum sicut in hoc. R. succi menthæ ʒ.ß. succi absinthij,ʒ.2.gariofillorum,ligni.al.xylobalsami,an. ʒ.ß.fiat puluis, misceatur & accipiatur tepidum mane quotidie stomacho euacuato, vel quòd accipiatur cum ouo sorbili,& facit mirabilia.Et aliqui sunt qui dolent semper ante cibum,& quiescit dol.postquam sumpserunt cibum: & hoc videtur esse propter cho. mordicantem aut melancholiam, quare oportet vt purgentur sicut dictum est, & quòd vtantur lacte acetoso, butyro extracto, & confortetur stomachus cum stypticis,sumant cibum multum nutribilem & in parua quantitate. Aliqui sunt qui dolent cibo assumpto,& non cessat dolor donec euomuerint,tales vtātur in media nocte & mane ante cibum tali condito.Recipe coriandri præparati, foliorum menthæ,foliorum absinthij, gario fi.ligni al.an ʒ.2.puluerizentur, conquassentur & condiantur cum emblicis & melle ro.quantum sufficiat conditum. Si dolor fuerit propter vlcera aut alia nota & manifesta,curentur illa prius, & ita curabitur illud, & per consequens dolor,& per consequens rectificabitur digestiua,& hoc est quod volebamus. Aliquando etiam corrumpitur digestiua propter nimiam debilitatem virtutis, qua confortatur digestiua. Debilitas & sensus nimius stomachi cognoscuntur,quòd de facili lædatur à quacunque re, & ideo quasi quodam modo vulgari debilitas stomachi appellatur passio stomachi,cuius causa ignoratur.Et propter ea verbi gratia,ponamus quòd stomachus patiatur quandam angustiam vel debilitatē appetitus, aut comprehendat cibum cum quadam titillatione, & quodam tremore occulto, & cum hoc non prouenit ex aliqua causa extrinseca,sicut est natura aeris, aut natura cibi,nec prouenit ex aliqua ægritudine manifesta, nec ex aliqua passione stomachi notabili, tunc dicetur quòd stomachus est debilis, ita quòd propter debilitatem non appetit nec digerit,nec etiam sustinet bene cibum,& tamen secundum veritatem virtus stomachi non deficit,sed in ratione sui instrumenti, & quia causa communiter ignoratur,ideo tunc debilitati virtutis attribuimus. Vt plurimum tamen, ista debilitas venit ex frigiditate,ideo contra illam ordinemus.Recipe mēthę,absynthij,costi,summitatū fœni.an.ʒ.1.spicæ nard.

Læsio digestiuæ ob virtutis imbecillitatem.

squin

squinanti, spicæ celticæ, calami aromatici, ligni al. an. ʒ. 2. conquassentur & bulliant in oleo laurino, & in illo oleo ponatur lana aut filtrum, & stomacho applicetur, aut cera noua ibidem malaxetur, & stomacho fiat emplastrum, vel ex istis fiat conditū, aut electuariū, aut ex eo vtatur, vel ꝙ vtatur diacitonitē, ante cibū. & post. Istud enim electuariū est tantę virtutis, quòd versificator postquā gustauit dixit:

Si vis me mitem, si vis dirimere litem,
De diacitoniten da mihi frater item.

Diacitonites.

Si autē causa esset calida, diminuatur ista multū, & addātur rosæ sandali, semen portul. camphora, & similia, de istis omnibus fiet sermo particularis iam cito, cum loquemur de mala complexione stomachi. Qui igitur habet stomachū debilē & nimiū sensibilem, & non potest iciuniū tolerare, vtatur brodio carniū bouinarū, vel accipiat modicum fruměti cocti, vel parū panis cum vino vbi bullierint pira, aut coctana, vel diambra cū triasandalis. Si autē digestiua stomachi immutetur propter malā complexionē siccam, rectificetur illa prius. Si autē mala cōplexio sicca fuerit in stomacho, tūc iniungatur quies & otiū, vtatur diæta resumptiua & nutriēte, sicut senes & valescētes. In primis igitur intret balneū aquæ dulcis tēperatæ, parū moretur, nō sudet: deinde balneetur in aqua tepida, vel frigidari vicina, sed ibi nō fit nisi trāseūdo. Deinde quiescat, vtatur lacte mulieris, aut asinę, capræ, aut vaccarū, & sumat illud ab vbere, si nō est possibile, colligatur sic lac in vase calido, ponatur in lacte modicū salis, & mellis, & bulliat, ponatur parū aquę, & accipiat, caueat ne in stomacho corrūpatur, & ꝙ illa à quibus sumitur lac, sint iuuenilia, & sint in bono regimine, & vtatur bono cibo. De ista autē materia loquitur Gal. in 5. de ingenio, propter phthisicos, & in 7. propter stomachi siccitatē, in 10. propter hecticos, & nos superius in duobus locis sumus locuti de ista materia, postquā lac erit digestū in stomacho, exercitetur. Deinde vtatur brodio carniū, & carnibus volatilibus, quæ tamen nō degūt in aquis: vtatur ouis sorbilibus, piscibus petrosis, & paulatinē reuertatur ad cibaria, quę debētur in tēpore sanitatis. Si siccitas fuerit iuncta cū caliditate, vtatur lactucis, cucurbitis, syr. iulep. & aqua frigida, nisi siccitas nimis excederet, quia tunc virtus esset nimis debilis, & non posset sustinere. Si

Gal. 7. Methodi.

Lactis vsus.

sic

Si siccitas esset iuncta cum frigiditate, vtatur aqua mellis, ptisana cum modico mellis, vino lymphato, & similibus calidis & humidis, sicut sunt brodia, iusculà, & vtatur electuario resumptiuo cũ diarhodon abbatis. Si autẽ fiat indigestio propter malam complexionẽ calidã, curetur illa prius. In tali cura cõpetunt persica, nõ tamen humida, aquosa, valet etiã lactu. endi. scar. cucumeres, cucurbit. portul. coriandrum, amygd. lac acetosum, pulla infrigidata, acetũ, pisces recentes, & valet zuc. ros. triasandal. Et ponantur emplastra frigida supra stomachum, tamen non teneantur tanto tempore, quòd anhelitus constringatur, aut hepar nimis infrigidetur. Et si caliditas fuerit iuncta cum siccitate, vtatur syr. viol. nenuphar. & syr. iulep, vtatur diadraganto frigido, vtatur spinachiis, maluis, pomis, aqua hordei, & inungatur stomachus cum oleo viol. si caliditas sit coniuncta cum humiditate, vtatur oxizac. syrup. acetoso, piris, & coctanis & sandal. Emplastretur stomachus cum rosis & coctanis, & sandal. Et si chol. abundet in stomacho, purgetur sicut dictum est, cap. de dolore stomachi. Vbi autem fuerit indigestio propter malam complexionem frigidam, tunc illa curetur prius, vtatur alliis, vino forti in parua quantitate, calefiant extrema, & ponatur ventosa supra stomachũ, vtatur anisо, cimino, ameos, siseleos, spica nardi, & ligno aloës, vtatur potione muscata, diatrionpipereon, & zinzib. condito. Si frigiditas fuerit iuncta cum siccitate, minorentur calida & euaporatiua, & vtatur lacte, aqua hordei cũ melle, & vino cum aqua, & vtatur isto medicamine, R. masti. spicæ nar. bulliant in oleo, & inungatur stomachus, vel mallaxetur cera in oleo, & misceatur cum modico picis naual. & fiat emplastrum supra stomachum. Si frigiditas iungatur cum humiditate, vtatur carnibus assis, vino pontico, pipere, cinamomo, & isto syrupo, R. hyssopi, absinthij, calamẽti ana ʒ. iij. anisi, marathri, ameos, siseleos, spicæ nardi, squinanti, calami aromatici ana ʒ. j. mel. rosa. ℔. j. fiat syr. & ex istis materialibus potest fieri oleũ, aut vnguentũ, aut cero. & inungatur stomachus cum oleo de balsamo. Si phlegma dominetur in stomacho, aut melancholia, purgetur sicut dictũ est in dolore stomachi. Et intelligendum, ℔ puer partus, vel puella applicata stomacho multũ confortant virtutem digestiuã, dum tamen non sudent, vel catulus canis,

Nota.

vel

vel saltem, & manus longo tempore supra stomachũ teneretur. Si digestio auferatur propter malam complexionem humidã in stomacho, curetur illud prius, minuatur cibus & potus potissimè, vtatur assis, frixis, & isto electuario. R. dianisson, diacimini, zuc. ros. ana ʒ. 4. misceantur. Et si humiditas iungatur cum caliditate, vtatur acetosis, & stypticis, & tunc valent mala gra. citonia, & persica, scilicet illa à quibus non fluit humiditas. Si fuerit iuncta cum frigiditate, vtatur diatrionpipereon, & similibus. Et quia patientes coguntur venire frequentius de remotis partibus propter malam complexionem stomachi frigidam & humidã, ideo de gratia illã magis particulariter prosequamur. Regimẽ stomachi infrigidati, & humectati. Dieta eius sit talis, panis sit triticeus, bene coctus, bene fermẽtatus, & cum temperata quantitate salis, & triticum sit natum in terra alta, leui & noua quantũ erit possibile, omnẽ alium panẽ vitet. *Dieta.*

Vinum sit citrinum in colore, mediocre in substantia, bene maturum & odoriferum, nõ nouum & optimi saporis, omnia alia vina vitet. Aqua sit fontis, & fons sit vberrimè scaturiens, currat versus Oriẽtem, & Sol mane percutiat ostiũ fontis, & aqua currat supra loca munda, accipiatur aqua longè à fonte, vt sit depurata à superfluitatibus ratione euentationis, & virtutibus stellarum. *Potus.*

Carnes autem sint volatilium, aut quadrupedum: si volatilium, ex domesticis vtatur pullis, gallinis, caponibus, columbis volatilibus, & ista non sint violenter, sed in aëre ad libitum nutrita: de syluestribus, vtatur perdicibus, sturnis, merulis, auiculis campestribus, & phasianis, vitet omnes aues degentes in lacubus. De carnibus quadrupedum, aut sunt domesticæ, aut syluestres. Si domesticæ, vtatur carnibus annualis agni vel mutonis iuuenis, hœduli, vituli lactãtis, & extremitatibus porcorum. De siluestribus, non vtatur nisi cuniculo iuuene, capreolo iuuene, & cerno iuuene. Alias non nominatas penitus vitet. Item de oleribus, vtatur fœniculo nouello, petro. mentha, saluia, serpillo, hyssopo, saturcia, sanamunda siue gariofillata, quod idem est, borag. bletis, asparago, ex summitatibus eius in tempore vernali: omnia alia olera vitet. *Carnes.*

Item vitet omnia legumina præter brodium cicerum: vitet omnes fructus, nisi aliquando auellanas assas, aut duas nuces post pisces, aut medietatem vnius piri cocti, aut co-

ctani cocti cum modico casei butyrosi post cibum. Vtatur ouis sorbilibus. Item vtatur piscibus squamosis de aquis mundis currentibus longè à ciuitatibus, & si coquantur in aqua, ponatur ibi petrosi. fœnicul. & sal. aut ponantur supra torrefactorium, & inungantur frequenter cum aqua salsa & oleo, & hìc est diæta in generali. Postea sequitur magis particulariter. Die dominica vtatur gallina in brodio cum zinzib. croco, carnibus porcinis assis, & sint de latere porci cum salsa viridi sine aceto, sed cum cinamomo: sero habeat vnam auiculam assam cum salsamento de vino & sale. Die Lunę habeat olera, scilicet boragines, bletas, petrosil. teran tur fortiter, & condiantur cũ carnibus salsis, & mutone recenti iuuene, & sint de coctis: habeat perdicem assam cum salsa de cinamomo: sero carnes porcinas assas cum cæpis desuper appositis. Die martis habeat carnes porcinas de dorso, & sint aliquantulum salsæ cum porris & sinapi. In sero, cuniculum iuuenem assum cum salsa de pipere. Die mer curij, habeat cuniculum iuuenem in brodio cum speciebus, perdicem assam. Die iouis habeat carnes mutoninas in geneto, & pullam in pane: de sero auiculas assatas. Die veneris, habeat ciceram cum petro. saluia, & pisces assos seu camerotas, & sint semper pisces marini cocti in vino puro. Die sabbati, si comedit carnes, carnibus vitulinis lactantibus multum iuuenibus & teneris cum bona piperata vtatur. Si non comedat carnes, fiat sicut in die veneris, panis sit bene fermentatus & bene coctus. Item vinum sit bene antiquum sine aqua, & in parua quantitate. Et sit regula generalis, quòd quotidie exerceat se ante cibum, donec incipiat fatigari, & non comedat nec bibat nisi bis in die. De mane circa tertiam vel ante, & sero semper in vesperis, & valde parum. Viso de regimine per diætam, videamus de regimine per medicamina. Et habet 4. medicamina. Primo in syr. Secundo in medicina laxatiua. Tertio in puluere. Quarto in electuario. Syrupus est iste. R. radi. fœni. petro. bruscì, asparagi, graminis, apij, ana M. ß. temperentur in aceto fortissimo per diem, & noctem. Deinde Recipe hyssopi, absinthij, calamenti, pulegij, serpilli, maioranæ, basiliconis, menthæ, saluiæ. ana M. i. corti. citri, anisi, marathri, cimini, ameos, siseleos, sem. basiliconis, sem. maioranæ, ana ʒ. i. & ß. mel. lib. i. & fiant syrup. lib. 2. Medicina est

Ordo medicamentorũ.

Syrupus efficax ad frigidam ventriculi imbecillitatem.

na est ista. R. hierap. ʒ. 6. aloë. ℈ 2. agari. turbith, esulæ, ana ℈. 1. ani. cinamomi, masticis. ana ℈ ß. conficiantur cum succo absinthij, & fiant pilulæ. Puluis est iste. R. trium generum piperum, zinzib. cinam. gariofil. galangæ, zedoariæ, mastic. cardamo. nucis musc. ana ʒ. 2. marathri, cimini, ameos, ligni al. campho. xylobalsami, spicæ nard. spicę celticæ, calami aromatici. ana ʒ. 1. menthæ puluerizatæ. ʒ 1. croci. ʒ. 2. panis zucc. ʒ. 2. fiat pul. & ponatur in sacculo de aluta. Electua ria sunt plurima, primum est istud. R. diamenthæ, diatrion pipereon, ana. lib. ß. misceantur. Item aliud. R. pliris cum musco, diantos cum musco, diambræ, lætitiæ Gal. diamenthæ, diatrionpipereon. ana ʒ. 4. misceantur, vtatur his mane & sero. Item aliud quo vtatur post comestionem. R. diacitoniten, diatrionpipereon, carnium citoniorum, diamenthæ, ana ʒ. 4. misceantur. Et aduertendum quòd omnibus istis potest vti in tempore frigido, & regione frigida, sed in tempore cal. aut regione cal. vtatur in parua quantitate valde, aut nihil, sed in regione cal. & tempore frigido vtatur isto. R. diamusci, diarhodon abbatis, dianthos, rosatæ nouellæ, ana lib. ß. misceantur. Et si calor superuenerit, aut ratione laboris, aut ratione alicuius alterius rei, tunc ista omnia dimittantur, & tunc si patitur sitim in tempore cal. vtatur isto. Recipe diadragan. zucca. ros. diarhodon abbatis. ana lib. ß. misceantur. Notanda sunt hic aliqua quæ ponit Gal. 7. de ingenio. Primum notabile est istud, quoniam in vnoquoque membro corporis propria est actio in aliis non excedens: hoc autem est propter complexionem, cum quodlibet membrum propria complexione decoretur. Secundum quod dicitur est istud, in quanto tempore cal. reducit frigidum, in tanto tempore frigidum reducere potest cal. sed modus non est æqualis, quoniam membra vicina læduntur à frigido, plusquam lædantur à cal. econuerso se habet in sicco & humido, quoniam modus reducendi est æqualis. quia membrum vicinũ non læditur nec à sicco, nec ab humido, de quo sit curandũ, sed tempus nõ est æquale, quia citius reducitur humidũ à sicco, quàm siccum ab humido, siccum enim de difficili est reducibile, & ideo corpus, quod nõ nutritur, de facili infrigidatur secundum Gal. & cum stomachus est siccus, non solum debilitatur stomachus & mẽbra vicina, sed & totum corpus: cõcluditur

Puluis confortatiuus ventriculi, & debilitatem cordis. & sycopen emendans.

Clarificatio.

igitur, quòd siccitas stomachi est cũ diligentia reducenda.

De canino appetitu. CAP. IIII.

QVadruplex est innaturalis appetitus, quidam qui vocatur caninus, quidã qui vocatur bolismus, quidam qui vocatur fames syncopalis, & quidam qui vocatur appetitus corruptus, & de istis per ordinem prosequimur. Caninus appetitus est intensus, Irrationabilis & insatiabilis, & quanto plus appetit, tanto magis comedit, & dicitur caninus, quia sicut canis satiatur nunquam, imò reuertitur ad vomitum, ita qui hanc patitur passionem, nunquam potest satiari: & sicut diabetica passio est sitis insatiabilis, ita caninus appetitus fames insatiabilis. Causa huius appetitus est triplex, scilicet caliditas resoluẽs, & frigiditas comprimens & sensum inducẽs, & humor acetosus, pungens, & viscositatem quę impediebat remouẽs. Ad primum membrũ possunt multa reduci, sicut est caliditas, cursus, labor, feb. præcedens, & vigiliæ nimiæ, & caliditas stomachi & totius corporis. Et quãdo caliditas est minor in toto corpore quã in stomacho, tunc est caninus appetitus & fames, & quãdo caliditas est maior in stomacho, tunc est appetitus maior in potu quàm cibo, & ita caliditas stomachi vnà cũ caliditate totius corporis potest intendere appetitum, licet caliditas stomachi solius impediat appetitũ. Rheuma etiã potest intendere appetitum debilitando contentiuã, & faciẽdo de stomacho alienare fumum suum: venit etiam propter debilitatem cõtentiuæ, & fortitudinẽ expulsiuæ, & fit etiã appetitus intẽsus propter vermes & serpẽtes qui sunt in fundo stomachi, & propriè in intestinis deuorantes cibum. ista enim omnia & cõsimilia possunt reduci ad inanitionem & resolutionem. Secunda causa est frigiditas cõprimens, ita agit actionem simílem suctioni, & ita inducit contactum & sensum, & ita stomachus cum sit in suo orificio inanitus, & illud sentiat, ideo appetit sicut si esset vera inanitio, & ideo qui habent orificiũ stomachi frigidũ, habent intensum appetitum, & quãto orificiũ stomachi est frigidius, tanto appetitus intensior, nisi ad tantum deueniret & mortificaret, quoniam omne membrum infrigidatũ actionem habet defectam de necessitate, sicut scribit Gal. supra illum aphoris. Quibuscunque iuuenibus, &c. Tertia causa potest esse phlegma acetosum excedens in orificio stomachi, quoniã mordicat;

Causa.

Aphor. 20 partícula 2.

dicat, fuscitat, & contentiuam debilitat, digerit hu. grossos & viscosos qui impediebant appetitum. Si fuerit ex calidi tate resoluẽte, tunc est sitis, & vt plurimum est cõstipatus, & apparẽt alia signa caliditatis, quoniã est audax, pilosus, musculosus. accidit aliquãdo quod homines multum cibũ accipiunt, parum assellant, & non erũt pingues, hoc attesta tur supra fortem caliditatem resoluentem. Si fuerit propter alia resoluentia & consumentia, sicut est aër, labor, vigiliæ & similia, hoc habetur indicio patientis. Si fuerit propter vermes, hoc indicant signa vermium. Si propter frigiditatem, tunc est fluxus ventris, paruitas sitis, inflationes, ventositates. Si propter debilitatem contentiuæ, tũc est fluxus ventris, & cibus erit quasi indigestus, cum quadam san. permixtione. Et est intelligendum, quòd omnis mala complexio suæ virtuti defectionem generat, sicut scribitur 6. de morbo: & primo quælibet malarum complexionum cum excedunt, possunt debilitare virtutem contentiuam, modo igitur cum calido & modo cum frigido, & secũdum hæc signa alia & alia. Si autem fuerit ex hu. acetoso, tunc est paruitas sitis & eructuatio acetosa: si acetositas fuerit ex phlegmate, erit acetositas praua cũ humiditate multa. Si ex melãcholia, tunc est cum ponticitate & cum quadam siccitate. Et si fuerit ex causis manifestis, tunc scitur ex indi cio. Caninus appetitus ex rheumate aduenit rarò. Caninus appetitus, si continuetur, ducitur in bolismum, & bolismus in famem syncopalem, & fames syncopalis in mortem: vigilate igitur & orate. Si caninus appetitus fuerit propter calorem resoluentẽ, dentur ea quæ sunt duræ digestionis, sicut sunt fabæ fractæ, frumentum coctum, lentes cum aceto, pisces bestiales & cõchilia, carnes bouinę semicoctæ, oua indurata, panis azimus, portul. cucurbi. conditę cum oleo amygda. dul. & zuc. & extremitates animalũ, & intestina condiantur cũ aceto & zucc. inungatur cum oleo myrtino & aloẽ. ro. & oleo de sumach, vbi bullierit alumẽ: & est hic intelligendũ q̃ in curatione canini appetitus debemus vitare omnia acetosa põtica, acuta, nisi per hoc intenderetur cura sicut sunt acetosa in causis cal. & põtica, & styptica in nimio fluxu ventris, acuta & incisiua in hu. phlegmaticis. Si autẽ fuerit propter malam complexionem frigidã, dentur olea cal. & pinguedines, vnctuosa, & carnes an-

Signa.

Prognostic.

Cura.

seris assæ, vinum purum, & potionem muscatã, pliris cum musco, alipta muscata, & si est cum materia, vtatur alliis, cæpe, pipere, cinamomo, & sinapi, digeratur materia phlegmatica cum origano, calamento, pulegio, serpillo, anisso, marathro & melle, purgetur cum hierapi. & si est materia melancholica, digeratur materia cum syru. de borag. syru. de bugloss̃a, & purgetur cum diasennæ, diaborag. & lapide lazuli, detur zuc. ro. in causa cal. & mel. ros. in causa frig. si fuerit propter debilitatem contentiuæ, cõsideretur causa, & si est causa cal. fiat sicut dictum est: si est frigida, fiat similiter &c. si est propter rheuma, curetur sicut dictum est: & si venerit à splene, mundificetur, & ita de aliis membris: si fuerit propter vermes, detur absinth. cum agarico & aloë, & alia quæ dicentur: & si fuerit propter causas notas primitiuas, per contraria reducantur ad temperamentum.

De Bolismo.

Εἶλιμὸς interpretatur ingens fames.

Bolismus est appetitus intensus, & cum incipit, desinit, & accidit frequenter itinerantibus per loca niuosa, frigida, ideo vulgares dicunt, quòd aliquando herbã calcauit quæ habet aspectum ad augmentandum appetitum: tamẽ ista est veritas, quòd tales sunt cum inanitione corporis, repletione stomachi nauseatiua, & debilitate stomachi: ideo cum stomachus infrigidatur, incipit appetere, etiam ratione inanitionis totius, & cum incipit, desinit, quia stomachus repletus est, & virtus debilis, & incipit quasi mortificari, & quasi insensibilis fieri virtus appetitiua. Quare oportet vt suscitetur & extrema pungantur, & quodammodo cum patuis virgis suauiter flagelletur, deinde odoret aromatica. Et si particularia conueniant in frigiditate, vtatur istis materialibus siue in electuariis vt intus sumatur, siue in pomo vt odoretur, siue in emplastris aut oleis, aut cerotum supra stomachũ apponatur, & sunt ista, amb. styrax, calamita, ladanum, lignum al. muscus, gario. nux musca. & asseur pulla & lardetur cum gariof. & aspergatur aqua ro. muscata, odoret & comedat: vtatur vino muscatello aut alio odorifero. Et si particularia conuenirent in caliditate, vtatur isto secundum priorẽ modũ, scilicet ros. viol. siccis, nenupha. coriandro præparato, sandal. & camphora, & asseur pullus, lardetur, & aspergatur cum aqua ro. & cãphora, odoret & comedat cum fuerit infrigidatus.

De

De fame syncopali.

Aliquando aliqui habent orificium stomachi ita debile & sensibile quòd non possunt ieiunium tolerare. Et isti si in hora famis careant cibo, de facili incurrunt syncopim: tunc igitur aut isti sunt in syncopi, aut non: & si actu, fricentur extrema fortiter, & ligentur ligatione dolorosa, trahantur per nares, & digiti conduplicati fortiter cõstringantur, aspergantur aqua ros. postea vtãtur pane intincto in vino, & brodio carnium. Et si particularia vergant ad caliditatem, fiat sicut dictum est in cura bolismi, si ad frigiditatem, fiat sicut dictum est, &c. *Fames syncopalis.*

De corruptione appetitus.

Corruptus appetitus, appellatur appetitus enormis & irrationabil. scilicet cum aliquis appetit comedere cretã, carbones, pisces crudos, carnes crudas, fructus nouellos adhuc põticos, sicut manifestè videmus in mulieribus prægnantibus: hoc autẽ accidit propter humores corruptos potissimè melãcholicos existentes in stomacho inficiẽtes stomachũ: & ita corrumpunt appetitum, quia adhuc sunt sub latitudine sanitatis appetunt similia, & quia talia ab int⁹ sunt corrupta, infecta, enormia & irrationabilia, quasi si essent inaniti de cibis male diiudicantes. Accidit igitur mulieribus prægnantibus, aut cum menstrua sunt retenta, & in viris accidit, sed non ita frequenter: & secundum diuersitatem humorum in stomacho secundum hoc diuersa appetũtur. In primis igitur vtatur vomitu, multis vicibus ante cibum & post, potissimè si non fuerit mulier prægnãs: illæ enim verendæ sunt. Deinde vtatur raphano temperato in oxymel. scill. postea purgetur cum ʒ. generibus myrob. præparatorũ, sicut oportet. potest vti piscibus salsis, & carnibus recentibus assatis supra carbones immediatè, vtatur columbis assis, pullis assis & similibus, vtatur etiam sinapi, cinamomo, cardamomo, & cubebis. Et isto electuario. R. cupularũ glandiũ, ligni al. aniſi, marathri, spicæ nar. nucis musc. gariofi. myrtil. ana ʒ. j. panis zuc. q. suffi. fiat electuarium, & addantur conseruæ citri, & citranguli. an. ʒ ij. misceantur. Intelligendum ꝙ duplex est appetitus, quidã simplex, & quidam compositus. Simplex, est naturalis & semper fit à calido, compositus componitur ex cal. & frigido, & est solum in stomacho. Est enim appetitus stomachi *Causa.* *Clarificatio.* *Appetitus duplex.*

compositus ex virtute animali & naturali. Naturalis, fit à cal. sed animalis fit à fri. frigidum enim comprimit, & ita agit actionem similem suctioni inducendo vacuũ, inducit contactum & ita sensum, & ita per accidens iuuat appetitum, & calidũ per se: idcirco homines qui habent stomach. fri. sunt intensi appetitus, & homines qui habent stomach. cal. appetunt licet calor faciat appetitum nat. per acci. tamen diminuit in stomacho attrahendo vaporem, replent stomachum phantastice, & ita impediunt contactũ, & sensum, non est igitur incõueniens si caliditas stomachi impediat appetitum, & frigiditas augmentet: vtrunq; enim est per accidens. Secundo intelligẽdum, quòd licet appetitus cibi fiat per frigidum, tamen appetitus coitus non fit nisi per calidum, quoniam appetitus est simplex, & aliquando est compositus. Tertio intelligendum, quòd vinum competit in curatione canini appetitus, quia calefacit & digerit, cum est ibi mala complexio frigida, aut materia frigida, licet vinum sit appetitus potus & non cibi, nihilominus vinum non est potus tantum sicut aqua, imò cibus, potus & medicina, & cum hoc non dico quòd appetatur, sed detur sicut medicina, cum sit cal. & est causa frigida, & incurrat ratione contrarietatis, nec facit penetrare, quia vnctuosa impediunt quæ præcesserunt: potest igitur vinũ cõpetere in curatione canini appetitus. Quarto intelligendum, quoniam licet vomitus inaniat, tamen quia in suo casu aufert causam morbi, ideo potest competere, sicut in canino appetitu propter frigidos humores in stomacho existentes. Quinto notandum, quoniam licet grossa cibaria plus nutriant & citius sedant appetitum, nihilominus plus cõpetunt subtilia in bolismo, quia virtus est debilis, & ideo citius confortant, & citius transeunt ad membra. Sexto notandum, quoniã licet in canino appetitu propter causam frigidam non competant styptica, nihilominus bene competunt in bolismo, & ratione debilitatis virtutis, & etiam vt confortetur appetitus, quia in bolismo cum incipit, desinit, ideo dicitur bolismus, quia cum bolo satiatur, & hoc est quia appetitus statim prosternitur, & deficit, quare statim succurrendum ne cadat in syncopim. Septimo aduertendum, quòd mulieres de nouo impregnatæ aut si menstrua retineantur, appetunt enormia, sicut sunt intestina, carbo

Vinum cur conueniat, in appetitus canini curatione.

Vomitus in hoc casu vtilis.

Cibi crassa substantia vtrum conueniant.

Causa quare pregnantes & menstruas retineantes appetunt enormia.

carbones, creta & similia. Et ratio huius est duplex, vna est similitudo vt dictum est: adhuc enim humor est sub latitudine sanitatis. Et quia humor melancholicus est terrenus, grossus, ideo appetunt cretam, & carbones tanquã similia, aut forte possumus dicere, quòd hu. melancholicus licet per cõparationem ad alios hu. dicatur frigidus & siccus, tamen in se in quantum est in corpore viuente, est calidus & humidus, & ideo appetit frigida & sicca tanquã contraria. *Struosæ rãi appetendi affectu frequentius laborant.*

De siti. CAP. V.

SItis est appetitus frigidi & humidi in ratione potus, sicut fames est cal. ratione cibi, potus autem est necessarius vt cibum faciat penetrare ad mẽbra. Nunc autẽ sitis aliquando aufertur, aliquando nimis intenditur: & si auferatur, hoc est propter malam complexionẽ stomachi frigidam, aut hu. aut vtranque, aut propter pas. capitis, sicut est mania & melancholia, aut propter ablationẽ sensus. Si autem sitis fuerit nimis intensa, aut est ab exterioribus, aut ab interioribus: si ab exterioribus, hoc est propter calidũ Solis aut aëris, aut propter cursum & laborẽ, vigiliam, clamorem, vociferationẽ, & propter cibaria calida, sicut sunt cepæ, allia, euphorbium, assa fœtida, vinum purũ, forte, antiquum, aqua salsa, pisces salsi & recẽtes, cum in stomacho corrumpuntur, morsus reptiliũ, venenum sumptũ, coitus superfluus, & similia corpus exterminantia. Et si ab intus, hoc est propter stomachum, aut propter alia mẽbra: si fuerit propter alia membra, tunc aut prouenit à cerebro, sicut in phreneſi, & in catarrho de phlegmate salso, si propter spiritualia, sicut propter apostemata pulmonis, aut panniculorum, aut propter se. putridã, aut hecticam versus finẽ, aut phthisim & similibus, & prouenit etiam propter oppilationes venarum meseraicarũ & hepatis, vt in hydropisi, & prouenit propter calefactionẽ hepatis, apostema, fluxũ, & propter nimiam caliditatẽ, vt in diabetica passione. Si propter stomachũ, hoc est propter complexionem cal. aut siccam, aut vtranq;, aut propter chol. quæ abundat in stomacho, aut propter phlegma salsum, aut propter phlegma dulce, aut propter crapulam, aut medicinã sumptam & similibus. Signa causarum extrinsecarum habentur ex indicio, signa quæ sunt propter alia mẽbra à stomacho, habentur per indicia illarum passionum. Sed signa quæ sunt à *Causa sitis intensæ duplex.* *Signa.*

stomacho, sunt satis clara, quoniam amaritudo significat cholerā, dulcedo phlegma dulce, salcedo phlegma salsum, & alia satis habentur ex indiciis. Si in feb. aduenial sitis fortis cum ariditate corporis, valde malum. Si febricitans multum sitierit, & subito cesset sitis & se. remanet, lingua est arida, nigra, mortē proculdubio significat, quia virtus sensitiua est mortificata. Intelligendū quòd multiplex est sitis, cui credendum non est, & ideo potus non est dandus: vt verbi gratia, quia mane sitit in ieiunio, non est potus tribuendus. Et si cogeretur, detur sibi acetum cū oleo: si fero, est vtile intrare lectum, si sitierit, non est potus tribuēdus, quoniam si dormierit, sedabitur. Si fuerit sitis propter crapulam, prouocetur vomitus & inducatur somnus. Si propter repletionem cibi & potus, inducatur somnus. Si propter medicinā laxatiuam, in principio non detur, quia sitis est mendosa. In omnibus istis non deberet concedi potus. Si tamen aliqui sunt impatientes & multum sensibiles, in talibus oportet concedere, & oportet quòd tales accipiāt sorbendo, diu in ore tenendo, paulatinè transglutiendo, & teneant in ore pilulas subscriptas. Aliquando autem venit sitis propter malam consuetudinem bibendi, & tunc non est consilium nisi quòd paulatinè mutetur ad oppositū, & quòd per accidentia animæ terreantur. Intelligendum est hic, quòd in siti, quæ prouenit propter causam ca. & potissimè humoralem, sicut est chol. non cōpetit somnus, quoniam calefiunt interiora & augmentatur sitis. In mala igitur cōplexione cal. sine materia & sine oppilatione, detur aqua frigida in bona quantitate & sedabitur. Sed si esset cho. nullo modo detur aqua per se, nisi esset cum vino malorum gra. aut syru. iulep, aut cum aceto, aut cum mica panis, vel cum syru. viol. Detur igitur sibi oxysacc. cum syru. viol. & purgetur cum cassia, & myrobal. citrin. Et si esset phlegma salsum, detur sibi oxymel, diur. & purgetur cum myrobal. citri. cheb. & quotiescunque potare voluerit, detur sibi ptisana hordei valde ca. quantum potare voluerit, & sit ita cal. sicut poterit sustinere: & hoc est expertum, quoniam ratione actualis caliditatis, digeritur materia phlegmatica, & frequenter sequitur vomitus: possunt quoq; fieri in siti ea quæ dicta sunt superius in lib. 1. Pilulæ quæ valent ad sitim si teneantur in ore. R. iiij. se. frigidorum

Prognostica.

Cura.

Apho. 25 par. 5.

Aqua frigida vsus in siti.

Pilule sub lingua ad

rum mund.se.end.se.scar.se.lactu.se. portul.se papa.al.ana 3.1. conficiantur cum muccillagine pſylij & dragaganti, fiãt pilulæ. Aër frigidus multum valet, & potissimè si venerit propter pectus. Si autem venerit propter causas extrinsecas, reducantur per contrarium. Si fuerit propter passmem brorum interiorum, curentur illa prius, & ita sedabitur sitis, interim cum blandientibus transeamus. Intelligẽdum, quòd in siti mendosa, quæ prouenit propter humores frigidos, multum valet somnus. Et si sitis auferatur propter humo. fri. purgentur: si propter morbos, curẽtur: si propter ablationem sensus, detur vinum purum, aut nectar, & dentur assa, frixa, salsa, & acuta. Intelligendum, quòd ablatio sensus in stomacho potest esse signũ mortale, & cum ablatio sensus pedibus & multis aliis partibus non esset pro tẽ ro, quia actio stomachi est necessaria toti corpori, sed in multis aliis partibus non sic. Ablatio igitur sitis propter mortificationem virtutis sensitiuæ in stomacho, est signũ mortale in feb. Secundo intelligendum, quòd aqua frigida vt plurimum per se sumpta non sedat sitim, quoniam de facili inflammatur, cõuertitur & oppilat, & non penetrat, quare oportet aliud admiscere, sicut est acetum, aut vinum al. in parua quantitate. Et si sitis est propter stomachum, quòd dentur triasandali, zucca. ro. & similia. Tertio notandum, quòd causa appetitus, sitis est cal. & sic. & suum obiectum est frigidum & humidum, tamen vinum appetitur cũ sit calidũ, & appetitur vt potus & sedans sitim. Dico quòd vinum potest sedare sitim multis modis ratione actualis frigiditatis, & humiditatis, liquiditatis, & quia est penetratiuũ, & quia communiter permiscetur cum aqua, ratione delectationis, confortat digestiuam, restaurat, & nutrit. bene igitur appetitur vinum ratione potus, cum multas habeat vias sedandi sitim.

sitim extinguendam.

Aër.

Somnus.

Clarificatio.

Sitis ablatio.

Aqua frigida, pura nõ est sumẽda in siti sedanda.

Vinũ multis de causis sitim sedare potest.

De eructuatione. CAP. VI.

Ructus quid.

ERuctuatio est ventositas fumosa ex indigestione stomachi procreata ad superiora proiecta virtute expulsiua stomachi confortata. Intelligendum est circa istam materiam, quòd ventositas generatur à cal. debili resoluente materiã in vaporem, non potente tamen consumere. Nunc aut iste vapor ventosus sic generatus, aut expellitur per superiora, aut per inferiora, aut remanet in medio: Si per

super

ſuperiora, cauſat eructuationem: Si per inferiora & cũ ſonitu, cauſat peditum: Si ſine ſonitu, cauſat trullam. Si autẽ remanet in medio, & ventoſitas fuerit iuncta cum humiditate, cauſat rugitum. Si non, cauſabit tortiones & ſimilia, ſecundum quòd vẽtoſitas vadit per loca ampla vel ſtricta, & ſecundũ quòd eſt groſſa vel ſubtilis, ſecundũ hoc diuerſas facit melodias & proportiones harmonicas, ſicut dixit princeps medicorum Gal. 6. de morbo. Eructuatio aut prouenit ab exterioribus, aut ab interioribus. Si ab exterioribus, hoc eſt, aut propter nimium calorem, frigus, aut propter inordinationem cibi & potus, quantitatẽ, qualitatem ſicut ſunt legumina, fabæ, & ſimilia, aut ſicut radices, raphanus, rapæ, paſtinaca & ſimilia, aut ſicut ſunt dulcia, groſſa, ſicut eſt vinum nouũ dulce & ſimilia, aut quia ſomnus non fuit completus, & breuiter propter omnia illa, quæ digeſtionem impediunt. Si ab interioribus, hoc eſt duobus modis, aut propter ſtomachum, aut propter alia membra. Si propter alia mẽbra, ſicut ſunt ægritudines hepatis, aut venarum meſeraicarum, & ita de aliis quæ virtutem digeſtiuam impediunt. Si propter ſtomachum, aut hoc eſt propter malam complexionem ſtomachi, aut propter malos hum. in ſtomacho exiſtentes. Si propter malam complexionem, aut quia nimis cal. aut quia nimis frigida. Si propter hum. aut quia cholerici, aut phlegmatici, aut quia melancholici, & ita breuiter de aliis omnibus, quæ virtutem ſtomachi digeſtiuam corrumpere poſſunt. Et ſecundũ diuerſitatem cauſarum, diuerſæ ſpecies corruptionum generantur, & ita eſt quædam ſpecies eructuationum fœtida, quædam fumoſa, quędam abominabilis, ſicut eſt odor piſcium corruptorum, aut ouorũ frixorũ, aut carnium rãcidarum, & ita de aliis ſaporibus innominatis, aut ſicut ſunt ſapores frequẽtius nominati, ſicut eſt ſapor acetoſus, aut fumoſus. Species igitur eructuationis ſunt multæ valde ſecundum diuerſitatem corruptionis, & quia corruptio primæ digeſtionis rarò aut nũquam poteſt rectificari per digeſtiones ſubſequentes, ideo cum maiori cautela tranſeundũ. Si autẽ eructuatio & fumoſa expulſio aut indigeſtio proueneꝛit propter cauſas extrinſecas, ſatis poteſt ſciri per indicia ſi medicus vult eſſe diligens, iuxta illud Damaſceni: Nec ſuper omnia pudeat te patientem interrogare. Si autem

Cauſa.

Ructus ſpecies varia.

Signa.

Aphor. 42. libri. 1. Damaſcen.

ven

venerit propter causas intrinsecas,& fuerint passiones alio rum membrorum,satis manifestatur ex illis. Et si venerit propter stomachum,tunc aut est propter causam ea. & sen titur cali.in ore & siccitas,& auriditas, & si fuerit cho.sen titur amaritudo cum quadam angustia & inquietudine.Po test sciri per viam experimenti per hunc modum,seruetur patiens in tẽperata diæta,& quo ad quantitatem & qualitatẽ,postea detur panis hordei cum aqua,& nihil amplius comedat in illa mensa,& de istis accipiat temperata quan titate,tunc si sentiat eructuationes, proculdubio causa est cal.quæ conuertit materiam in vaporem.Si autem sentiat eructuationem acetosam cum humiditate & saliua multa, tunc est ex phlegmate. Et si cum siccitate & stypticitate, tunc est melancholia.Et per viam experimenti,possumus, scire per hunc modum,dentur cibaria ea.cum temperamẽto,sicut est mentha,origanum,anisum,& cum hoc regimẽ temperatum præcessit aliquibus diebus,tunc si sentiat eru ctuationes,proculdubio extrinsecis exclusis, ex mala com plex ione frigida procedit.Si autem ap paret sapor fœtidus ex putrefactione humorum prouenit:sed fœtidus,acutus, fumosus,pungitiuus,attestatur super hu.calidos,sed ranci dus abominabilis & ignominiosus , supra melancholicos: acris piscis corrupti,& oua corrupta,supra phlegmaticos, & in istis saporibus extraneis innominatis,& oportet ha bere magnam coniecturam iuxta naturam cõuenientium particularium,quæ concurrunt & quæ præcesserunt, quare oportet esse medicum vigilantem. Omnia enim certis literis denotari non possunt secundum Gal.in de ingenio. Signa igitur particularia industriæ medici reliquantur. Eructuatio vna vel duæ cum alleuiatione, bonũ est signũ, & quòd natura est fortis in expellendo.Et est quædam cri sis particularis , ideo ventositates siue sint naturales , siue symptomaticæ,in illa via nullo modo sunt retinendæ,nec ratione loci,nec ratione personæ,imò postquam generatę sunt , medicus tenetur illas expellere cum temperamento vel superius,vel inferius. Et ideo vbi oportet,eructuatio nes temperatè sunt prouocandæ. Si autem eructuationes fuerint multæ & frequentes , non possunt esse bonæ , imò sunt symptomaticæ:& istæ sunt malę in ratione signi,quia corruptionem digestionis significant:& mala sunt in ratio

Nota.

Acetosa eructuatio.

Nota.

Indicia à sa pore patien tis.

Prognostic.

ne

ne cauſæ,quia digeſtionem iterum corrumpunt,cum com moueant digeſtiuam,quę ipſa viget per quietem. eructuatio igitur frequens & nimia,mala. Si fuerit propter diætã, rectificetur. Si propter paſaliorum membrorum curentur propter ſtomachum, vigilandum. Si igitur fuerit mala, complexio ſtomachi cal.alteretur cum ſyrup.viol.& nenupha.& ex his fiat emplaſtrum ſupra ſtomachum, ſicut ſunt ro.ſand.& ſimilia.Et ſi eſſet chol.purgetur cum myrob.citri.caſſia,& alia frigida ſicut oportet in 6.rebus non naturalibus applicentur.Si autem cauſa fuerit frigida,detur ca ſtoreum cum aceto ſcil. & adminiſtretur ruta, origanum, calamentum,aniſum,marathrũ,ſpica nard.coſtus, ameos, ſiſeleos,& ex iſtis fiat ſyrup.aut conditum, aut electuariũ, aut oleum & vnguentum, aut emplaſtrum, aut cerotum, aut lana & ſimilia,& applicẽtur aut ab extra, aut ab intus, vel dentur iſta electuaria,diatrionpipereon,dianiſum,diacimìniũ, diagalãga,diazinzib.& ſimilia.& ſi cauſa eſt materialis,purgetur ſecundũ exigentiã humorũ:ſi fuerit phlegma,cum myrob.cheb.& aloë paratis ſicut oportet. Si ex melancholia,purgetur cum myrobalanis indis,& lapide lazuli paratis ſicut oportet.Et deinde fiant ſtuphæ,balnea,& exhibeatur theriaca, & iniungatur diæta ſicut oportet in 6.rebus non naturalibus.Fiat igitur exercitium ante cibũ forte,& ſic de aliis, & breuiter loquendo magna pas curationis eſt bonitas diætæ & regiminis.Intelligendum quòd eructuatio ſecundum aliquẽ modum conſiderandi, poteſt eſſe motus naturalis. Si enim ſit modica vel cum alleuiatione,tunc eſt bonum,pro tanto,quia aliquando modicus ventus generatur, & virtus expulſiua eſt fortis & expellit illam ventoſi tatem cum vna eructuatione vel duabus, vel cum paulò plus,& tunc poteſt eſſe ſecundum naturã quæcunque fuerit cauſa.Aliquando tamen eſt multa,frequens & tunc non eſt ſolum malum in ratione ſigni, imo etiam in ratione cauſæ,quoniam ratione nimij motus, corrumpit digeſtiuam,& ita poſſumus intelligere de ſternutatione,ſingultu,tuſſi & ſimilibus, quoniam poſſunt eſſe motus naturales,operando ad finem,& quo ad virtutem fortem: quando autem excedunt & lædunt,tunc ſunt accidentia ſequentia morbos,& ſecundum hunc modum loquitur Gal. in iſtis 5.de morbo. Secundò debemus intelligere, quòd eruc&

Curatio.

Clarificatio.

Ructus modici.

Ructus frequentes.

eructuatio quo ad apparentiã paſ. eſt partis ſuperioris ſtomachi, quia ibidem magis manifeſtatur, ſed quo ad exiſtentiam magis eſt partis inferioris, cum ibidem ſit vapor qui expellitur. Et licet ſternutatio ſit paſ. partis anterioris quia ibi eſt materia ſeu vapor, non tamen ſicut in ſtomacho, cũ in parte ſuperiori materia non poſſit contineri, & ſitus ſit aliter & aliter. Tertiò intelligendum, quòd eructuatio acetoſa poteſt fieri à calido, & à frigido: à calido fit tanquã à cauſa remota, cum calidum infrigidet exhalando, & frigidum facit hoc tanquã cauſa proxima. Et ita videmus quòd calidum ab extra inducit acetoſitatẽ, quia ebulliendo, partes calidæ exhalant, fit etiam & à ſtomacho, ſicut patet in fructibus, qui à principio ſunt acetoſi. Et iuxta hoc aduertẽdum, quoniam calor fortis & intenſus licet deberet diſſoluere, reſoluere, & conſumere, nihilominus gratia materiæ facit aliquando eructuationes fumoſas, ſcilicet cùm materia eſt diſpoſita, ſicut ſunt legumina & ſimilia. Et manifeſtè apparet in exterioribus, quoniam licet ignis ſit magnus & fortis, tamen quando ligna viridia apponuntur, reſoluitur fumus trũboſus, caliginoſus, & ita eſt in corpore: quare &c.

Ructuscam ſa præcipua in fundo vẽtriculi.

Acetoſa eructuatio duobus modis.

Quarto notandũ, quòd melancholia facit eructuationẽ acetoſam, fœtidam, cum ſit hum. corruptus, frigidus. Idem facit raphanus cum ſumitur in magna quantitate, quia ratione indigeſtionis conuertitur in frigiditatem: & quando corrumpitur, in fœtorem conuertitur: ſed phlegma acetoſitatem facit, & non ita fœtorem, quia non eſt hu. ita corruptus ſicut melancholia, & cum hoc eſt groſſus & viſcoſus. Vltimò notandum, quòd in eructuatione quantum eſt ex hoc, non cõpetit phlebotomia, ſed cum corpus eſt plethoricũ, poteſt competere ratione humorũ exiſtentiũ in venis.

Humor melancholi. interdum ructus fœtidos creat.

Phlebotomia vbi cõueniat.

De ſingultu. CAP. VII.

Singultus quid. Apho. 19. partic. 6.

SIngultus eſt quaſi ſpaſmus ſtomachi repleti inaniti, aut humore aliquo vitiati propter expulſionem nociuorũ. Intelligendum quòd ſingultus exquiſitè loquendo non eſt ſpaſmus, ſed dicitur ſpaſmus propter cõuenientiam quam habet cum ſpaſmo. vnde ſicut ſpaſmus fit ex inanitione & repletione, ita ſingultus: ſed differunt, quoniam ſpaſmus eſt motus præter naturam, & cum hoc retrahitur, non reuertitur, nec extendit ſe: ſed ſingultus poteſt eſſe motus ſecundum naturam, & cum hoc licet retractio fiat, poſtea tamen

tamen fit extenſio vt nociua expellantur quantum in ipſo
Singultus explicatio. eſt. Motus autem faciendi eſt iſte, cum aliqua res nociua ipſi ſtomacho ineſt, & potiſſimè cum inuiſcatur in vill. & ſubſtantia ſtomachi, virtus animalis ſenſibilis ſentit illud, tunc ſuſcitat virtutem naturalem expulſiuã, & cum magno impetu nititur nociuũ expellere. Et talis motus ſtomachi impetuoſus & fortis appellatur ſingultus, & per talem mo
Cauſæ. dũ fit ſternutatio & tuſſis, ſicut ſcribitur 5. de morbo. Cauſatur igitur ſingultus ex repletione & inanitione & ex apoſtemate, vlcere, & multis cõſimilibus. Cauſæ enim aut ſunt extrinſecæ, aut intrinſecæ. Si extrinſecæ, tunc ſunt, ſicut friditas aëris, & hoc patet, quoniam cum puerorum ſtomachus infrigidatur, de facili incurrunt ſingultũ. Fit etiam ex nimia repletione cibi, potus & eorũ corruptione in ſtomacho, fit etiam cum ſumuntur acuta, ſicut piper, & poſt ſumitur vinũ, quia vinum facit vt piper inuiſcetur. Si autẽ fuerit propter cauſas intrinſecas, tunc aut hoc eſt propter ſtomachũ, aut propter alia mẽbra, ſicut eſt apoſtema capitis, caſus, percuſſio, fractura cranei, aut aduenit propter apoſtema capitis, aut propter humores acutos, mordicatiuos, pungitiuos, aut acetoſos, delegatos à toto corpore ad ſtomachũ. Si verò propter ſtomachum, hoc eſt aut propter humo. frigidos inuiſcatos & pũgitiuos, aut per calorẽ, apoſtema, vlcus, nimiã ſitim, aut nimiã inanitionẽ, & ita de aliis.
Signa. Si venerit propter cauſas extrinſecas, hoc manifeſtatur ex indicio. Et ſi propter paſſ. aliorum membrorũ aut totius corporis, ſimiliter patet ex indicio. Si ex inanitione, ſignificatur quòd ſe. præceſſerunt, labores, abſtinentĩa, & ſimilia extenuãtia corpus. Si ex repletione, ſignificatur ex ocio & quiete, & quia repleuit ſe vel eſt cum grauitate & punctura, & ſi humo. ſunt frigidi, ſignificatur quòd iuuatur ex cali. & quiã ſentitur frigiditas in ſtomacho: ſi ex caliditate ſignificatur ex calore, punctura & mordicatione. Si ex ſenſu, ſignificatur ꝙ à qualibet facili cauſa patitur ſingultum. Si ex apoſtemate, tunc eſt ſeb. dolor & nauſea, & non alleuiatur ex vomitu ſicut nõ alleuiatur ex vomitu cum eſt ex inanitione. Vlterius autẽ diſcernitur, ꝙ cũ ſumuntur acuta & pungitiua, tunc ſentitur dolor & aggrauatio in ſtomacho, & ſi fuerit propter paroxyſmũ, ſeb. tunc diſcernitur ex
Prognoſtica. iſtis, & ita de aliis. Si in criſi, bonis ſignis apparẽtibus, fiat

ſingul

singultus, bonum, quia crisis per vomitum significatur. Si autem mala signa appareant, malum, quia spasmus significatur. Singultus post quancunque euacuationem veniens superfluam, malum, siue fuerit naturalis, siue artificialis, sicut est fluxus sang. sudor, vomitus, fluxus ventris, & ita de aliis. Si post vomitum singultus nõ sedetur nec minuatur, sed potius aggrauetur, malum. In plaga & percussione singultus, malum. Si post singultum venerit apostema in latere dextro aut super humerum, mors festina significatur. *Aphor. 4 partic. 5.* *Aphor. 3 partic. 5*

Si post singultum veniat spasmus aut alienatio, pessimũ.
Si femori purgato superueniat singultus, malum. *Aphor. 3. partic. 7.*
Post vomitum singultus superueniens, malum.

Curatio. Curatio generalis hæc est, scilicet quòd omnes causæ tam exteriores quàm interiores reducantur ad temperamentum per suum contrarium, verbi gratia, si fuerit ex frigiditate, applicentur cal. stomacho, sicut est absinthium, menta, costus, lignum al. rectificetur aër, & similia: si fuerit repletio, ducatur inanitio temperata: si feb. curetur sicut oportet. Idem de apostematibus & solutione cõtinuitatis, casibus & percussionibus, sicut dicetur in locis suis. Nunc autẽ intelligendum est, quòd curationes generales singultus sunt istæ potissimè, quando causa est repletionalis frigida, dum tamen non sit propter apostema, aut propter inanitionem. In primis debent fieri fricationes fortes extremitatum. Secundo inducantur accidentia animæ & non ex prouiso, sicut sunt ira magna, timor, aut gaudium. Tertio ponantur ventosæ supra stomachum & supra spatulas sine scarificatione. Quarto apponantur supra stomachum medicamina rubificantia. Quinto inducatur somnus. Sexto fiat sternutatio. Septimo inducatur vomitus. Et si vomitus omnia ista præcederet, esset bonum in causa materiali.

Curatio particularis. Octauo quòd retineatur anhelitus multotiens quãtum erit possibile, quoniam multum valet. Visis curationibus generalibus, ad particularia veniamus, & primo videamus de causa frigida, quia frequenrius aduenit. Supponimus enim quòd sit mala complexio frigida sine materia, quòd saltem alterantibus curatur, & ita de aliis, si cum materia inducatur vomitus, deinde digeratur materia cum oxymel. diure. vbi bullierit absinthium, & purgetur cum hierap. deinde detur theriaca, mithridatum, philonium, &

cum hoc ista bulliant in oleo & cera, malaxetur in oleo & supra stomachum applicetur: si fuerit ex ventositate, tunc valet ruta, calamentũ, origanum, anisum, marathrum, castoreum, vinum purum, stupha, balneum, & valet dianisum, diaciminum, dianthos, diagalanga. Ista enim omnia non solum valent in materia ventosa, fumosa, sed etiam in mala complexione sine materia & cum materia, licet directius valeant in materia ventosa & fumosa. Et est intelligendum, quòd in singultu debent apponi aliquando stupefacientia cum aromaticis & confortatiuis, & materiam purgantia per modos diuersos & loca diuersa, modo per secessum, modo per vias vrinales, & ita de aliis, pro tãto debet apponi opium & similia, vt stupefaciant & nimium sensum auferant, aloë vt trahat ad intestina, spica nardi, vt attrahat ad vias vrinales & hepar cõfortet, anisum & similia, vt ventositatem consumant, lignum al. vt confortet cor vnà cum croco, menta, & absinthium, vt stomachus confortetur, & ita de aliis multis. Sapiens igitur fuit, qui primus istud medicamen inuenit in singultu, pro tãto quia in quolibet morbo per quoddam simile similia possunt applicari. Receptio igitur tam nobilis, & tam notabilis contra singultum hæc est. R. spicæ nard. squinanti, calami aromatici, anisi, marathri, foliorum mentæ, foliorum absinthij, costi. ana ʒ.2. zuc. ligni al. ambræ, gariofil. alo. sucotrini. ana ℈.2. opij, coriand. præparati, se. papa. al. cassiæ ligneæ. ana ℈.1. conserua citrãgulorum ʒ.2. panis zuc. q.s. fiat electuarium, quo vtatur sero & mane seruetur cum amore, quia reuelatum est. Si autem causa fuerit cal. &c. R. syr. ros. oxysa. syr. acetosi, ana. li. ß. foliorum absinthij vnc. ß. misceantur & bulliant simul, & cum isto materia digeratur, deinde purgetur sic. R. hieræp. ʒ.ʒ. triferæ sarraceni. rheubar. ʒ.6. misceantur, & purgentur cum myrob. citri. manna, & cassia, paratis sicut oportet vtatur malogr. hordeato, aqua hordei, portu. cucurbitis, melonibus, & similibus. Si fuerit ex inanitione, vtatur lacte, & balneo aquæ dulcis, vtatur nutritiuis, resumptiuis, & humectantibus, sicut dictum est superius capitulo de mala complexione stomachi ficca: & superius capitulo de hectica, & capitulo de phthisi, recurramus ad illa, scopus erit.

Narcotica inueterũ in singultu aromaticis confortantibus sunt miscenda.

Electuariũ magnarum virtũ & à multis laudatũ in singultu.

Clarificatio.

Intelligendum, quòd licet in singultu intendat natura nociuum expellere, & in singultu de inanitione nõ sit materia

ria quę expellatur, nihilominus motus non est frustra, quia virtus naturalis nititur expellere malam complexionem siccam ex qua lædebatur, & ita est in tussi & similibus. si fuerit ex inanitione, quoniam ibi non est virtus prægnita, sed nocumẽti sensitiua, & quia mala complexio lædit, ideo est talis motus, vnde in spasmo de inanitione, non fit iterum extensio, quia motus est totaliter præter naturam. In singultu autem non sic, & pro tanto, villi licet trahantur, postea extenduntur & ad suam naturam reuertuntur, & talis siccitas potest esse hectica stomachi, præparat & disponit ad hecticam totius. Secundo intelligendum est de singultu, sicut dictum est de eructuatione, quoniam si sit naturalis, proportionatur dispositioni naturali, & si sit distemperatus, proportionatur morbo: ideo intelligendum, sicut determinatur in dubitatione, & sicut dictum est in sententia quòd secundum veritatem singultus non est spasmus, licet habeat magnam conuenientiam cum spasmo, quoniá vterq; causatur ex repletione, & inanitione, vt dictum est, licet diuersimodè, quia spasmus in lacerto, & singultus in neruo, siue in parte neruosa seu villosa. Et ideo iuxta hoc notandum, quòd motus singultus, non est motus simplex, sed compositus ex animali & naturali, sicut tussis & sternutatio, non videtur esse motus compositus ex expulsiua & contentiua, quoniam contentiua nociuum retinere nõ dubitat. Et ideo iuxta hoc notantum, ꝙ iste motus potest esse in villis stomachi propter malam ibi materiam inuiscatã, quam natura nititur expellere. Et iuxta hoc aduertendum, quòd pueri cum flent, patiuntur singultum, quoniam materia mala tunc fluit ad stomachum.

Motus facultatis expultricis in singultu, tussi, & similibus.

Quæstio.

De fastidio & regimine sanitatis. CAP. VIII.

FAstidiũ est abominatio cibi & potus quasi cum quadã nausea, & aliquali appetitu vomẽdi propter corruptionem cibi & humorũ in stomacho existentium. Causa enim aut est extrinseca, aut intrinseca. Si extrinseca, sicut est nimia frigiditas aëris, nimia caliditas dissoluens, cursus, aut labor prouenit, quia cibus sumptus est in magna quantitate, aut in magna qualitate, aut secũdum ineptum ordinem, aut quia somnus non fuit completus, aut quia nimium exercitium secutum est, aut propter accidentia animæ, & ita de aliis rebus non naturalibus in debito modo admi-

nistratis, ad quæ sequitur corruptio digestionis in stomacho. Si autem fuerit à causis intrinsecis, tũc aut prouenit à stomacho, aut ab aliis partibus. Si ab aliis partibus, vt cum aliqua materia mittatur ad stomachum corrumpens virtutem digestiuam, aut accidit propter stomachum, sicut est aliqua de malis complexionibus, cum excidit aut cum materia, aut sine materia, & accidit etiam propter apostemata & vlcera, & breuiter propter omnia illa quæ corrumpunt cibum in stomacho & auferunt digestiuam, ideo faciunt abominare, fastidire, & quasi nauseare. Causæ extrinsecæ sunt notæ ex indicio, causæ autem intrinsecæ, si sit mala complexio ca. adest sitis, eructuatio fumosa, lædituir à calidis: si sit causa frigida, adest eructuatio acetosa, & iuuatur à calidis. Alia autem cognoscuntur, sicut frequenter dictum est. Intelligendum, quòd diuersitas accidentium est alia & alia secundum diuersitatem particularium, quæ diuersitates sunt quatuor quantum est de præsenti. Prima causa est intensio vel remissio fastidij, quoniam fastidium, si magnum, & diu durauerit, accidentia sequentur magna & multum pernicioſa. Si autem fastidium est debile, tunc accidentia sunt remissa. Secunda causa est quantitas & qualitas cibi: quoniam cibus in nimia quantitate sumptus, ad quod sequitur fastidium, semper infrigidat corpus, & humectat, quæcunq; fuerit qualitas ratione indigestionis, nisi putrefieret & feb. introduceretur: ratione autem quantitatis sunt accidẽtia alia, quia si cibus fuerit ca. generat morbos ca. cum siti, pũctura, & eructuatione fumosa, si subtilis, generat morbos acutos cũ multis terribilibus accidẽtibus, sicut est alienatio, vigiliæ, inquietudo & similia. Si qualitas cibi est frigida, generat morbos frigidos cũ eructuatione acetosa. Si est grossa, generat morbos chronicos & de difficili separabiles, cum grauedine multa. Tertia causa est sensus stomachi, quoniam si stomachus est multum sensibilis, sentitur dolor, punctura, inquietudo, tremor cordis, angustia, & malitia tolerandi, si non est sensibilis, nullum horum sequitur. Quarta causa est dispositio totius corporis, quoniam illi qui patiuntur fastidium, si habent aliqua membra debilia, statim incurrunt nocumentũ in illo, & ideo patiuntur aliqui dolorem capitis, aliqui tinnitum, aliqui caliginem, aliqui sensuum hebetationẽ, aliqui patiuntur in pedi-

Signa.

bus,

bus, aliqui in manibus, secundum quòd membra sunt para ta ad receptionē materiæ delegatæ, & si totum corpus fuerit debile, libentissimè incurrunt feb. vtile autem est scire, vt secundum hæc medicamina vtilius applicētur. Si enim aliquis frequenter incurrit fastidium & frequēter supra fastidium cibum ponit, mala morte morietur, quoniā si corruptioni addatur corruptio, cito fouea præparatur. Ista autem omnia erunt magis plana in sequēti capitulo, vbi pertractabitur regimen sanitatis. In primis inducatur facilis vomitus, quæcunque fuerit causa, nisi esset apostema, aut vleus, detur igitur aqua cal. cum oleo, & si de difficili euomat, tunc videtur materia inuiscata, purgetur ergo stomachus secundum exigentiā materiæ. Et quia à materia frigida frequentius aduenit, digeratur materia cum oxymel. diur. vbi bullierit absinthium, & purgetur cum hiera. acuata cum aloë & mastiche, vtatur diatrionpipereon, diazinzi bere, diacitoniten, dianthos, & similibus. Et si causa fuerit cal. digeratur materia cum oxysac. vbi fuerint folia absinthij temperata, & purgetur cum trifera sarracenica reubar barata, vtatur triasandal. cum zuc. ro. Si ex his non sedetur, tunc videtur, quòd materia transiuit ad venas, & tunc competit phlebotomia, postea stuphæ, postea exercitium, & semper sit diæta tenuis. Si fuerit propter nimium sensum, vtantur diamb. dianthos cum musco, triasandal. & super omnia valet paruitas cibi, potus, & exercitium ante cibum. Si autem fuerit ex mala cōplexione sine materia, tunc sufficiūt alterantia, aliæ autem causæ omnes per suum contrarium sunt reducendæ. In fastidio igitur competit aēr clarus, mundus, & si non potest haberi, rectificetur cum flabellis & similibus: competit etiam somnus longus, paruitas cibi & potus, exercitium ante cibum vt dictū est, & competit applicatio manus supra stomachum, aut quòd catulus applicetur, aut puer x. anno. dum tamen non sudet, aut puluinar paruum. Si autē omnibus istis vniuersalibus, & particularibus applicatis adhuc remaneant aliæ & oscitationes & sensuum grauitas & hebetudo intellectus, proculdubio ad plenum curatus non est, quare oportet reiterare phlebotomiam si particularia conueniunt. Deinde pharmaciam secundum cōuenientiam humorum: deinde balnea & alia.

Prognostic.

Curatio.

Nausea à lenta & frigida materia frequentius euenit.

Phlebotomia quādo conceds debet.

Diæta.

Intelligendum, quòd in fastidio ad hoc vt materia non

putrefiat, competit vomitus leuis, quia angustiosus posset materiam commouere, ideo cum aliquis non de difficili euomit, fiant clysteria & fricationes, & dentur medicinæ secessiuæ, & ea quæ dicta sunt. Secundo notandum, quòd appetitiua naturalis totius simplex est, & solum fit à calido, sed illa quæ est in stomacho, componitur ex animali & naturali, ideo per accidens frigidum facit ad appetitum, quia inducit contactum, & ita sensum, vacuum & inanitionem, sicut superius dictum est. Tertio intelligẽdum, quòd calor naturalis in principio assumptionis cibi, quodã modo occultatur, debilitatur, languescit, & quodammodo homines torpent quandiu est in fieri ratione contrarietatis & resistentiæ, sed in fine præualet & incipit valde fortificari, potissimè vbi bonum regimen conseruatur. Quarto intelligendum quòd cœna nocturna naturaliter & in vtentibus recto regimine, debet esse maior quàm cibus matutinalis, & ratione noctis, somni, & reuocationis caloris, sed modo vt plurimùm vsus est in contrariũ, ita in se melius est quantũ est de natura rei, ratione tamen consuetudinis non. Sed ponamus, ꝙ ex nimia acceptione cibi mane & sero aduenerit nocumentum, tunc quæro quæ symptomata erunt peiora? Dico ꝙ sero, quia vapores de die possunt exhalari, & in nocte retinẽtur, ideo versificator aduertens ad consuetudinẽ, & ad molestiam accidentium dixit:

Cœna largior debet esse prãdio.

Quæstio.

Cœna leuis, vel cœna brevis, sit rarò molesta.
Magna nocet, medicina docens, res est manifesta.

Quinto notandum, quòd calidi de complexione, postquam incipiunt comedere, citius incipiunt amittere appetitum propter calorẽ resoluentem materiam in vaporem, sed frigidi tardius amittunt, quia non est calidum resoluens, ideo non causatur phantastica repletio, sed bene causatur phantastica inanitio, propter vacuitatem causatã in orificio stomachi ratione frigiditatis cõprimentis. Sexto, intelligendum, quòd nausea fit frequentius ex humoribus frigidis cum magis adhærent, sed vomitus fit frequentius ex calidis cum supernatent, sicut dicetur inferius.

Quæstio.

De regimine sanitatis.

Et licet per Dei gratiam de regimine sanitatis longiorẽ tractatum intendamus edere, gratia tamen medicinæ ad hæc breuiter intendimus pertractare. Circa regimen sanitatis

tatis cadunt septē considerationes, prima sumitur à quantitate cibi & potus, secunda sumitur à qualitate, tertia sumitur ab ordine, quarta à cōplexione, quinta à consuetudine, sexta à tēpore, septima ab ætate. Primo igitur de quā titate agamus. Quantitas cibi & potus debet esse tanta ꝙ cal. possit vincere & superare, aliter si minuatur, cōsumitur corpus, & debilitatur virtus, & si excedat, est causa putredinis & oppilationis, & vniuersaliter infrigidatur corpus & humectatur, nisi materia putrefiat & generet febrē. Nunc autem secundum Gal. quantitas offerendorū certis literis denotari non potest, recurrendum igitur ad experimētum quod omnia rectificat. Quantitas igitur sit talis, quòd non immutetur anhelitus, nec pulsus, nec vrina, nec egestio, nec somnus, nec vigilia, nec sentiat ventositates, nec torsiones, nec grauedinē, nec debilitatem, & sic quantitas cibi & potus erit temperata, aliter non: nec valet aliqua consideratione quantūcunq; rationabilis nisi experimento cōprobetur. Et sicut dico quòd experimentum clarificat quantitatem, ita qualitatē & omnia subsequentia, quoniam diuersitas particularium est magna valde, & cuilibet certa quantitas est applicanda, patet igitur quòd quantitas offerendorum certis literis denotari non potest, cōlecturæ igitur proximæ veritati & experimento relinquatur. Secunda consideratio, sumitur à qualitate cibi, cibus igitur qui cōpetit in regimine sanitatis, non debet excedere in aliqua qualitate, quoniam ea quę excedunt in caliditate, adurunt sanguinē, sicut saluia, menta, petro. piper, allia, cępe, nasturtium, & similia. frigida autē mortificant & congelant, sicut est lactuca, portulaca, cucumeres: & si fuerit caliditas aquosa, putrefit, sicut sunt melones, cucurbitæ: & si fuerit venenosa, interficit, sicut patet in fungis: & si caliditas humida, putrefacit & oppilat, si fuerit ficca, virtutē deiicit. Et si fuerint cibaria vnctuosa, supernatant & impediunt digestionē: Si dulcia, oppilāt: Si amara, penitus nō nutriūt: Si salsa, adurunt, corrūpunt, & nocent stomacho. Si pōtica & styptica, cōstringunt, coarctant, corrugant & oppilāt. Si fuerint acetosa, celeriter senectutē inducent, nullū igitur tale cōpetit in regimine corporis humani. Solus ille cibus qui caret omni additamēto, cōpetit corpori humano sicut scribitur à Gal. ad elleboros. Cōpetūt igitur caro annualis agni,

Cibi & potus quantitas.

Gal. de sanit. tuend.

Qualitas.

Venenosa.
Vnctuosa.
Dulcia.
Amara.
Salsa.
Astringentia.
Acetosa.

Carnes. carnes hœdulinæ, carnes vituli lactantis, capones, gallinę,
Pisces. perdices, phasiani, pisces squamosi de aquis mundis, ouа
Oua sorbilia. sorbilia, boragines, buglossa, panis triticeus bene coctus
& bene fermentatus & cum tẽperata quantitate salis, vinũ
Holera. citrinum odoriferũ, non nouum, & sit bene clarum & cum
temperata quantitate aquæ fontis mundæ, quæ currat ver
sus Orientem, & quòd Sol percutiat ostium fontis, ita de
aliis quæ vergunt ad temperamentũ & non multum exce-
Nocumenta sumptorum. dunt in aliqua qualitate. Si autẽ ex excessu alicuius quali-
tatis excedentis aduenerit nocumentum, rectificetur per
suum contrariũ, verbi gratia, si nocumentum aduenerit ex
vnctuosis, dentur styptica sicut est caseus, pira & similia. Si
venerit nocumentũ ex salsis, rectificetur cũ aceto & aqua.
Si ex acetosis, rectificetur cum melle & vino antiquo. Salsa
igitur, amara & acuta possunt rectificari cum pomis dulci-
bus, cum lactucis, portulacis, cucurbitis, & similibus, ita de
aliis secundum conuenientiam particularium. Tertia con
sideratio, sumitur ab ordine, modus autẽ & ordo sumendi
cibum est iste. Vt mane cum surrexerit, studeat expellere
superfluitates primæ, secundæ, & tertiæ digestionis. Dein-
de pectinet se fortiter caput, & circa totũ corpus si locus
fuerit opportunus. Postea abluat manus, faciẽ & oculos cũ
frigida aquâ in æstate, & cal. in hyeme. Deinde fricet dẽtes
Exercitiũ. cum cortice citri. Exerciter se per loca alta, munda, vestes
Cibus. sint pretiosæ, odoriferæ. Cibus sit paratus & statim cum
incipit naturaliter appetere accipiat cibũ, & non antè, nec
tardet. Quoniã dicit Auic. quòd stomachum præter solitũ
pati famen putridis replet humoribus, & etiam non debet
sumere ad satietatem, imò debet dimittere cum appetitu,
quia satis cito cessabit appetitus, nec accipiat in eadẽ men
sa nisi vnum cibum, & si accipiat plus, minus malum est,
quando subtile præcedit grossum, crudum non ponatur su
pra semicoctum, non accipiat pisces & lac in eadem mẽ-
sa, nec lac & vinum, quia ista disponunt ad leprã, non acci
piat electuaria multum calida post cibum, nec etiam alia
Quies. calida multum, quoniam cibum corrumpunt. Post cibum
autem, quiescat, stando vel paulatinè deambulando, quo-
niam omnis fortis motus corrũpit cibum. Postea dormiat
Aphor. 15 partic. 1. secundum teperamentum, quoniam aliter cibus non po-
test digeri, & propter hoc dicebat Gale. supra illũ aphoris.

Ventres

Ventres hyeme & vere, &c. Quantum natura iuuatur ex somno, bonum est perpendere, quasi dicat, quòd nullo modo digestiua potest compleri sine somno, maior cibus debet esse de nocte nisi consuetudo impediat. Vitet accidentia animæ tristosa & angustiosa quantumcunque erit possibile, quia mirabiliter confert in regimine sanitatis temperare se in accidentibus animæ. Lauacrum aquæ dulcis multum competit, dum tamen non sit cibus in stomacho. Vicissitudo exhibitionis sit talis, quòd in vna die comedat bis, & in prima die semel, ita deinceps continuet, quoniã si erratum fuerit in illa die in superfluo, corrigetur in secundo. Et si in secundo fuerit erratum diminuendo, in tertio corrigetur replendo, ita de aliis, quoniã semper sequitur correctio vnius alterum, cum in regimine sanitatis sine errore esse non possimus, secundum Gal. lib. suo de regimine sanitatis: quotidie igitur oportet corrigere errores. Aër etiam sit mundissimus, & si non habeatur naturaliter, habeatur per artificium, potissimè in ciuitatibus vbi aër est caliginosus & humidus, cum sunt supra magna flumina constitutæ, sicut est Roma Domina prouinciarum, Lugdunum, Ciuitas Arelatensis, Parisius, Tholosa, & ita de aliis: qui igitur non est potens transferre se ad montẽ, cum flabellis, rectificet aërem aromatica apponendo. Potus sit in mensa quanto minus erit possibile, nec vinum forte detur pòst. Digestiua virtus enim viget per quietem, quare & modus igitur & ordo exhibitionis talis est. Quarta consideratio sumitur à complexione, complexio igitur si fuerit temperata, cum similibus conseruetur: & si distemperata, reducatur per contrarium paulatinè ad temperamentum. Sanguineis igitur detur cibus vergens ad frigidum & siccum: Choleris vergens ad frigidum & humidum: Phlegmaticis ad ca. & subtiliatiuum: Melancholicis ad ca. & hu. Vnde intelligendũ secundum Gal. 8. de ingenio, quòd omnis mala complexio reducenda est ad temperamẽtum, nisi vitæ accidentia impediant, melius enim est fabro, quòd sit phlegmaticus, quàm si haberet corpus temperatũ: & melius est piscatori quòd sit cholericus, quàm si esset temperatus: igitur omnis mala complexio in tempore sanitatis est reducenda, nisi vitæ necessaria impediant. In tempore autem ægritudinis complexionem naturalẽ reducere nul

Accidentia animæ vitanda.

Balneum.

Ordo in sumendo.

Potus.

lus audeat, nisi ante ægritudinem incepisset reducere, & continuasset. Intelligendum, quòd secundum Gal. lib. suo de regimine sanitatis, quòd regimen sanitatis nullus potest obseruare, nisi ille qui non est occupatus in aliqua operatione necessaria: oportet igitur quòd habeat vitę necessaria, & quòd sit liberæ conditionis in omnibus. Quinta consideratio sumitur à consuetudine. Cõsuetudo enim est
c res magna valde in conseruatione corporis humani, & in tempore sanitatis, nedum in tempore ægritudinis, & hoc satis innuit Gal. 8. de ingenio, & lib. de complexionibus, vbi dicit, quòd consuetudo est altera natura, & hoc idem
2. Apho. 38. voluit Hipp. cum dicebat, Parũ deterior cibus & potus &c. & iterum, Ex multo tẽpore consueta, &c. & alibi, Assueti
Apho. 49 & 50. assuetos ferre labores &c. & cum dicebat, Mala diæta, cibus & potus &c. hæc idem Ari. in principio veteris meta.
partic. 2. Magnã vim habet consuetudo, quod indicant leges. Postquam igitur consuetudo habet tantam virtutem in anima & in corpore, consuetudo obseruanda est: hoc etiam videmus experimento, quòd aliqui consueuerunt comedere quater in die, & non lædunter. Aliqui enim consueuerunt vigilare de nocte & dormire de die, alij consueuerunt comedere fabas & carnes bouinas antiquas, alij fungos, alij vulpes, alij lac, alij pisces & alia innumerabilia, & tamen dicunt se esse sanos & se melius habentes, & propter hoc dicebat Gal. 8. de ingenio, quòd consuetudo, complexio, & ætas indigẽt similibus, magnam igitur vim habet consuetudo. non solum hoc est manifestum per viam experimẽti & per authoritates, immo etiam per rationes, quoniam natura gaudet in consueto, in eo delectatur, & illud amplectitur, ideo melius digerit, & pro tanto dicebat Auic. experimentum in hoc vincit rationem, quia malus cibus vsitatus, melior est bono non vsitato. Oppositum tamen omniũ
Constantinus Aphricanus. istorum dicit Constantinus. cum dicit, non gaudeant malo cibo vtentes, quoniam si in præsenti non lædunter, in posterum percussionem non euadent. Ego dicerem ad hoc sic, quòd consuetudo aut conuenit cum naturalibus aut non, si conueniat, optima est, & illa tenenda est: si non conuenit, aut parum discrepat, aut multum. Si parum & est habituata, adhuc potest conseruari. Si autem multũ discrepat, aut est habituata aut non: si non, nullo modo est tenenda

nenda. Si est habituata, aut est in tempore sanitatis, aut ægritudinis. Si ægritudinis, tunc est obseruanda, sicut complexio lapsa, quoniam sicut naturalis est, & sufficit nobis morbum remouere. Si autem fuerit sub latitudine sanitatis, & fuerit multum remota à dispositione naturali, tunc talis debet reduci, nõ subito, sed paulatim, vt dãdo à principio illa cibaria mala & parum de bonis, & paulatinè augere bona & diminuere mala. Quoniam licet videatur eis, quòd bene habeant ratione ætatis, temporis, aut fortitudinis virtutis & etiam ratione consuetudinis, nihilominus paulatinè cadunt virtutes in mineris, & quotidie parant se ad lepram aut ad mortem subitaneam, sicut ille qui longo tẽpore vtitur carnibus antiquis salitis, aut piscibus, bestialibus, leguminibus, carnibus vulpinis, vrsinis, lacte & piscibus, carnibus quasi crudis, aut qui parum dormit, aut qui nimis exercitat se post cibum, aut qui sine mensura sustinet calorem & frigus, portat onera, & laborat, sustinet multa agonistica in corpore & anima, & ita de aliis multis consimilibus. Verè de talibus potest dici, quòd percussionem non euadent, sicut illi qui vtuntur fungis, hyoscyamo & aliis venenis, sicut marinarij, & incarcerati, & in tempore famis, & generaliter qui assuescunt cibaria corrupta, & vtuntur granis in partibus corruptis natis, & multis consimilibus: licet enim quantum est de præsenti omnibus videatur quòd conferant & bene ferunt, nihilominus in interioribus sunt corrupti, quare paulatinè sunt reducendi, & ideo cum dicunt autores, quòd tantam vim habet: dico quòd verum est si conueniat cum naturalibus, aut si discrepet, & fuerit in tempore ægritudinis aut etiam in tempore sanitatis, si subito vellemus reducere, licet igitur consuetudo sit tenenda quo ad tempora, nihilominus omnis consuetudo innaturalis reducenda est ad naturalem paulatinè. Sexta consideratio, sumitur à temporibus anni, in hyeme igitur detur grossus cibus & multus, sed in vna vice, & quòd vergat ad caliditatem. In vere autem competit cibus temperatus, sed quòd vergat ad paruitatem, propter repletionem factã in hyeme. In æstate competit cibus subtilis, vergens ad frigiditatẽ, & non detur multũ in vna vice. In autumno detur cibus in parua quãtitate, & debet vergere ad calidum & humidum. Vltima consideratio, quant

Diæta secũdũ anni 4. tempora variat.

quantum est de præsenti sumitur ab ætate, nunc autem secundum Galen. 8. de ingenio, ætas complexio, & consuetudo debēt regi per similia. Nunc autem licet calor sit æqualis in radice, in puero & iuuene secundum Gal. in de complexionibus, iuuenes tamen melius digerunt sicca & pueri humida. In aliis ætatibus diæta resumptiua & nutriens est exhibenda, & ista sufficiant causa breuitatis. Intelligendū tamen, quòd homines quibus dominatur intellectus, comedunt vt viuant, sed quibus dominatur sensus, viuunt vt comedant. Hora autem comedendi, de die siue de nocte, est cum incipit quis famescere, dum tamen fames fuerit vera, & hoc intelligitur in illis qui habēt cibum paratum: qui autē non habet, comedat quando habere poterit, quiā tales non subiacent legibus artis, intelligēdum secundum Gal. quòd sublimior omnium medicinarum est abstinentia, quoniam plures interficit gula quàm gladius. De regimine autem sanitatis, versificator aliqua dixit sic,

Si vis incolumem, si vis te reddere sanum,
Curas tolle graues, iràsci crede profanum.
Parce mero, cœnare cauē: nec sit tibi vanum
Pergere post epulas, somnum fuge meridianum.
Non teneas mictum, nec cogas fortiter anum.

Nota.

De nauſea, ſubuerſione & abominatione. CAP. X.

Fastidij species.

INtelligendum quòd fastidium est quasi quoddā genus, & species eius sunt abominatio, nausea, subuersio animæ, vomitus. Nunc autem de fastidio dictum est, de vomitu dicetur. De aliis tribus in præsenti agitur. Fastidium igitur omnia ista ambit & circuit. Abominatio, est cibi prius amati & desiderati abhorritio & indignatio, ita quòd à solo aspectu refugit & cōtristatur. Et si cogatur accipere, euomit aut patitur eructuationes fœtidas, fumosas, aut acetosas: & est inter omnes species fastidij deterior & magis periculosa, quoniā hîc aufertur appetitiua & digestiua. Nausea autem, est voluntas euomendi sine effectu propter humiditatem villis stomachi inuiscatos. Subuersio animę est cōtinuus aperitus nauseandi. Nunc autem omnium istorū causæ, signa & curationes fere sunt eædem. Causę autē abominationis & nauseę, aut sunt extrinsecę, aut intrinsecę. Si extrinsecę, tunc sunt omnia illa quę faciūt cibū corrūpi in stomacho. Ista autē sunt, nimia quies, ocium, somnus nimius, vigilię

Abominatio.

Nausea.

Subuersio.

Causa.

super

superfluæ, exercitiũ nimiũ, accidentia animæ, & coitus superfluus, nimia repletio cibi & potus, & cũ grossum præponitur subtili, aut crudum super semicoctũ, aut cum aliquis sumit cibũ sine appetitu, aut ante quàm superfluitates sint expulsę aut ante exercitium, aut quia cibus corruptus, aut fastidiosus, sicut est frequens comestio anserũ & multa similia. Si autem causa fuerit intrinseca, aut hoc est propter stomachum, aut propter alia mẽbra mittentia suas superfluitates ad stomachum. Et si fuerit propter stomachũ, hoc est propter corruptionẽ aliquarum suarũ qualitatum, aut omniũ, sola tamẽ vna sufficit: aut si corrũpitur appetitiua, contẽtiua, digestiua, aut expulsiua, aut quia villi stomachi mollificantur. Deficiũt autẽ propter lapsũ suarũ cõplexionum, ita corrumpitur cibus, & tunc sequuntur ista accidẽtia, scilicet fastidium, abominatio, nausea, subuersio animę & vomitus. Si in concauitate stomachi materia sit contenta, aliquãdo igitur fit ex chol. vitellina, phlegmate salso, aut fit à phlegmate aut ex melãcholia, & hoc est vt plurimum. *Signa.* Signa causæ primitiuæ manifesta sunt, sed si hu. sint cal. adest calor & sitis. Et si sint fri. nullũ istorum adest. *Symptomata.* Accidentia autẽ quę cõsueuerunt sequi istas passiones sunt dolor stomachi, dolor spatularum, tristitia, somnia terribila, syncopis, vomitus, & similia, tamen si accidat vomitus, multum iuuat, nisi nimius fuerit, quia tunc posset esse causa omnium istorum. Qui ista frequentauerit, non potest effugere cacochymiam, hydropisim, tumorem pedum, faciei, oculorum &c. *Prognostic.* Si autem fuerint causæ extrinsecæ & primitiuæ, absc*Cura.*indantur. Causa autem intrinseca antecedens & coniuncta euacuetur. Si autem fuerit causa cal. digeratur, nisi de facili euomat cũ oxysa. composita & oxymel. simplic. sumptis cum aqua hordei, & euacuetur cum duabus partibus trifera sarracenicæ rheubarbaratæ, & tertia hierapi. Deinde vtatur isto electuario. R. zuc. ros. triasandal. diarhodõ abbatis, ana ℥. 2. misceantur. Si autem causa fuerit frigida, quæ vt plurimùm aduenit, tunc non euomatur de facili, digeratur sic. R. oxymel. diur. oxymel. scil. ana lib. 1. misceantur, & sumatur cũ aqua decoction. absinthij, & purgetur cũ hierapi, acuata cum aloe & mastiche, vtatur potione muscata diamb. dianisson, diacitoniten, & vtatur cinamo. mastiche, absinthio, & mẽtha, quia ista rectificant omnem stomachi

corrup

corruptionē, dum tamen causa sit frigida, tunc emplastretur stomachus per hunc modum. R. masticis, cinamomi, ligni al. zedoariç, galāgę, gariof. anisi, marathri. ana. ʒ. ß. pulueriz̄etur & misceātur cum oleo de mastiche, & balsamo, & postea misceantur cum foliis absinthij, mentæ, & pane asso intincto in vino puro, fiat emplastrum & tepidum stomacho applicetur, facit mirabilia, quia reuelatū est. Intelligendum, quòd somnus & otium possunt competere in crapula & in digestione stomachi, dum tamen non multū excedant, cum hoc quòd concomitetur abstinentia, & quòd humores digerantur & subtilientur, licet in omnibus istis competat euacuatio, summè tamen cōpetat alteratio, quoniam valde difficile est curare cum habeat intensum appetitum, & quotidie addat in causam: calefiat igitur stomachus, & purgetur humor acetosus, aliter difficillimum est contra stimulum calcitrare, &c.

Emplastriū confortans ventriculū in causa frigida.

Clarificatio.

Somnus & quies vtrū cōueniant.

De vomitu. CAP. X.

VOmitus est expulsio materiæ contentæ in stomacho per superiora, siue fuerit cibus, siue sanies, aquositas, siue humor, quicunq; fuerit ille, sicut sanguis & ita de aliis. Anastropha autem appellatur facilis cibi accepti expulsio per superiora, sed catastropha dicitur facilis cibi expulsio per inferiora, sed cholerica pas. appellatur angustiosa cibi corrupti detentio, deinde eius expulsio per superiora & inferiora. Et ideo intelligendum, quòd aliqui habent quasi quandam proprietatem, quòd cibum receptū non possunt cōprehendere, nec retinere, imò expellunt, & iterum postea accipiunt, ita sunt in istis motibus continuis, vel quasi continuis. Aliquando cum dolore, aliquādo sine dolore: & causa istarum est vehemens debilitas cōtentiuæ stomachi. Vomitus igitur est materiæ cōtentæ in stomacho expulsio per superiora. Causæ autē sunt extrinsecæ, aut intrinsecæ. Si extrinsecæ, sicut est nimia repletio cibi, potus, & inordinata eius receptio, multiplicatio ciborum fastidiosorum, sicut sunt anseres, acceptio medicinæ vomicæ; casus, percussio capitis, & plaga, tunc est prauum signum, quoniam significatur craneum læsum & substantia medullaris & similia extrinseca. Si autem fuerit causa intrinseca, tunc est aut propter stomachum, aut propter alia membra, si propter alia membra, sicut est propter humores euenientes à

Anastropha quid.

Causa vomitus duplex.

capite

capite ad ſtomachum aut ab hepate, aut à toto corpore, ſicut eſt in criſi, & ita de aliis membris mittẽtibus ſuperfluitates ad ſtomachum, aut eſt propter vlcera, aut propter humores in ſtomacho aggregatos ſtomachum aggrauantes. Aliquando ſit propter debilitatem contentiuæ, & fortitudinem expulſiuæ. Aliquando enim habent contentiuam ita debilem, vt ſi poſt cibum acceptum moueantur, aut iraſcantur, aut timeant, aut videant aliquam rem turpem, aut audiant loqui de ea, ſtatim euomunt, & tamen ſunt ſub latitudine ſanitatis.

De vomitu ſanguineo.

Sãguis euomitur aut propter cauſas extrinſecas, aut intrinſecas. Si propter cauſas extrinſecas, ſicut eſt caſus, obuiatio, aut propter ſanguiſugam potatam de nocte, aut de die in fonte aliquo ignoranter. Si propter cauſam intrinſecã, hoc eſt, aut propter ſtomachum, aut propter alia mẽbra: & tunc aut hoc eſt propter cerebrum, aut hepar, aut propter retentionem menſtruorum, aut hæmorrhoidum, aut propter retentionem alicuius cõſueti, & accidit etiam in truncatis de nouo, mutilatis, exiſtentibus in ocio, & ſe multum replentibus. Accidit etiam propter ſtomachum, in illis enim omnibus venæ aut inciduntur, rumpuntur, franguntur, aut aperiuntur: qui quidem ſan. poſtquam congregatus eſt in ſtomacho, natura ipſum per vomitum expellit. Si fuerit propter cauſas extrinſecas, diſcernitur ex illis. Et ſi propter alia membra à ſtomacho, diſcernitur per paſſionem illorũ. Et ſi propter ſtomachũ, diſcernitur per grauedinem ſtomachi, & per priuationẽ aliorum, & quia paſſ. eſt continua. Et ſi fuerit ab aliis membris, eſt interpolata. Vomitum autem futurũ deſignat nauſea, titillatio labiorũ inferiorum, tenebratio oculorum, tenſio hypochondriorum. Et ſi eſt ex cholera, eſt cũ ſiti, calore, amaritudine, colore citrino eius qui euomitur. Et ſi eſt ex phlegmate, eſt album, viſcoſum, cũ acetoſitate, humiditate, & priuatione ſitis. Et ſi ex melãcholia, eſt nigrũ & ponticũ, aquoſitas, ſanies, ſanguinatio, ſatis ſunt manifeſta. Si autẽ fuerit ſanguis, color eſt rubeus, & cognoſcitur particula patiens per grauitatẽ partis. Vomitus poteſt eſſe bonũ ſignum & malũ: bonum enim ſignum poteſt eſſe, ſicut quando in fe. aduenit vomitus in die critica, & poſt ſigna digeſtionis, & cum

Cauſa vomitus ſanguinei duplex.

Signa.

Indicia vomitus proximi.

Prognoſtic.

alleuiat

alleuiatione ſemper eſt bonum. Si autem venerit in die nō critica cum ſignis digeſtionis nō apparentibus, & cum aggrauatione & mala tolerantia, malum eſt. Vomitus autem in feb. peſtilētialibus, ſemper malus. Vomitus ſimplex, malus, quia nimia exuberantia illius hu. ſignificatur, & ſi eſt cholericus, ſignificat nimiam caliditatem illius hu. Si phlegmaticus, nimiam frigiditatem: melancholicus autem ſolus peſſimus, commixtio autem ex iſtis nimis mala. Vomitus autem mirabiliter cōfert in paſ. membrorū, qui ſunt à diaphragmate inferius, & quia euacuat materiam antecedentem, & quia trahit ad oppoſitum in paſ. etiam ſtomachi & in paſ. capitis, dum tamen fiat cum facilitate & ſine anguſtia, aliter læderetur qui habet pectus debile, aut oculos, & ita de aliis. Intelligendum, quòd nullus vomitus frequens bonus poteſt eſſe, quia talis de ſtomacho ſuo facit cloacā: iſta autem materia eſt magis pertractata particulariter à nobis in libello noſtro de prognoſticatione. Intelligendum, quòd anaſtropha, cataſtropha & paſ. cholerica quantum eſt de ſe, ſemper mala. In primis fiant fricationes extremitatum fortes, & ligationes doloroſæ, & fiant per conſequens clyſteria, deinde curetur membrum mandans, mundificetur ſtomachus, deinde confortetur, ita tamen quòd ſtomachus cal. confortetur cum frigidis ſtypticis aromaticis, ab intus & ab extra, & frigidus cōfortetur corpore mundificato cum aromaticis calidis & ſtypticis. Frigida autem materialia ſunt hæc, roſæ, ſandali, coriandrum, camphora, corallus, bolus armenicus, ſio. maligra. & cortex, ſuccus acetoſæ, acetoſitas citrangulorum, citriorū, & ſimilium, ſumach, myrtilli, berberis, pira coctana, mel emblicorum, opium, iuſquiamus, papauer, ſed tamen iſta narcotica applicentur cum magna cautela, ſicut frequēter dictū eſt. Materialia autē cal. ſunt hæc, lignū aloës, ſtyrax, calamita, ambra, ſpica nar. ſpica celtica, calamus aromaticus, nux cypreſſi, & folia eius, gariof. nux muſcata, myrrha, maſtix, thus album, cortex citri, cortex fiſticorum, menta, ruta, abſinthiū, panis aſſus & in aceto infuſus, pulla aſſa lardata cum gariof. & aſperſa aqua ro. muſcata & vino, ſi odoretur multū valet, cum tamen non ſit ſe. Suppoſito igitur, quòd diæta ſit laudabilis, & quòd corpus ſit mundificatū, & quòd materia ſit diſtracta ad oppoſitum, tunc ſi cauſa eſt frigi-

Vomitus in ægritudinibus partiū ſub diaphragmate commēdatur eò quòd reuellit, & euacuat.

Curatio.

frigida, accipiatur vnũ de illis materialibus dictis vel plura secundum conuenientiam particulariũ, & administretur ab intus per modũ syr. aut electuarij, & sic de aliis, aut applicẽtur ab extra, & hoc potest fieri secundũ plures modos sicut superius in similibus frequenter dictum est. Et ita si causa esset cal. applicemus medicamina frigida. Si autem vomitus esset propter vlcera, vtatur tali potione. Rec. myrrhę. sarcocollæ, mumiæ, masticis, thuris, ana ʒ.i. vini optimi lib.ii. bulliant simul, & accipiãt quotidie mane & sero qualibet vice ʒ.i.ß. Communiter autem loquendo in omni vomitu valet iste puluis, si in cibis apponatur. R. corticis citri, ligni al. masticis, coriand. sem. portu. sandali muscatelli. ana ʒ.ii. fiat puluis & ponatur in cibis. Item somnus longus & profundus multum valet, & sudor similiter, quare oportet prouocare eum cum narcoticis, secundum temperamentũ: conferunt & ventosæ, & si fiat cibi expulsio per superiora, fiat ventosatio, in inferioribus & econuerso, & in cholerica fiat in vtroque latere. Et est intelligendum, quòd vomitus melancholicus non est restringendus nisi quãto tardius est possibile. Intelligendum etiam quòd fabæ cum cortice, & cum modico aceto multum valent contra vomitum. Similiter si decoquantur lentes & proiiciatur prima aqua, & deinde decoquantur cum aqua & aceto, multum valet contra vomitum, valet & calefactio extremitatum, aut infrigidatio eorundem, & est mirabile, valet etiam vomitus, & si materia est pauca, ita quòd natura non possit comprehendere, inducatur vomitus post cibum. Si autem corpus fuerit multum plenũ, & alia particularia conueniant, fiat phlebotomia. In causa igitur calida, odoretur camphora, & in causa frigida, muscus & ambra. Si autem fiat vomitus sanguinis, in primis fiat phlebotomia. Si est à capite, fiat de cephalica. Si est ab aliis partibus fiat de hepatica. Deinde fiant fricationes extremitatum fortes. Et vtatur succo plantaginis, & vtatur isto electuario. R. diacodiõ, diapapaueris, triasandali, zucca. ros. facti cum rosis siccis, carnium citoniorum conditorum cum zuccaro sine speciebus. ana ʒ.i. misceantur. Valent etiam alia conglutinatiua, sicut est virga pastoris, bursa pastoris, hypocistis, bolus armenicus & similia, siue interius, siue exterius applicata. Vltimum autem remedium est potare opium cum suc. planta. & croco.

Potio.

Pulus vomentibus efficax.

Decoctum lentium.

Intelligendum, quòd licet vomitus sit res contra naturam, quo ad modum tamen est secundum naturam quo ad rem, quoniam humores declinant aliquando ad superiora, & natura euacuat illos per partes ad quas declinant, & ita vomitus potest esse criticus & ad bonum: nec etiam est inconueniens idem membrum diuersis familiaribus deseruire, sicut deseribitur de iuuamentis membrorũ: licet igitur meri deseruiat naturaliter virtuti attractiuę, non tamen est inconueniens aliquando virtuti vomitiuæ deseruire, quæ quidem virtus vomica sit per villos latitudinales tunicæ exterinsecæ, hoc autẽ fit naturaliter siue in crisi cum humor supernatat & versus stomachi superiora inclinat. Secundo notandum, quoniam quando stomachus est fortis, non fit vomitus, sed cũ est debilis, & potissimè pars superior, quoniam tunc materiæ aduenienti nõ potest resistere, nec etiã cum valet tolerare, & ideo quia materia est in stomacho sicut sarcina, ideo expellit eam à se, sed quantã distãtiam nõ curat: sed si materia declinat versus superiora, expellit eã per vomitũ: & si declinat ad inferiora, expellit eam per secessum: si sit in medio, expellit vtroq; modo, nec debet hoc bonitati attribui expulsiuæ, sed magis symptomati, & est simile de portitore, cum portat onus graue, quoniã expellit id: quãcunq; distantiam non curat nec locum eligit: potest igitur esse ex bonitate naturæ expellentis sicut in bona crisi, & potest esse expulsio symptomatica sicut est in mala crisi. Tertio intelligendum, quòd subiectum huius passionis quæ est vomitus, potest esse pars superior, & pars inferior, licet diuersimodè, quoniã pars inferior patitur quo ad virtutem expulsiuam, quæ cogitur expellere nociuum per superiora, patitur etiam pars superior, quo ad contentiuam, quæ non potest continere nec resistere, quoniam vomitus non fit naturaliter, nisi quia pars inferior est fortis, & superior debilis, aliter nõ fieret expulsio per superiora, licet expulsiua inferior aliquando expellat magis ex debilitate quàm ex fortitudine, cum expulsio est symptomatica, quoniam exonerat se, sed ad quam distantiam non curat, sicut portitor magni oneris, vt dictum est, & ita subiectũ huius pas. potest esse pars superior vel inferior. Quarto aduertendum, quòd vomitus non competit in conseruatione sanitatis rectè conseruando, sed bene competit præseruãdo, &

Causa vomitus præcipua.

pro

pro tanto Auic. & quidam alij cõmendant vomitum semel in mense. Attamen multum cauendum est à mala consuetudine, vt humores ad stomachum non mittantur. Quinto notãdum, quòd vomitus potest esse medicina vomitus, sicut dolor est medicina doloris, cum isti duo vomitus contrariantur, & quo ad causas, & quo ad effectus, sed quo ad causas, hoc est, q̃ morbus est causa vnius, & ars alterius, quo ad effectus differunt, quia vnum est ad bonum & alter ad malum, & ita possibile est, quòd vomitus sit medicina vomitus. Sexto intelligendum, quòd si cibus descendat in inferiora, tunc styptica competunt ante cibum: & si ad superiora, competunt post, & si simul superius, & inferius, tunc competunt antè & pòst, exterius antè & retro.

Auicenna.

Nota.

Astringẽtium vsus quando.

De inflatione stomachi. CAP. XI.

INflatio stomachi est ventositas aggregata in stomacho propter debilitatem virtutis digestiuæ inducens tumorem, inflationem, eructuationem, torsionem & rugitum. Si fuerit in intestinis, quoniam ventositas aggregata in corpore, diuersos sonos, & melodias generat secundum sui grossitiem, subtilitatem, latitudinem & strictũram meatuũ, & secundum diuersitatem locorum, sicut aliquo modo diximus superius, & sicut dicit Gal. 6. de morbo. Et est intelligendum, quòd quando calor est debilis per cõparationem ad materiam, tunc generatur vẽtus, pro tanto quia potens est resoluere, sed non est potens consumere, & ideo extremis temporibus non generantur nebulæ in aëre, in æstate non, quia calor potens est & dissoluere & resoluere, nec in hyeme, quia tunc non fit dissolutio, fiunt igitur in temporibus mediis, ita est in corpore humano. Quando enim calor est fortis, & materia obediens, tunc nulla materia ventositas gẽneratur in corpore humano: sed si talis esset fortis & materia ventosa, vaporosa, non omnino consumptibilis, sicut est vinum nouum, fabæ & similia, tunc bene causatur ventositas, sed hoc est magis gratia materię quàm gratia agẽtis, & ita generatur aliquãdo ex alliis, cępis, & similibus, quando autẽ calor est debilis, nõ causatur vẽtositas, quia etiã resoluere nõ potest, sed quãdo est claudicãs, tũc ventositas causatur. Ventositas enim aut causatur à causis exterioribus aut ab interioribus. Si ab exterioribus, sicut est frigiditas exterior penetrans vsque ad interiora, vt in regionibus

Flatus à calore imbecillo fiunt.

Causæ.

frigidis,& corporibus debilibus, raris:aut fit à calore nimio exhalante calorem naturalem:etiam fit ex nimia quãtitate cibi & potus,aut ex caliditate, ſicut eſt cibus nimis calidus,frigidus,aut ventoſus,vt ſunt legumina,rapæ & ſimilia:aut propter ordinẽ,vt quia cibus nimis calidus ſumptus eſt in medio menſæ, aut poſt,aut quia non ſequuntur cibum ea quæ deberent ſequi,ſicut eſt quies,otiũ,ſomnus, temperantia in accidentibus animæ & ſimilia. Si autẽ fuerit ab interioribus, tunc hoc eſt aut propter ſtomachũ aut propter alia membra:ſi propter alia membra, hoc eſt propter ventoſitatem aut corruptionem factam in aliis membris, quæ quidem poſtea ad ſtomachum delegantur, ſicut accidit in oppilatione venarũ meſeraicarum,aut ſicut accidit propter inteſtina ſuperiora, aut inferiora, aut mirach ventris à quo mirach accidit nimia melãcholia mirachia, ſicut dictum eſt ſuperius. Mirach autẽ eſt quidã pãniculus, ſicut pinguedo ſubtilis extenſa circa inteſtina ad modum cuiuſdam retis,&c.aut fit hoc propter ſplenem, hepar aut matricem,& ita de aliis:fit etiã propter ſtomachũ, aut ratione ſui,quia non poteſt cibum digerere, aut conuertere, aut ratione cibi,& humorum ibidem exiſtentium, ita ventoſitas ſemper ſequitur indigeſtionem, minorationem, & correptionẽ,cibus igitur aut humor corruptus,quia in alienam naturam tranſmutatus eſt. *Signa.* Si prouenerit ex cauſis extrinſecis, diſcernitur ex indicio, & ſi ex aliis membris à ſtomacho,diſcernitur ex grauedine illorum,& aliis ſimilibus,diſcernitur ꝙ à ſtomacho,quia paſ.eſt continua. Si eſt ex calore,tunc adeſt calor,ſitis & eructuatio fumoſa. Si ex frigiditate,tunc eſt eructuatio acetoſa:ſi ex phlegmate,eſt cum humiditate,& ſi ex melancholia,eſt cũ ſiccitate. Ventoſitas,aut eſt modica aut multa. Si modica,poſſibile eſt ꝙ veniat propter bonitatem virtutis expulſiuæ. Si magna & frequẽs,ſempet eſt malum,& in ratione ſigni, & in ratione cauſæ:in ratione ſigni,quia ſignificat corruptionem virtutis digeſtiuæ:in ratione cauſæ, quia hæc ventoſitas corrũpit digeſtiuam cum inducat motum,& ſi vadat ad cerebrũ, aut cauſat dolorem, aut vertiginem, & ſimilia, ſecundum quòd vadit ad loca diuerſa,& ita de aliis membris. *Curatio.* In primis poſtquam ventoſitas generata eſt, ſtudeat ipſam patiẽs expellere per ſuperiora cum eructuatione,aut inferius

eum

cum pedit u. Si autem violenter retineatur, posset magnum inducere nocumentum, & quandiu erit materia, purgetur cum hierap. Illa autem quæ valent in consumptione ventositatis sunt ista, & cum hoc stomachum confortant, scilicet anisum, marathrum, ameos, siseleos, ruta, baccæ lauri, costus, spica nard. origanum, calamentum, & similia. Valet etiam dianisson, diaciminum, diagalanga, diambra, diacitoniten. Fiat etiam ab extra sacellatio cum sale & milio, aut cum aniso, cimino & ruta, aut cum furfure. Et potest inungi cum oleo laurino, costino, vel de castoreo. Deinde fiat balneum vbi ista apponantur quę dicta sunt. Postea ventosæ possunt stomacho applicari. Si autem fuerit ex causis exterioribus, abscindantur, & per contrarium ad temperiem reducantur. Si fuerit propter alia membra, curentur illa sicut dicetur in locis suis. Intelligendum, quòd licet phlegma sit frigidũ & humidum, nihilominus aliqua pars eius resoluta in vaporem potest habere portionem acutam non aqueam, & siccam non humidam, ita ventositas generata ex phlegmate, non participat tantum de siccitate, sicut vapor resolutus à cho. & melancholia. Et iuxta hoc intelligendum, quòd rugitus non propriè in stomacho, nec ex sola ventositate, sed causatur rugitus propriè ex ventositate mixta cum humiditate secundum Gal. in de morbo, & ita ventositas generata, ex phlegmate, si fuerit in intestinis, de facili potest causare rugitum.

Clarificatio.

Causa rugitus.

De tortura intestinorum. CAP. XII.

TOrtura intestinorum est dolor stomachi cum punctura, angustia, inquietudine vehementi, malitia, & mutatione decubitus propter cho. & hu. inclusos in intestinis.

Intelligendum, quòd ista pas. habet accidentia ita terribilia, quòd assimilatur cardiacæ passioni, & passioni hypochõdriacæ, quæ mirachia appellatur, de qua fuit facta mentio superius cap. de melãcholia, & assimilatur iliacæ pas. & colicæ. Causæ autẽ huius pas. aut sunt extrinsecæ, aut intrinsecæ. Si extrinsecæ sicut est acceptio nimia ciborum cal. vt sunt cæpæ, allia, & ciborum nimis frigidorum, sicut sunt lactucę, melones, & cucurbitę. Si autem causę sunt intrinsecæ, tunc prouenit aut ex hu. ca. aut fri. aut ex ventositate, aut veneno, aut apostemate, aut ex pas. matricis, vermibus & similibus. Si prouenerit ex calore, est cum siti,

Causa duplex.

ardore, punctura, & dolore acutissimo pungitiuo. Si fuerit ex humid. frig, cognoscitur, quia nullum istorum est, & est cum grauedine, iuuatur à cal. & læditur à fri. Si ex ventositate, mutatur dolor de loco ad locum. Et si est ex apostemate, tunc est febris. Aliæ autem causæ discernuntur in locis suis, & extrinsecæ discernuntur per indicia. Si autem

Prognostica. isti pas. superuenerit fluxus ventris, bonum est, & si fuerit cum constipatione, tanto angustia maior. Intelligendum

Nota. præterea, quòd isti qui istam pas. patiuntur, aut habent stomachum debilẽ & intestina, & multùm sensibilia, aut non. Et si primo modo & pas. durauerit, in syncopim cadent &

Curatio. mortem: si non, euadere possunt. Si autem fuerit ex causis extrinsecis, abscindantur, & si ex pas. notis, sicut sunt apostemata, vermes. & similia, curentur illa sicut oportet: si fuerit ex veneno, detur theriaca, mithridatum. Si autem fuerit ex humoribus, tunc si sunt cal. in primis fiat clystere ex malua, bisinalua, violaria, oleo viol. furfure, cassiafi. & similibus. Deinde digeratur materia cum syr. viol. syr. nenuph. & purgetur cum myrob. citri. manna, cassiafi. aut cum electuario de succo ro. & trifera sarracenica reubarbarata. Postea fiat balneum, & sacellationes cum milio asso, aut cum vesica ænea plena aqua ca. Si autem causa fuerit frigida, grossa, ventosa, tunc in primis fiat clystere ex ruta, origano, calamento, bleta, abrotano, anisо, & marathro, oleo laurino, hierapic. & similibus. Deinde digeratur materia cum oxymel. diur. & scil. vbi bullierit absinthium, hyssopus, & similia, purgetur cum myrob. chebul. turbith. & agarico, aut cum benedicta, & similibus. Deinde ponatur in

Balneum carminatiuum. balneo vbi sit anisum, marathrũ, chamomilla, anthos, stœcados, postea sacelletur cum sale vsto, & aliis inungatur cum oleo laurino, costino, rutaceo, castoreo, lino, & similibus. Intelligendũ, quòd si fluxus fuerit nimius & causa frigida, multũ valet nasturtiũ non assum: & si non est fluxus, detur nasturtium non assum: & quia causa frigidà ventosa frequentius aduenit, ideo multa sunt hic ponenda, & sunt ista, lignum al. carpobalsamus, spica nar. squinantum, anisum, marathrum, ruta, galanga, zedoaria, piper, absinthium: & similia: si causa fuerit ca. tunc valet hordeatũ, aqua hordei, panis infusus in aqua frigida, lactu. portu. malagra: & similia frigida, & dicunt experimentatores quòd in ista

passione

passione multum valet ericius assus, & calcaneus porci.

Intelligẽdum, quòd ex cæpis, alliis & similibus calidis, potest ventus causari quando cal. non potest vincere & superare: quando autem est ita quòd calor fortis est & cibus non multum abundat, tunc vincit & superat, siue fuerit multum cal. sicut allia, siue multum frigidus, vt lactuca, ita quòd san. laudabilis generatur secundum Gal. in de complexionibus, & quando non vincuntur, tunc generabitur san. multum inæqualis, & inconueniens, & ita ex cibo cã. nõ bene victo, & bene superato, potest causari ventus. Iste tamen ventus erit multum calidus & siccus, contrarium de contrario. Secundo possumus talin circa istam materiã inuestigare. Quæritur si ventositas & rugitus fiant à calido, videtur quòd sic: non enim fit ventositas nec rugitus, nisi materia resoluatur, sed resoluere non fit nisi à calido, quare calidum erit causa. Oppositum videtur dicere Viaticus. Et iuxta hoc, si fit ab intenso calore, videtur ꝙ sic: illud enim videtur forte quòd subtiliat materiam plusquã esset, sed vapor, & ventus sunt subtiliora quàm materia à qua resoluitur, quare hoc fit à forti calido. Oppositum arguitur, quoniam si calor esset fortis, tunc non solum resolueret, sed consumeretur, sed hoc non fit, quare &c. Et iuxta hoc quæritur, quare plus fit resolutio à phlegmate quàm à melancholia, cum sit materia aquosa, & iuxta hoc de tortura cuius membri fit pass. Respondeo & dico, quòd ventositas rugitus & similia causantur aliquando ex dispositione materiæ magis, & aliquando ex parte agentis magis: materia aliquando est parata ventositati, sicut est grossa, multa, cruda, indigesta, ventosa, vt sunt legumina, fructus & similia. Aliquando non est de se parata, sicut sunt cibaria subtilia & digestibilia, tunc ex alia parte calor est multum debilis, & talis nullus resoluit & cõsumit: aut est medius, & calor medio modo se habet. ponamus quòd cal. sit multum debilis, tunc dico quòd nulla fit resolutio siue materia sit parata siue non, tunc ponamus quòd calor sit multum fortis & agat in materiam dispositam ventositati, tũc dico quòd nõ causabit ventum, quia resoluit & consumit. Sed ponamus quòd agat in materiam grossam, multam, crudam, ventosam, tunc dico quòd generabit ventũ, quoniam ratione fortis caloris resoluit, & ratione compara-

Clarificatio.

Quæstio.

Quæstio alia.

Solutio.

tionis medicinæ nõ consumet. Etiã ponamus ꝙ ca. remissus agat, tunc aut agit in materiam grossam aut subtilẽ. Si grossam, multum enim fuit obiectũ proportionale: si autẽ agat in materiam subtilẽ, tunc generat ventum, quoniam resoluit ex debilitate materiæ, sed non consumit ex caloris pauperie, & est simile de generatione nebularum, &c. quia non generantur in tẽporibus multum ca. aut frigidis, sed in mediis secundum Gal. 6. de morbo. Et ex hoc patet solutio ad duo prima. Ad tertium dico, quòd frequentius fit ex phlegmate, cum humor sit citius resolubilis quàm melancholia, & ventositas generata ex melancholia, tardius resoluatur propter maiorẽ grossitiem. Ad vltimum dico, quòd proprium subiectũ torturæ aliquando est fundus stomachi, aliquando pars superior intestinorũ, aliquando vtrunque secundum quod materia continetur hic vel ibi & est passio difficilis quasi cardiaca, vt dictum est propter sensibilitatem membrorum & magnitudinem causæ.

De Lienteria. CAP. XIII.

LIenteria est fluxus vẽtris, in quo comesta & bibita egeruntur in eisdẽ qualitatibus, in quibus intromissa sunt propter debilitatem contentiuæ stomachi, & intestinorum superiorum & vlcera eorundem. Intelligẽdum circa istam materiam, quòd fluxus ventris est multiplex, sicut aliquo modo tactum est superius, & sicut perfectius tangetur in recapitulatione, quam faciemus de fluxu ventris: quidam est fluxus qui vocatur anastropha, & quidam catastropha, alius passcholerica, & quidam lienteria, alius diaria, & quidam dysenteria, & alius tenasmon. Anastropha, vt dictum est, appellatur velox expulsio cibi per superiora. Catastropha verò velox expulsio cibi per inferiora. Sed cholerica passio velox expulsio cibi per superiora & inferiora, cuius causa est humor corruptus in stomacho qui transit ad mẽbra, & iterum reuertitur ad stomachum: & matura subito & cum impetu expellit per superiora & inferiora, pro tanto, quia ex illo sentit punctũram, mordicationem, dolorem & angustiam Lienteria, est fluxus cibalis in quo natura nõ egit aliquid de quo sit curandum, & ideo emittitur sine amissione ipsius speciei, quia non est facta transmutatio nec ad chylum, nec ad chymum ante ipsius expulsionem.

Passio cholerica.

Diar

Diarrhœa autem, est fluxus humoralis, & quia curatur sicut alij fluxus, ideo nos non facimus capitulum singulare. *Diarrhœa.*

Dysenteria appellatur fluxus humoralis cum san. & saluo honore Gal. bene potest apparere fluxus san. cũ lienteria. *Dysenteria.*

Tenesmon autem appellatur, nimia voluntas assellandi sine effectu propter mordicationẽ longanonis. *Tenesmus.*

Causæ autem omniũ fluxuum, aut sunt extrinsecæ, sicut aër nimius humidus, austrinus, corruptus, inordinatus, venenosus, pestilentialis. Aut fit propter cibum, quia assumptus est in nimia quantitate, mala qualitate, aut secundum ineptum ordinem, vel quia fuit ventosus, aut propter casum, percussionem, & similia. Si autẽ venerit propter causas intrinsecas, aut est propter stomachũ & intestina, aut propter alia mẽbra. Si propter alia membra, tunc aut prouenit à capite, sicut in catarrho: vel propter oppilationẽ venarum meseraicarum, aut prouenit ab hepate mittente superfluitates suas ad stomachum & intestina: similiter hoc fit propter splenẽ, matricem, aut per totum corpus, aut per crisim. Et si veniat à stomacho, & intestinis, tunc aut accidit propter malam complexionẽ, aut propter vlcera. Et si propter malam complexionem, aut est cum materia, & ideo aliquando debilitatur cõtentiua & fortificatur expulsiua, aliquando vtraq; debilitatur & cum hoc etiã digestiua, & hoc fit propter aliquam de malis cõplexionibus excedentẽ cum materia aut sine materia, siue fuerit frigida, siue calida, aut fit etiam propter paralysim istorũ membrorũ. Vlcera autẽ fiunt propter hu. cal. acutos, pungẽtes, mordicãtes & vlcerantes. Causæ autẽ extrinsecæ manifestantur ex indicio. Et si sint intrinsecæ, & sint ab aliis membris à stomacho & intestinis, cognoscitur per passio. & grauitates illorũ: verbi gratia, si prouenit à capite, tunc apparent signa rheumatis, dolor capitis, fluxus maior post somnum longum, & si caput minus infrigidetur, aut calefiat, aut euentetur, adest fluxus maior, & ita de aliis membris possumus intelligere per grauitatem partis, sicut dicetur inferius cap. de recapitulatione: si prouenerit à stomacho, & causa frigida, tũc est à principio cum eructuatione acetosa: & si fuerit propter paralysim, tunc sentit dolorem: si propter vlcera, tunc sentit calorem, mordicationem, sitim & ardurã. Cholerica pas. si frequenter aduenerit, pessimum est & mortale. Si *Causæ duplices.* *Prognostica.*

Aphor. 1. parte. 6. lienteria venerit post dysenteriã, mortale. Oxyregmia, quæ non fuit à principio in omni fluxu ventris, bonũ est, quia

Oxyregmia id est acida eructatio. contentiua incipit aliquo modo vigorari, & digestiua digerere, ideo bonum. Quinq; sunt quæ curant fere indifferenter omnẽ fluxum. Primum est coagulũ leporis, & coagulum hœdi. Secundum est casens antiquus si decoquatur

Cura. in multis aquis dulcibus, & postea deficcetur & exhibeatur postquã tota salsedo bulliendo recesserit. Tertium est lac vaccinum seu ouinum à quo butyrũ fuerit abstractum & pòst bullitum. Quartum est nasturtiũ assum, & exhibitũ cum lacte caprarum, vbi ferrum ignitum fuerit extinctũ, aut calculi fluuiales candentes. Quintum & potest addi aqua pluuialis, quoniam ratione calidi affixi vapori aqueo facit ad exhalationem materiæ, aut facit penetrare ad hepar, & ita constringit, pro tanto ꝙ ad intestina venire non permittit. Et quia de curatione omnis fluxus nõ agimus, sed propriè de curatione liẽteriæ, ideo curationẽ breuiter lienteriæ prosequemur. Si lienteria fuerit ex mala cõplexione sine materia, solum alteratiuis, curatur. Et si fuerit cum materia, oportet ꝙ mundificetur. Si igitur fuerit materia frigida in causa, mundificetur corpus cum myrobal. chebul. Et si causa fuerit ca. cum myrob. citri. Deinde vtatur isto medicamine, in causa ca. R. boli armenici, terræ sigillatæ, coralli, omnium sandal. sumach, berberis, se. citoniorum, psidiæ, balaustiæ, gallarum, acatiæ, hypocistidos, myrtill. ro. siccarũ, san. ana 3. j. puluerizentur & misceantur cum succo plantagi. & succo absinthij, fiant trochisci, & cũ vti volueris, distemperetur vnus cum lacte caprino vel oui no bullito & cocto vbi lapides candentes fuerint extincti. Si autem causa fuerit frigida, fiat istud. R. anisi, cimini, nasturtij, assorum, mastic. thuris, ladani, styracis, calamitæ, ambræ, myrrhæ, nucis cypressi, foliorũ eius, an. 3. j. misceantur cum succo absinthij & fiant trochisci, exhibeantur cũ

Clarificatio. prædicto lacte. Intelligendum, quòd liẽteria post dysenteriam est incurabilis vt dictum est, cuius ratio est, quoniam in dysenteria, villi qui sunt membra radicalia & irrestaurabilia, sunt cõsumpti ratione vlceris, ideo quia non possunt restaurari, ideo lienteria est incurabilis propter abrasionem & villorum deperditionem. Secundo intelligendum, quoniã licet in ore sit aliqualis digestio & etiam in superioribus

rioribus inteſtinis, nihilominus crudus reiicitur cibus in lienteria, quia modica eſt illa digeſtio, & forte non eſt niſi quædam præparatio. Et eſt intelligendum iuxta hoc, quòd exquiſitè loquendo, non eſt omnimoda indigeſtio, ſaltem quin aliquid benignum tranſeat ad hepar: aliter enim non eſſet vita, ideo quotidie corpus conſumitur, tamen quantitas eſt ita modica & ſenſui non eſt bene perceptibile, & pro tanto dicitur in eiſdem quantitatibus & qualitatibus in quibus intromiſſum eſt, licet omnino non eſſet verũ ponderata menſura, ſed quo ad ſenſum verũ, quare &c. Tertio poſſet aliquis dubitare, ſi error factus in prima digeſtione, corrigatur per ſecundam. videtur quòd nõ, quoniã in habentibus ſe per ordinem, corrupto primo, corrumpitur & ſecundus ſenſus: digeſtio ſtomachi eſt prima, quare per aliquod aliud corrigi non poterit. Præterea, corrupta fortiori, corrũpitur & debilius, ita non poterit fieri correctio, ſed ſtomachus eſt membrum fortius, cũ agat ſupra indigeſtum & indiſpoſitum, & omnia alia ſupra diſpoſitum, quare corrigi non poterit. Contrà, nobilius corrigit ignobilius, ſed hepar eſt membrum nobilius quàm ſtomachus, quare hepar errores ſtomachi corrigere poterit. Reſpondeo & dico quòd duplex eſt error, quidã magnus & quidam paruus, & quædam erit correctio completa, & quædã incompleta: tunc dico, & ſi in prima digeſtione aut in primis digeſtionibus accidat error & ſit paruus ſicut eſt minoratio digeſtionis, bene poteſt corrigi per ſecundas digeſtiuas, ſuppoſita ſanitate illorum membrorum, quòd non accipiatur cibus in longo tẽpore, & quòd error non intercidat in aliqua de 6. rebus non naturalibus, immo omnia faciant ad correctionem. Si autem eſſet error magnus ſicut eſſet ablatio vel corruptio, tunc rectificari non poteſt completè, licet omnes res non naturales adiuuarent, ſed aliquo modo incõpletè poteſt rectificari, ita ſcilicet quòd nullus error intercidat, ſed potius adiuuetur ex debita applicatione ſex rerum non naturalium, quoniam in vnoquoque membro eſt propria virtus, in aliis non exiſtens ſecundum Galen. 7. de ingenio, & cum hoc omne agens agit in materiam ſibi proportionatam, & cum hoc forma non introducitur in qualibet materia, ſed in parata, & diſpoſita, cum igitur ſtomachus, & hepar ſint duo membra

An vitiũ prima coctionis reliquis emendetur.

Solutio.

bra diuisa, alia est virtus vnius, & alia alterius, ita vnum non poterit complere defectum alterius. Præterea alia est materia, & obiectum supra quod agit stomachus, & aliud est illud supra quod agit hepar. Si igitur alia & alia sunt subiecta, quod deficit in vno, nõ poterit cõpleri per aliud.

Argumentum.

Præterea, alia est forma quæ introducitur ex virtute hepatis, & alia quæ introducitur ex virtute stomachi: sicut igitur alia, & alia est virtus & forma, ita alia & alia erit materia & subiectum: ideo quod derelictum est à stomacho, nõ poterit rectificari per hepar, quia materia non est conueniens, & ita forma non introducitur, cum virtus sit alia & alia, & materia & forma. Quare si cibus totaliter crudus veniat ad hepar, modica aut nulla fieret correctio, ita dico de cibo corrupto, & per eandem rationem dico quòd si cibus corrũpatur in hepate, non potest postea rectificari per membra. Ideo cum hu. corrupti generentur in hepate, generantur multæ ægritudines in toto corpore, sicut est scabies, pustulæ, lepra, morphea, feb. apostemata, & similia. Si igitur fuerit modicus error in primis corrigi potest in secundis, si magnus, non corrigetur, & si aliquo modo corrigatur, non tamen etiam semicõpletè. Et cum arguis quòd nobilius corrigit ignobilius, verum esset, si æqualiter & eodem modo ageret supra idem. Nũc autem non est ita. Alia quæ sunt pro alia parte concedo, per modum tamen dictũ. Vltimo notandum quòd subiectum huius passionis, primo & principaliter est stomachus, secundo possunt esse intestina, & potissimè superiora &c.

De dysenteria & reliquis speciebus fluxus breuiter.

CAP. XIIII.

Dysẽteria, difficultas intestinorũ. Causa duplex.

DYsenteria est fluxus sanguineus cum excoriatione & vlceratione intestinorum. Causæ autem dysenteriæ & aliorũ fluxuum aut sunt exteriores aut interiores, si exteriores, sicut est aër corruptus, aut cibaria acuta, vt sunt allia, cæpæ, acetum, & similia, aut medicinæ vbi est diagrydium aut aloes aut pulpa colocynth & similia. Et si venerit propter causas intrinsecas, tũc aut sunt immediatæ aut remotę: si immediatæ, sicut est chol. acuta vlcerans, pungens & mordicans, aut phlegma salsum, aut aliquis humor acutus adustus aut ruptura, venę apertio, aut corrosio, & ita de aliis causis immediatis. Si autem causæ sunt magis remo-

tæ &

tæ & propter passio. aliorum membrorum, tunc aut prouenit à capite per modum theumatismi, aut à stomacho, aut ab intestinis tribus gracilibus superioribus, aut à tribus grossis inferioribus, aut venit propter venas meseraicas, aut propter oppilationes hepatis, duritiem, & oppilationem splenis, aut propter apostema istorum membrorū: aut prouenit fluxus propter matricem, & hæmorrhoidas, aut propter mutilatos, aut propter totum corpus, aut propter crisim, aut propter ægritudines liquefactiuas vt causon. hectica, & si qua sunt similia. Ideo secundum diuersitatem causarum & membrorum, diuersi sunt fluxus, quoniã quidam est chylosus, quidam aquosus, quidam cholericus niger, quidam virulẽtus sanios⁹, quidam sanguineus, quidam al. viscosus, quidam sicut carnis frusta, quidam fœtidus, quidam non. Et si fuerit chylosus, tunc stomachus intus non patitur, sed venæ meseraicę non poterunt chylum trahere, & si est aquosus, hoc est propter malitiam stomachi: si est cholericus, propter choleram: niger, propter melancholiam: albus, propter phlegma: sanguineus, propter san. virulentus, sanios⁹ & fœtidus, propter corruptionem humo. & apostema. Et si assimilatur carni, prouenit propter san. congelationem. Et dysenteria prouenit aliquando propter vlcerationem factam in intestinis superioribus, aliquando in inferioribus, & aliquando in mediis. Et fluxus ventris habet 4. tempora quæ distinguntur penes ea quæ egrediuntur vel penes symptomata. Cùm autem dysenteria prouenit à partibus superioribus, tunc est ibi dolor aut grauitas, & egestio est sicut quædam rasura aut lotura, & san. est fortius mixtus cum egestione. Et si fuerit propter intestina inferiora, est ibi dolor, grauedo: & egestio est cum quibusdam contentis, squamosis, furfuretis, & san. non est admixtus cum egestione. Et si fuerit à mediis, omnia medio modo se habent, & habet dolorem versus vmbilicum Si fuerit propter oppilationẽ hepatis, tũc fluxus maior est nocte quàm die, ita periodus, & egestio est quasi à sanguine separata & cum modico aut nullo dolore. Et quia in aliis partibus nõ est grauedo nec dolor, & egestio est multorum colorũ. Signa autem alia & aliarũ causarũ taceo, aut quia dicta sunt, aut quia complete dicentur capitulo de recapitulatione omnium fluxuum, aut quia possunt haberi

Diuersitas fluxuum.

Signa.

per

per dolorem, grauedinem, & passionem particulæ patientis, aut per calorem & odorem eorum quæ egrediuntur à corpore, aut per indicia & potissimè cum sit ex causis primitiuis. Omnis fluxus ventris & omnis egestio proueniens à cho. adusta, & melancholia adusta, quæ proiecta super terram bullit sicut acetum, aut quòd muscæ fugiant eam, si in principiis morborum venerit, mortalis est: in latitudine autem sanitatis aut in declinationibus morborum posset venire per viam mundificationis, quod discernitur ex alleuiatione, & bona tolerantia. Omnis fluxus cũ pulsu vermiculoso, & formicante, qui non confortatur per cibos assũptos & medicamina, mortalis est. Omnis fluxus post ægritudinem veniens, & cum adhuc manet ægritudo & non minuitur, vel est cũ mala tolerantia, mortalis est. Præterea fluxus sanguinolentus in hydropisi, malus. Fluxus cũ vomitu, singultu & alienatione, mortalis est. Præterea, si in dysenteria post aurem sinistrã appareat pustula similis orobo, cum magna siti, infra diem vigesimũ morietur. Iterum si retentio superfluitatum molesta est, & eius expulsio non est alleuiatiua nisi ad modicum tempus, inquantũ perturbat intestina, & diu durauerit, mortalis est. Item omnis fluxus prolixus in senibus, est mortalis. Omnis fluxus stomachi & intestinorum cum nausea & vomitu, est malus. Omnis fluxus qui prouenit ab hepate & toto corpore, conturbatiuus est, nisi prouenerit per viam crisis salutæ. In omni fluxu ventris, casus appetitus, est malus. Fluxus ventris propter stomachum, est magis diurnus, e contrario est de hepate. Egestio nigra causata à melancholia per viam adustionis, differt ab egestione nigra sanguinea, & causata à cholera adusta, quoniam cum talis dispositio venit propter melancholiam, tunc proiecta supra terram bullit sicut acetum, & vermes si desuper proiiciantur, moriuntur, in aliis non est sic, & cho. non venit ad tantam nigredinem, sed ad quandam luciditatem. Mutatio colorum in dysenteria, malum, sed in forma, bonum, si de intentione fuerit artificis. Si in fluxibus appareant pustulę & subito deliteſcant, malum. In principio dysenteriæ fluxus est ad modum loturę carnis, & postea sicut rasura pergamenorum, & tandem sicut quædam frustula carnis, & villorum, si fuerit propter intestina superiora, expeditus

Prognostic. Aphori. 22. partic. 4.

Apho. 24. partic. 4.

est

est,si propter inferiora carnosa , saluari posset. In ventris fluxibus,cum dolor aduenit circa vmbilicum & partes inferiores si statim sequitur egestio,proculdubio ibi est particula patiens. Et si nó venerit fluxus statim,sed tardè,proculdubio causa est in superioribus intestinis. In primis si particularia conueniãt,fiat phlebotomia,deinde purgetur secũdũ exigentiã humoris. Et si cho. est in causa', purgetur cum myroba. citri. si phlegma salsum,cũ myrobal. chebul. si melancholia,cum indis,& cõficiantur cum aqua plu. vbi fuerit dragagantum , gummi arabi. & vuæ pass. si est phlegma salsum,detur acetum multum ca. & in aliis causis detur frigidum, deinde mũdificetur vlcus cum aqua hordei, brodio cicerum vel cum aqua piscium salsorum, melle,& oleo rosa. deinde ponatur ventosa sine scarificatione supra ventrem, postea dentur constrictiua, conglutinatiua, consolidatiua,& carnis regeneratiua per modum vnguentorum,aut emplastrorum, aut puluerũ, aut potionum, aut electuariorum, aut trochiscorum, & similium. Et si causa fuerit in intestinis superioribus , dentur medicamina per os,& ab exterius supra particulam patientem applicentur: si fuerit propter vitium inferiorũ,fiant clysteria vbi sit pinguedo renum caprarum sine sale & similia. Si fuerit in mediis,apponantur medicamina per superius,per inferius & ab extra;ante & post. Si autem causa vergat ad caliditatẽ, tunc materialia quę cõpetunt sunt ista,plantago,quinqueneruia,portul. succus mororũ immaturorũ, succus caudæ equinæ,succus pedis coruini,succus coriand.hypocistidos acatię,bolus armenicus,terra sigillata,ro. siccæ,sandal.corallus,hæmatites,sumach, balaustia,galla, myrtilli,extremitates,& fructus arborum stypticarum,sicut sunt pira,cotanã,mespila,corna,prunella,& multa consimilia, cortex maligra.& flores eius,ceruſa lota,cupulæ glandiũ,& multa consimilia. Fiant igitur potationes aut trochisci aut clysteria, & exhibeantur cum aqua pluuiali aut cum lacte recẽter mulso,vbi ceciderint lapides fluuiales candẽtes. Vel fiat istud quod est probatum in dysenteria chronica. R. ossa omniũ myrobal.& assentur, deinde R. rheubar. assetur. R. bolum ar.& carab.& ista puluerizentur,deinde conficiãtur cum muccillagine dragagan. & gummi arabi. insusorum in succo plantagi. fiant trochisci, & cum vti volueris,

Cura.

Vlceris abstersiua.

Consolidatiua.

Dysenteriã calidã simpl. curãtia.

distemp

distemperentur lacte parato sicut dictum est, & sine dubio multum valet. Si autem causa vergat ad frigiditatem tunc accipiantur ista, scilicet cortices castanearū, & assentur, valet & myrrha, castoreum, cortex thuris, styrax, calamita, anisum assum, ciminum assum, & similia. Et addantur aliqua frigida, sicut est sumach, myrtilli, cupulę glandium, bolus armenicus. Et est hic notandum quòd coagulum leporis cum succo plantag. sumptum, curat omnem fluxum. Clystere contra dysenteriam. R. suc. port. suc. plantagi. suc. virgæ pastoris, ana ʒ.1. sumach. myrtillorum, cupularum glandium, acatiæ, chartæ combustæ, aluminis vsti. ana ʒ.1. sepi renum caprarum, vitellorum ouorum coctorum. ana ʒ.3. fiat decoctio in aqua pluuiali, & fiat clystere multis vicibus. Si autem non possit dormire, fiat suppositorium quod inducit somnum, & constringit, & hoc est magnum remediū. fiat igitur de myrrha, & styrace, calamita, croco, opio, suc. plantagi. & albumine ouorum, ingenietur quòd sit solidum vel per se, vel cum pannis, vel bombace & similibus. Vniuersaliter parum debent accipere de cibis & potibus in vna vice, & potissimè cum fluxus aduenit propter oppilationem hepatis. Accipiant igitur cibaria quę in parua quantitate multum nutriunt, sicut sunt testiculi gallorum, hepar gallinæ pinguis, vitella ouorum quasi indurata & assata, panis de tritico quasi azymus, risum torrefactum cum lacte, butyro extracto, vinum grossum ponticum cum aqua pluuiali frigida, extrema animalium, pisces parui assi, valent etiam gallinæ, perdices, turturres, assentur si non sit feb. si verò esset feb. coquantur cum aqua plu. vbi sint semina citoniorum, sumach, valet etiam milium coctum cum lacte, vbi fuerit butyrum extractum, valent & fabę fractæ, lentes excoriatæ cum aqua plu. & lacte parato, & modico aceti. Intelligendum quòd theriaca multum valet in fluxibus, & potissimè si causa fuerit frigida, & multæ aliæ opiatæ valent, sicut est requies, philonium, rubea trochiscata, & similia. Præterea, valent electuaria, & potissimè cum causa est cal. R. diacodion, triasandal. carnium citoniorum cum zuc. sine speciebus, zuccar. rosatum, factum de ro. siccis, micletæ, ana ʒ. ij. misceantur & dentur cū aqua plu. Et si causa est frigida, detur istud. R. diaolibani, diamenthæ, diacitoniten, diacodion ana ʒ.iij. misceantur.

Suppositorium somnum prouocans.

Clarificatio.

Dieta.

De

De fluxu ventris propter catarrhum.

Dormiat quanto minus poterit,& cum surrexerit à somno,prouocet vomitum,si nõ posset euomere detur hierapi. deinde radatur caput & ponantur ventosæ circumquaque & fiat fortis fricatio,inungatur caput cum vnguento facto, ex succo apij,stercore columbino, oleo laurino,& cera. sacelletur caput frequenter cum milio & sale, suffumigetur cum nigella,& fiant cauteria in collo, teneat quoque pilulas istas in ore,die & nocte.R. myrrhæ, castorei. thuris al. styrac.calamitæ, ana ʒ.1.opij. dragag.gummi arab. ana ʒ.1. conficiantur cum oxymellite,& fiant pilulæ. *Pilulæ.*

De fluxu ventris propter oppilationem hepatis.

In fluxu propter oppilationem,nihil styptici detur, nec panis si est possibile, & si non est possibile detur in parua quãtitate,aut panis de spelta.Dentur ficus,vuæ pas.pineæ, fistici,sed dactili non,quia sunt duræ digestionis, aqua hordei,& aqua cicerum competit,vtatur volatilibus quantum erit possibile,sicut sunt pulli gallinæ,perdices, phasiani, & similia,sint elixata,detur cibus quater in die, sed in parua quantitate,vinum sit albũ,omnia cibaria sint facilis digestionis & subtilia penetrantia. Vtatur vomitu cum succo mediani corticis sambuci,& ponantur deoppilatiua supra hepar cũ spodio,& fiãt trochisci de lacca,eupatorio,absinthio,spicanar,& se.melonis,& vatur eis cũ brodio cicerũ.

De fluxu splenitico.

Mundificetur melancholia cum foliis sennæ, epithymo, sero caprino,cum modica quantitate myrobal.indorum,& deoppiletur splen, sicut dicetur inferius, & fiat phlebotomia de saluatella sinistræ manus. Et si melancholia est multa,purgetur cum theodoricon & emperiston.

De fluxu & cholerica passione.

Iste fluxus est multũ conturbatiuus, & ideo nullus cibus detur quantũ erit possibile & prouocetur vomitus cũ aqua & oleo,ponatur vẽtosa supra stomachũ,& fiat sacellatio cũ sale & milio assis.detur brodium gallinę,oua cũ incipiunt indurare,& hepar gallinę,& quia in tali fluxu veniũt terribilia accidentia,sicut spasmus,& similia,sis igitur solicitus circa ista. Et si causa est cal. inũgatur spina dorsi, ascellæ & iũcturalia cũ vnguẽto facto de ol.ro.vio.cera & cãph.si causa est frigid.fiat vnguẽtũ de resina,oleo laurino & cera,&c. *Choleram orbus à Græcis & latinis dicitur.*

De fluxu liquefactiuo.

Tales fluxus veniunt in hecticis, phthisicis & febribus acutis, & si morbus est curabilis, vtatur isto electuario. R. diadragaganti frigidi, electuarij resumptiui, tria sand. zuc. ros. facti cum ros. siccis. ana ʒ.ʒ. misceantur.

De fluxu propter pororum clausionem.

Fiant fricationes per totũ corpus, & inungatur cum ol. de chamomil. & vino albo, & fiat balneũ simplex aquę dulcis.

De fluxu propter pororum cutis apertionem.

Recipe myrrhæ, sarcocol. cinamo. aloës lotæ, masticis, thuris. ana ʒ.ʒ. puluerizentur, & conficiantur cum melle, & & succo plantagi. fiãt trochisci, & cum vti volueris distemperentur cum aqua hordei, & vino alb. & exhibeantur.

De fluxu propter medicinas laxatiuas.

Fiant muccillagines de nasturtio, se. lini, psyllio, dragaganto, & gũmi Arab. & istę muccillagines misceantur cum coagulo leporis aut hœdi, aut cum succo plantag. & detur cum modico vino. theriaca etiam valet. & bal. aquæ dul. & se. nasturtij assi, cum lacte cocto administratum.

De diarrhœa.

In primis prouocetur vomitus si sponte nõ venerit, diætetur diæta subtili, & conuenienti, & ponatur in baln. aquæ dulc. & vtatur isto electuario, R. zucc. rosa. facti cum ro. siccis, triasandal. carnium citoniorum conditorum cum zuc. sine speciebus, ana ʒ.4. misceantur. Intelligendum, quòd quæcunque chol. vel alter humor quicunque acutus & purgitiuus non vlcerant intestina, sed quando humor est multus malicious præter naturam, & frequenter aduenit. Secundo quæritur vtrum substantia hepatis in fluxu ventris per egestiones emitti possit: videtur quòd sic, quoniã si aliquid impediret, hoc esset strictura venarum meseraicarum, sed hoc non potest impedire, sicut potest declarari per tria exempla. Primum est, quoniam non obstantibus suis stricturis hu. grossi mittuntur à stomacho ad hepar: igitur & substãtia hepatis ad intestina. Secundum exemplum est, quoniam san. coagulatus, mittitur ab hepate ad intestina, quare & substantia hepatis. Tertium est, quoniam per venas capillares veniunt contenta quæ attestantur supra dissolutionem membrorum, sicut sunt contenta petaloydalia, surfurea, crinoydalia, & tamen venę meseraicę non sunt ita strictæ,

Clarificatio.

Quæstio.

Petaloidea, & crinnoi-

strictæ, & minutæ sicut capillares, quare reliquitur vt videtur, quòd substantia hepatis per venas meseraicas possit mitti, & eliquari. Oppositum videtur, quoniam nullus ponit hoc. Dico quòd substãtia hepatis, aut dissoluitur in partes paruas, aut magnas. Si in magnas, non potest fieri ita perceptibiliter, & propter strictũram venarum meseraicarum, & propter nobilitatem hepatis, quoniam non potest pati tantam dissolutionem vita manente: centies enim antè fieret mors. Si autem dissolutio fiat in parua frusta, forte tunc esset possibile, quoniam talia parua contenta bene possunt transire per venas meseraicas. Et etiam aliqui dicunt, quoniam quando apparet san. coagulatus, & dubitatur vtrum fuerit san. vel substantia hepatis, tunc ponatur in aqua cal. & si dissoluatur, san. est: si autem non liquefiat, hepar est, & ita concedo si fuerit in parua quantitate. Nunc autem doctores non intromittunt se, quoniam rarò accidit, aut veniret mors citius. Tertio quæritur, vtrum vlceratio intestinorum possit causari à phlegmate, cum sit humidum, & habeat qualitates obtusas. Dico quòd non vlcerat ratione accidẽtis, nisi esset salsum, aut acetosum, sed ratione continuitatis sicut in stillicidio, & rheumatico, quoniã

Gutta cauat lapidem non vi, sed sæpe cadendo.
Et durum lapidem gutta cadendo cauat.

dea, vrina sedimẽta vocat Hip. 2. prog. cap. 2.

Quæstio.

Quarto quæritur, quare fluxus hepaticus & cerebralis sunt periodales, & nocturni, sed stomachalis & intestinalis, sunt magis diurni, & non sunt cum periodis. Respõdeo & dico quòd hepaticus & cerebralis sunt magis propter fluxũ humorũ, sed fluxus magis mouetur de nocte propter reuocationem caloris, & clausionem pororum, ideo tanto plus in hyeme propter longitudinem noctis, quare magis nocte, & magis periodaliter, quia causa non est continua, in aliis autem membris nõ est sic, quare, &c. Et iuxta hoc notandum, quòd si fluxus ventris esset cum fe. & vnũ alteri contrariaretur, in magis periculoso prius remedium apponatur, & prius in feb. si feb. esset causa fluxus. Quinto quæritur, si in dysenteria competit medicina euacuatiua, & videtur quòd non, quoniam inanitis competit repletio, non igitur euacuatio, quare, &c. Præterea quod addit in fluxum non videtur competere, sed medicina laxatiua est huiusmodi, quare, &c. Oppositum volunt autores,

Quæstio. Fluxus hepaticus & cerebralis.

Dico quòd competit propter materiam, aliter non fieret curatio causa manente. Et tunc ad primũ dico, quòd imò est repletio illius mali hu. ex quo fiebat fluxus. Ad secundum dico, quòd additur, sed aliter non potest fieri curatio, & sic curatur, quare, &c. Sexto intelligendum, quòd carnes competunt non obstante sua humiditate lubricante, ratione debilitatis virtutis. Septimo notandum, quòd si virtus est fortis, carnes syluestres duræ digestionis, & panis azymus, & vinum grossum cõpetunt, vt diu stent in stomacho. Octauo aduertendum, quòd carnes assæ plus competunt quàm elixæ, vnde assa plus habent de humiditate naturali, sed elixa de acquisita. Nono notãdum, quòd dysenteria post longas ægritudines est mala, quoniam chronica, ægritudo est de materia frigida, & significatur quòd mala complexio est adæquata & naturalis victa, & hoc est malum. Decimo notandum, quòd dysenteria distinguitur tribus modis. Primo quo ad ea quæ egrediuntur à corpore, & sic est triplex, quoniam quandoque egreditur sanguis similis lotiæ carnis, & tunc prouenit à debilitate hepatis, quandoque est sicut rasura pergamenorum, quandoq; est sicut frustum carnis. Secũda diuisio talis est, quoniam dysenteria quædam est hepatica, quædam intestinalis, & quædam cerebralis. Tertia diuisio talis est, dysenteria est quadruplex: quoniam quędam est ex multitudine materiæ, & tunc competit euacuatio: & quædam est ex acumine, & tali debetur alteratio, & repressio: quædam ex vlcere, & tali debetur consolidatio, & fluxui debetur constrictio.

De tenesmone. CAP. XV.

Tenesmus est tentio recti intestini. Causa duplex.

TEnesmon est appetitus, & voluntas nimia egerendi, cum modico, aut nullo effectu. Aut enim prouenit ab interioribus, aut ab exterioribus. Si ab exterioribus, tũc est, aut propter sessionem super lapidem frigidum, aut propter bal. frigidum, aut vnguenta frigida, aut propter expositionem ani nudi aëri frigido & similibus. Si autem venerit propter causas intrinsecas, hoc accidit, aut quia feces sunt duræ, squibalæ, aut quia hu. calidus est imbibitus in longanone, aut humor frigidus est. inuiscatus, aut accidit propter hæmorrhoidas, aut propter apostemata, aut vlcera, aut medicinæ laxatiuæ sumptionem. *Signa.* Signa tenesmonis sunt, quoniam dolor non ascendit vsque ad vmbilicum,

& est

& est dolor circa longanonem, anchas, & peritonæon, cum punctura, & post egestionem exeunt quædam guttæ sanguineæ. Et si fuerit propter apostemata, est magnus dolor, aggrauatiuus. Si causa cal. est ibi calor, ardor, & punctura. Si frigida, læditur à frigidis, & iuuatur à calidis. Si propter vlcera, est ibi magnus dolor cum aliquid intromittitur. Si propter hæmorrhoides, apparet tumor, inflatio, & dolor in venis quæ sunt circa circulum ani. Et si fuerit propter feces, diu est, quòd non assellauit. Si propter medicinam laxatiuam, designatur, quòd ibi fuit diagrydium, scamonea, aut pulpa col. aut aloë. Si fuerit propter causas extrinsecas, designatur ex indicio. Si diu durauerit, ducit ad colicam iliacam, insomnietatem, debilitatem virtutis, syncopim, & malitiam tolerãdi, & ad pas. capitis, & causa omniũ istorum est dolor continuus. Si fuerit propter causas extrinsecas, sedeat in bal. aquæ dul. ca. & inungatur cum oleo laurino, & similibus cal. aperitiuis. Et si propter apostemata & corpus fuerit plethoricum, fiat phlebotomia de basilica, & si apostema fuerit cal. fiant clysteria, aut suppositoria, aut inunctiones cum succo endi. scar. coriand. oleo ros. albumine oui, postea postquam ægritudo processerit, addatur istis, axungia gallinacea re. farina volatil. molendini, & modicum mell. omnia ista dentur actu tepida. Si autem apostema fuerit frigidum, à principio fiat vnguentum de succo apij, oleo ros. oleo chamomillæ, furfure, & suc. caulium: postquam ægritudo processit, addantur istis fœnugręcum, & se. lini, & administrentur semper calida. Si autem fuerit humor frigidus inuiscatus, sedeat in balneo vbi sit hyssopus, origanum, calamentum, anthos, vterque sticados. Et postquam exiuerit, terantur ista, & fiat emplastrum, vel inungatur cum oleo laurino, castoreo, & rutaceo: vel fiant sacellationes de sale, & milio tostis, vel de furfure bullito in vino rubeo puro, vel fiat cũ anisо, & marathro, vel bulliat filtrum blauũ in vino puro, & aspergatur puluere rutæ, hyssopi, anisi, marathri, & ponantur inter crura, ita ꝙ comprehendat anchas, ventrem, & peritonæon, deinde suffumigetur cum pinea confracta, ponatur supra carbones, & recipiat fumum. Si autem fuerit humor cal. imbibitus, tunc fiant suppositoria, clysteria, emplastra, vnguenta, aut olea, aut sacellationes de frigidis actu, cal. ne fiat infrigidatio, &

Prognostis.

Curatio.

Balneũ calefaciẽs, & diger.

resolutio. Materialia autē sunt huiusmodi, oleum ros. oleū viol. oleum nenuphari. oleū salicis, axungia por. recens, sc. end. sc. scar. sc. melon. acetum, aqua ro. Ex istis igitur fiant prædicta. Vel istud quod est probatū, bulliat filtrum blauū in aceto al. exprimatur fortiter, & postea calidū hincinde particulæ patienti applicetur. Et si calor nō est tantus, bulliat in aqua, & aceto & vino al. æqualibus partibus, exprimatur, & desuper apponatur, vel fiat sacellatio cum furfure, & milio torrefactis. Vel inungatur cum oleo ro. axūgia gallinacea re. vel ponatur in bal. vbi sint rosæ, chamomilla, in omnibus istis debent actu ca. apponi, vt fiat resolutio nō coarctatio. Si fuerit propter vlcera, inungatur cum vnguento facto de dragaganto, gummi arabi. aloë lota, mastiche, thure, oleo ro. oleo chamomillæ, & cera noua, & abluatur cum vino vbi sit modicū mellis. Si fuerit propter medicinas laxatiuas, inungatur locus cum oleo ros. oleo de chamomilla, mucilagine dragaganti, & gummi arabi. ponatur in balneo, & sacelletur cum spongia posita in aqua cal. Si fuerit propter hæmorrhoidas & fistulam, fiat sicut dictū est in loco suo. Si propter duriciē fecum, fiat primo clysterе mollificatiuum, ex malua, bismalua, viol. & similibus, postea clysteri addatur succus bletæ, hierapi. & similia. Remedium in tenesmone à quacunq; causa, R. fœnigræci, selini, maluę, melliloti, chamomillæ summitatum caulium ana ʒ. iij. conquassentur & bulliant in aqua, & spongia intingatur in illa aqua, exprimatur, & supra locū applicetur, hoc fiat frequenter, & multis vicibus, deinde allia bullita per modū emplastri desuper apponantur, ligentur, & super dormiat, deinde iterum cum spongia fiat fomentatio; vel teneat anchas totas in illa aqua, & materialia apponantur in bona quantitate, ferè curat quæcunq; fuerit causa, nisi plenitudo corporis impediat. Intelligendū, quòd tenesmō est difficultas egerendi sine effectu, propterea, quia materia in diuersis partibus continetur, hoc enim quod facit difficultatem est imbibitum in longanone, & villis eius, & quod facit fluxum, est in intestinis, quare &c. Secundo notandum, quòd styptica bene possunt competere in tenesmone non obstante sua difficultate, & hoc dico cum corpus est mundificatum, quoniam causa erat humor acutus, pungitiuus, inuiscatus. Notandū circa istas materias prædictas,

Clarificatio.

dictas, quòd multæ sunt causæ, & occasiones, quare humelancholicus multiplicatur in corpore, quarum quædã sunt intrinsecæ, & quædam extrinsecæ. Extrinsecæ sunt istæ, prima causa est nimius vsus, & continuus ciborum melancholicorum, sicut sunt carnes bouinæ, & potissimè antiquæ, salsæ, & vsus leguminum, caulium, casei antiqui, animalium syluestrium potissimè antiquorũ, & omnium sale induratorum, & similium. Causæ autem intrinsecæ, sunt istæ, mala dyscrasia hepatis in excessu, siue cal. siue frigida, oppilatio splenis, constipatio ventris, excessus frigoris, aut caloris, & ægritudo diuturna, & generatur ex adustione sanchol. & omnibus speciebus eius, & ex melancholia, siue naturali, siue innaturali, cum aduruntur, & etiam ex chylo secundum quosdam cum aduritur.

De recapitulatione omniũ fluxuũ ventris, & in primis Rubricis agit de causis, & signis, in secundo de curationibus. CAP. XVI.

Causæ omnium ventris fluxuũ.

FLuxus ventris prouenit, aut propter causas extrinsecas, aut Intrinsecas. Intrinsecæ sunt multæ valde, quoniam quandoq; venit à capite per viam rheumatismi: aliquando à stomacho, quandoq; ab inteſtinis superioribus, quandoq; à mediis, quandoq; ab infimis, à venis meseraicis, ab hepate, à splene, quandoq; à toto corpore, quãdoq; per viam crisis, quandoq; per viam symptomatis, quãdoq; in repletis, quandoq; in inanitis vt phthisi, quandoque in feb. pestilentialibus. Aliquando etiã prouenit propter causas extrinsecas, aut propter naturam ciborum, aut propter malas qualitates & venenosas, & propter ordinẽ, aut propter naturam temporum, & consimilia. Et venit etiam ratione ætatis seu complexionis, vt infra, vel aliquando propter naturales dispositiones, iuxta illud Hippo. quibus iuuenibus &c. De istis igitur per ordinẽ prosequamur. Vnde intelligendũ est, q̃ quidam fluxus est ex ciborum cruditate, & potest dici lienteria, quidã est fluxus simplex humoralis, & appellatur diarrhœa, & est aliquãdo sanguinis admixtio & appellatur dysenteria, aliquando est cũ punctura longanonis, & magno appetitu ad assellandũ & conatu, & propriè est maior conatus quã sit effectus, vocatur tenesmon: sicut igitur natura aliquando mouet ad inferiora, ita mouet ad superiora, & alio nomine vocabitur. In egestionibus autẽ apparent multa & diuersa, sicut est pinguedo,

Lienteria.

Dysenteria.

Tenesmus.

vnctubsitas, cortices, & similia rasuris pergamenorum, aliquando magna, aliquando parua, sanies, virulentia, san. & similia. Aliquando etiam est cum fœtore, aliquando sine, aliquando est cum periodis, aliquādo sine periodis, & alia multa quæ apparebunt in executione particulari.

De fluxu cerebrali.

Causa. Fluxus ventris, prouenit aliquando propter hu. rheuma tizantes à capite ad stomachum, & intestina descendentes. *Signa.* Signa autem huius sunt, quoniam venit vt plurimum post somnum longum, & seruat paroxysmos, apparent signa catarrhi, & corruptionis cerebri.

De fluxu stomachali.

Causa. Causæ autem fluxus ventris propter stomachum, sunt multæ valde, sicut est debilitas digestiuæ, contentiuæ, & fortitudo expulsiuæ, mala complexio frigida & humida, vt plurimum, & cum hoc lubricitas stomachi, vulnus stomachi, ventositas stomachi, fluxus humorum ad stomachum, medicina laxatiua quæ remansit in stomacho, nimia quantitas cibi & potus, & etiam eorundem mala qualitas, dolor, & cum hoc mala complexio ca. vel sic. vel vtrunque licet rarò, vel apostemata stomachi, & similia. *Signa.* Signa autem quòd fluxus ventris venit propter stomachum sunt quia non seruat ordinem, nec horam, nec paroxysmum certum, & si fuerit ex debilitate contentiuæ & expulsiuæ, quæ quidem debilitas accidit vt plurimum ex frigiditate, nō egre ditur vt plurimum subito, sed frequēter, & si fuerit ex debilitate digestiuæ, non est omnino priuatū à digestione. Si ex humiditate lubricante, exit quædam humiditas lubrica, viscosa, & si fuerit ex humiditate lubrica, vlcerosa, sunt ibi dolor, torsiones, & dicit Auic. authoritate Hippo. quòd si tali fluxui accidit vomitus, est malus, & causa ignoratur. Si fluxus ventris venerit propter stomachū, signum est ꝙ maior fluxus est de die, quàm de nocte. Si ab hepate, plus de nocte quàm de die, & potissimè in tēpore hyemali.

De fluxu intestinali.

Si fluxus ventris venerit propter intestina, tunc venit aut ab intestinis superioribus, aut inferioribus, aut mediis. *Cause multe.* Et causę huius sunt multiplices valde, sicut sunt vlcerationes, excoriationes, apostemata, fluxus san. multum cal. aut chol. acuta, aut sanies, aut virulentia, aut humor salsus, aut

bau

baurachalis, aut paralysis, aut iusensibilitas, aut retentio consueti, aut membrorum truncario, aut humor melancholicus adustus cum vlcerat intestina: aut propter medicinã aliquam vlcerantẽ, vel orificia venarum aperientem, sicut est pulpa colocynth, aut diagrydium nimis tritũ, aut aloë non bene repressa, & similia, & aduenit etiam in fe. acutis, tertianis, & similibus, & aduenit propter apertionẽ venarum meseraicarum, propter hepar, hystim fellis, splenem, propter totum corpus, & propter subitam mutationẽ tem porũ, sicut est dispositio australis & borealis, accidit etiã propter fe. pestilentiales. Sed specialiter oportet nos venire ad fluxum ventris propter longanonem, cuius causa est multiplex, quoniam aliquando est cum dolore, aliquando sine dolore, aliquando est ibi apostema cal. aliquando frigidum, durum, aliquando mollificatio, insensibilitas, & paralysis, sicut in illis qui sedent in locis multum frigidis, ali quando causa fluxus est spasmus, quia lacertus non potest retinere. Aliquando est causa fluxus humor cholericus, salsus, aut baurachalis, ita quòd videtur homini, ꝙ habeat salem in ano, aut aliquam rem continuè pungentẽ, & mordicantem. Et signa huiusmodi patent propter doloré qui est in partibus inferioribus. Præterea fluxus ventris venit aliquando propter oppilationes, quia cibus propter oppilationem venarum meseraicarum, aut hepatis, nõ potest per hepar penetrare ad mẽbra, & ideo coadunatur ibidẽ, & est cum periodis & aliis signis quæ dicentur inferius capitulo de cura. Præterea fluxus ventris aliquando est cum sanguine, & aliquando sine sang. Et signum quòd prouenit ab intestinis est, quia non est cum periodis, sicut ille qui prouenit ab hepate, & si cũ vlcere, est in intestinis punctura, dolor, mordicatio, & signum sumitur ex loco, quia si est ex partibus superioribus ventris, est dolor in superioribus, si in interioribꝰ, est dolor in inferioribus, si in mediis, dolor est in mediis, iuxta illud: Vbi dolor, ibi est ægritudo, & ista etiam sunt signa quando est sine sang. Et si est ex causis primitiuis, scitur ex ventis, tẽporibus, febribus, & multis aliis dictis. Causæ sunt per se manifestæ, aut ex indicio patiẽtis, & per ea etiã quæ apparent in egestione, vt per odorẽ, colorem, contenta & similia. Ita ꝙ si venerit ex venis meseraicis, & fuerit apostematio & vlceratio, est fluxus sang.

Baurachalis, id est nitrosus.

Causa externa.

Indicia fluxus propter vlcera.

puri cum mixtione quadã. Si fluxus venerit propter vlcera, significat quòd sunt ibi portiones, & fœtor. Si appareãt signa melancholiæ, est timendum de cancro. Et si cortices

Indicia sumpta à varietate excretiũ.

sint parui, graciles, & subtiles, attestantur supra vlcerationem intestinorum superiorum. Si fuerint grossi, inferiorum, si medij, mediorum, & quanto plus est ex superioribus, tanto magis est permixtus, quanto plus ex inferioribus, tanto minus. Si ex superioribus, est magis chylosum, simile loturæ carnis. Et quia vlcera fiunt ex hu. cholericis, & salsis melancholicis, ideo signa erunt secundum humorum diuersitatem. Et quia aliquando vlcera profundantur plus & minus, ideo cortices, virulentia, sanies & color erunt secundum diuersitatem illius. Si est ex causis primitiuis, signa videntur ex indicio patientis. Et si ex feb. pestilentialibus, cognoscitur ex illis: cognitio autem illorum quæ hic posita non sunt, medici industriæ reliquantur.

De fluxu hepatico.

Fluxus hepaticus multiplex.

Fluxus autẽ ventris, propter hepar est multiplex, quandoq; est chymosus humoralis, quãdoq; est chylosus, quandoq; aquosus, quandoq; san. purus, quandoq; sicut lotura carnis, quandoq; est cholericus virulentus, & quandoq; niger subtilis, quandoq; fluxus est sicut fex, & melancholia, quandoq; est cũ dolore, quandoq; sine dol. quandoq; exit substantia hepatis, quandoq; expelluntur ista per vomitũ, & est sine dolore, & quãdoq; expellitur substãtia stomachi.

Causa.

Ista autẽ proueniũt aliquando per viã crisis ex apostemate rupto, & similibus, aut propter naturam ciborũ, & eorũ quæ proueniũt ab extrinsecis, aut etiã causæ sunt intrinsecæ, sicut est morbus consimilis, officialis, & communis, & hoc est aut quia ista sunt in substantia hepatis, aut in toto corpore, aut in chisti fellis, aut splene, aut invenis meseraicis. Signa autem distinctiua sunt ista: quando enim fluxus

Signa distinctiua.

ventris est ab hepate, sunt quædam signa communia, generalia, quoniam omnis fluxus hepaticus vt plurimũ est periodalis, & potissimè si est ex oppilatione, quia de isto magis intendimus, cum frequentius deludat medicos. Secundum signũ est, colorum varietas. Tertium signum est, quia talis fluxus plus aduenit de nocte quàm de die, potissimè in hyeme. Quartum signũ, est fœdus color in facie. Quintũ signũ est, grauedo in parte dextra versus hypocondria.

Signa

Signa autem specialia sunt hæc: quandoque enim venit fluxus sanguineus, & dubitatur vtrum sit ab hepate vel ab intestinis, & distinguitur, quia cũ prouenit ab intestinis, tunc est cum rasura, punctura, dolore, venit paulatinè, continuatur & permiscetur cum egestionibus, & aliquando non. Aliquando antecedit, aliquando post, & aliquando simul. Si venerit ab hepate, est sine dol. & plurimus, & non est semper continuus, & venit post egestionẽ cum modica permixtione. Si autem egestio fuerit chylosa, & venerit ab hepate, est vniformis sine dolore, & est digesta: si procedat à stomacho, est indegesta, & cũ grauedine, dol. stomachi, & modica mora in eadem. Egestio autẽ chylosa sanguinea, prouenit aliquando ab hepate, aliquando à vena meseraica: si ab hepate, vrina est tenuis & remissa, quando autẽ est egestio virulenta ab vlceribus hepatis & desudationibus, & a postematibus, quandoq; venit à vena meseraica, quandoq; prouenit ab aliis partibus per viã crisis & mũdificationis, tunc venit cũ alleuiatione & multitudine colorũ. Si ab hepate, est cũ fœlenta, color vergit ad albedinẽ & rubedinẽ in egestionibus. Si à meseraica, vergit ad albedinẽ, & citrinitatẽ: si ab aliis, est sine fœ. & declaratur ex apostematibus, doloribus, vlceribus fœtulẽtis, & similibus. Et quãdoque venit fluxus san. ex frig. & quadã mortificatione, tũc san. est niger sicut sanguisuga cũ modico fœtore: quãdoq; est san. subtilis, niger, nõ coagulatus cum modica siti, appetitu multo cibi, & perducit ad fœ. & hydropisim: quãdoque est virulenta, & saniosa propter apostema. Quandoq; est vlceratio causa fluxus, & est cum dol. Quãdoq; exit substantia hepatis, & est nigra, grossa cũ debilitate, & prope mortem. Et si venerit propter exercitij soliti dimissionem, & propter membrorum truncationem, est multus & subitus. Et venit aliquando fluxus ventris propter splenem, & est cum duricie splenis, dolore, & vergit ad nigredinem, & apparent signa melancholiæ &c.

Signa specialia.

Causa horũ omniũ fluxuũ cognoscuntur à partiũ male affectarũ dolore, egestionũ mutatione & aliis.

Signa fluxus sangu. à frigido.

De fluxu ventris propter cibaria.

Vt cùm in cholerico datur cibus facilis digestionis, aut paruæ quantitatis, & corrumpitur, & festinat ad exitum. Aut propter grauitatem cibi, & ponderositatẽ, aut propter mordicationem sicut in cæpis, & porris. Aut propter venenositatem, sicut in fungis. Aut propter velocitatem corruption

Fluxus splenaticus.

Causa.

corruptionis, ſicut in lacte. Aut propter vehemẽtiam ſubtilitatis, aut eorũ humiditatem, & viſcoſitatem. Aut quia velociter mouetur ſuper cibũ, aut propter multitudinem aquæ ſuper cibum, aut quia cibus inuenit corpus paratũ, vtpote plenum humoribus cholericis acutis, aut phlegmaticis lubricãtibus, aut quia cibus eſt pauci nutrimẽti, ſicut olera, aut quia cibus lubricus præceſſerit, & ſequutus eſt ſtypticus, aut quia ſequitur cibus velocis corruptionis poſt cibum, & corrumpit ſe, & alium, & egreditur totum velociter ſicut fortè ſunt perſica.

De fluxu ventris propter aërem.

Laxat enim ventrem ventus auſtralis, regio meridionalis, & ventoſitas corrumpens digeſtionem.

De fluxu ventris in balbutientibus, & traulis.

Cauſa. Illi qui totum corpus humidum habent, cerebrum & linguam, ſicut ſunt traulis, blæſi, & literas corrumpentes propter nimiam humiditatem, tales inquam de facili incurrunt fluxum ventris.

Apho. 32. particul. 6.

De fluxu ventris propter diſpoſitiones naturales.

Illi enim qui habent ventrem laxũ in iuuentute, habent vt plurimum ſiccum in ſenectute, & ecõuerſo. Et quia tres ſunt cauſæ laxationis, & tres conſtipationis, comparando ad ætates in qualibet fallit in vno caſu, & ideo dicitur vt plurimum.

De fluxu ventris per totum corpus.

Et prouenit ſicut in bona criſi & laudabili cũ virtus eius expulſiua expellit nociua. Aliquando eſt propter malã criſim, & ſymptomaticam, quoniam natura expellit humores cum impetu, & quia contentiua continere non poteſt, aut propter ſummã debilitatem virtutis contentiuæ, vt in approximantibus ad mortem, in phthiſi, & febribus mortalibus, & prouenit propter nimiam crapulam, repletionem cibi, & potus, & propter retentionẽ alicuius conſueti euacuari, aut propter mutilationem alicuius mẽbri, aut quia modica fit reſolutio à corpore, aut propter paruitatẽ exercitij, aut propter colicã paſſ. Qui autẽ plus de iſta materia ſcire voluerit, vadat ad librũ noſtrũ de prognoſticatione.

De prognoſticatione in fluxu ventris.

Prognoſtic. Cum ſcientia prognoſticationis præcedat ſcientiã curationis, ideo primo de prognoſticatione videamus. Primo

igit

igitur intelligendum, ꝙ vniuersalis fluxus criticus nō est restringēdus, quod cognoscitur, quia cōfert, & bene fertur, quoniā si restringatur, est periculū mortis, & ideo cōmuniter, & vt plurimū non debet restringi fluxus ventris nisi vsq; ad xres dies. Signa autē mortalia sunt ista. Omnis fluxus veniens subito, & repente post longā ægritudinem est mortalis, quoniam significat corruptionem magnā, & subitam. Omnis fluxus ducens ad hydropisim, est mortalis. Omnis fluxus cū admixtione san. post hydropisim est mortalis, quia ex hoc aquositas non expellitur. Qui habet dysenteriam & appareat post aurē eius sinistrā res nigra similis orobo, & cum hoc est sitis vehemens, moritur in 20. die, & non euadit. Qui habet solutionem ventris melancholia grossa, non sanatur. Omnis fluxus ventris qui est primo sicut aqua, & postea sicut vnguentum, est malum. Omnis fluxus ventris qui aduenit post vlcus melancholicū, est mortalis, quia cancrū putrefactū significat. Et omnis fluxus qui est in fine fe. est mortalis, dato, ꝙ esset solutio melancholica. Omnis fluxus melancholicus, si ex illo, quæ posita sunt super terrā ebulliunt, & habet odorem acetosum, est mortalis, licet sit virtus fortis, ex aliis autē speciebus non sic. Omnis fluxus vlceratiuus perforās intestina, vt plurimum est mortalis. Fluxus ventris propter vlcera intestinorū superiorum, & maximè ieiuni, est vt plurimum incurabilis, propter multitudinem venarum meseraicarum.

Fluxus criticus nō restringēdus.

Signa lethalia fluxuū.

De curatione fluxus ventris in generali.

Intelligendum primo, quòd ferè in omni fluxu ventris, valet vomitus, nisi esset propter vlcera stomachi, quia ducit materiā ad oppositum, & somnus est multū iuuatiuus, præterquam in fluxu ventris à capite per viam rheumatismi, & iam expertum est de ventosa si ponatur supra ventrē & stet ibi per quatuor horas. De cibis autem, cōperunt vitella ouorum coctorum in aceto cum testa sua, competit etiam lac bullitum, in quo lapides fluuiales cādentes sint positi, & similiter valet coagulum leporis, & hœdi, caseus recens sine sale, & antiquus, dum tamen fuerit bullitus in multis aquis dulcibus, donec salsedo recesserit, nasturtiū agreste integrum torrefactum, & cum lacte bullito mixtū, risum torrefactum, & cum lacte decoctum, & similiter fiat de milio, & fabæ coctæ cum aceto, lentes coctæ in duabus

Vomitus et somni in fluxu ventris vtilitas.

Dieta.

aquis

aquis, postea cum aceto, panis azymus, panis pastatus cũ aceto & aqua plu. quia penetrat ad hepar, & quia est facilis resolutionis, sicut dicit Auic. confert adeps renum caprarum, & omnia volatilia magna seu parua vsualia, præterquam degentia in aquis, pisces cocti in aceto, extremitates animalium coctorum in aceto. Et dicit Auic. quòd fructus debent vitari & styptica, nisi essent propter stomachũ, & non multiplicentur cibi diuersi in eadem mẽsa. Nũc autem intelligendum est, ꝙ si fluxus ventris fuerit ex causis cal. & calor & feb. concomitentur, tũc oportet dari medicamina frigida styptica, quare oportet illa ponere tam simplicia quàm composita. Cõposita autem sunt ista, zucc. ro. factum cum rosis siccis, trisandal. diacodion, carnes citroniorum conditorum cum zucc. sine speciebus, rubea tro chiscata & similia. Simplicia autẽ sunt ista, galla, sumach, pisidia, balaustia, berberi, se. citoniorũ, acatia, succus plantagin. & coriand. hypocistis, bursa pastoris, rosæ rubeæ siccæ, terra sigillata, bolus armenicus, cimolia, spodium, se. acetosæ, portul. & succus barbæ hircinæ, camphora. Fructus autem styptici sunt satis omnibus noti, quare nõ pono. Ex istis igitur vnum vel multa ponere interius, vel exterius, superius vel inferius industriæ medici operãtis particulariter relinquatur. Si autẽ fluxus fuerit ex causis frigidis, oportet cal. styptica ministrare. Istorum quædam sunt simplicia, & quædam composita. Et primo de simplicibus videamus, nux musc. poma cypressi, & folia eius, thus, myrrha, mastix, ladanum, styrax, calamita, ambra, reupõticum, ciminum assum, asarum, anisum assum, & ameos. Composita sunt ista, diaolibanum, theriaca, & similia. Vtatur igitur istis medicus iuxta conuenientiam particularium.

Cura.

Adstringẽtia composita.

Simplicia.

Composita calida.

De cura fluxus ventris propter stomachum & de lienteria.

Si autem fluxus ventris venerit propter stomachum, & hu. cal. sunt in causa, tunc euacuetur cholera in æstate per vomitum, & dẽtur frigida styptica, sicut coriandrũ, acatia, hypocistis, & similia superius dicta, cum ponebantur curationes vniuersales. Et sicut vinum al. cõpetit stomacho, ita grossum iuuat intestina, minoretur potus aquæ: & istis medicaminibus potest vti ab intus, vel extra vel in conditis, vel in potionibus, aut electuariis, aut pilulis iuxta industriã medici, & cõuenientiam particulariũ, & extra emplastris,

ſtris, aut vnguentis, & ſimilibus iuxta conuenientiã particulariũ. Si materia fuerit phlegmatica, purgetur in hyeme cum medicinis vel clyſteribus, & dentur cal. ſtyptica, ſicut eſt theriaca, aurea alexand. diaolibanũ, aniſum aſſum, auel lanę aſſæ, caſtaneę aſſæ, carnes aſſæ & frixæ, fugiat aquã, & vtatur vino antiquo puro fortiſſi. ſed in parua quantitate, & medicaminibus intus vel extra, vel vtroq; modo iuxta conuenientiam particularium. Emplaſtrum confortans ſto machum frigidum. R. ſe. lini aſſi, cimini aſſi, dactylorũ, nucis muſc. pomorum cypreſſi, maſticis, thuris, ladani, mentæ ſiccæ, aſſaræ baccaræ. an. ʒ. 1. conficiantur cum oleo ro. cera. q. ſ. & modicum picis nauallis, fiat emplaſtrum: poſſet etiam fieri remoto oleo cera & pice nauali conditum cum mel. ro. aut zucc. & quòd vtatur eo mane, & ſero, ſimiliter de frigidis poterũt ſimilia fieri, quãdo cauſa eſt ca. vel ſyr. vel trochiſci, vel multa cõſimilia. Et eſt vlterius intelligẽdũ, in fluxu vent. propter ſtomachũ & inteſtina, qui eſt cũ lubricitate humida, quaſi ſi eſſet cibus crudus, ſicut dicitur in lienteria, quòd tunc hic accidit propter chol. mordicantem, aut phlegma lubricans, & tunc ſanum conſilium eſt quòd ſi chol. ſit in cauſa, quòd temperetur hepar & chiſtis fellis, & euacuetur chol. cum myrob. citrin. qui euacuando conſtringunt. Et ſi phlegma ſit in cauſa, euacuetur cum myrob. cheb. In cauſa autem cal. vtatur iſto electuario. R. triſandal. diacodion, dragaganti frigid. ana lib. ß. miſceantur. In cauſa autem frigida vtatur iſto electuario, R. diatrionpipereon, diambræ, diamentæ. an. ʒ. 4. miſceantur. Vel fiat iſtud tale. Recipe aniſi, cimini, marat. ſemi. rutæ, ameos. zinzib. ana ʒ. 1. aſſentur & in aceto fortiſſimo extinguantur. Tunc R. gariofil. piperis lon. nucis muſc. pomorũ, & foliorum cypreſſi, ſtyracis, calamitæ, ligni alo. blatæ biſantiæ, cardamomi, calami aromatici, cyperi, an. ʒ. ß. aliptę muſcatæ. ʒ. 1. panis zucc. q. ſ. fiat electuarium, & eſt valde precioſum in fluxu ventris lubricatiuo propter cauſam frigidam, corpore mundificato. Si fuerit pauper, vtatur mẽta, abſinthio & ruta.

Emplaſtrũ ſtomachi cõfortatiuum.

Clarificatio.

De cura fluxus ventris propter oppilationem hepatis & venarum meſeraicarum.

Tũc ſummè nocet dare ſtyptica, ſed aperitiua & deoppilatiua, & hæc eſt cura quæ frequenter deludit medicos, li-

cet signa sint posita, nihilominus iterũ repetamus propter occultationes huius causæ. Iste fluxus plus venit de nocte, quàm de die, & est cum multis coloribus, grauedine partis dextræ, sine dolore, & est periodal, imò stat aliquando per 10. dies, & videtur patienti in tempore medio, quòd sit curatus, & quanto plus dantur stiptica, tanto plus assellat. Ideo intelligendum, quòd fluxus vent. propter oppilationem hepatis, & venarũ est chylosus, propter hoc quia stomachus non patitur, & ideo stat ibi cibus tribus horis vel plus, donec sit digestus. Et postea cum vadat ad hepar, non potest penetrare propter oppilationes, ideo descendit inferius velociter, & quia ieiunum, & alia intestina habent quandam virtutem sanguificatiuam secundum Gal. in de iuuamẽtis, ideo fluxui chylosо aliqua portio san. est admixta.

Cura. Curetur igitur cũ deoppilatiuis, & cũ his quæ trahũt ad partem oppositam, sicut est vomitus, fiat igitur vomitus ante cibũ & post, cũ se. atriplicis, aut raphani, & cum oleo, & aqua cal. si non potest ex his euomere, detur succus mediani corticis sambuci vsq; ad ʒ. 1. & ß. per se vel cũ ouo sorbili.

Fricationes Deinde fiant fricationes laterũ, ventris & spinæ dorsi, quasi sine interpolatione cum panno aspero, vel cum vino al. & oleo de chamomilla, vel cum isto vnguento. R. scolopendriæ, corticum capparis, spicæ nardi, spicæ celticæ, squinan. capil. ve. re. sem. endi. se. scariolæ, sem. melonis, polij montani, lupinorum, fœnigræ. absinth. chamædreos. ana ʒ. 1. armoniaci, laccę, mastic. ana ʒ. 1. & ß. tẽperentur ista tria in vino resoluãtur, & omnia simul pistata, bulliãt in oleo de chamomilla, coletur, addatur cera & oleum, fiat vnguentũ.

Potio aperitiua. Deinde fiat talis potio, qua vtatur mane & sero qualibet vice vsque ad ʒ. ij. R. radicis fœni. petrosil. bruscі, sparagi. graminis, mediani corticis ebuli, & sambuci. ana M. j. temperentur per diem & noctem in aceto fortissimo, tunc R. capillor. ve. re. M. iij. lupuli, scolopendriæ, absinthij, centaureæ, chamæpiteos ana M j. corticis cap. ʒ. ij. mellis, zucc. ana ℔. j. fiant syrupi ℔. ij. & ß. vtatur eo cũ brodio cicerũ.

Regimen ex cibo & potu.

Dieta. Comedat in die frequenter & parum, non potet inter duas comestiones, panis sit de tritico & furfure suo, & sit bene coctus, bene fermentatus, cum temperata quantitate salis, accipiat quanto minus poterit, quia triticum oppilat, vinum

vinum sit clarum, subtile, forte, antiquum, & vtatur brodio cicerum & cauliũ, fœniculo, petro. asparago recenti. Carnes sint quanto plus poterit volatilia vsualia, præterquàm illa quæ degunt in aquis, potest vti carnibus hœdinis, & extremitatibus animalium, vtatur piscibus squamosis de aquis mundis, & ouis sorbilibus. Balneetur ante cibum, & in balneo sit chamomilla, melilotum, & exeunti à bal. qualibet vice dentur thertacæ ℈. ij. Aduertendum tamen diligenter, quòd digestiua celebretur in stomacho, multum iuuat ad hoc paruitas cibi & potus. Item aduertendũ, quòd si opus fuerit, quòd vtendum est diureticis frigidis, & aliquando cal. iuxta conuenientiam causarum. Intelligendum, quòd diuersimodè est operandum, secundum diuersitatem accidentium superuenientium, sicut est fe. tussis, & similia. quæ medicanda sunt quantum est possibile. Si igitur tussis superueniat, dimittantur nimis styptica, & acetosa. Spodium est plus propter fluxum sang. narium, & semina assa propter stomachum, psylium, & arnoglossa propter sitim & punctura. Et quidam supposuerunt sibi aliquando opium, & mortui sunt. Non accipiat acetosa, nec salsa, nec acuta, caules cocti in duabus aquis competunt, lepores & cuniculi. Inebriatio multum competit, quia facit cibũ penetrare, & facit sudare, & inducit vomitum. Si autem appetitus si fortis & digestiua debilis, dentur carnes assæ & frixæ cũ cinamo. puluerizato, valet syr. de citoniis & similia. *Quæ vitanda.*

De cura fluxus virulenti cum excoriatione & sine excoriatione.

Si autem fuerit sine excoriatione, tunc aliquando venit à toto corpore, aliquando à stomacho, aliquando ab hepate, aliquando ab intestinis: corpore autem mundificato iuxta conuenientiam particularium, si fuerit propter mẽbra superiora, detur medicina per os: si propter intestina, detur per clystere: si autem in mediis, fiat vtrunq;. R. igitur charabæ, coralli albi, & ru. omnium sand. semi. canabi. se. acetosę, aluis, margaritarum ana ℥. ß. mel. ros. quantum sufficit, fiat conditum. Si autem fuerit propter vitium inferiorũ, fiat clystere. R. succi plant. succi barbæ hircinæ. ana ℥. 2. acatiæ, gallarum, boli ar. balaustiæ, sumach. ana ℥. 2. adipis renum caprarum ℥. 1. decoquantur in aqua plu. & fiat clystere. Si autem fluxus ven. fuerit cum excoriatione, tũc intelligendum est quòd medicinæ frigidæ styptícæ competunt ma- *Cura.*

ximè conglutinatiuæ,sed quando est corrosio, indigemus partim absterſiuis & fortasse cauterizatiuis. Secundò intelligendum est, quòd si venerit propter intestina superiora,detur per os,si per inferiora,per clystere,si in medio,fiat vtrunq;. Et si indigeat purgatione, non fiat nisi cum myro.

Dieta. paratis,ſicut decet. De cibis, competit autem ex eis dare bullitum lac,vbi ecciderint lapides fluuiales candentes,he par gallinæ pinguis,oua,testiculi gallorũ, & pedes cocti in lacte dulci,panis de simila vergens ad azymitatem, risum assum,& si indigeat sale,sit sal gemma assum,non bibat vinum in causa cal.sed in frigida bibat parũ, & sit grossum, nigrum,stypticum, valent pisces assi recentes calidi, & ea quæ competũt ex sua proprietate,ſicut dicit Auic.est reub.

Simplicia in hoc fluxu cõueniẽtia. assum,cum succo plantagi. Medicinæ autem quę multum competunt,sunt glandes assæ,rosæ,terra sigill.bolus armenicus,portul.& succus eius cum semine,& ita est de plantagine,coagulum leporis,caseus sine sale, aut quòd sal auferatur. Si esset vlceratio propter medicinam, tunc fiat clystere cum butyro in magna quantitate,& sang.draco.parũ, competit panis biscoctus puluerizatus,& quòd puluis misceatur cum aqua, vallent gallæ, sumach & acatia. Adeps autem caprarũ valet in sedatione doloris, si iniiciatur per

Cauterium. clystere. Si autem appareat sanies,mũdificetur cum aqua mell.aut cum aqua piscium salitorum,aut cum aqua oliuarum salitarum.Et si est magnus calor,detur succus cucurbitæ,portul.plantag.virgæ pasto.& addatur galla,sumach, balaustia. Si autem volumus cauterizare,fiat sic.Accipiatur myrrha,thus, crocus,sandaracha,alumen,styrax,opium, castoreum,lycium,charta combusta, sang. drac.cornu ceruinum combustum,cimolia,lutum armenicũ, si est dolor nimius, possumus facere clysteria cum adipibus vbi sit opiũ & alia narcotica,mucilago etiam psyllij, altheæ,sem.lini. multum valet. Nunc autem medicus, qui cognoscit morbũ & habet notitiam materialium,potest eis vti modo exterius,modo interius,modo superius,modo inferius, & syrupos potest conficere,aut electuaria, aut condita,aut trochiscos,aut clysteria, aut emplastra,aut vnguenta,aut bal. & multa consimilia quæ medici industriæ relinquamus.

Clyſte. narcotici: oraum vſus.

De curatione fluxus ventris ab humore melancholico.

Purgetur humor melãcholicus cum decoctione epithymi,folio

mi,foliorum senæ,& myro.indis,vel cum diasenæ, diabor. & modica portione hieræ ruffi.postea vtatur isto condito. R.zedoariæ,carab.spodij,asari.ben.ru.rutæ,risi.ana ℥.r. assentur cum mell.rosa.fiat conditum.

De cura fluxus ventris ratione crapulæ.

Tunc enim competit ratione crapulæ fames & abstinentia, postea dentur stomachum confortantia, sicut sunt pira coctana,vuæ pas.mund.& similia.

De curatione fluxus ventris ex rheumate.

Et tunc cura posita est superius,cap.de rheumate,scilicet quòd rheuma restringatur,& cerebrum confortetur, & materia cum temperamento ingrossetur, fiant fricationes in capite,& olea,vnguenta,emplastra, & ea quę dicta sunt, & finaliter cauterium, vnde stiptica non competunt secundum Auicennam, sed potiùs vomitus propter hoc quod aggregatum est, vnde tota cura consistit in curatione rheumatis,& catarrhi.

De cura fluxus ventris in phthisicis,hecticis & consumptis.

Et licet approximentur morti, tamen bonum est vitam prolongare quantum est possibile,sumatur igitur dragagá. assum,gummi arab.assum,spodium,muccilago psyllij colata & assa.lut. armenic.terra sigil.camphora,& succus liquiriant trochisci,& exhibeantur trochisci de camphora,& de spodio etiam competunt.

De cura fluxus ventris propter nimiam repletionem totius.

Tunc competit phlebotomia,fricationes,& bal.& in balponantur chamomilla,melilotum & similia.

De cura fluxus ventris critici.

Et est cura quæ nō restringatur,& si nimis excederet,coriandrum præparatum & ea quæ dicta sunt in confortatione stomachi cū stypticis,& potissimè frigidis ratione seb.

De cura tenesmonis.

Si autem fuerit tenesmō,aut est propter fęces duras,aut propter hu.calidos & frigidos imbibitos in longanone,aut propter apostema, aut hæmor. & similia. Si fuerint feces, mollificetur vēter ab extra cum emplastris frigidis ex malua, mercur.& oleo viol.& cum syr.vio.per os, inferius per clystere cum istis eisdem.Et si esset hum.cal.addatur cassia fi.tamarindi, pruna.manna,& similia. Si esset dolor nimius de causa cal. apponantur frigida narcotica, sicut opium, *Narcotica.*

hyoscyamus, mandragora, similia, & filtrũ blauũ intinctũ & bullitum in aceto, & expressum antè, & retro desuper appositũ, multũ valet. Si causa fuerit frigida, apponãtur cuaporatoria cum furfure, & vino, aut chamo. aut sale & milio, & fiat suffumigatio cum furfure & similibus. Balnea autem, suffumigationes, & encathismata frigida valent in causis cal. & calida in frigidis, & similia. Si fuerit ibi apostema, curetur, sicut apostema debet curari, & ita de aliis causis.

Balnea.

Suffumigia.

De cura fluxus ventris propter colicam.

Et non est melior via, nisi quòd curetur colica, & ita curabitur fluxus. Ista 32. capitula siue tractatus recapitulationis sunt terminata.

De passione iliaca. CAP. XVII.

Ileos à Græcis appellatur, à Latinis volumen.

ILiaca est passio intestinorum gracilium cum cõstipatione ventris & frequenti vomitu, dolore vehementi tanquam si intestina terebello perforarentur. Intelligendum circa istam materiam, quoniam cholica, & iliaca conueniũt in causis, signis, prognosticatione & curatione, & cum hoc differunt. Primo quoniam in iliaca est maior dolor & citius interficit propter sensibilitatẽ intestinorum. Secundo differunt, quoniam dolor in iliaca magis est deambulatiuus versus dextrum & sinistrum. Tertio differunt, quoniam iliaca magis prouenit ab aëre pestilentiali. Quarto differunt, quoniam iliaca magis est ab vmbilico superius. Quinto, quoniam sicut colica magis remediatur ex clysteribus, ita iliaca ex his quæ ingrediuntur per superiora. Ex alia parte ista differunt à dolore renum, quoniam dolor renum magis est fixus in vno loco, quietus, & cum hoc dolor maior circa posteriora, anchas & crura. Et cum hoc parum alleuiatur cum clysteri, sicut iuuatur colica, & discernitur postea per ea quæ apparent in vrina. Causæ istorum sunt aut intrinsecæ, aut extrinsecæ. Si extrinsecæ, tũc sunt sicut nimius potus aquæ frigidæ, aut ciborum grossorum venenosorum, stypticorum, sicut est caseus durus, aut cõchilia, aut carnes bouinæ antiquæ, aut legumina, aut fongi, aut sorbæ, pira, mespila, coctana, & similia, & breuiter omnia quæ coarctantur, corrugant, oppilant intestina. Fit etiam ex casu & ruptura. Si ab intus, aut hoc est propter intestina, aut propter alia membra: si propter alia membra, hoc est propter apostemata hepatis, aut venatũ meseraicarum, aut

Ileos, quomodò à cholica passione differat.

Colica passio à dolore renum differt.

Causa duplex.

aut propter apostemata renum, aut vesicæ. Si autem venerit propter intestina, hoc est propter vij. causas. Prima, scilicet apostema iliorum calidum, vel frigidum. Secunda causa, est hu. cal. imbibitus, Tertia causa, est humor inuiscatus. Quarta causa, est debilitas virtutis sensitiuę, intestinorum, & debilitas expulsiuæ. Quinta causa est ventositas grossa inclusa. Sexta causa, est fex indurata in intestinis. Septima causa, est vermes inuoluti in intestinis, & breuiter omne illud quod claudit, constringit, & oppilat intestina, si aliæ sint causæ ad istas possunt reduci. Causæ primitiuæ discernuntur indicio. Et causæ aliorum membrorum, discernuntur per dolores locorum, & per ea quæ egrediuntur à corpore. Signa autē apostematis sunt ista, sc. ca. dol. sitis, grauitas, & potissimè si apostema est ca. si apostema est frigidū, omnia sunt remissiora cum inflatione, & mollitie, & quia præcesserunt cibaria frigida & humida, sicut sunt lac, pisces, fructus & olera. Si fuerit ex fecibus induratis, est dolor grauis, & videtur sibi quòd scindantur intestina. *Signa.*

Si fuerit ex vētositate, mutatur dolor de loco ad locum, cum tortione & rugitu, & videtur sibi, quòd acus sint inclusæ in intestinis, & quòd intestina perforentur cum terebello. Si ex phlegmate inuiscato, est cum grauitate & frigiditate, & quia præcesserunt ea quæ multiplicant phlegma. Et ratione dol. aliquando est ibi calor, rubedo, & sitis, & homines iudicant quòd causa sit calida, & non est. Si fuerit ex ruptura, tunc præcessit casus & percussio. Si ex vermibus, dicentur signa in locis suis. Si ex debilitate sensus, tunc longæ ægritudines præcesserunt. Ista passio est horribilis ex eo quòd stercora mittuntur per superiora, & superueniunt accidentia detestabilia isti ægritudini, sicut est syncopis, spasmus, frigiditas extremitatum, desipientia, stercus fœti dū per superiora, fœtor totius corporis, & ista omnia sunt mortalia, & cum hoc est vomitus continuus. Et si accidentia minorentur, & medicina sumpta per os descendat per inferiora, bonum signum est. *Prognostic.*

Aut nos intendimus curare accidens, aut morbum: si accidens propter eius malitiam fomentemus locum cum aqua cal. & ponamus cuaporatoria facta de sale, milio, & chamomilla. Et inungatur cum axungia porci & gallinacea recentibus, opio & castoreo. Contra morbum procedamus sic. Si autem apostema sit *Curatio.*

calidũ,fiat in principio phlebotomia, deinde fiat talis decoctio.R.maluæ,bismaluæ,mercuria.viol. volubilis, endiuiæ ana.M.ij. florum borag.florum viol.ana ℔ ß.prunorũ 60.fiat decoctio vsq; ad ℔.j.& ß.& in medietate apponãtur olei viol.ʒ. iij.mel.ʒ.ß. cassiæsi. mundatæ,ʒ.ij. fiat clystere.Et cum clystere suam operationẽ fecerit, accipiatur alia medietas,& apponatur ibi olei amyg.dul.ʒ.ij.cassięsi. mundę ʒ j.& ß.& masti.diagridij ana ϑ ß.& istud detur per os.Et si videatur medico expedire,reiterentur.Deinde accipiantur herbæ prædictæ,cõterantur fortiter & pistentur cum oleo vio.& apponatur modica quantitas sandalorũ,& farinæ hordei, vt fiat repercussio, fiat emplastrũ supra locum doloroſum. Si autẽ sit apostema frigidũ,tunc accipiãtur herbæ prædictæ,& addantur ista.R.rutæ,origani, calamenti,hyssopi,radi.lilij ana.M.j.anisi,marathri, semi.rutæ ana ʒ.j.turbith.polypod. ana ʒ ij. fiant decoctiones ℔.j.& quart.j.& accipiatur medietas, & apponantur succi bletæ quart.j.salis gẽmæ.ʒ.ij.mell.ʒ.j.olei de ruta ʒ.ij. hieræpic. ʒ.j.fiat clystere. Et in alia medietate resoluatur hieræpic. ʒ.ß.& detur ad potandũ.Deinde accipiantur herbæ prędictæ,& addantur ista, scilicet chamomilla, fœnugræc. sem. lini,conterantur fortiter,postquã bullierint & ante similiter pistentur cum oleo de ruta,fiat emplastrũ, & extendatur supra ventrẽ. Si autẽ fuerit propter humo. inuiscatos, tunc detur sibi hieræpic.constantini, acuata cum aloẽ,mastiche,serapino,& castoreo.Si autẽ fuerit propter feces induratas,tunc fiat clystere & emplastrũ, & potatio quæ dicta est in apostemate cal.sed addatur in clysteri sapo mollis iudaicus dictus.Si fuerit propter cibaria styptica,detur cassia,& manna resoluta in vino. Si autẽ propter venena, tunc fiat vomitus cum aqua decoctionis turbith, & raphani,& oleo,deinde detur theriaca,& licet vomitus nõ conferat in ista passtamen ratione veneni est expediẽs. In iliaca igitur corpore mund.apponantur resolutiua cum chamomilla,anisso,ruta,vino,& similibus.Et si deficiat aliquid de curatione,suppleat capitulo sequẽti de colica passione.

Clystere.

Carminatiua.

Clarificatio.

Posset aliquis dubitare satis rationabiliter, vtrum stercora possint expelli per superiora : & videtur quòd non, quoniam multa sunt repugnantia. Primo ex ordine naturæ,quoniam natura ordinata & regulata expellit per inferiora,

Quæstio.

riora,& non per superiora. Secundum impedimentum est, quòd distantia magna est ab intestinis,vsque ad superiora. Tertium est anfractus & tortuositas intestinorum. Quartum est debilitas virtutis expulsiuæ,cum sint membra naturaliter debilia & panniculosa. Quintum est grossities secum,quæ cum difficultate ad superiora mouentur,& ideo ex istis 5. impedimentis non videtur possibile quòd stercora ascendant ad superiora. Oppositum dicunt autores,& oppositum patet ad sensum,quod est dignius omni ratione. Dicendum quòd possibile est,hoc enim negare non audemus,sed causa est magna valde, sicut est fortis oppilatio,aut apostema & similia. Cum enim intestina habeant virtutem expellendi, & motus expulsionis non possit ire versus inferiora,tunc mouetur versus superiora, sicut ista sunt quæ docet Gal. ad literam supra illum aphorismum, Quibuscunque ex stranguria ileos innascitur : & supra illum in ileos, vomitus, singultus, &c. Et cum arguitur quòd est difficile,non tamen est impossibile, cum virtus expulsiua excipiat expellere versus superiora.

Apho. 44 partic. 6.

Apho 10. partic. 7.

De Colica passione. CAP. XVIII.

Diffinitio

COlica est passio penultimi intestini, quod colon appellatur,cum difficultate exitus stercoris per inferiora, dolore magno & punctura. Circa istam materiã est intelligendum,quòd licet intestinum nõ sit nisi vnum continuũ, nihilominus secundum sui reuolutiones, replicationes, grossitiẽ & subtilitatẽ, diuersa nomina sortitur, ita quòd primum appellatur duodenũ. Secundũ ieiunum. Tertium longum,seu gracile,seu ileon,& ibi causatur iliaca passio. Quartum monoculum dicitur, sic quia non est foratũ nisi ex vna parte. Quintũ est colon & ibi causatur colica pass. de qua intendimus. Sextũ & vltimum, vocatur longanon.

Causa.

Huius autẽ passionis causæ sunt multæ, sicut dictum est capitulo de iliaca: tamen dicamus, causarum quædã sunt extrinsecæ,quædã intrinsecæ. Extrinsecæ sicut est nimius calor aëris desiccans feces resoluendo, quod est subtilius, & cum hoc nimia frigiditas aëris cõprimendo & constringendo, & secundũ hoc generatur aliquando in flatu venti borealis: causatur etiã ex nimio exercitio, labore nimio, coitu superfluo, ex fructibus stypticis, & ex omnibus cibis grossis & indigestibilibus, difficilis descẽsus, & accidit

ruptura corrugatione & relaxatione ſiphac,& ex ruptura, caſu inteſtinorum in burſam teſticulorum,& ſimilibus. Si autem venerit ex cauſis intrinſecis, tunc accidit ex mala cõplexione cal.& reſoluente partes ſubtiliores, aut ex mala cõplexione frigida comprimente, aut ex nimia ſiccitate corrugante,aut ex humiditate non de ſe, ſed ratione materiæ ibi inuiſcatæ.Accidit etiã ex humoribus calidis exiſtentibus in locis vicinis,aut imbibitis in ſubſtantia inteſtinorum, aut mixtis cum aliquo humore groſſo viſcoſo, & bene eſt rationabile quòd cholera in loco vicino inteſtinorum faciat frequentius ad retentionẽ quàm quando ſubſtantialiter eſt in inteſtinis,quia tũc pungit,mordicat, & ita ſeceſſum prouocat,fit etiã ex apoſtematibus,fecibus induratis & ex paſſionibus mẽbrorum vicinorũ,ſicut ſunt renes,veſica,& omnia alia quæ dicta ſunt ſuperius,cap.de iliaca,ſicut ſunt vermes,debilitas ſenſus, inteſtinorum, & alia conſimilia,ſicut eſt conceptus,ventoſitas,& ſimilia.

Signa. Aduentus colicæ ſignificatur ex retentione fecum,proſtratione appetitus,& appetitu aquæ frigidæ : cum autem adeſt dolor,torſio,punctura, & vrina tincta, tunc eſt colica:tingitur autem vrina ratione doloris, & quia cholera non mundificatur per inteſtina, & ideo reſudat ad vias vrinales. *Signa ſpecialia.* Signa autem ſpecialia habentur per res naturales, non naturales,& contra naturã , per iuuantia & lædentia, & per ea quæ egrediuntur à corpore:quia cum eſt à phlegmate,tunc quod egreditur eſt muccilaginoſum album : & ſi à melancholia,eſt nigrum,ſiccũ valde:& ſi fuerit ex debilitate ſenſitiuæ,tunc eſt tumor in ventre cum modico dolore : & ſi eſt ex apoſtemate calido , eſt cum pulſatione, & magnus dolor,ſitis & punctura,ſi fuerit apoſtema frigidũ, omnia ſunt remiſſiora,& non eſt pulſatio. Intelligendum, quòd frequenter decipitur medicus , iudicans paſſionem renum colicam,& econuerſo,ideo oportet ſubiicere ſigna diſtinctiua. *Signa diſtinctiua colicæ, à dolore renum.* Colica eſt cum maiori dolore , & punctura , & extendit ſe ſupra vmbilicum & ſub,verſus pectinem, & peritonæon,& in profundo corporis ſub vmbilico,& extẽdit ſe in dextrum & ſiniſtrũ,& occupat magnam partẽ vẽtris, & iuuatur ex clyſteri:paſſio autẽ renum non habet ita,ſed eſt dolor in parte poſteriori affixus,& permanens,in vrina apparent in principio quædã contenta piloſa , deinde arenoſa

nosa,& vrina tenuis & alleuiatur ex vomitu. Signa autem aliarum causarum habentur vel ex indicio, vel à materia aliorum morborum & suarum causarum, vel per ea quæ dicta sunt capitulo de iliaca. Intelligendum, ꝙ colica mutatur aliquando vel ex causa hydrop. arteticæ, epilepsiæ, maniæ, paralysis. Accidentia autem consueuerunt venire in colica, & cum apparent sunt mortalia, scilicet desipientia, spasmus, syncopis, frigiditas extremitatũ, sudor frigidus, vomitus continuus, omnimoda retentio fecum. Et si pustula nigra, sicut faba apparet supra ventrem, sequenti die morietur. Quia ægritudines dolorosæ sunt multũ periculosæ, ideo circa curationem huius morbi, multi canones sunt considerandi. Primus talis est, sicut si accidentia sint multum intensa. Primo mitigemus cum anodynis, & mitigatiuis resolutiuis, & finaliter cum narcoticis. Secũdus canon erit talis, quòd narcotica non apponantur, nisi in magna necessitate, & non administrentur in magna quãtitate, sint bene repressa, & modico tempore morentur. Tertius erit talis, nullo modo potet aquã frigidam, nec aliquã aquam quantum erit possibile. Quartus erit, quòd nõ satisfaciat sitiideo debet potare quanto minus erit possibile. Quintus erit, quòd si dolor fuerit ex mala cõplexione, ꝙ vtatur alteratiuis tã in cibis & potibus quàm in medicinalibus: si fuerit mala complexio, cum materia euacuetur iuxta formam hu. peccantis. Sextus canon erit talis, quòd à principio applicentur resolutiua & calefactoria debilia, & paulatim fiat ascensus ad fortiora. Et si dolor augmentaretur à calefactorio, statim dimittatur. Septimus erit talis, si ventositas fuerit sola, calefactoria applicentur, si fuerit cum materia, digeratur materia phlegmatica, & postea euacuetur. Si fuerit cum stercoribus duris, quòd mollificentur, & postea cum clysteri euacuentur. Deinde ad calefactoria & balnea reuertamur. Octauus erit talis, cum calefactoria applicamus, quòd regionẽ hepatis conseruemus, ne hepar ratione calefactorij dissoluatur. Nonus erit talis, cerebrum confortemus & cum oleo rosinungamus, ne propter ascẽsionẽ vaporum lædatur. Decimus erit talis, & est canon mirificæ considerationis in omni agibili, scilicet quanto minus poterimus medicinas laxatiuas exhibeamus. Visis vniuersalibus ad curam colicæ accedamus. Quidam curant

Prognostica.

Cura.

Quæ à toto sua substan

ria colicam curant.

colicam cum medicinis à tota ſpecie, ſicut eſt ſtercus lupinum. ſtercus enim lupinum quocunque modo ſumptum, curat colicam. Sicut enim ſtercus caninum valet in ſquinantia, ita lupinum in ilia, & colica. Diſtemperetur igitur ſtercus lupinum, cum bono vino exhibeatur, & miſceatur cum melle & ſumatur. Deinde gra. ſymptomatis, fomentetur cum aqua decoctionis maluæ, viol. nenuphar. coriand. hordei, papaueris al. foliorum ſalicis & cannæ, ſi cauſa fuerit ca. deinde fiat ſacellatio cum milio, & furfure, torrefactis ſine liquore. Si cauſa fuerit frigida, fomentetur cum aqua decoctionis chamomillæ, melilloti, antos, ſticados, aniſi, cimini, rutæ, poſtea fiat ſacellatio cum ſale toſto, vel cum aniſo, marathro, cimino, & ſimilibus. Si autem colica fuerit propter apoſtema cal. In primis phlebotomia de baſilica. Deinde ſi particularia conueniant, fiat phlebotomia de ſaphenis. Deinde fiat clyſtere ex malua, violis, branca vrſina, mercuriali, oleo viol. furfure, caſſiafi. & ſimilibus mollificatiuis, poſtea digeratur materia cum ſyrupo facto de endi. ſcar. lactuca, quatuor ſemi. frigidis, vino malorum gra. & zuccaro. Deinde purgetur cum prunis, caſſiafi. manna, tamarind. modico diagrydio, & maſtiche, vel fiat cum diaprunis, oxy. laxatiuo, trifera ſaracenica rheubarbarata, cathartico imperiali, electuario de ſucco roſ. vel ſimilibus acuatis cum diagrydio, maſtice, & hoc cum vno vel cum pluribus. Si fuerit ex mala complexione, alteretur cum iam dictis, & nutriatur cum pullis, lactu. cucurbi. aqua ordei, vino bene limphato, & ſimilibus. Si fuerit ex mala cõplexione cal. cum materia, fiat ſicut dictum eſt in apoſtemate ca. Si ex retentione ſecum, tunc fiat clyſtere prædictum, & ex iſtis herbis fiat emplaſtrum ſupra ventrem, & vtatur prunis, caſſiafi. & ſimilibus. Si fuerit apoſtema frigidum, fiat clyſtere prædictum, ſed addamus ſuccum bletę, chamomillam, vel oleum amygd. dul. aniſum, marathrum, ſe. rutæ. hierampic. Deinde digeratur materia per hunc modum. R. radic. fœniculi, petroſil. bruſci, aſparagi, apij. ana M. j. conquaſſentur & temperentur in aceto.

Fomẽtum.

Vena ſectio.

Deinde R. calamenti, origani, ruthæ ana ℥. ij. aniſi, marathri, ſe. rutæ ana ℥. j. mell. ℔. j. & ß. & abiiciatur acetum.

Purgatio.

Poſtea purgetur ſic, R. florum borag. florũ viol. vtriuſq; ſtœcados, liqui. mundæ, vuarum paſſ. mundatarum ab arilis,

is, polyp. ana ℥.i. fiat decoctio, & in decoctione resoluatur turbith ʒ.ß. coletur & exhibeatur. vel purgetur cum benedicta, & theodoricon, emperistón, acuatis cum aloë, mastic. turbith, & zinzib. si fuerit delicatus, decoquatur gallus antiquus cum polypod. aniso, turbith, folliculis senæ. Et post ea detur brodium eius, sed in principio ponatur tãta aqua, quòd sufficiat toti decoctioni, & decoquatur vsque ad ossium separationem. Si fuerit ex mala complexione frigida, vtatur alterantibus prædictis, & vtatur pullis assis, columbis, vino forti, & similibus, & si fuerit mala complexio frigida cum materia, fiat sicut dictum est in apostemate frigido, in pane & cibis, ponatur turbith, & etiam in vino. Si fuerit ex ventositate, fiat clystere dictum in apostemate frigido, & sacelletur cum pane, milio, furfure, semi. rutæ, aniso, cimino, calamento, & similibus, vitetur mentha, quoniã inflat. Accipiat de cibo quanto minus poterit, & vinum sit purum, vitet balneum vbi sit chamomilla, ruta, anthos.

Si fuerit cum retentione secum, fiat clystere prædictum in apostemate frigido. Et si ex debilitate intestinorum & paralysi, vtatur diamenta, diatrionpipereon, diagalanga, dianthos cum musco, pliris cum musco, diambræ, diamargariton, dianisoñ. Item vtatur theriaca, mithridato.

Balnei vsus.

Notandum quòd in balneis debet esse cautela, quòd non sedeat in aqua, nisi vsque ad diaphragma, & custodiamus cerebrum, cor, & membra principalia, vt dictum est. Balnea autem naturalia sunt valde bona, & si non habeantur, fiant per artificium cum betonica, germandria, calamento, origano, maiorana, & sulphure. Si autem colica fuerit propter suppurtam aut vermes, hoc dicetur in locis suis. Si propter causas primitiuas, aut propter alias causas, non ad vnguem executas, reducantur ad temperamentum per contrarium, & ita fiet curatio.

Clarificatio. Balneum aquæ dulcis in colica vtilitas.

Notandum quòd baln. aquæ dulc. in magno dolore plus competit quàm balneum aquæ salsæ, quoniam aqua salsa mordicat, pungit, & ita augmentat dolorem, aqua autem dulc. non, licet aqua salsa magis consumat ventum, nihilominus cum dulci apponitur chamomilla, anthos, & similia: quare, & cætera. Secundo intelligendum quòd colica passio bene potest causari ex lapide in intestinis, sed hoc est de rarò contingentibus, ideo authores non faciunt

faciunt mentionem quòd rarò ibidem generãtur, propter latitudinem meatuum, & quia calor est debilis, cum sint membra panniculosa, ideo non indurat materiam, vt inde lapis generetur. In renibus autem, vesica & pulmone, frequentius generantur, in renibus & vesica propter strictu-ram meatuum, & quia superfluitates incurrunt ad illum locum, & quia ratione ætatis in vesica potest esse calor fortis. In pulmone autem materia est multa. & licet meatus sint lati, tamen calor est fortis, quare potest lapis generari: in intestinis autem rarò, propter causas dictas: aliquando tamen est possibile, & quia materia est multum viscosa, & ratione alicuius particularis, calor potest esse fortis, calor autem fortis agens in materiam viscosam, resoluit quod est subtilius, & reliquum indurat, & ita generat lapidem. lapis igitur causatus in intestinis, potest esse causa colicæ passionis, sed hoc est de rarò contingentibus. Tertio notandum, ꝙ medicina laxatiua licet laxet, per accidens tamen potest replere, & ita colicam inducere, scilicet quãdo corpus est multum plethoricum, & virtus expulsiua debilis, & medicina laxatiua habet virtutẽ attrahendi, licet igitur inaniat, replere tamen potest per accidens. Quarto intelligendum, ꝙ licet colica & iliaca sint passmateriales & repletionales, nihilominus possunt causari à mala complexione sine materia in qua illa mala complexio fundatur, & iste est modus, quia mala cõplexio cal. indurat subtilius exhalando, frigidum constringendo, siccũ indurando, corrugando, & humidum oppilando, & ita mala complexio sine materia vel quasi sine materia, potest colicam & iliacã inducere, vt dictum est in sententia. Quinto aduertendum quòd colica frequentius generatur ex phlegmate quàm ex cho. & quia magis aduenit, & quia frigidus, & licet cho. mittatur naturaliter ad intestina, & phlegma nõ mittatur, nihilominus non mittitur cho. ad intestina, vt ibidem maneat, sed vt feces stimulet & expellat: ideo cho. vnà cum fecibus expellitur: & licet phlegma mittatur ad iuncturas, non tamẽ mittitur vt abeat & recedat, sed quòd remaneat & lubricando iuuamentum afferat, & ita non est simile de phlegmate in iuncturis & de chol. in intestinis, ad aliam enim & aliam intentionem mittuntur à natura. Sexto notandum, quoniam licet colica causetur ex hu. frigidis, & vrina

Medicamẽ tenuium vtrũ conuenit.

Nota de vri na colicorũ.

vrina deberet esse remissa, nihilominus tingitur ratione doloris, vt dictum est: quoniam aliis ex modis tingitur, & ratione accidentis, oppilationis, & debilitatis virtutis, & ideo in istis pass. frequēter decipitur medicus credens propter tincturam vrinę quòd materia sit cal. cum non sit, quare &c. Septimo intelligendum, quòd vomitus est malum signum semper in colica, quia significat quòd pars inferior est oppilata, & ita stercora nō possunt exire per inferiora: timendum est igitur quòd expellātur per superiora, & hoc esset pessimum & mortale, licet igitur vomitus non competat in colica, nihilominus vomitus humoralis bene cōpetit in pas. renum, cum materiam expellat ad partem oppositam, vt dictū est in sentētia. Octauo intelligendū, quòd si colica fuerit ex causa calida & corpus fuerit plethoricū, quòd bene potest competere phlebotomia aliis particularibus concurrentibus. Vltimo intelligendum, quòd in ilica & colica, cum sunt de causa calida cholerica, bene possunt competere narcotica modo debito administrata, nec nocent in isto casu, imò directè videntur competere & ratione morbi, & ratione accidentium, &c.

Vomitus in colica quare pernicio-sus.

Vena sectio.

Vsus narcoticorū quādo.

De melancholia mirachia. CAP. XIX.

MIrachia est passio hypochondriaca cum terribilitate accidentium. Intelligendū est, quòd mirach est quidam panniculus circa intestina, sicut siphac est aliter, ita ꝙ panniculo mirach accidunt morbi consimiles, officiales, & communes, & quia membrum est multum sensibile, ideo sequuntur multa accidētia, & pas. multæ, quoniam ex hoc aliquando hypochondria eleuantur, aliquando deprimuntur, aliquādo venit vel sequitur epilepsia, aliquādo mania, de qua dictum est quòd appellabatur mania mirachia, aliquādo syncopis, aliquando hydropisis, propter dolorem, torsionem, & punctura hypocondriorum, & ideo apellatur pas. hypocondriaca: sed mirachia à mirach dicta, cholerica autem pas. appellatur dolor hypochondriorum cum punctura, mordicatione & expulsione materiæ per superiora & inferiora, cum maximo dolore & inquietudine, sicut dictum est. De causis autem, signis & curis satis dictum est superius cap. de tortura intestinorū, & capitulo de ilica, & cap. de fluxu ventris, & ideo supersedeo. Sed Dei gratia dictum est quod dictum est. Intelligendum tamen circa

Hypochondriaca, & flatuosa melancholia dicitur.

ca

ca iſtam materiam, quòd mirac h eſt pinguedo zirboſa tenuis ad modū retis immediatè inuoluens inteſtina, deinde venit alia pellicula quæ magis approximatur cuti, & appellatur ſiphac, & hoc etiam dictum eſt in rubrica, & dicetur cap. de hydropiſi.

De vermibus. CAP. XX.

Cauſa. VErmes, ſerpētes & ſcarabei generantur ex putredine in corpore humano, ſicut generantur extrà in mundo vermes, muſcæ & ſimilia. Cauſa remota vermiū eſt omne illud quod generat humo. crud. ſicut eſt repletio nauſeatiua, coitus poſt repletionem, multiplicatio fructuum, & frumenti cocti, & ita de aliis quæ generant humorē crudum, phlegmaticum, quoniam ex ſanguine non generātur vermes, quia corpus eo indiget, nec ex cho. quia nullum animal nutritur, nec generatur ex cho. ſecundum Gal. 4. de ſimplici medic. nec ex melancholia, quia remota eſt à principiis vitæ. Reſtat igitur q̄ generentur ex phlegmate, cum teneat diſpoſitionem mediam inter hu. cum igitur putrefit phlegma in inteſtinis, tūc illa materia ſuſcipit ſpiritū vitę, & generantur inde vermes & ſimilia, & generantur diuerſi ſecundum diuerſitatem putrefactionis & particulæ patientis. Et ideo quando putrefit materia phlegmatica in inteſtinis ſuperioribus, tunc generātur ibi vermes longi & rotundi, qui appellantur lūbrici. Et ſi putrefiat in lōganone, generantur quidā vermes parui rotundi, ſicut ſunt vermes qui inueniuntur in caſeo, parui enim ſunt, quia diu ibi manere non poſſunt, & ſi morentur magnificantur, & ſunt mali valde. Si autē materia putrefiat in inteſtinis mediis, tunc generantur vermes curti & lati, qui appellantur aſcarides ſeu cucurbitini, & idem eſt. Quædā ſunt ſigna vermiū quæ ſumuntur à ſomno, & quædā à vigiliis, à ſomno, quoniam garriunt in ſomno, patiuntur ſtridorem dentium, & maſticant, ſicut ſi haberent cibum in ore, habent ſomnia terribilia, & excitantur terribiliter, cum inquietudine & ira. Si in vigiliis, tunc patiuntur pruritum in naribus, & aliqui eructuationem, dolorem, clamorem, remiſſionē ſaliuæ, & egre ditur lingua, deſiccatur os de die plus quàm de nocte, & efficiuntur amentes, ſed feſtucas nō colligunt, nec magnū dolorem in capite patiuntur: eiiciuntur aliquando vermes per nares, per os & per inferiora, immo dicitur quòd aliquand

Vermiū generatio & figura varia.

Lumbrici.

Vermes rotundi.

Aſcarides.

Signa.

Nota.

quando perforant inteſtina & exeunt extra, & eſt ſtupor au dire, ſi verum eſt quòd conſueuerunt ſequi terribilia accidentia, ſicut eſt mania, epilepſia, caninus appetitus, boliſmus, ſyncopis, iliaca paſſ. colica, & etiam epilepſia paſſio, & ſunt vt plurimũ cum conſtipatione ventris, & illi qui ſunt inferius pungunt & mordicant, & quaſi quendam pruritũ continuum, ſicut ſi formicæ multæ eſſent in ano. Si ſint in inteſtinis ſuperioribus, aſcendit dol. ad ſtomachum, & ita de mediis cauſatur dolor in medio loco. Vermes in febribus quantũ eſt de natura ſui, ſemper malum ſignũ, & quia ſignificant læſionem partis, & corruptionem materiæ peccantis, & quia ſunt ex toto genere præter naturã, ideo nullo modo poſſunt eſſe bonum, nec per ſe, nec per accidens, inquantum vermes, comparatiuè tamen poſſumus loqui de vermibus ſic: vermes in febribus aut ſunt in principio, aut in medio, aut in fine. Si in principio, aut ſunt viui, aut mortui: ſi viui, malum ſignum eſt: ſignificatur enim quòd febr. eſt peſtilẽtialis, ideo fugiũt magnam corruptionem. Si mortui, bonum ſignum eſt, quia ſignificatur quòd fit ex mundificatione. In principio enim non videtur quòd malitia ſit tanta, quòd poſſint eſſe magni rationem malitiæ morbi. Si autem in fine appareant & ſint viui, bonum eſt, quoniam tunc veniunt ratione mundificationis, & ita videtur dicere Auic. Si autem ſint mortui, malum eſt, quoniam ex malitia materiæ videtur eſſe. Si autem appareãt in medio morbi, ſemper eſt malũ, ſiue ſint viui, ſiue mortui: ſe. enim concomitans vermes ſemper malum, pro tanto, quia conſumit nutrimentum vermibus. Secundo eſt malum, quia augmentant putredinem ex qua generantur vermes. Tertio malum eſt, quoniam inflammãtur & calefiunt vermes & ita anguſtiantur, & magis mouentur, & ita paucis magis molẽſtantur, generantur igitur frequentius in pueris guloſis, & circa aurumnum, & breuiter in omni eo, in quo materia cruda multiplicatur. In primis rectificetur diæta & totum regimen, vt phlegma non multiplicetur in corpore. Deinde digeratur materia cum oxymel. diuret. Et purgetur materia cum hierapic. acuata cum agarico, & pulpa colocynt. Deinde ſi materia cõtinetur in inteſtinis ſuperioribus, dentur potiones per os, ſi in inferioribus, fiant ſuppoſitoria & clyſteria, ſi in mediis, fiat vtrunque. Vermes autem

Prognoſtica.

Curatio.

Dieta.

Lumbricos euacuandi ratio.

autem interficiuntur per hunc modum, detur lac ad potandū duobus diebus vel tribus: & pòst in illa hora detur acetum vel aliquod amarum mixtum cum lacte, sicut aloë, vel mel cum aloë, & velociter interficiuntur, vel detur semen centaureæ. Ecce quod fit modo communiter de nouo, detur semen zedoariæ tritum ad potandum cum brodio vel cum vino, & proculdubio interficit omnes. Si autē magis particulariter volumus procedere, procedamus sic. Vermes enim aut sunt cū feb. aut sine feb. Si sine feb. tunc proculdubio amara interficiunt. Ista igitur sunt materialia, enula, persicaria, mentastrum, ruta, aloë. folia persici, & cortex eius, absinthium, fella, lupinus, amygd. amara, nucleus persici, costus amarus, centaurea, & multa consimilia. Accipiantur igitur aliqua ex istis, fiat potio, & aliqua per os, & accipiatur aliqua portio, & fiat clystere, & ex istis potest fieri emplastrum & desuper apponi, quolibet istorū trium modorum possunt interfici vermes. Pro vermibus autem minutis, qui sunt in longanone, fiat suppositoriū de sale gemma, vel de lardone, & quòd stet ibi aliquibus horis, & postea ꝙ extrahatur subito, & lardū inuenietur plenum de illis vermiculis. Aqua salsa potata interficit vermes, cum autem mortui sunt & natera non euacuat, extrahantur & euacuentur. Aliter illud cadauer magna induceret nocumenta. Illa autem quæ euacuant & interficiunt sunt ista, scilicet, aloë, succus ireos, succus cucumeris asinini, agaricus, turbith, pulpa colocyn. carthamus, quod est se. croci hortensis, superiores autē euacuantur per ea quæ sumūtur per superiora, & inferiores per clysteria facta ex his dictis, medij vtroq; modo, hiera pic. & theriaca interficiūt vermes, sapo mollis si proiiciatur per clystere, vel si apponatur supra vmbilicū interficit vermes. Vtantur pullis columbarū, & vtantur in brodiis & salsamentis, pipere, gariofi. zedoaria, galanga: vitet atriplices, fructus, caseum recentē, & omnia quæ generant materiā crudam phlegmaticam, vt dictum est. Si autē vermes sint cum feb. tunc ista calida essent multū nociua. tūc igitur detur syrupus acetosus, mala granata, purgetur cum electuario de succo rosa trifera saracenica, & hierapic. emplastretur cū succo lactucæ, vermiculari, farina hordei, aceto, & vtatur brodio cauliū, cicerum, lentiū & aqua hordei, vtatur coriandro in salsamentis, & fiant clysteria de car

Curatio vermium cum febre.

carthamo,& alchitran,quod est pix liquida,semen centoni cæ,vel semen zedoariæ,vt dictum est,interficit omnes vermes. Similiter interficiuntur omnes serpentes si ingrediantur corpus humanum, aut si ibidem generentur per modũ dictum. Intelligendum,quòd vermes generantur suo modo,sicut generãtur lapides in renibus, & vesica, quoniam materia est grossa &viscosa in renibus,& vesica,& calor est fortis generans lapidem,quoniam calor fortis intendit digerere,& ita exhalat subtile & remanet quod est grossius, & ita materia petrificatur, quoniam ex inobedientia materiæ ad plenum digeri non potest,nisi sicut dictum est,& ita accidit naturæ per accidens lapides generare. Si autem virtus esset debilis, nunquam generaret, ita est de vermibus, quoniam quando materia est grossa,cruda, crapulosa,& calor fortis,tunc intendit digerere & assimilare quantum est possibile,& non potest propter ineptitudinem materiæ : & quia materia recipit quandam digestionem & acquirit caliditatem,& humiditatem,ideo materia suscipit spiritũ vitæ,& ita facit natura quod est sibi possibile. Quare ex hac materia suo modo putrefacta & ebullita generantur vermes, & ita suo modo pediculi,serpentes,scarabæi,& multa consimilia,& generantur intra corpus humanum : ita non venit putredo ex parte agentis,sed ex parte materiæ, & licet sit virtus fortis in se,non tamen in tantum per comparationem ad materiam,quòd ipsam vincere possit. Secundo notandum,quòd postquam sumpta sunt amara propter vermes,corpus conturbatur propter duo,quoniam vermes mouentur & agitantur cum non possint sustinere fortitudinem amarorum,Secundo quoniam amata interficiũt vermes & putrefiunt vermes , & inde generatur cadauer, ita sunt venenosi,quòd conturbant corpus, amara igitur conturbant,& hoc est per accidens. Tertio notandum, quòd vermes magis generantur in iuuentute quàm in senectute. Primo propter malum regimen,quod communiter est magis in iuuenibus,quàm in senibus, & ita hu. crudi generantur qui sunt materia vermium,& cum hoc calor fortior est qui est causa efficiens,licet in senibus materia inueniatur, non tamen est causa efficiens. Quarto notandum, ꝙ vermes plus generantur in autumno,quoniam ibi sunt plures fructus, & tempus est magis inordinatũ , digestio peior, &

Clarificatio.

Generatio vermium.

Vermibus qui magis obnoxij.

Vermiũ generatio a tẽpore anni.

hu. crudi plures, propter debilitatem caloris, & ita plures vermes generantur, licet tempus sit frigidum & siccum, & ver accedat ad calidum & humidum, quoniam causæ quæ occurrunt magis excedunt. Quinto notandum, quòd vermes non generantur in qualibet concauitate corporis, sed in stomacho & intestinis, quia ibi abundat plus materia phlegmatica & calor remissus, in pectore autem & in venis non sic, quare, &c. Et si alibi generentur, hoc est de rarò cõtingentibus. Sexto intelligendum, quoniam licet vermes generentur à calore innaturali, cum sint præter naturã, vermibus tamen est naturalis. Septimo notandum, quòd vermes qui sunt circa longanonem, inducunt stridorem dentium, stuporem & abominationem, quia lacertus ani qui claudit & aperit, habet colligantiam cum cerebro & stomacho: sed vermes superiores inducunt appetitum cum sugant, & cibum consumant, quĩ ad totum corpus delegari debet. Vltimo notandum, quòd amara competunt, non vt nutriant, sed vt vermes interficiant, quia nullum animal nec nutritur, nec generatur ex amaris, secundum doctrinam Gal. 4. de simplici medicina, & aliquando ex vermibus generatur febr. propter approximationem ad cor.

De passionibus ani continens Rubricas IX.

CAPVT XXI.

De hæmorrhoidibus. *Rubrica* 1.

PAssiones ani quantum est de præsenti, sunt x. sicut hæmorrhoi. apostema, condylomata, cicatrices, ficus, rhagadiæ, paralysis, fistula, exitus ani, pruritus. Sed primo agamus de hæmorrhoid. Hemorrhoid. est fluxus sang. per venas quæ sunt in ano. Intelligendum, quòd à vena chyli procedunt quinque venæ, quæ multiplicantur ad circulum ani, quæ replentur aliquando sang. melancholico, & aperiuntur venæ quæ fluunt, & talis fluxus appellatur fluxus hæmorrhoi. & quando fluxus est temperatus, facit multa iuuamenta, & præseruat à multis ægritudinibus melancholicis adustis, & corruptis, sicut est mania, melancholia, pleuresis, lepra, morphea, hydropisis, phthisis, malum mortuum, quartana, passio splenis, & ita de omnibus aliis consimilibus. Et sicut præseruant ab istis cum temperatè fluũt, ita cum consueuerunt fluere, & omnino cessant, omnes prædictæ

prædictæ ægritudines generantur. Similiter si fluant vltra temperamentum, tunc sunt causæ hydropisis & phthisis. In illis igitur in quibus hu. melancholici multiplicantur, temperatus vsus earum cõfert, temperatus autem vsus appellatur cum sentiunt se alleuiatos & melius comedentes, & cum sentiunt se grauiores cum malitia appetitus & cum fœdo colore, tunc iam superfluit fluxus, quare statim constringendæ sunt. Quædam sunt extrinsecæ & quædam intrinsecæ. Extrinsecæ, sicut est acceptio medicinæ laxatiuæ, acutæ, pungitiuæ, & similia. Si intrinsecæ, sicut sunt hu. adusti qui multiplicati ad inferiora, rumpunt venas & faciunt fluxum. Et secundum diuersitatem hum. peccantis, diuersæ species hæmorrhoid. inueniuntur. Quædam enim fiunt de sanguine, & vocantur vuæ, & quædam fiunt de sang. & chole. & vocantur morales, sicut morum cum incipit rubificari, & quædam vocantur verrucales, & illæ sunt de melancholia, & quædam sunt de phlegmate, licet rarò, & tales sunt sicut vesicæ alb. *Causa.*

Si hæmorrhoid. sunt ex hum. frigidis, tunc sentitur conturbatio, dolor, & grauitas in ventre: & si ex hum. ca. sentitur punctura, & mordicatio circa anum, sicut si pateretur teneſmon. Et consueuerunt ista accidentia sequi, discoloratio faciei, & grauitas coxarum, & hoc dico quando fluũt vltra temperamentum, est vtile habere signa, quoniam frequenter accidit, quòd aliquis credit habere hæmorrhoides, & non habet, sed erit tenasmon, aut rhagadiæ, & similia, & aliquando non credit habere & habet, & hoc non credit, quia nullus tumor apparet extrà, sed sunt intus infra anum. Confert etiam scire, propter hu. peccantem, vt sciamus per quem modum euacuare debemus. Hippo. docuit nos prognosticare, quoniam postquam consueuerunt fluere, si omnes subito restringantur, magnum periculum est, quoniam pessimę ægritudines generantur, potissimè si fluxus esset antiquus, vna igitur remaneat aperta. Secundo debemus prognosticare, quòd omnes vniuersaliter sunt difficilis curationis, & quia pars illa est enormis & rugosa, & non potest perscrutari causa sicut decet, nisi fi at per restauratores, & illi vt plurimum sunt ignorantes. Secũdo est difficilis curationis, quia illa pars multum sensibilis. Tertio, quia est callis & semita multarum superfluitatũ & quasi *Signa.* *Prognostic. Apho. 12 particul. 6.*

continuarum. Quarto, quoniam est membrum frigidum & non habet virtutem fortem. Quinto, quia in decliuiori est parte corporis. Sexto, quia verecundantur communiter detegere, & si detegant, nō sunt obedientes, ita de aliis causis conformibus. Tertio, possumus prognosticare, ꝙ si in retentione hæmorrhoid. superueniat fluxus sang. narium, aut fluxus menstruorum, bonum est, & maximum iuuamentum consequuntur. *Curatio.* Circa regimen hęmorrhoidum tria sunt necessaria. Primo, scilicet, quòd si nimis fluant, restringantur. Secundo, quòd si præter solitum restringātur, aperiantur. Tertio, scilicet quòd ad ista consueuit magnus dolor sequi, oportet quòd mitigetur & blandiatur. De primo procedamus sic, si hæmorrhoid. fluant nimis, quod designatur per ea quæ dicta sunt, si particularia conueniāt, fiat primo phlebotomia de hepatica, deinde mundificetur corpus secundum exigentiam hum. peccantis. Si igitur sanguis dominetur, mundificetur corpus cum cassia fi. & thamarindis. Et si chol. cum myrob. citri. Si melancholia, cum indis: si phlegma, cum chebulis, & ista omnia parentur sicut oportet. Deinde ponatur vētosa cum scarificatione inter spatulas, postea ponantur emplastra restrictiua, seu vnguenta supra anum. R. acaciæ, mastic. thuris, sang. draco. telæ araneæ, pilorum leporis minutissimè inciforum, glutinis piscium, glutinis carpentariorum, gallarum, sumach, myrtillorum, ana ʒ.i. fiat emplastrum, aut vnguentum & desuper apponatur. Et si apertio fuerit intra anum, fiat stuellus, intringatur, & intrommittatur, tamē debet esse cautela quòd si nimis fluxerint, quòd vna dimittatur aperta, & hoc potest fieri, pistētur ficus cum aloë, & desuper illam quam volumus apponamus, vel aliud consimile aperitiuum, vtatur isto electuario. R. triasand. diacodion, carnium citoniorum conditorum, cum zuccar. sine speciebus, ana ʒ.4. misceantur. Item emplastretur locus cum micleta, & athanasia, vel vtatur ista potione. R. ossa myrobal. & assentur, gūmi arab. mastic. ros. ana ʒ.ij. anisi, cimini, assorum, ligni al. gariofil. epithy, ana ʒ.j. conficiantur cum syr. myrtino, fiant trochisci, & exhibeantur cum aqua plu. Et si causa fluxus esset frigiditas, ventositas, & similia, addamus cinamomum, galangam, zinzib. arist. ana ʒ.j. & ß. Si autem hæmorrh. restrictę fuerint præter solitum, & fluxus pręcesserat antiquus, tunc aperien

aperiendæ sunt, quia nouum fluxum restrictum non oportet aperire. Tunc igitur in primis fiat phleboromia de saphena. Deinde mundificetur corpus. Si causa est cal. cum trifera saracenica reubarbarata. Si causa est frigida, cũ benedicta, & theodoricon, emperiston, deinde fomententur & sedeat in aqua vbi ista fuerint decocta, scilicet prassium, origanum, calamentum, porri, bletæ, abrotanum, & similia: deinde inungatur cum oleo amygdalarum amararum, vel cum aliquo felle, vel cum lacte ficus, vel fiat emplastrum de stercore columbino, nucleis persicorum, galbano, bdellio, staphi. aspalato, medulla cerui, succo tithymalli, pulpa colocyn. sale nitro, centaurea maiori, alumine zuccarino, vel fiat vnguentum. Et si fuerint interpositæ, fiat stuellus, illiniatur & intromittatur. Si ista non valeant, aperiátur cum sanguisugis, vel cum phlebotomia. Si hæmorrhois esset magnificata, posset remoueri cum nouacula, vel cum aliqua medicina causticc. sicut est calx viua, atramentum, vitriolum, auripigmentum, vel scindatur paulatinè cum pilo caudæ equinæ, vel abluantur frequenter cum aqua decoctionis istorum. Recipe porros, caules, frumentum, alumen, calcem viuam, bulliant in aqua, & fomentetur frequẽter locus, & proculdubio faciet ipsas cadere. Vltimo cauterizentur cum ferro ca. & tunc restauratoribus relinquamus. Si autem dolor sit magnus, mitigetur sic. sedeat in aqua chamomillæ, meliloti, rosarum, coriand. summitatum papaueris. Deinde inungatur cum oleo sisamino, oleo amygdalarum dulciũ & cum medulla cerui, & viculi, sepo hirci no recentium, & cũ pinguedine anatis, & gallinę. Istud etiã sedat dolorem hæmorrh. R. cæpam, & coquatur inter prunas, postea pistetur cum sepo hircino re. fiat emplastrum, & desuper apponatur. Et dicitur, quòd apium hæmorrhoidibus multum valet, hæc autem species habet radicem rotundam compressam ad modũ lilij, & ex medio inferioris partis exit vnica radix. Si autem dolor sit in intestinis, potetur muccilago psyllij cũ syrupo rosaceo, & ex istis eisdem cum oleo rosaceo albumine oui, dragaganto, & cum gummi arabi. fiat emplastrũ. Et est intelligendum, quòd priusquam ista localia remedia applicentur, corpus debet primò mundificari cum phlebotomia, & pharmacia. Aliter mitigatiua parum valent. Item radix lilij decocta, & pistata

Fomẽtum.

Doloris mitigatiua.

cum oleo myrtino, desuper appositæ multum valet. Lana succida cum oleo rosaceo superposita multum valet. Similiter diachylon desuper appositum, multum valet cum modico opio, & croco, se dat enim dol. hæmorrhoid.

De apostemate ani. *Rubrica* II.

IN primis mundificetur corpus, purgetur, diæta & regimen exhibeatur secundum diuersitatem particularium, hoc facto, fiat tale remedium, Decoquantur lentes & terantur cum rosis, foliis solatri, & oleo ros. fiat emplastrum. Deinde fiat istud. R. summitates papaueris al. & hyoscyami, portu. vitellum oui, micam panis, & oleum ros. fiat emplastrum. Si materia est frigida, apponantur ista, scilicet se. lini, fœnigræ. gummi arabi. folia caulium, oleum de chamomilla, & similia. Et est hic intelligendum, quòd apostemata ani ante tempus debent rumpi, aperiri, & mundificari ne profundentur, quia timendum est de fistula.

De condylomatibus, & attricibus. *Rubrica* III.

COndylomata & attrices sunt quædam excrescentiæ circa anum panniculosæ, molles, rugatæ, & quando sunt plenæ, & inflatæ appellantur condylomata, & quando sunt vacuæ, appellantur attrices, quare curationem restauratoribus relinquo.

De ficu ani. *Rubrica* IIII.

FIcus sunt quædam excrescentiæ ad modum ficus habentes quædam granula alba minuta ab intus, quorum curationẽ restauratoribus derelinquo. Ista enim possunt curari, sicut dictum est de abstisione hæmorroidum.

De rhagadiis ani. *Rubrica* V.

RHagadiæ sunt apertiones venarũ, quę sunt in ano dolorosæ sine tumore, & per hoc differunt ab hæmorrhoidibus, quia apertio hæmorrhoid. est cum tumore: per rhagadias ergo possumus intelligere vlcera, fissuras & consimiles solutiones continuitatis dolorosas, & hoc dicitur, quia curatio istorum potest esse vna. Causæ autem istarum sunt sex, dura, sicca scindens illas partes, aut apostema calo aut fluxus hæmorrhoid. aut quilibet fluxus acutus, aut alio quod extrinsecum scindens, rumpens, & similia. In curatione talium oportet supponere, quòd corpus sit mundificatum, & quòd passio sit in bono regimine. Deinde ad particularia veniamus causis omnibus remotis. Si autem huiusmodi

Causæ. *Curatio.* *Vnguentũ.*

iusmodi vlcera fuerint humida, aquosa, virulenta, quasi sanioſa, tunc fiat tale vnguentum. R. lithargy. ℥.ß. cathimiæ auri, & argenti, ceruſæ lotæ, aloës lotæ, masti. thuris, ſarcocollæ, ostracorum, gallarum, pſidiæ, balaustiæ, mumiæ, bolli armeni. ana ℥.j. puluerizentur & conficiantur, cum oleo rosaceo fiat vnguentum, & locus quotidie bis, aut ter inungatur, & abluatur cum vino puro calido & modico mellis, desiccetur, & postea vnguentum apponatur. Si autem istæ fissuræ fuerint factæ ex nimia siccitate, fiat tale vnguentū. R. medull. cerui, vituli, medullæ, quæ est in maxilla porci, axungiæ gallinaceæ, & anatis, butyri sine sale, olei siſami, olei amygdalarum dulcium, olei myrti, olei de papauere. ana ℥.ij. aloës, litharg. cathimiæ lotæ, dragaganti ana ℥.j. ceræ no. quantum sufficit, fiat vnguentum, & potest addi farina volatilis molendini.

De Paralysi ani. *Rubrica* VI.

PAralysis ani, dicitur exitus ani, seu egestionum inuoluntariè. Causæ autem quædam sunt extrinsecæ, quædam intrinsecæ. Extrinsecæ, sicut est sessio supra lapidem frigidum, aut in aqua frigida, aut casus, aut percussio supra spinam dorsi, aut incisio lacertorum, & neruorum, tunc venit subito, & est incurabilis, vnde aliquando hæmorrhoid. incautè scinduntur, aliquando etiam venit propter vnguẽta frigida & similia. Si propter causas intrinsecas, tunc venit vt plurimum propter malam complexionem frigidam, & hum. sicut est hum. phlegmaticus, frigidus, grossus, viscosus, imbibitus in lacertis longanonis. Et aliquando est propter humiditatem imbibitam propter calorem, tunc est ibi punctura, mordicatio & arsurā. Si autem causa fuerit frigida, sedeat in aqua vbi sit menta, saluia, calamentum, costus, absinthium, sauina, squinantū, & postea inungatur cum oleo de nuce cypressi, foliis eius, spica nar. costo, & euphorbio. Et modo fiat vnguentum, modo aliud, & ista continuentur corpore mundificato donec perfectè sit curatus. Si autem talis paralysis fuerit cum calore, sedeat in aquis, vbi fuerint ro. pſidia, balaustia, myrtilli, & acetū, postea inungatur cum oleo ros. & myrtino, possunt apponi aliqua cal. sicut est costus, & si esset ibi tensio, apponantur adipes ad mollificandum, in fine autē sedeant in aquis salsis, vt materia euaporet, &c.

Causa.

Cura.

De exitu longanonis. *Rubrica* VII.

LOnganon egreditur aliquando propter apostemata, tunc prius curentur illa: aliquando egreditur propter nimiam compressionem, aliquando propter quandam mollificationem, sicut in pueris, & propter alias causas consimiles, quandoque egreditur, & reuertitur, tunc facilius curatur. *Cura.* In exitu igitur longanonis, sedeat, vt dictum est, in aqua vbi sit coctus, cortices fabarum, hypocistis, psidia, balaustia, nux cypressi, euphorbium, pulpa colocynth. Vel bulliant ista in vino pontico, & sedeat ibi, deinde inungatur intestinum cum oleo laurino, & superaspergatur iste pul. R. myrrhæ, mumiæ, nucis cypressi, masticis, thu. gallarum, sumac. an. & fiat pul. & intromittatur. *Fomētum.* Et quotiescūq; exiuerit, fomentetur primo, deinde inungatur, & puluere aspergatur, & deinde intromittatur, comedat mollificatiua, & lenitiua ne cogatur comprimere anum, *Suffumigium.* suffumigatio cum spolio serpentis valet, non solum in exitu ani, sed etiam in exitu matricis. Similiter valet suffumigatio facta cum bdellio, capparis etiam valet.

De pruritu ani. *Rubrica* VIII.

QVandoque fit pruritus propter vermes, curentur vt dictum est: & quandoque fit propter humores acutos, tunc mutetur diæta & regimen in oppositum, euaporetur materia imbibita, & fiant suppositoria sedatiua doloris, & fiant sicut dictum est capitulo de tenesmone.

De fistula ani. *Rubrica* IX.

Cause. FIstula aliquando oritur in ano propter apostemata, aut hæmorroid. & similia, aliquando profundat se multum, aliquando parum, & quanto se plus profundat, tanto plus deterius: quandoque perforat intestinū, quod discernitur, quia feces exeunt per fistulam, & sanies per foramen ani: aliquando consumit magnam partem lacerti, quod discernitur, quia stercus exit inuoluntarie, & si digitis intromittatur in anum, non potest bene constringi vndique: *Signa.* profunditas autem fistulæ discernitur, quòd comprobetur cum tenta de prouinca, & tunc scietur quantæ profunditatis est: quanto autem profundior, tanto tardius curatur: quanto autem minus penetrauit, tanto velocius curatur. Intelligendum hic, quòd quando fistula penetrauit intestinum & vesicam, omnino fistula incurabilis est: & si est

cura

curabilis, cauendum est valde à lacerto: & curabilis non potest curari nisi discooperiatur locus vsque ad fundum vel cum ferro vel cum aliis medicationibus, & quòd locus bene mundificetur, & quòd paulatiuè caro regeneretur. De fistula autem fuimus locuti superius in libro primo cum fuimus locuti de ægritudinibus anguli ipsius oculi in apostemate quod appellatur garab apud Auicennam quod generatur in lachrymali à parte narium, & fuimus locuti quando loquebamur de ægritudinibus mamillarũ, deinceps autem istam curam restauratoribus totaliter relinquamus. Intelligendum, quòd myrobalani contra hæmorrhoi. ad mũdificandum corpus aliquando plus valent, aliquando aloë plus, quando volumus restringere fluxum hæmorrhoid. aut fluxum ven. plus valent myrob. quoniam ante se laxant, & post se constringunt, nec valet tunc aloë, quia proprietatem habet aperiendi orificia venarum, sed quando volumus aperire & laxare, plus valet aloë. Secundo notandum, quòd gallæ & similia styptica valent contra exitum longanonis, licet sint frigida, propter duo, aut quia humiditas lubricare faciens iuncta est cum calido, aut quia ista styptica frigida permiscentur cum multis cal. constrictiuis, sicut est nux cypressi, mastix, myrrha, thus, & similia, & ita possunt competere. Tertio intelligendum, quòd fluxus hæmorrhoid. causatur vt plurimum ex sang. grosso melancholico, immo quasi aliter non fit, quoniam natura & proprietas sanguinis melancholici, est vt descendat versus inferiora. Ex chol. autem pura non est, quia magis ascendit quàm descendat. Ex phlegmate puro non, quoniam licet abundet in intestinis, non tamen in venis. Ex sanguine non, quoniam non extrahitur per violẽtiam, sed magis trahitur à membris propter nutritionem. Sed quia sang. melancholicus est grossus & feculentus, ideo descendit ad ianuam naturæ, quare fluxus hæmorroid. est fluxus melancholicus. Quarto intelligendum, quòd licet sanguis melancholicus purgetur per menstrua in mulieribus, nihilominus possunt habere hæmorrhoid. vel quòd sanguis melancholicus dominatur in nimia quantitate, & ita purgatur duplici emunctorio, vel quando menstrua retinentur præter naturam, & tunc aliquando natura illud superfluum impurum ad hæmorroidas transmittit.

Clarificatio.

Myrobalanorum esse ctus & vsus.

Causa fluxus hæmorroid.

Nota.

Fluxus sanguinis melancholici periodicus est.

Quinto notandum, quòd sanguis melancholicus, qui per hæmorrhoid. euacuatur, quodammodo est necessarius, & natura potest se iuuare ex illo, ideo retinet quantum potest, quare est fluxus periodicus. Sed ex aliis superfluitatibus, sicut est vrina & egestio non intendit natura se iuuare, sed cum occurrunt expelluntur, ideo motus eorum non est periodicus. Sexto aduertendum, quòd Iudæi vt plurimùm patiuntur fluxum hæmorrhoid. propter tria, & quia communiter sunt in ocio, & ideo congregantur superfluitates melancholicæ. Secundo, quòd communiter sunt in timore & anxietate, ideo multiplicatur sang. melancholicus, iuxta illud Hippo. Timor & pusillanimitas si multum tempus habuerint, melancholicum faciunt hum.

Cur Iudæis frequẽtius fluxus hæmorrhoi. superueniant.

Psal. 77. Venæ sectio vbi cõueniat.

Tertio quia hoc est ex vltione diuina, iuxta illud, Et percussit eos in posteriora dorsi, opprobrium sempiternum dedit illis. Septimo notandum, quòd phlebotomia in hoc casu competit cum superfluit fluxus, & quia euacuat materiam antecedẽtem & distrahit materiam ad oppositum. Octauo notandum, quòd in fluxu hæmorrhoid. competit primo phlebotomia propter materiam coniunctam de saphena. Nono intelligendum, quòd exitus ani frequentius accidit in pueris propter relaxationem neruorum & lacertorum ratione humiditatis currentis ad longanonem & relaxantis illa membra. In senibus autem licet abundẽt in phlegmate cum nerui & lacerti sunt indurati, non possunt relaxari, quare exitus longanonis non fit in senibus vel valde rarò. Decimo intelligendum, quòd frigiditas mortificans, lubricans & humectans, est causa exitus longanonis. Sed frigiditas temperans, deficeans, constringens, coarctans & incarnans est causa curationis, quia vnum & idem cum diuersis diuersa agit.

Ani exitus quibus familiaris.

Causa intestini recti exitus.

&c.

INCI

INCIPIT PARTICVLA SEXTA, IN QVA AGITVR DE AEGRITVDINIBVS hepatis, splenis, renum & vesicæ.

De mala hepatis complexione. CAP. I.

HEPAR est membrum primum & principium in generatione humorum secundum intentionem medicorum. Nunc autem hepar sicut & alia membra patitur morbos consimiles, officiales, & communes. Primo agamus de consimilibus. Hepar igitur patitur malã cõplexionem ca. frigidam, sic. & hu- quorum causæ sunt indebita applicatio 6. rerũ non naturalium. quæcunq; igitur fuerit causa, oportet signa distinctiua habere, & hoc sufficit ad curationem quantum est de præsenti. Mala complexio hepatis ca. discernitur per hũc modum, Vrina est colorata, & egestio: color faciei vergit ad citrinitatẽ, appetitus in potu est augmentatus, in cibo est diminutus, & pulsus est velox, lædi tur à calidis, & iuuatur à frigidis, & accidit aliquando vomitus multorum colorum, modo liuidus, modo citrinus, modo viridis, & potest discerni ex aliis, vt quia iuuenis, cholericus, qui laborauit & comedit cibaria cal. & tẽpus est ca. & multa alia consimilia. Si autẽ hepar patiatur malam complexionem frigidam, tũc discernitur per colorem fœdum in facie, & per paucitatem sitis, pulsum tardum, & quia vrina est remissa: si frigiditas est cum siccitate tunc est vrina tenuis: si cum humiditate, tunc est vrina spissa: & egestio aliquando est sicca: aliquando humida, quoniam si virtus attractiua hepatis est fortis, tunc est vẽter strictus, & si est debilis, est laxus, & cognoscitur per iuuantia lædẽtia, & breuiter possumus discutere per res naturales, non naturales, & contra naturã. Si autem mala complexio est sic, tunc vrina est tenuis, & egestio est sicca, pulsus durus, & sitis adest, cum ariditate. Si autem mala complexio est hum

Gal. lib. 5. de loc. affec. cap. 7.

Signa.

Signa malæ intẽperiei hepatis frig.

Prognostic.

humida,tunc vrina est spissa,egestio humida, pulsus mollis,nulla sitis,facies subrumida,& ita de aliis. Omnes istæ malæ complexiones in cachexiam & hydropisim si diu durauerint, finaliter terminantur. Intelligendum est hîc multum diligenter,quòd hepar læditur à multis,sed principaliter à tribus,scilicet ab omnibus dulcibus vehementis dulcedinis,sicut est mel,ficus,vinum dulc.& similia, quoniam oppilant. Secundo læditur ab omnibus cibis grossis & duræ digestionis,sicut sunt oua indurata, carnes bouinæ antiquæ,caules,caseus,& omnia conchilia, pisces bestiales, omnia legumina præter brodia cicerum, & similia grossa oppilantia,sicut est pinguedo. Tertio læditur ab omnibus lenitiuis & humectatiuis,sicut sunt lactu. portu. melones, cucumeres,cucurbitæ, & ab omnibus generantibus sanguaquosum,& læditur à multis aliis,sicut est nimius potus aquæ frigidæ,& potissimè mane, & post nimium exercitiũ, laborem,& coitum:læditur etiã sicut stomachus cum crudum ponitur supra semicoctum,& ita de aliis superius dictis,& læditur multum in vno in quo medici communiter non aduertunt. Aliquando accidit, quòd aliquis habet stomachum frigidum,aut hepar, & post comestionem credũt digestiuam fortificare sumendo electuarium ca. aut aliquã confectionem multum ca. aut sumendo vinum purum,aut nectar,aut vinum Græcum, aut vinum de Cypro, sicut faciunt diuites post cibum immediatè cum intrant cameras suas,& sumptio talium non est nisi venenum, quoniam faciunt cibũ crudũ penetrare ad mẽbra & inducũt ebullitionem & putredinem, hoc est etiam quod dicit Auic. quare ex talibus corrumpitur virtus hepatis digestiua: nullum igitur ca.detur post cibum, sed si digestiuam cõfortare volumus,demus ante cibũ,vel simul cum cibo, sed pòst nullo modo. Illa autem quæ confortant hepar, sunt ista, scilicet auellanæ,propter tria, & quia hum.laudabilem generant, & quia penetrant & deoppilant, & quia in caliditate non multum excedunt, vuæ pas. etiam confortant hepar & fistici:si sumantur cũ cortice,potissimè tamen quando complexio hepatis declinat ad frigiditatem, valet etiam lac vaccinum butyro extracto, etiam mala grana, acria dulc. quæ muza appellantur, & absinthium,valẽt fructus styptici,& decoctio eorum,dum tamen sumantur in paruâ quantitate,

Alimenta crassa substantiæ.

Vina fortia nõ esse post pastum bibenda, etiã si ventriculus & hepar fuerint frigida temperatæ.

Hepar roborantia.

titate, sicut sunt pira coctana, berberis: aliter enim timendum esset de oppilatione, & ita de iliaca, & colica, valent etiã pira amara aromatica, & cinnamomũ multum valet: specialiter autem loquẽdo multa sunt quæ valent quasi à proprietate sicut end. scar. lacca. spica nar. squinantum, sumach, camphora, spodium, sandali, acetosa, & multa consimilia, de quibus videbimus cum discrasias hepatis particulariter prosequemur.

Curatio discrasiæ calidæ hepatis.

Victus ratio.

Mala discrasia ea, hepatis sine materia, curatur cũ alterã tibus cibis, potibus & similibus. Vtatur in primis piscibus squamosis de aquis mũdis, coctis in aqua & aceto, & vtatur carnibus hœdinis, agninis, perdicibus, pullis, auiculis minutis cãpestribus, & vitulo lactante, vtatur lacte acetoso, viter vinum nisi digestiua esset debilis, aut consuetudo impediret, tunc vtatur vino subtili vergente ad albedinem cum multa aqua, & possunt cõdiri ista cibaria prædicta cũ aceto, coriandro, aqua ro. & acetositate citri. viter omnia quæ sunt in interioribus animaliũ, & omnia quę sunt durę digestionis, & superfluæ pinguedinis, quare oportet vitare ouа dura, carnes mutoninas, & similia. Vtatur lact. end. sęariola hortulana, pomis, malis granatis, piris interdũ, & lacte vaccino à quo butyrũ est extractum, vtatur pane bene cocto & bene fermentato, licet modicũ panis azymi cõpetit aliquando, quia stypticando cõfortat sicut modica quãtitas pirorum & similium. Vtatur etiam isto electuario. R. zucca. rosa. trisandal. diadrag. frigid. diarhodon abbatis an. ʒ. 2. & ß. misceantur. Item potest vti oxysac. & syru. viol.

Electuariũ.

Si autem esset mala discrasia hepatis cum materia, oportet vti fortioribus. R. endi. scari. an. ʒ. 3. acetosæ, lactu. an. vnc. 4. semi. frigid. florum nenuphar. hepaticæ. an. ʒ. 1. rosarum, sandal. muscatellini. an. ʒ. ß. berberis, sumach, spodij, an. vnc. 2. camphoræ ʒ. 1. vini malorum gra. aceti alb. ana vnc. 2. panis zucc. lib. 1. fiant syr. quart. 5. Et si calefactio hepatis esset cum oppilatione, addãtur istis, radi. apij, succus fœniculi, & capilli vene. recen. & addantur endi. scario. natæ in loĝis incultis, aut natę in hortis, dum tamen sint aliæ, quoniam tunc valent in causa cal. & in causa frigid. Si discrasia calid. hepatis fuerit cum oppilatione, materia digesta purgetur cum cassia fist. manna, & tamarindo, vel trifera

fera ſarace. reubarbarata, vel poteſt emplaſtrari ſic hepar. *Emplaſtrū.* R. ſucci cucurb. omnium ſandal. ſucci ſemperuiuæ, ſucci lactu. ſuc. hepaticæ, & miſceantur cū farina hordei, aqua roſ. & aceto fortiſſimo, & ſupra regionem hepatis apponātur. Item multum competit hordeatum cum aqua hordei, & mora ſemmatura. Item intelligendum, quòd multa ſunt medicamina quæ competunt in diſcraſia hepatis, ſicut trochiſci de camphora, & ſimilia, & iſta dicentur in fine lib. cum ponemus antidotarium noſtrum, vbi ponentur ſub compendio antidota, quæ valent in morbis à capite vſque ad pedes. In paſſigitur hepatis conſideretur tempus in quo venæ meſeraicæ & venæ hepatis ſunt vacuæ, & tunc medicamina mniiſtrentur.

Curatio diſcraſiæ frigidæ hepatis.

Vtatur iſus electuariis, diagalanga, diambra, dianthos, cum muſco, dianiſon, diacitoniten, & confectionibus quæ dicētur in antidotario noſtro. Vitet lac & omnia quæ ſunt difficilis digeſtionis, vtatur vuis paſſauellanis aſſis, fiſticis, & amydal. inungatur cum oleo de abſinthio, coſto, ſpica nard. & oleo amygda. amararum, & ſemper in diſcraſia hepatis frigida, apponantur aliqua frigida in parua quātitate ſicut aromatica. Et in diſcraſia ca. apponātur aliqua cal. & ſint omnia aromatica quemadmodum erit poſſibile, vt vnum aliud temperet, hepar confortet, & medicamē faciat penetrare. Si autem diſcraſia hepatis frigida fuerit cū materia, vtatur fortioribus. In primis igitur vtatur tali ſyr. R. radicum ariſtol. radi. fœniculi, petro. bruſci, ſparagi, gramnis, apij, an. ℥.4. mundentur, ſcindantur & temperentur in aceto fortiſſimo per diem & noctem, tunc R. cuparorij, ſcolopendriæ, aſari, coſti, abſinthij. an. ℥.ſ. ſpicę nar. ſquinanti, calami aromatici, laccæ, anifi. marathri, endi. ſcar. amygdala. amararum, an. ℥.1. cinamomi optimi ℥.1. ſumach, berberis, roſarum, ſandal. muſcatellini, campho. an. ℈.1. mell. roſ. lib.1. & ſ. panis zucc. lib. ſ. fiant ſyr. lib.2. largè, & aceti prędicti ponantur ℥.4. Materia digeſta, purgetur ſic. R. agarici, reubar. turbith, an. ℈.1. & ℑ.1. laccæ, ſpicæ nard. foliorum ſenæ, maſtic. fol. abſinthij, fol. mentæ, zinzib. an. ℑ.1. confi- *Potio purgatoria.* ciantur cum oxymel. fiant pil. & poſt 9. dies ſuæ confectionis ad minus dentur à ℑ.ſ. vſq; ad ℈.1. iuxta cōuenientiam particularium. Dentur volatilia vſualia aſſa, prēterquā illa

quæ

quę degunt in aquis, cũ salsamento de ligno al. cinamomo, pipere, nuce muse. modico coriand. aqua limonũ, vino, & acetositate citri, & possunt vti castaneis assis, valet panis ca. infusus in vino, & dicitur q̃ caules cocti in triplici aqua & conditi cum aromatibus multum valent, valent etiam trochisci de eupatorio, de absinth. costo, & lacca, sicut dicetur in antidotario. Si autem in hepate sit mala complexio ficca, humectetur hepar cum cibis, potibus, balneis, vnguentis, & similibus, sed tamen fiant hic secundum temperamẽtum. Idem dicetur de mala cõplexione hepatis humida, q̃ dentur deficcatiua, extenuantia, & deoppilatiua, hoc tamẽ fiat cum temperamento. Intelligendum, quòd solutio continuitatis in hepate, aut est magna, aut est parua. Si parua, curari potest. Si magna, non maiorem tamen solutionem continuitatis potest sustinere quàm cor, propter nobilitatem cordis. Et iuxta hoc intelligendum, quòd vlcera hepatis non producunt febr. sicut vlcera pulmonis, sed hydropisim inducunt, quia deficit digestiua humorum: sed vlcera pulmonis inducunt feb. quoniã cum pulmo sit vẽtilabrum cordis, non potest cor euentari, ita cõtinentur vapores qui supercalefiunt, & per consequens cor, membra solida & totum corpus. Si dubitaret aliquis, quæ mala complexio hepatis sit peior, vel calida, vel frigida. Dico quòd si ęqualiter distent, & à complexione naturali hepatis quæ calida est, ita quòd caliditas excedens tantum eleuetur supra complexionem hepatis naturalem, quantum frigiditas distat à complexione hepatis naturali, tunc dico quoniam aut nos loquimur quo ad complexionem hepatis, aut quo ad substantiam. Si quo ad complexionem, ęqualiter distant, & omnia sunt paria, dico quòd ita mala est vna sicut alia iuxta doctrinam Gal. 7. de ingenio, dicentis, quòd æquale est tempus reducendi malam complexionem cal. & frigidam, sed modus non est æqualis, quia magis læduntur mẽbra vicina à frigido quàm à calido. Si autem nos loquamur quo ad substantiam, tunc distinguo, quoniam substantia hepatis aut est rarior vltra temperamentum suum, aut densior. Si rarior, tunc dico quòd complexio cal. est peior, quia nimis rarificat, sed frigida est minus mala, quia quodammodo ad temperiem adducit. Si autem substantia hepatis sit densior temperata, tunc peior est frigida, quia

Clarificatio.

Nota.

Quæstio.

cond

condensat, & minus mala est cal. quia ad raritatem adducit. Et est notandum quòd frigida complexio non magis recedit, quoniam licet hepar sit cal. suppositũ tamen est quòd æqualiter recedunt, nec etiam calidum inducit peiores ægritudines, quoniã ita tardè curatur hydropisis de frigida confirmata, sicut cum est de cal. cum est confirmata, & ita comparationes debent esse vniformes. Si dubitet aliquis, quæ mala complexio hepatis sit peior, vel sicca, vel frigida. Dico quòd frigida, cũ sit actiua, & non sit proportio ad passiuas, & quia corrumpit digestiuam, ex qua aufertur humiditas nutrimentalis vera toti corpori. Et licet hepar cum sit fons humiditatis, & siccitas habeat priuare humiditatẽ totius corporis, cum deficiat in fonte, quia humiditas non causatur nisi ex bona digestione, & digestio causatur à calido, & frigidum directè contrariatur calido, ideo radicaliter & principaliter, & primo plus nocet frigiditas quàm siccitas, cum frigiditas sit vt causa, & siccitas non sit nisi effectus, in proposito quo ad ablationem humidi nutrimentalis, quoniam siccum non corrumpit digestiuam in virtute sui, sed in virtute alterius. Sed si dubitaret aliquis, quod istorum plus noceat vel siccum, vel humidum. Dico quòd plus siccum, iuxta intentionem Galen. 7. de ingenio, quia facilius est rem humidam desiccare, quàm siccam humectare, licet modus sit æqualis. Deinde possumus intelligere circa istam materiã, quòd phlebotomia potest competere in mala discrasia hepatis cal. sine materia, non ad enumerandum, sed ad euentandum & infrigidandum, ideo sit in parua quantitate. Et iuxta hoc notandum, quòd mala complexio potest esse in hepate sine materia peccante, absolutè autem sine materia esse non potest cũ sit accidens, sed materia non peccat. Deinde aduertendũ quòd stiptica bene possunt competere in mala complexione cal. nec calor ex hoc fortificatur, quia corpus mũdificatũ est, & quia aliqua frigida aperitiua apponuntur. Vltimo notandum, q̃ amara possunt bene competere in discrasia cal. hepatis, additis tamen aliquibus stypticis cum quibusdã frigidis.

Quæstio.

Vena sectio.

Vsus ad stringentiũ vbi.

De oppilatione hepatis. CAP. II.

OPpilatio hepatis est cõstrictio seu coarctatio seu clausio venarũ quæ sunt in hepate, seu pororum & foraminum quæ sunt in substãtia eius. Causa enim aut prouenit

Causa.

ab

ab extrinseco aut ab intrinseco. Si ab extra, tũc sunt sicut est acceptio ciborũ stypticorũ, frigidorum, grossorum, aut aliquo modo ineptorum, sicut sunt pira, sorbæ, caro bouina, fungi, & multa consimilia, & sicut est coarctatio & compressio facta ab aliquo violento, aut sicut sunt vnguẽta frigida, & omnia consimilia, quæ comprimunt & mouent à circunferentia ad centrum, aut etiam omnia illa quæ mouent à centro ad circunferentiam, dum tamen ibidem remaneant inuisceata. Si autem fuerit ab intus, aut hoc est propter hepar, aut propter alia membra. Si propter hepar, aut quia venæ sunt strictæ à natiuitate, aut propter aliquã de malis complexionibus debilitantibus virtutem digestiuam, quare multa superflua ibidem coadunantur, aut propter debilitatem virtutis expulsiuæ, seu segregatiuæ, seu mundificatiuæ, prouenit etiam propter malam humorum qualitatẽ, & ita oppilat sang. ratione multitudinis & grossitiei, & chol. ratione multitudinis, & phlegma ratione frigiditatis, quantitatis, grossitiei & viscositatis, & melancholica ratione grossitiei & quantitatis, ventositas grossa mixta cum humiditate viscosa. Fit autem aliquando, licet rarò, propter aliquam excrescentiam ibidem natam & similia, fit etiam propter apostemata. Si autem fiat propter membra vicina, hoc est, quia chistis fellis non bene mundificauit, aut quia splen non bene depurauit, aut fit propter retentionem menstruorum, aut hæmorrhoid. aut fit propter humorum abundantiam sicut in mutilatis aut truncatis. Vniuersaliter quatuor sunt signa oppilationis hepatis. *Signa.*

Primum est, quoniam color faciei non est suo colore naturali, imò multipliciter distat, & ideo omnes sunt male colorati & cacochymi. Secundum signum est, quoniam vrina est tenuis. Tertium signum, est grauitas in parte dextra iuxta regionem hepatis. Quartum signum, est difficultas anhelitus cum ascendunt montem aut gradus. Et si oppilatio fuerit in sima hepatis, tũc egestio est humida sicut ptisana feculenta, aliquando sanguinea, quoniam hepar non attrahit chylum, ideo peccant, qui hunc sang. restringunt. Si autem fuerit oppilatio in gibbo, tunc egestio est sicca, & si fuerit in vtraque parte, tunc egestio est partim sicca, & partim humida. Si fuerit ex sanguine, color vergit ad rubeum fuscum: si ex cholera, color vergit ad citrinum: si ex

phlegmate,ad album:si ex melancholia,ad nigrum,liuidū: & si fuerit ex ventositate,non immutatur color faciei, nec immutantur egestiones, nec vrina. Causæ extrinsecæ cognoscuntur ex indicio, & cum prouenit ex aliis membris, discernitur ex passeorum. Et est intelligendum quòd cum videmus hepar aliqua ægritudine infirmari,& non apparet nobis totaliter aliqua causa manifesta,tunc dicimus quòd ex debilitate hepatis procedit,& ego non intelligo debilitatem hepatis aliud nisi aliquando malam complexionem dominantem in hepate. Oppilatio hepatis fere mater est omnium ægritudinum quæ sunt in hepate,oppilatio igitur hepatis prædicat hydropisim,aut apostema, aut feb.aut cohicam,aut fluxum,& similia. Oppilationes igitur sunt diligentissimè remouendæ. Si autem oppilatio hepatis fuerit propter causas extrinsecas, abscindantur & per cōtrarium ad temperiem reducantur:si autem fuerit propter passeliorum membrorum, curentur illa sicut oportet: & si fuerit propter strictūram venarum hepatis naturalem,tunc detur cibus subtilis in parua quantitate ter aut quater in die. Si fuerit oppilatio in parte inferiori hepatis, dentur prouocantia ventrē:si in parte superiori,dentur prouocantia vrinam:si in vtraque,fiat vtrunque. Medicamina igitur subtiliatiua & aperitiua competunt in oppilationibus, nullum tamen medicamen forte adhibeatur, nisi signis manifestè digestionis apparētibus. In oppilatione antiqua,competit phlebotomia de basilica. Si fuerit propter corrugationem venarum,dentur ea quæ humectant, sicut lac & similia. Si ex ventositate,tunc valet balneum & sacellatio facta cum sale,milio,& furfure assis in patella sine liquore, & postea in sacco positis,detur vinum album,purū,forte, vbi sit spica nar. Alias autem causas omnes reducamus ad duas, aut ad causam cal.aut frigidam. Si causa fuerit frigida, digeratur in primis materia cum oxymel.diu.aut scil. & purgetur cum benedicta theodoricō emperisticon. Si magis particulariter volumus procedere,fiat talis syr.R. rad. cappa-ris,fœnic.petro.ireos,rad.rubeæ minoris,gentianæ,brusci. asparagi,graminis,apij,rad.aristol.scil.ana ʒ.j. conquassentur in aceto fortissimo per diē & noctē.Deinde R.asari,chamædreos, chamæpiteos,eupatorij,cētaureæ minoris,scolopendrię.ana ʒ.j.& ß.spicæ nar.cinamomi,squinanti,calami

Prognostic.

Cura.

aroma

aromatici, cassiæ lignea, anisi, maratri, laceæ, cuscutæ. ana ʒ.ij. succi summitatum fœni. succi absinthij. ana ʒ.ij. & ß. rosarum rubearum, sandal. muscatellini, spodij. ana ʒ. 3. mell. lib. j. & ß. zuc. lib ß. aceti prædicti ʒ.iiij. fiat syru. lib. ij. Iste autem syr. mirabiliter valet in omni oppilatione hepatis, & splenis, cuius causa est frigida. Executor tamen operis particularis potest addere, & diminuere iuxta conuenientiã ætatis, & tẽporis, ita de aliis particularibus. Ex quibusdam etiã istorum particulariũ, aut ex multis, posset fieri electuariũ, aut cõditum, aut vnguentũ, aut emplastrũ, aut bal. aut stupha, & similia, totũ industriæ medici derelinquo. Et quędam confectiones tangentur inferius in antidotario nostro. Materia autẽ digesta, purgetur. R. agarici ʒ.ij. turbith, polypodij. ana ℈.ij. spicæ nard. laccæ, zinzib. anisi, mastic. ana ℈.j. hieræpi. ʒ.iij. conficiantur cum oxymel. scill. fiãt pil. & exhibeãtur post 7. dies suæ confectionis. possunt addi & diminui secundum cõuenientiam particularium. Si autem causa est ca. procedamus sic. Rec. rad. apij, brusci. asparagi, graminis. ana ʒ.ß. temperẽtur per diem & noctem in aceto fortissimo, tunc R. end. scar. hortulanę nouellæ. ana lib. ß. cave. re. ʒ.iij. lactu. nouellæ, hepaticæ, scolopendriæ. iiij. se. frigidorum. Iterũ se. melonis, se. end. se. scar. & brusci, se. asparagi. ana ʒ.j. lactu. end. agrest. rosarum, sandal. muscatel. spodij, rasuræ eboris. ana ʒ.j. aceti prædicti ʒ.iij. panis zuc. lib. j. mell. ros. ʒ.iij. fiat syr. quasi lib. 1. Si autem vellemus deoppilare sine calefactione, & infrigidatione, vel quasi, tunc componatur medicamen end. & scar. agrestibus, & ex rad. apij, lupinis amaris, chamæpiteos, & lacca: ideo cautela est, vt qui causam ignorat, vt solum cum istis operetur, & non decipietur, vel vtatur istis quando causa medio modo se habet. Causa autem cali. potest digeri cum syrup. acetoso, & oxysac. & si causa medio modo se haberet, digeratur materia cum oxysac. composita. Euacuationi autem in causa ca. mirabiliter competit trifera saracenica reubarbarata, purgetur cum diareub. vel purgetur sic. R. reub. ʒ.iij. laccæ, spicæ nard. agarici, foliorum absinth. ana ʒ.j. cassiæ fi. mund. tamarind. ana ʒ.ij & ß. vuarum pass. mund. ab aril. liqui. mund. ana ℈.j. conficiantur cum syrup. acetoso, & fiant pilul. Diæta sit panis bene coctus, bene fermentatus & cum moderata quantitate salis. Vinum sit clarum, subtile,

Syrupus.

Victus ratio.

odoriferum, sed sumatur in parua quantitate valde, quoniam vinum forte sumptum in mensa, in magna quantitate, mirabiliter oppilat faciendo cibum crudum transire ad hepar: nullo modo balneetur nisi stomachus esset vacuus, & vitet omnia quæ oppillant, &c.

De debilitate hepatis.

Gale. lib. 5. de locis affe. ca. 7.

Debilitas hepatis & cuiuslibet membri, discernitur, quia de facili læditur à quocunque. Si autem fuerit causa nota & manifesta, sicut est apostema, fluxus & similia, curetur illa sicut oportet. Si autem talia non sint, & videtur declinare ad caliditatem, vtatur malis granatorum quorum sapor est simul acetosus, & dulcis, & vtatur aqua hordei. Et si inueniantur, misceantur grana malorum dulc. & acetosorum, vtatur aqua hordei vbi bullierint pira aut citonia, & detur cum vino al. vtatur isto electuario. R. diadraganti frigidi. ʒ. 4. zuc. rosat. triasand. ana ʒ. j. misceantur, & emplastrentur cum rosis sand. & chamomilla, potest vti aquis bonis. Si autem videatur declinare ad frigidũ, vtatur auellanis, & etiam isto electuario. R. diambræ, dianthos cum musco, diacitoniten, diarhodon abbatis. ana ʒ. j. misceantur. Item in isto casu, valet lignum aloës, nux cypressi, spica nar. cinamo. cassial. & ex istis potest fieri pul. ad ponendum in brodis, aut in vino: aut potest fieri emplastrum, aut oleũ, aut electuarium, & similia. In debilitate igitur hepatis si est causa ca. vtamur aromaticis frigidis stypticis. Si causa est frigida, apponantur aromatica stiptica ca. ita quòd discrasia semper indiget cõtrariis, & hepar semper indiget stypticis. habet enim substantiam raram, & de facili dissoluitur.

De dolore hepatis.

Suppositis vniuersalibus quòd corpus sit mundificatum, & quòd vtatur bono regimine, si causa vergat ad ca. sacelle tur cum rosis, sandal. chamomilla, meliloto, furfure, & milio. Si causa vergat ad frigiditatem, sacelletur cum anthos, stœchados, anisõ, cimino, rosa & chamomilla. Et est intelligendum hic circa oppilationes hepatis & discrasias eius, quòd ista possunt applicari in omni casu, scilicet absinthiũ, cuscuta, reubar. cianamo. spica nard. coriand. præparatum. Sed fiat talis cautela, quoniam si est causa ca. ponantur de omnibus istis in parua quantitate præter quàm de coriand. & multa alia frigida ponantur in magna quantitate. Si autem

tem

tem causa est frigida, minoretur coriandrũ, & alia augmententur, cum additione suorum consimilium. Intelligendum, quòd cor non oppilatur, tum quia est in motu continuo, tum quia meatus sunt lati, & si contingeret, sequeretur statim mors. De hepate autẽ non sic, quia nõ mouetur, nec tales sunt meatus, & licet venę sint multæ valde, & omnes forte non oppilentur, postquam tamen maior pars oppilatur, nihilominus oppilatio dicitur, & impeditur penetratio cibi ad mẽbra, quoniã licet sint multæ, nihilominus omnes sunt necessariæ, ideo de facili accidit oppilatio in hepate, tunc propter humores omnes qui ibi generãtur, & pars superior de facili oppilatur, quia venæ sunt strictæ & angustæ, sicut scribitur quarto de iuuamentis mẽbrorũ à Gal. & inferior pars de facili, quia humores de facili currũt ad loca decliuia: non est ergo mirabile si hepar oppiletur, licet in eo sint venæ multæ valde. Secundo notandũ, quòd in oppilatione hepatis propter causam ca. potest esse vrina nigra ratione adustionis, circulus, & spuma vergũt ad quãdam croceitatẽ, & in oppilatione hepatis & chistis fellis, color oculorũ est croceus, & facies vergit ad citrinitatẽ, & color niger propter adustionẽ vergit ad luciditatẽ. & si est propter melãcholiá, vergit ad terrestreitatem. Tertio notandũ, quòd splen citius oppilatur propter humorũ grossitiẽ, & secundo renes propter strictũrã meatuũ & occursum superfluitatũ, tertio hepar ratione multitudinis humorũ, & propter strictũrã venarum hepatis in parte superiori. Quarto notandũ, ꝙ oppilatio hepatis est magis periculosa propter mẽbri nobilitatem, sed renum est diuturnior propter longinquitatem. Quinto notandum, ꝙ ex humoribus calidis propriè nõ fit oppilatio, nisi aut eorũ multitudine aut ex commixtione cum humoribus frigidis. Sexto notandũ, quòd vt plurimum oppilatur hepar ex phlegmate, secũdo ex melancholia, tertio ex sanguine, raro autem de chol.

Clarificatio.

Quæstio.

Hepatis obstructio periculosissima.

Septimo notandum, quoniam licet virtus attractiua membrorum sit fortis, nihilominus in oppilatione præualere non potest, vt cibus penetret, ideo quia nõ potest penetrare ad membra, causatur fluxus ventris longus, & fortis valde. Octauo intelligendum, quòd vrina est tenuis in oppilatione propter hoc, quia modicum est quod transit, & nõ est tantum quòd possit vrinam ingrossare, ideo in

Vrina tenuis, & aquosa in obstructionibus hepatis.

oppilatione hepatis semper vrina est tenuis, quia aquositas transit ratione subtilitatis, sed de humoribus modicũ est. Nono intelligendum, quòd styptica competunt in oppilatione hepatis, sed tamen in parua quantitate, vt confortetur hepar, vt ratione suæ vehementis raritatis à mun-
Vena sectio. dificantibus, & absterſiuis non dissoluatur. Vltimo notandum, quòd phlebotomia licet infrigidet, tamen quia deoppilat, potest competere potissimè in antiquitate, & potissimè cùm vrina incipit inspissari.

De apostemate hepatis. CAP. III.

APostematum hepatis, quædam sunt in simo hepatis, & quædam in gibbo, quędam in lacerto qui est supra hepar, quædam sunt in mirach, quædam in venis meseraicis, quædam sunt humorosa, quædam ventosa, quędam calida, quædam frigida, quædam terminantur per saniẽ, quędam in duritiem & scliroſim, quædam terminantur insensi-
Causæ. biliter. Causæ apostematum hepatis, aut sunt intrinsecæ, aut extrinsecæ. Si exteriores sicut casus, conquassatio, & similia. Si interiores, sicut crapula, indigestio stomachi, & debilitas virtutis digestiuæ hepatis, aggregatio humorũ in hepate, & malitia mundificationis chistis fellis, splenis, renum, & inteſtinorum. Ex his enim causis & cõformibus
Signa. apostemata in hepate generantur. Cum hepar apostematur, tunc ista signa concomitantur, sc. cõtinua, dolor dextri hypochondrij, grauitas, & malitia decubitus supra dextrum latus, & potissimè quando apostema est in gibbo, & ex malitia decubitus supra latus sinistrũ decumbunt, igitur supra dorsum, & ibi etiam male. Si apostema est magnum, & cum hoc cõcomitatur tussis sicca, vomitus, singultus, sed secundum magis, & minus, & pulsus mollis. Si apostema fuerit in parte superiori supra lacertum seu villum latitudinarem, apparet figura longa: si in transuersalibus, eodẽ modo: & si vtroq; modo appareat, ad modum crucis: si in gibbo hepatis & substantia eius, videntur foramina lunæ nouæ. Si apostema est cal. fe. est fortis cum siti, ariditate linguæ, forti calore, & liuore. Si est causa frigida, omnia sunt remissa, & si est in mirach, non est fe. Et si in venis meseraicis, vrina est turbata, & dolor versus vmbilicum.

Prognostica. Fluxus ventris in apostemate hepatis, malum. Apostema hepatis, scilicet gibbi, terminatur tribus modis,

per

per sudorem, per vias vrinales, & per fluxum sanguinis. Apostema quod est in sima, tribus modis potest terminari, per sudorem, per fluxum ventris, & per vomitū. Apostema quod est in gibbo, peius est quā quod est in sima. Apostema durum hepatis, nisi velociter à principio medicetur, pessimum est, quoniam infra duo septenaria causat hydropisim, & non apparet apostema propter ventrē, & ita remanet incurabile, cum ergo dicitur quòd apostema durū hepatis non curatur, verum est, nisi in principio. Omne apostema hepatis generat oppilationē, & oppilatio indigestionem, indigestio aquositatē, & aquositas hydropisim, quare omne apostema hepatis causa est hydropisis. Si autē apostema splenis mutetur ad apostema hepatis, pessimū est, & si fiat econuerso, quodā modo est bonum. Circa curationem apostematis hepatis, intelligendum primo quòd in principio debent poni repercussiua potissimè in calidis, & in augmento cum repercussiuis debemus ponere resolutiua, in declinationē debemus vti mundificatiuis, in statu dissolutiuis, & in quolibet tempore debemus apponere aliqua confortatiua hepatis. Secundo notandum, quòd nimis infrigidatiua, & styptica non debemus apponere, quia cibo indurarentur, & ita morbus esset incurabilis propter hydropisim quæ sequitur cito: nec debemus applicare nimis resolutiua, nec mollificatiua, nec viscosa, nec oppilatiua, quia sequeretur mors, sicut narrat Gale. 13. de ingenio, cap. 6. exemplificans in Diogene rhetore imperatoris. Tertio aduertendum, quòd in apostemate hepatis non debent apponi constrictiua ventris, quia ventris constipatio, & secum retentio est multum nociua: nec debent dari nimis laxatiua, quia fluxus est multum nociuus. Quarto considerandum, quòd cum apostema est in sima, tunc non debent dari diuretica, sed euacuari debet materia per secessum: si contineatur in gibbo, tūc debet trahi materia versus vias vrinales, & per secessum mediocriter cum suppositoriis, clysteriis, aquis lenitiuis & similibus. His ergo visis, in generali, in apostemate cal. hepatis in primis fiat phlebotomia de basilica, & si non inueniatur, fiat de mediana, si non inueniatur, fiat de cephalica. Deinde apponātur ista supra regionē hepatis. R. succi port. succi plantaginis, succi absinthij, succi virgæ pastoris ana ℥. ß. spodij ʒ.j. aquæ ros. & Cura.

aceti.ana ʒ.j.& ß.misceantur, & panni linei intingãtur,tepidi supra regionẽ hepatis apponantur & frequenter innouentur.Deinde vtatur isto syr.R.end. scar. hepaticæ, lactucæ,capil.ve.recen.ana ʒ.j.iiij.semi. frigidorum maiorũ & minorum ana ʒ.j.& ß.rosarum,spodij,sandali,muscellini ana ʒ.ij.succi fœniculacee.ana ʒ.j.aceti alb.ʒ.iij.panis zucca.℔.j.fiat syr. iiij.v. Et si calor non est multũ intensus, tunc R. radicis fœnic.radicis appij ana ʒ ß. spicæ nar.squinanti ana ʒ.iij.succi bugloſſæ,succi absinthij, ana ʒ.ij.bulliãt in tribus quart.syr.acetosi, coletur & colatura misceatur cum syr.prædicto.Vel posset digeri materia cum oxymelle cõposito, syr. acetoso, & syr.viol. Postea euacuetur cum trifera saracenica reubarbarata, vel cũ diareub. diaprunis,& imperiali.Vel purgetur sic,R.reubarba.ʒ.j.spicæ nar.laccæ.ana ϑ.ß. conficiantur cũ succo end. & succo absinthij.detur mane. Et si videretur ibi esse aliquis cõpositio humoris frigi. addamus cũ prædicta medicina aloës, agarici,turbith,ana ʒ.ß.masticis.zinziber. salis gẽmæ ana ϑ.ß.conficiantur cũ succo endiuiæ. Sed si materia est pura ca.tũc potest laxari faciliter sic.R.endi.scar.hordei,liquir. mundæ,florũ boraginis,florum bugloſſæ,florum vio.vuarum passiuiubæ,sebesten.ana ʒ.ij.conquassentur & bulliãt in aqua,coletur & colaturæ addatur cassięfi.mund.tamarindorũ ana ʒ.j.detur in aurora vsq; ad ℔ß. tribus diebus cõtinuis iuxta conuenientiã particularium.Postquam autem apostema venit ad augmentũ,addantur stypticis & repercussiuis prędictis aliqua resolutiua,sicut est asarũ,squinan. eupatorium,absinthiũ. Et cum venit ad statũ dimittamus repercussiua,& apponamus fœnumgræ. asarũ, squinantũ, absinthiũ,conficiãtur cum oleo de mastiche,& de citoniis. Si apostema venerit ad sanię,quod cognitũ est , quia præcessit rigor,& febris augmentata est,& ruptura fuit cognita per tremorẽ,nauseã, tunc bulliat hyssopus,& gentiana, in hydromelle,& hydromel exhibeatur. Si apostema sit in gibbo, tunc multiplicemus diuretica , sed cum caurela,φ in principio addamus cum diur. frigidis,sicut est endiuia, scar.& semen eorũ,semen melonum,postea ascendamus ad radicẽ fœniculi paulatinẽ & petro.Et deinde addamus asarum,spica nar.rad.rubeę maioris,eupatorij,& ireos, decoquantur in hydromelle , & applicentur ista ab intus & ab extra.

Syrupus apertiuus.

Potio purgatoria.

Incrementum apostematis.

Status.

extra. Deinde applicentur & resolutiua aliqua quæ dicta sunt, vel fiat istud R. chamomillæ, melliloti, asari, squinãt. mastichis, citoniorum, fœnigræ. sc. lini, calami aromatici, absinthij, styracis, calamitæ, rosarum, bdellij, carpobal. ana ʒ. ß. conquassentur, bulliant in oleo, & pānus lineus in oleo intingatur, & supra regionē hepatis apponatur, ita de aliis bene commixtis potest fieri emplastrum: vtatur hordeato, & aqua hordei, vitet panem quantum erit possibile, vtatur lacte, & atriplicibus, malis granatis dulcibus, & acribus quæ muza appellantur, & vitet simpliciter dulcia. Si autē apostema fuerit frigidum, durum, tūc in principio velociter succurrendum, quoniam postquam est confirmatū non recipit curationē, cognoscitur quòd est in sima, quia non affellat nisi cum magna difficultate & cum magna grauedine. Et si est in gibbo, non potest vrinare bene. In primis igitur teneatur venter laxus cum suppositoriis, clysteriis, lenitiuis, mollificatiuis, & cum cassia fi. & similibus. Deinde apponatur diachylon supra hepar, & vtatur tali syr. R. rad. fœni. petro. lilij, gētianæ, ana ʒ. ij. hyssopi, chamædreos, absinthij, endi. scar. prassij, rutæ, scolopendriæ, costi. ana ʒ. j. & ß. succi bugloss æ, succi. fœni. ana ʒ. j. laccę, spicę nar. squinanti, calami aromatici, cassiæ lignea, semi. endiuiæ, semi. scar. rosarum, vuarum pas. liquir. mund. ana ʒ ß spodij, myrtilorum, sandali muscatellini. ana ʒ. ij. aceti alb. ʒ. ij. panis zucca. ℔. ß. mellis, quart. iij. fiat syr. ℔. j. & ß. Deinde in eodem tēpore in quo potabit syrupū, vtatur isto emplastro. R. fisticorum pinearum mund. semi. lini, fœnigræ. vuarum pas. munda, caricarum, iuiubæ, sebestē, semi. maluæ ana ʒ. j. styracis, calamitæ, bdellij, mastichis, thuris, axungiæ gallinaceæ ana ʒ. ß. fiat emplastrū aut electuarium, vel potest fieri emplastrum de ruta, caulibus, calamento, stercore caprino, & fœnigræco: possunt ista omnia emplastra confici cum oleo de citoniis. Materia autem digesta & mollificata, potest mundificari, vel purgetur paulatinè per hunc modum. R. agarici, turbith, aloës ana ʒ. j. spicæ nar. squinanti, laccę, se. end. foliorum absinthij ana ℈. j. conficiantur cum mell. scilli. fiant pill. & si materia sit in gibbo, addantur medicamina diuretica sicut est rad. rubeæ maioris, asarum, squinantum, hydromel & similia, diminuatur medicina secessiua. Diæta sit brodium paruæ pullæ, oua sorbilia, brodium

Declinatio.

Syrupus.

Emplastrū quod emollit, & discutit.

Pilulæ.

Victus ratio.

cicerum,& vinum album bene limphatum,& similia penetrantia,& facilis digestionis. Si autem apostema esset ex percussione, in primis fiat phlebotomia, deinde vomitus cum aqua decoctionis raphani,& mediani corticis sambuci,& oleo crudo, purgetur cum trifera saracenica reubarbarata.Postea fiat emplastrum de end.scar.nitro,nasturcio, & sinapi.Si apostema sit in mirach , curetur sicut si esset in gibbo, & intensiora medicamina possumus apponere. Si autem apostema fuerit propter meseraicas, curetur sicut si esset in simo. Si autē fuerit propter ventositatē, fiant ventosæ sine scarificatione,& facelletur locus cum milio,chamomilla,furfure,& anisо, inungatur cum oleo de ruta. Si autem hepar fuerit incisum,dentur ros.cum bolo armenico,& aqua frigida,& fiat emplastrum de balaustia.Intelligendum, quòd licet hepar habeat membra mundificantia sang.à cho.& à melancholia,sicut est chistis fellis,& splen, nihilominus aliquando intantum abundant humores isti, quòd splen mundificare non potest , & ita illi humores cū abundant , possunt causare apostema in hepate. Secundo notandū,quòd aliquando apostema non est in gibbo,tamē competunt diur.nec prouocatur fluxus,quia corpus mundificatum est,& non habemus aliam viam:dantur in principio in parua quantitate & debilis virtutis , & fit in processu paulatinè augmentū,& cum hoc semper apponantur aliqua stiptica hepatis confortatiua. Et quando est causa cali.apponantur diuretica frigida cum paucis calidis aromaticis & cōfortatiuis.Si causa est frigida,fiat econuerso. Tertio notandum , quòd hepar apostematur frequentius ex sanguine quantū est ex abundantia,& velocius ex cho. quantum est ex eius penetratione , & plus ex phlegmate quantū est ex adhærentia , & ex melancholia quantū est ex grossicie. Frequentius ergo accidūt apostemata in hepate de sanguine, secundo de cho.tertio de phlegmate, quarto de melancholia.Quarto notandū,quòd apostema in parte inferiori hepatis,reddit ventrē laxum, cū cibus non possit penetrare vsq; ad hepar,& quia virtus attractiua debilitata est. Si autem fuerit in parte superiori , aut est magnum aut paruum. Si paruum,non est venter laxus , quia potest cibus penetrare.Si autē fuerit magnum , adhuc venter est laxus propter causas prædictas. Si tamen alicui videretur quòd

Curatio apostematis à percussione.

Clarificatio.

Vsus diureticorum quando.

Hepatis apostematis generatio varia.

quòd istud dictum patiatur calumniã propter dicta, dicit enim Hipp. quòd hydrops quę prouenit ab apostemate hepatis, est cum retentione fecis, quia caliditas nimia quę est in hepate ratione apostematis, & febr. trahit humiditates chylosas, & haurit sicut spongia, nec etiã penetrat ad mẽbra propter oppilationes, sed cõuertuntur in fumũ & vapo rem, & includitur inter pelliculas ventris, causat tumorem & ita hydropisim, quare &c. Dico quòd quando apostema hepatis sequitur hydropisis, tunc venter est stypticus. Si au tem esset venter laxus, nõ sequitur ita hydropisis, & ita flu xus ventris potest sequi magnitudinẽ apostematis gibbi, & tunc non est hydropisis: si superueniat hydropisis, tunc non esset venter laxus, quia cùm meteria quæ deberet, cõuerti in timorem, fluit ad exteriora, non causatur tumor & ita nec hydropisis. Quinto intelligendum, quoniã licet au thores communiter loquendo non ponant apostemata he patis generari nisi ab humoribus, aquositatibus, & ventositate, nihilominus potest causari ex chylo etiam in hepate quoniam chylus abundat & ad formam humoris transmu tari non potest propter hepatis debilitatem, aut propter chyli multitudinem, tamen cum venit ad hepar, aliquo mo do disponitur & subtiliatur, ita potest aggregari in hepate & corrumpi, & ita apostema causari: tamen quia hoc est de rarò contingentibus, ideo non posuerunt authores. Sexto notandum, quòd in apostematibus ca. hepatis, vrina est in tensa, licet debilitas digestiuæ remittat, ita deberet esse re missa, tamen quia talis debilitas prouenit à calore, ideo in rẽsa est propter admixtionem alicuius portionis choleræ. Septimo aduertendum, quòd in apostematibus hepatis, vrina est spissa, confusa, & liuens, propter humorum ebullitionem, perturbationẽ & febr. & licet oppilatio causet tenuem, verum est quando non est feb. nec humorum pertur batio, licet in apostemate sit, nihilominus ibi est ebullitio, perturbatio & feb. & istud facit ad eliquationem materiæ non obstante oppilatione. Octauo intelligendum, quòd cum in apostemate hepatis cibus ad hepar penetrare non potest, tunc multiplicantur feces, minoratur vrina, & si penetrat, fit ecõuerso. Nono notandum, quòd in apostemate hepatis, vrina est liuens ratione feb. infectionis & mortifi cationis. Decimo considerandum, quòd in apostemate in prine

Hydrops ex apostemate hepatis.

Apostema tis in hepate quoq; ex chylo gene ratio.

Vrina substantia & color.

Sectio ve na quando

principio corpore plethorico existente, debet fieri phlebotomia de basilica eiusdem lateris, quia ibi est sufficiens oppositio, sicut superius & inferius, & non debet fieri de parte sinistra, quia tunc esset duplex oppositio, & in phlebotomando non debemus transire duas notabiles oppositiones secundum Auicenn. Vndecimo notandũ, quòd in apostematibus hepatis & potissimè cal. bene competunt reper cussiua, nec talia oppilant & constringunt, nec ingrossant, & quia ponuntur in parua quantitate & cum quibusdam dissolutiuis.

De fluxu sanguinis ab hepate. CAP. IIII.

FLuxus sanguinis hepaticus est fluxus ventris sanguineus, virulentus veniens aliquando ab hepate, aliquãdo ab aliis membris. Causæ autem sunt aut extrinsecæ, aut intrinsecæ. Si autem fuerint extrinsecæ, tunc sunt sicut casus, percussio, vitæ suauitas, ocium in eo præcipuè qui consueuit exercitari, membrorum mutilatio, & similia. Si autem venerit à causis intrinsecis, tunc aut prouenit ab hepate aut ab aliis membris. Si ab aliis membris, tunc potest prouenire à stomacho, aut à venis meseraicis, aut ab intestinis aut propter retentionem menstruorũ, aut hęmorhoi. aut apostemata quæ vicinantur hepati, aut propter totum corpus. Si autem venerit propter hepar, tunc prouenit propter quatuor causas, aut apostemata, aut propter debilitatem virtutis conuersiuæ in sang. ita quòd chylus non conuertitur in purum sanguinem, ita membra illud abhorrẽt: tunc virtus expulsiua mittit ad intestina. Tertio accidit propter oppilationẽ, ita quòd hepar bene digerit, sed sang. non penetrat ad membra, aut quia membra non indigent, aut quia penetrare non potest, tunc ratione moræ denigratur, & videtur sicut frustum carnis, aut sanguisugæ. Quarto accidit propter apertionẽ venarum, & hoc accidit propter tres causas, aut quia vena finditur, aut quia corroditur, aut frangitur & aperitur, & de hoc stant versus:

Causæ.

Diabrosis venas corrodit, rixis easdem
Findet, anastomesis has aperire facit.

Intelligendũ est circa istam materiã, quòd ista materia partim pertractata est superius, cap. de fluxu ventris. Intelligendum etiam, quòd iste fluxus diuersificatur multis modis: ex parte quantitatis, quoniam aliquando est multus, aliquand

liquando est paruus: ex parte qualitatis, quoniã aliquando est clarus, aliquando virulentus, aliquando sanioſus: & ex parte substantiæ, quoniã aliquando est subtilis, aliquando grossus: ex parte odoris, quoniã aliquando est fœtidus, aliquando grauis odoris, aliquando non: & diuersificatur ex parte loci, & hoc multipliciter, vt dictũ est. Qui igitur particulariter vellet cõsiderare, species huius fluxus sunt multę valde, ad quæ narrandum nõ sufficeret præsens dies, sed ista sufficiant causa breuitatis, quia circa breuitatem laboramus. Si autẽ fuerit ex causis extrinsecis, hoc habetur indicio patientis. Si ab aliis membris, hoc habetur ex indicio & passionibus mẽbrorum, propter dolorem, & grauedinẽ particulæ patientis: quoniam si est à stomacho, est dolor, aggrauatio & indigestio circa stomachum, ita de intestinis, & aliis membris. Si est ex apostemate, est ibi febr. Si propter debilitatem virtutis digestiuæ hepatis, fluxus est sicut lotura carnis. Si propter oppilationẽ, sanguis vergit ad nigredinem & est coagulatus. Si propter venas, si sint apertæ, aut fractæ, tunc est multus, aut clarus, venit subito & velociter. Si venerit propter corrosionem & scissuram, tunc est virulentus, turbidus, & venit paulatim. Si est propter apostema, est partim sanioſus. Differentia autem inter fluxum hepaticum, fluxum inteſtinorum & aliorum membrorum hæc est, quoniam fluxus hepaticus est sine dolore periodal. post egestionem, & apparet quædam permixtio, & si veniat à stomacho, egestio est chyloſa, & grauedo est in stomacho. Et si prouenit à venis meseraicis, tunc nõ apparent signa debilitatis hepatis. Si prouenit ex frigiditate, videtur sanguis putrefactus, & modicus fœtor. Si ex caliditate, fœtor est maior, putrefactio & nigredo maior &c. Prognosticatio autem cadit hîc quo ad curationem. *Prognoſtic.*

Regula autem generalis est hæc, in quolibet fluxu, & in omni cholera, quæ egreditur à corpore, quòd nullus fluxus quantumcunque de natura sui prima fronte videatur malitioſus, quòd non restringatur si fuerit cum alleuiatione, & cum bona tolerantia, etiam si esset symptomaticus, non debet subito restringi, sed paulatinè, si virtus valeat tolerare. Si autem fluxus ventris sanguineus venerit propter apertionem & fracturam venarum, fiat in primis phlebotomia de hepatica vtraque. Deinde fiant ventoſæ inter ſpatulas *Cura. Phlebotomia.*

cum

cum scarificatione, & subtus mamill. iniungatur dieta sanguinis ingrossatiua, sicut sunt iuiubæ, risum, milium, panicum, lentes sine cortice, prima aqua abiecta, ona cocta in aceto, fabæ cum aceto, lactu. & similia. Nunc autem intelligendum, circa istam materiam, quòd omnis fluxus causa breuitatis potest reduci ad duas causas, scilicet ad calidã, & ad frigidam: si fuerit causa calid. curetur cum his medicaminibus sumptis, siue ab intus, siue ab extra, siue superius, siue inferius, secundum diuersitatem particulæ patientis, & hoc secundum diuersos modos vtendi sicut frequenter tactum est. Materialia autem sunt hutusmodi, scilicet bolus armenicus, terra sigillata, sang. draco. hypocistis, acatia, psidia, balaustia, myrtilli, berberis, ros. sandal. plantag. virga pastoris, bedegar, galiæ, & multa consimilia, cum paucis cal. stypticis. Si causa fuerit frigida, medicetur cum istis, scilicet mastiche, thure, styrace, calamita, ambra, nuce cypressi, & foliis eius, gariofi. aniso asso, nasturcio asso, & similibus, & apponantur aliqua pauca frigida stiptica. Aduertendum est hic, de quodam medicamine, quod indifferenter curat omnem fluxum si curari debeat per medicamina, supposita competenti dieta, & quòd corpus sit mundificatum. R. spodij. rasuræ eboris ana ʒ. 1. aluminis scissi, semi. canabis. an. ʒ ß. rosarum rub. electarum, margaritarum, coralli alb. & ru. sandal. muscatellini, charab. sang. draco. ambræ grisiæ. ana ϑ. 2. conficiantur cum syrupo myrtino, fiant trochisci, & cum volueris vti, distemperentur cum lacte, & dentur, valet principaliter istud medicamen contra fluxum sanguineum hepaticum, & secundario contra stomachicum, per consequens valet in omni fluxu, nisi fluxus esset propter oppilationem, & valet oppilatione remota, & corpore mundificato, vt dictum est. Intelligendũ, quòd fluxus propter vulnus & corrosionem est magis immundus & virulentus quàm ille qui venit propter apertionem & ruptuã venarũ, pro tãto, quia in venis magnis est plus de calore & spiritu: In venis autem paruis minus est: propterea corrosio fit magis in venis paruis, ideo sanguis est magis virulẽtus ratione causæ inducẽtis corrosionẽ, & ratione aggregationis superfluitatũ in loco. Secundo notãdum ꝙ fluxus dysentericus plus fit & frequẽtius de sang. cholerí. ratione acuminis, postea ex sang. ratione multitudinis, & tard

Ventosa. Victus ratio.

Calida ad stringẽtia.

Trochisci multũ profi cui ad omne sanguinis profluuium.

Clarificatio.

& tardius ex phlegmate, quia humor frigidus viſcoſus, tardius ex melancholia, quia humor terreus. Tertio intelligendum, quòd frigiditas multum intenſa per comparationem ad virtutes corporis cauſat fluxum dyſentericũ, quia debilitat virtutem digeſtiuam & contentiuam, ſed frigiditas temperata totum confortat & reſtringit. Vltimo notandum, quòd in fluxu hepatico dyſenterico, remedia exterora debent poni ſupra regionem hepatis, non alibi, quia nocumentum inducerent.

De hydropiſi. CAP. V.

HYdrops eſt error virtutis vnitiuæ in toto corpore ſequens mutationem virtutis digeſtiuæ in hepate, & ita hydrops eſt error virtutis digeſtiuæ in hepate. Intelligendum circa iſtã materiam, quòd virtus digeſtiua triplici diſpoſitione menſuratur, quoniã nutrimentum primo diſſeminatur, ſecundo vnitur, tertio aſſimilatur, cum deficit diſſeminatio, cauſatur macies. Et ſi deficit vnio, cauſatur hydropiſis, & ſi aſſimilatio, lepra. hæc ſunt quæ leguntur à Gal. lib. ſuo de virtutibus naturalib. Cũ igitur nutrimentũ non poteſt perfectè vniri & ſolidari, tunc tumefit membrũ & inflatur, tũc cauſatur vera hydropiſis quę hypoſarca appellatur. hypoſarca tamẽ nõ eſt ſine hepatis paſſione, ideo quantumcunque facies eſſet tumida ſeu inflata, vel pectus verſus diaphragma, vel ſtomachus, vel matrix, vel pedes, vel manus, nihilominus non eſſet hydropiſis niſi virtus digeſtiua hepatis pateretur, ideo etiam bene dicitur. Hydropiſis eſt error virtutis digeſtiuæ in hepate, quoniam ſine paſſione hepatis fieri non poteſt. Nunc autem tres ſpecies hydropiſis à ſapientibus diſtinguntur. Prima ſpecies eſt de cauſa frigid. & appellatur hypoſarca ſeu anaſarca, ſeu leucophlegmatia, quod idem eſt, cuius cauſa eſt ſanguis aquoſus, frigidus, phlegmaticus cum vniuerſali tumore totius corporis, ideo iſta ſpecies eſt vera hydropiſis. Et primo & principaliter patitur hepar, quia errat virtus digeſtiua vnitiua in toto: membrum enim non poteſt conſolidari & firmum eſſe, ſed eſt molle, inflatum, tumidum, & tamẽ iſta ſpecies minus mala eſt inter omnes. Aliæ autem duæ ſpecies ſunt de cauſa cal. quãtũ ad cauſam antecedentem, licet cauſa coniũcta ſemper ſit frigida, ita ꝙ prima ſpecies appellatur aſcites, & cauſatur ex humiditate ſubtili

Aqua inter cutem.

Tres ſpecies hydropiſis.

aquoſ

aquosa multa cum modica ventositate, & est deterior inter omnes. Tertia autem species seu secunda, quantum ad causas cal. vocatur tympanites, cuius causa est ventositas multa cum pauca aquositate, & est mala valde. Modus autem generandi est iste, quoniam deficit virtus digestiua hepatis, ita quòd chylus ad perfectam formam humoris deuenire non potest, nec etiam bene potest purgari, expelli & mundificari, nec congregari: tunc aliqua portio mittitur ad totum corpus, & aliqua remanet in hepate. & quia illa quæ vadit ad totũ corpus non est naturalis, nec natura potest perfectè conuertere & consolidare, ideo magnam portionem iterum ad hepar mittit, ita est de renibus & vesica, cum non possint bene mundificare. Ista igitur omnia iterũ regurgitant ad hepar. Et quia hepar fuit debile in generãdo, & segregando, ideo modo plus est debile in expellendo ad exteriora, sed facit quod potest: ideo cõuertitur ista materia in vaporẽ & per porositates & foramina resudat vsq; ad pelliculas cõtinẽtes intestina quæ siphac & mirach appellantur, tunc ibidem includũtur, aggregantur & causant tumorem vẽtris in tantũ, quòd intestina balneãtur in illis. Et quãdo venit ad tantũ non est curatio, pellicula autẽ quæ immediatè adhęret intestinis vocatur mirach. vnde mirach est pinguedo zirbosa tenens ad modũ retis immediatè inuoluens intestina. Deinde venit alia pellicula quæ approximatur cuti, & illa appellatur siphac, ita vẽtositates & aquositates inter duas pelliculas recluduntur. Authores ergo volũt, quòd prima species causatur immediatius propter errorem virtutis digestiuæ terriæ. Secunda propter errorem mundificatiuæ renum & vesicæ. Tertia propter errorem stomachi conuertentis materiam in vaporem quam hepar rectificare non potest. Quæcunque igitur fuerit causa & quocunque modo vadat negotium in omni specie hydropisis principaliter patitur virtus hepatis digestiua. Causæ vero aut sunt exteriores, aut interiores: si exteriores, tunc sunt sicut casus, percussio, obuiatio, nimia caliditas, nimiũ frigus, & similia, & fluxus nimius sanguinis, aut ventris, & omnia similia manifesta & detecta. Si ab intus, sicut sunt ab hepate, aut ab aliis membris, tunc sunt omnia illa quibus hepar cõpatitur, aut cum quibus habet colligantiam, aut vicinitatem, & ita virtus hepatis patitur, minoratur, & aufertur,

Ascites & quibusdam vtricularis dicitur.

Tympanites.

Hydropisis generatio.

Causa.

aufertur,& corrumpitur propter ſtomachi paſſionẽ,& propter morbos venarum meſeraicarum, & propter vitia inteſtinorum,matricis,veſicæ,renũ,ſplenis,diphragmatis, pulmonis,& ita de aliis. Si autem fuerit propter hepar,hoc eſt propter tria, aut propter morbos conſimiles,& officiales, aut cõmunes:conſimiles,ſicut eſt mala complexio frigida, & iſta eſt cauſa immediata hydropiſis:aut propter malam complexionem cal.quæ facit ad exhalationem cal. naturalis,quo exhalato ſuccedit frigiditas,& ita licet cauſa antecedens ſit caliditas, cauſa tamen immediata eſt frigiditas. Morbus autem officialis,eſt ſicut oppilatio,apoſtema,& ſimilia. Ex omnibus iſtis igitur & ſibi cõformibus,virtus digeſtiua hepatis immutatur,& ſi continuetur,hydropiſis generabitur. Signa hydropiſis futuræ ſunt quãdo præter ſolitum longo tempore ſuperfluitates quæ conſueuerunt expelli retinentur,ſicut eſt ſudor,egeſtio,vrina,& alia conſimilia. Secundum ſignum eſt,cacochymia & præter ſolitum mala coloratio faciei,& aliquando inflantur teſticuli, aliquando intenditur appetitus,aliquando diminuitur. Signa autem hydropiſis præſentis ſunt, inflatio pedum & oculorum,difficultas anhelitus,tuſſis ſicca, tumor ventris, ſitis inextinguibilis,diminutio appetitus cibi propter appetitũ potus,mala coloratio. Signa autẽ hypoſarcæ ſunt tumor vniuerſalis totius corporis,pulſus vndoſus, egeſtio autem al.ſanguinea,& ſi comprimatur caro cum digito, dimittit poſt ſe cauernã, & venter non eſt ita tumidus ſicut in aliis ſpeciebus. Et eſt intelligendũ,quòd in vtraq; ſpecie,poteſt vrina eſſe colorata,tincta,& ideo ex colore vrinæ nõ poſſumus arguere ſupra caliditatem. Tympanites autem & aſcites differũt ab hypoſarca,quoniam in aſcite & tympanite, gracillantur ſuperiora,inflantur inferiora, & eminet vmbilicus extra:In hypoſarca autem,eſt vniuerſalis inflatio per totum corpus. Signa autem aſcitis ſunt iſta,pulſus paruus & frequẽs,& ſi venter agitetur,ſonat ſicut vter ſemiplenus aqua,ſicut ſonaret coac coac. Tympanites autẽ, diſcernitur,quia vrina eſt magis tenuis,& pulſus velox,frequens & durus,& ſi venter percutiatur, ſonat ſicut tympanum percuſſum,vel ſicut vter plenus vento, & licet egeſtio ſit ſanguinolenta in iſtis duabus ſpeciebus, non tamẽ eſt alba ſicut in hypoſarca. Hypoſarca igitur vt dictum eſt,cauſatur

Signa futuræ hydropiſis.

Signa aſcitis.

Signa tympanitis.

magis propter tertiam digestionem, ascites propter secundam, & tympanites propter primam. Si autem hydropisis venerit propter causas extrinsecas, discernitur indicio patientis, & si fuerit propter pas. aliorum membrorum, discernitur propter hoc, quia passiones præcesserunt notæ & manifestę. sicut est apostema hepatis, aut durum, & ita de aliis membris. Si fuerit ex seb. discernitur ex illo: sicut docet Hipp. discernere in prognosticis, cõsurgens autem ex lumbis & iliis, &c. Considerentur igitur signa, & erit manifestum. In primis docet Hip. prognosticare, cum dicit, omnis hydrops in acuta feb. malũ. Si enim hydrops sequatur feb. continuam, vix aut nunquam euadunt. Et si sequatur apostema durum hepatis, nunquam recipit curationem, ni si forte in principio si medicus fuerit diligens, & patiens obediens, & quòd alia particularia conueniant. Quando hydropico applicantur remedia conuenientia, & patiens sentit se alleuiatum, & post tres dies, aut quatuor iterũ reuertitur, & hoc fit frequenter in multis vicibus, talis nunquam curabitur. Quid esset igitur, si nullo modo sentiret se alleuiatum? certe tanto deterius. Fluxus ventris superueniens hydropico sine alleuiatione, mortale: quoniam aliquando est possibile, quòd natura euacuet aquam hydropicorum per secessum, & per vias vrinales. Fœtor anhelitus, sputi, sudoris & eorum quæ egrediuntur à corpore, signa sunt mortalia in hydropico, & fœtor totius corporis. Quãdo in hydropico egestio est ad modum sanguinis coagulati, proximus est morti. Vrina bicolor, mortalis est in hydropisi, sicut cum est ruffa inferius, & liuens superius. Aut cum est rubea superius, & nigra inferius. Si hydropico superueniat dysenteria, difficultas anhelitus, & fluxus vẽtris, infra tres dies morietur. Hydropisis in complexione calida & sicca, mala valde. Hydropisis quæ prouenit ab hepate, peior est quàm à splene, vel ab aliis mẽbris. Ascites deterior est inter omnes species, vt dictum est, hyposarca minus mala, tympanites media, licet sit valde mala. Vlcera in hydropico non curantur. Si melancholico superueniat hydropisis, curatio fit melancholiæ propter humectationem.

Prognostic. Hipp. prognostic. 1. libri 2.

Curatio. Victus ratio.

Curatio & præseruatio hydropisis talis est. In primis parcãt cibis & potibus, quantũ erit possibile, tolerent sitim, vtent omnia brodia, & iuscula, nisi die solutionis, tũc vtãtur brodiis

brodiis gallinæ cũ aromatibus. Vitent panẽ triticeũ, quantũ erit possibile. Vtãtur pane cũ croco, pane hordeato, vino claro, subtili, albo, mũdo, aromatico, sed in parua quantitate, vtãtur nectare. Volatilibus si habere poterint, & sint omnes carnes assę, misceãt in cibis suis allia, cępas, porros, vtãtur sinapi, sed in parua quãtitate, & sardellis. Itẽ vtãtur isto salsamẽto. R. zin. galãgę, zedoariç, anisi, mara. cimi. ameos, siseleos. ana ʒ. j. spicę nar. calami aromatici, coriand. prępărati. ana ʒ. j. sand. musc. ʒ. ij. fiat puluis, vtãtur in omnibus cibis suis. Vtãtur ergo pullis, columbis, gallinis, phasianis, & omnibus auibus quę nõ degũt in aquis. Etiã possunt vti ens. sca. ruta, serpillo, apio, saluia, nasturcio, calamẽto, petro. cõpetunt etiã auellanæ assæ, fistici, & omnia similia. Vtantur exercitio fortissimo ante cibũ, vitẽt bal. aquæ dul. nisi esset stupha. Vitẽt phlebotomiam, nisi repletio esset nimia propter retentionẽ mẽstruorũ, aut propter retentionẽ hęmor. Omnia ea quę euacuãt solã chol. nisi nimis exuberaret, tũc euacuetur cum myrob. citri. Ista autem bal. quæ dicentur, competũt omnibus præparatis ad hydropisim, & etiã competunt in hydropisi actuali, corpore tamen mundificato, & ideo prius mũdificemus. Vtãtur parati ad hydropẽ oxym. diur. & oxymel. scil. Deinde purgẽtur cũ hiera. acuata cum aloë, & mastiche, & si materia esset viscosa, acuatur hierap. cum pulpa colocinth. & bdellio. Corpore autem mundificato, vtantur ista stupha. R. asari, origani, calamenti, anisi, marathri, chamomillæ, meliloti, anthos, stœchados, absinthij, ana lib. ß. ponantur in aqua, & stuphentur in fumo ante cibũ & post exercitiũ. Deinde vtãtur trifera, theriaca, quibus vtãtur quantum erit vtile. Deinde possunt balneari in furno vnde exiuit panis, sic ꝙ posset patiens tolerare, & suder ibi diu, vel balneentur in arena maris in tempore calido, & sepeliantur ibi vsq; ad collũ, cooperiatur bene caput ne lædatur à sole, vel vadãt ad bal. sulphurea, & aluminosa, vel calefiat aqua maris, & balneentur ibidẽ. Si ista nõ inueniantur naturaliter, fiant tamen per artificiũ, vel sic: fiat fouea in terra, & ponantur in fouea carbones accẽsi de iunipero. Deinde ponatur crater ferreus desuper, & sternantur ebuli multi, & patiẽs nudus intret ebulos, & sudet ibidem fortiter. Intelligendum etiam iuxta hoc, ꝙ patiens ponatur in sole ventre discooperto, cauendo tamen quòd locus

Salsamentum.

Exercitiũ.

Balnea.

Modus alius tractandi hydropicos.

non sit ventosus nec frigidus, & quòd fricetur venter fortiter cum manibus, quia mirabiliter valet: nam calor solis est viuificus, & ego inueni magnum iuuamentum. Deinde sciendum, quòd lac multum valet, si quotidie potetur mane & sero: si posset abstinere ab omni alio potu, optimum esset. Cum hoc intelligendum, quòd serum caprinum potatum, & spica nar. curant omnem hydropisim de frigida. Si autem esset de calida, addatur cū his suc. endi. & suc. scariolæ. Euphorbium cum suc. citoniorum in parua quantitate sumptum vsque ad ℈.j. vel ʒ.ß. si continuetur, curat omnem hydropisim de frigida. Et si fuerit de causa ca. vtatur saracenica reubarbarata, cum diareubarbaro supposita paucitate cibi & potus, diæta sit subtilis, & exercitium temperatum. Ista quę dicta sunt præseruant ab hydropisi, & curant omnem hydro. à principio.

Lactis effectus.

Euphorbij vsus, & virtutes.

Cura hydropisis actualis, à causa frigida.

Supposito igitur vniuersalibus in omni hydropisi, prouocetur vomitus cum decoctione raphani in oxymel. diuretico. Deinde vtatur tali syru. & potissimè in causis frigidis. & aquosis, quia de causis ea. inferius faciemus mentionem. R. radi. ariſt. ireos, fœni. petro. bruſci, asparagi, graminis, apij, gentianæ. ana ʒ. iiij. conquassentur, & temperentur cum aceto fortissimo per diem & noctem, tunc R. asari. betonicæ, germandreæ, stœcados, eupatorij, absinthij, mēthę, origani, calamenti. ana ʒ. ij. spicæ nar. squinanti. calami aromatici, laccæ, anisi, marathri. se. end. se scar. se. melo. ana ʒ. j. spodij, rasuræ eboris, sandali muscatellini. ana ʒ. ij. liquir. mund. vuarum pas. mund. ab aril. iuiubæ. ana ʒ. j. aceti prędicti ʒ. iiij. mell. ro. lib. j. panis zucca. lib. ß fiat syr. quasi lib. ij. Deinde fabricetur talis materia. R. euphorbij, pulpæ colocynth. agarici. ana ʒ ij. laccæ, spicæ nard. bdellij, se. end. se. scar. masticis. ana ʒ ß. suc. ireos, succ. absinth. suc. cucumeris asinini, ana ʒ. ß. carnium citoniorum quar. j. puluerizanda puluerizentur, & fortissimè incorporentur sine igne, & si non possent incorporari cum his, incorporētur cū oxymel. scill. quantū sus. Intelligendū igitur circa ista duo, ℘ materia vbicunq; fuerit, modo est trahenda versus partes vrinales, modo versus ventrem, non continuetur vna operatio, vt natura sit consueta. Vtatur igitur duobus vel tribus diebus syr. prædicto: sequenti die vtatur de prędicta medi-

Germandream vocat quam Dioſc. chamædryn.

cina,

cina, vsque ad ʒ.j. vel ij. iuxta conuenientiam particularium, deinde vtatur syr. v. diebus, vel sex, & duobus diebus continuis vtatur medicina prædicta, & in quantitate prædicta. Deinde quiescat duobus diebus, vel tribus. Postea vtatur prædicto syr. ix. vel x. diebus. Et vtatur prædicta medicina, vt paulatinè euacuetur aqua citrina hydropicorum, & de prædictis materialibus positis in syr. potest fieri electuarium, seu conditum, & similia. Et verè qui bene vult aduertere omnia ista, optima sunt, si diligenter particularia consideremus. Tandem balneetur, aut stuphetur sicut dictum est. Et emplastretur vẽter cum isto emplastro. R. stercoris bouini, stercoris capræ, cimolię, desiccentur trita supra ignẽ, postea R. stercoris columbini, sulphu. nitri, limacearum cum testis suis, & testas conchilium marinorum, cõterantur omnia simul, fiat emplastrum cum vino albo, & extendatur supra totum ventrem. Si hydropisis esset de ca. fiat emplastrũ de rosis, sandalis, & chamomilla, supra hepar, tunc emplastra calida non apponantur supra regionem hepatis, sed supra residuum ventris. Vitare autem debent omnes hydropici scamoneam, tithymallum, & etiam aloën, nisi aloë esset abluta & bene repressa. Intelligendum etiam hic, quòd multæ sunt medicinæ quæ euacuant aquam citrinam hydropicorum, sicut est elaterium, semen laureolæ, se. feruleæ, se. erucæ, se. cicutæ, se. vrticæ, castoreum, elleborus vterque, tapsia, aqua raphani, squillæ, carthami, aqua psyllij, & propria vrina, succus mediani corticis sambuci. Si autem distilletur radix sambuci, & medianus cortex, & flores, & fiat ista aqua, quę in delicatis curat omnem hydropisim de frigida causa. Ego autem sum expertus suc. radicis ireos. Attamen aduertẽdum, quòd succus iste debet esse crudus, quia si esset coctus, nihil valeret, & quòd accipiat mane quantum media testa oui capit per se, vel cum ouo sorbili, proculdubio curat omnem hydropisim quæ manu humana sit curabilis, dum tamen continuetur, educit enim quotidie tres, vel quatuor scutellas aquæ citrinæ. Et quia ista sufficiebant mihi in ægritudine curabili, in principio, ideo de aliis non curaui, quia cum hoc medicamine nullo alio indigemus. Potest etiam fieri suppositorium tale. Recipe sal. gemmæ, foliorum rutæ, ana ʒ. ß. castorei, euphorbij, se. vrticæ, ana ʒ. ij. mellis quantum suffic. fiant suppositoria.

Quæ vitanda.

Aquam intercutẽ vacuantia.

Suppositorium.

Modus euacuãdi aquã intercutẽ.

Vltimo autẽ, & in desperatione cũ nõ videmus aliã viam, incidatur per duos digitos subtus vmbilicũ, & fiat foramẽ diagonale, ita vt prima pellicula exterior incisa, cum venimus ad siphac, subtus primũ vulnus cutis exterior cooperiat foramẽ siphac, vt aqua subito exire nõ possit, tũc imponatur cãnula per foramẽ primũ, postea inclinetur caput canalis, & intromittatur p secundũ foramẽ, tũc aqua extrahatur paulatinè, hodie partũ, & cras similiter, donec tota aqua sit euacuata, confortetur hepar cũ aromaticis stypticis. Et

Auicẽnæ opinio.

est intelligendũ, ꝙ Auic. dicit, ꝙ melius esset, ꝙ euacuaretur ista aqua cũ medicinis, quæ euacuãt à proprietate. Verũ est, ꝙ vita potest aliquo tẽpore prolõgari per vnũ mensem, aut per mediũ annũ, sed postea iterũ reuertitur aqua paulatinè, & nũquam vidi aliquẽ perfectè curatũ per hunc modũ, quin finaliter moreretur, credo, ꝙ melius esset ꝙ fierent 5. vel 6 cauteria, subtus vmbilicũ in bursa testiculorũ,

Opinio authorũ.

resudãdo, ita quòd paulatinè materia aquosa purgaretur: multa autẽ sunt medicamina composita quæ valent in hac passione, & illa ponemus per Dei gratiam in fine libri &c.

Cura hydropisis cum calore.

Si autẽ cum hydropisi fuerit fe. aut apostema, aut hydropis fuerit de causa ca. tunc in aliquo istorũ non detur vinũ, nec etiã aliquis panis, & potissimè de frumẽto si possibile est. Vtatur hordeato, aqua hordei, & paruis pullis assis, carnibus hœdinis assis, nisi fe. esset continua, vtatur endi. scalact. cum aceto, vbi sit zuc. & mala gra. dul. acria cõpetũt, & omnia cibaria facilis digestionis quæ vergunt ad frigiditatẽ, fugiendo semper aquosa, ventosa, & oppilatiua. In primis digeratur materia per hunc modũ. R. end. scar. hortulanæ & syluestris, ana ℔. ß. lactucæ, hepaticę, fumiter. eupatorij, scolopendr. cichoreæ. ana ʒ. ij. iiij. se. frigidorũ maiorũ & minorũ. lactucæ, spi. nar. foliorũ absinthij, rad. apij ana ʒ. j. aceti al. ʒ. iiij. panis zuc. ℔. j. mellis ℔. ß. fiat syr. ℔. j. & ß. & emplastretur hepar cum summitatibus vitis albæ,

Potio purgatoria.

succo morellæ, hepaticæ, end. sand. aceto, & aqua ros. Et purgetur sic, R. florum bora. florũ viol. fumiter. ana ʒ. j. liqui. mund. iuiubarum, foliorum absinthij, vuarum pass. ab arill. mundata. ana ʒ. ß. prunorũ 20. spicæ nar. ʒ. ij. fiat decoctio cum sero caprino, & in decoctione tẽperentur cortices myrob. citri. ʒ. j. fricentur lento igni & colentur, colaturæ

turæ addatur cassiæ fi. mund. ʒ. j. reub. ʒ. j. vel ʒ. ij. Nunc autē ista fiant, sicut dictū fuit superius in alio syrupo, & alia euacuatione, scilicet, ꝙ aliquibus diebus vtatur syrupo, & aliquibus aliqua portione decoctionis immediatè dictæ, & ita modo vno, modo alio. Emplastrum tamen continuè teneatur & frequenter innouetur, sed supra totum ventrē ponatur emplastrum superius dictū, nisi quòd pistetur cū aceto fortissimo loco vini, tamen non ponatur supra regionē hepatis, vt dictum est, sed emplastrū frigidum supra regionē hepatis ponatur. Et quia aliquando eadunt multæ cōpositiones, sicut est feb. apostema, hydropisis, ideo simpli cibus simplicia addantur, & cōpositis cōposita, aliquando plus, aliquādo minus, quod industriæ medici operātis particulariter derelinquo. In tympanite autē fiant sacellationes de milio, panico, furfure confecto, & hordeo, chamomilla, & meliloto, assentur ergo ista & frequenter fiat sacellatio. Si ventositas esset de causa frigida, sacelletur venter cum sale, aniso, marathro, cimino, ruta: & si fortius facere volumus, fiat cum furfure & nitro. Ex istis igitur possunt fieri omnia ista vnguenta & emplastra. Deinde fiant ventosæ multę supra ventrē sine scarificatione, & fiant suppositoria superius dicta: hepar tamen à calidis custodiatur. Medicamen ad euacuandum aquam citrinam hydropicorū, & detur ʒ. j. aut plus, aut minus iuxta conuenientiā particularium est tale. R. succi cucumeris asini. & rad. eius, succi laureolæ, suc. ireos producentis florem purpureum, suc. abstinth. suc. eupatorij ana ʒ. iij. misceantur, quiescant, & aqua quæ supernatauerit proiiciatur, & quod residet conseruetur. Tunc R. reub. agarici ana ʒ. ß. spicæ nar. scendi. se. scar. se. portu. masticis, laccæ, dragagant. salis gemmæ ana ʒ. j. mellis ros. ʒ. ß. puluerizanda puluerizentur, & in sole in vase vitreo diu agitentur, conficiantur ad modum conseruæ, & non reueletur nisi in dilectis.

Sacellationes.

Ventosæ.

Medicamē tum aquā intercutem educens.

Quæritur quid istorum debeat dici hydropisis, vel debilitas virtutis digestiuæ, vel tumor seu inflatio, quoniam in omni apostemate est tumor seu inflatio, sed in hydropisi sunt huiusmodi, quare tumor erit hydropisis. Primum nihil erit causa & ægritudo, sed debilitas virtutis est causa hydropisis, quare debilitas nō erit hydrop. erit igitur tumor. Contrariū videntur dicere authores, quòd hydropisis

Clarificatio.

Hydrop. quid.

error est virtutis digestiuæ, quare, &c. Dico, quòd ista descriptio est causalis, vnde secundum veritatẽ debilitas virtutis digestiuæ est causa hydrop. tumor siue inflatio est signum hydropisis, & qualitas membri lędens operationem est morbus, patet igitur quòd authores loquuntur causaliter. Secundo notandũ, quòd in hydropisi est triplex morbus, consimilis ratione malæ cõplexionis: sed officialis ratione tumoris: & communis ratione solutionis continuitatis, licet ista sint ibi. mala complexio est morbus per se, cum primo lædatur operatio ratione malæ cõplexionis, sed alij sunt morbi secundario, quare &c. Tertio notandũ, quòd causa immediata hydropisis, est error virtutis digestiuæ in hepate, inquantum scilicet errat digestio secũda, imò hydropisis non est aliud quàm mala qualitas membri lædens operationes, & tumor est signum, ideo propriè loquendo, tumor non est morbus, sed signum. Causæ autem antecedentes sunt duæ, mala complexio ca. & mala complexio frigida, licet mala complexio cal. sit causa antecedens, nihilominus frigiditas est semper causa immediata, quia caliditas superflua exhalando frigidum inducit, vt dictum est, frigiditas igitur est semper causa immediata, sed caliditas & frigiditas sunt causæ remotæ. Quarto intelligendum, quòd in tympanite, vel ascite sunt simul caliditas & frigiditas, sed diuersimodè, quoniam vnum est vt formale sicut caliditas, ideo actu manifestatur: aliud est vt materiale immediatum & occultum, ideo non ita manifestatur &c. Quinto notandũ, quòd extrema citius inflantur quàm proxima, sicut patet in pedibus, quia calor citius deficit in extremis quàm in medio, & pro tanto dicebat Gal. in prognostic. quòd mors incipiebat à pedibus. Inflantur igitur pedes, & non pectus, hoc est, quia locus pectoris non est bene dispositus propter ossa. Sexto aduertendũ, quòd in tympanite & ascite solum vẽter inflatur & pedes, sed superiora macerantur. In aliis autẽ speciebus, totum corpus inflatur, cuius ratio est, quoniam in istis speciebus duabus, virtus est multum debilis & nõ potest mittere ad totum corpus, nec superfluum, nec naturale: & quia non superfluum, ideo non est tumor, & quia non mittitur naturale, ideo est macies. In hypostarca autẽ, virtus est fortior, quod patet, quia superflua mittit ad totum corpus, ideo est

Morbus triplex in hydrope.

Causa immediata.

Nota.

Inflatio vẽtris & pedum solum in ascite et tympanite.

est tumor, quare minus periculosa inter omnes, & ideo solũ in hac specie manifestatur error virtutis vnitiuæ, quod est propriè hydropisis, sicut error assimilatiuæ est lepra. Septimo notandum, ꝙ in speciebus cal. hydropisis, vrina est tincta ratione caliditatis antecedentis & non coniunctæ. In hypostarca autẽ, vtraq; causa est frigida, ideo vrina remissa: possibile tamen est, quòd vrina sit colorata, vt dictum est superius propter debilitatẽ segregatiuę renũ, aut ratione fe. superuenientis, & similiũ, ideo vrinæ in hoc casu non est credendum. Octauo intelligendũ, quòd in hydropisi de cal. est maior sitis propter caliditatẽ antecedentem, sed in hydropisi de frigida, est maior appetitus cibi propter vtranq; causam frigidam, cum appetitus cibi vigeat propter frigidum. Nono aduertẽdum, quòd in omni hydropisi, tussis superueniens ratione hydropisis est signũ mortis: quoniam postquã causata est passio hepatis, quòd spiritualia igitur cõpatiantur, signum est mortis, quia pas. membri nobilis, sicut hepatis fortissima videtur. Decimo notandum, quòd sicut phthisis quæ est consumptio corporis, non potest esse sine passione pulmonis, cum quælibet consumptio non sit phthisis, ita hydropisis non potest esse sine passione hepatis, & tamen quilibet hepatis error non est hydropisis. Vndecimo aduertendũ, quòd magna discrasia hepatis causat hydropisim: sed remissa, ictericiam. Duodecimo aduertendum, quoniã licet possint esse multæ causæ sitis in hydropisi, ista tamen potest esse vna, quoniã cum spiritualia cõprimuntur propter pass. hepatis, tunc pulmo nõ potest flabellare, euentare & infrigidare cor, sicut oportet, & ita calefit cor, & vapores qui sunt circa cor, & per consequens stomachus, & ita causatur sitis. Decimotertio intelligendum, quoniam species hydropisis si fuerit de humore, tunc est hypostarca. Si ab aquositate, tũc erit ascites: à ventositate, erit tympanites. Aliqui tamen antiqui dixerunt sic, causa antecedens, aut est calida, aut frigida. Si cal. aut coniungitur aquositati, & erit ascites, aut siccitati & ventositati, & erit tympanites. Si autem frigiditas coniungatur humiditati, sic erit leucophlegmatia: Si siccitati, tũc erit hypostarca, aut anasarca, prius tamen dictum est melius: quoniã hypostarca, anasarca, & leucophlegmatia, pro eadẽ specie reputantur. Decimoquarto notandum, quòd

Vrina color in hydrop.

Apho. 35 partic. 6.

Hydrops propria hepatis passio.

Sitis causa in hydrop.

Calor mediocris duplex.

calor mediocris generat ventum, & ita tympaniten, quia si esset fortis, resolueret & consumeret, debilis, nihil faceret. Sed calor mediocris est duplex, aut absolutus, & ita est naturalis, aut comparatus, & sic duobus modis, quoniam aut est medius inter cali. & frigi. aut medius inter potentē resoluere, dissoluere & consumere, aut inter potentē non ista facere, & talis calor mediocris tali mediocritate significata causat ventum, scilicet tympaniten. Et iuxta hoc notandum, quoniā ventus qui generatur ante humorē, facilius generatur quàm humor, sed ille qui generatur post humorem, difficilius. Decimoquinto aduertendū, quòd in ascite calor naturalis est minor, cum magis lædat in radice, & faciat calorem naturalem exhalare, ad cuius exhalationem sequitur frigiditas naturalis. Sed calor extraneus est maior & intensior, in hypofarca est contrarium, quoniā calor naturalis in radice est maior, cùm natura non ita lædatur. Frigiditas accidentalis est maior gratia materiæ, tunc igitur in hypofarca est maior frigiditas accidentalis & maior caliditas naturalis. In ascite autem, est calor accidentalis maior seu intensior, & frigiditas naturalis minor. Decimosexto notandum, quòd hypofarca non potest causari ex aquositate & ventositate, sed ex humore, quia in hypofarca est virtus fortis, & si expelleret aquositatē & ventum ad totum corpus, cum talia sint facilius exhalabilia, expulsibilia, quàm humor, ideo expellentur, ita nullus tumor, & nullus per consequens est morbus, sed licet humor expellatur vsq; ad mēbra, non tamen omnino potest expelli nec resolui, propter repugnantiā, & ita causat tumorē. Nunc autem virtus est semper debilis, vbi hydropisis ex ventositate & aquositate generatur, quare &c. Decimoseptimo intelligendum, quòd hydropisis de cal. difficilioris curæ est in quolibet tempore morbi quàm hydropisis de frigida, & pro tanto, quia in cal. virtus est debilis, & est duplex mala cōplexio diuersa, antecedens, scilicet quæ est ca. & coniuncta, quæ est frigida, & ita indiget contrariis medicaminibus. In hydropisi autē de frigida virtus est fortior, quòd declarat tumor vniuersalis, & non est nisi vnica mala cōplexio diuersa, ita sufficit vnus modus medicandi, nec est simile de tertiana, si curetur faciliter, quia hepar non patitur sicut in hydropisi, nec est duplex mala cōplexio &c. nec est

Calor naturalis imbecillior in ascite.

Calor accidētalis maior.

Hypofarca generatio.

Hydropisis à calido cur difficillima curationis.

Apho. 34 partic. 2.

similē

simile de illo, in morbis minus periclitantur ęgrotãtes, &c. quoniam hydropisis de ca. non habet maiorem conuenientiam cum aliis morbis ca. qui facilius curantur quàm frigidi, ratione hepatis & ratione duplicis malæ complexionis. Decimooctauo notandum, quòd panis competit in parua quantitate, cum repugnet digestioni & oppilet, valet magis humidus quàm siccus, dum tamen infundatur in brodio cicerum, aut in vino al. puro, quia facilius penetrat & facilius digeritur, nec inflat, quia ibi iũgitur cũ diure. Decimonono notandum, quòd hydropisis de causa ca. debet à principio curari cum frigidis, sed postea cum calidis supra ventrem, intus & frigidis supra hepar ne dissoluatur. Vigesimo considerandũ, quòd prouocatio se. non competit, & licet in multis aliis competat, cum hoc est materia tanta, quòd non esset consumptibilis in omni hydropisi calida. Vltimo dicendum, quòd mirificè competit in omni hydropisi calor solis, & cum hoc calor viuificus secundum Serap. ita sicut dictum est, quòd teneat ventrem discoopertum in sole, vbi non sit ventus, & quòd fricetur, & frequenter.

Panis vsus.

Solis caloris vtilitas.

De Ictericia. CAP. VI.

ICtericia est vniuersalis cutis defœdatio, sicut morphea est defœdatio cutis maculosa, sed differunt, quoniã morphea est propter errorem tertiæ digestiuæ, & ictericia propter errorem secundæ. Nunc autem ictericiæ sunt tres species, citrina, viridis, & nigra. Modus autem generandi est iste, quoniam quando natura sine ebullitione & sine putredine mittit chol. ad cutem, defœdatur cutis vniuersaliter sine macul. & talis defœdatio appellatur ictericia, quoniã vnus & idem humor cum transmittitur ad diuersas partes, diuersas causat passiones, sicut diximus superius lib. r. cum loquebamur de feb. Ictericia autẽ, aut causatur à causis exterioribus, aut interioribus. Si à causis exterioribus, tunc sunt sicut morsus reptilium venenosorum, assumptio veneni, comestio ciborum calidorum, labor in sole calido, acceptio ciborum calidorum corruptorum de facili, sicut sunt lac, pisces, & acceptio ciborum oppilatiuorum, & breuiter omnia illa possunt esse causæ ictericiæ, quæ vltra temperamentum multiplicant choleram, aut melancholiam, aut adurunt ea, aut impediunt virtutem mundificatiuam

Regius morbus Latinis & Cornelio Celso aurego dicitur.

Causæ.

ficatiuam hepatis, aut chiſtis fellis, aut ſplenis, quoniam natura tunc mittit humorem abundantem ad totũ corpus, aut per viam mundificationis, aut per viam ſymptomatis. Si autem fuerit propter cauſas intrinſecas, tũc aut eſt propter hepar, aut alia membra. Si propter alia membra, hoc eſt aut propter chiſtim fellis, aut ſplenem, aut venas totius corporis. Et ſi fuerit propter chiſtim fellis, hoc eſt propter malã complexionẽ aut apoſtema, aut oppilationẽ ſuorum meatuum, ſcilicet illius per quem trahit, aut illius per quẽ mittit ad inteſtina, aut illius per quem venit ad ſtomachũ. Si propter ſplenẽ, ſimiliter accidit propter illa iam dicta, niſi quòd tunc eſt icterícia nigra. Si propter venas totius corporis, hoc eſt propter nimiam caliditatem adurentem ſanguinem & humores: accidit etiam in ſe. propter expulſionem materiæ ad totum corpus. Si fuerit ex cauſis primi

Signa. tiuis, hoc habetur ex indicio. Si ab hepate, eſt cum macie totius & grauedine partis dextrę. Si propter chiſtim fellis, accidit ſubito, & ſi via quæ vadit ad inteſtina eſt clauſa, egeſtio eſt alba, color faciei eſt citrinus, adeſt amaritudo oris & ſitis. Et ſi potus qui vadit ad ſtomachum eſt oppilatus, tunc vrina eſt colorata, ſpiſſa, crocea, & egeſtio tincta, colorata, ſpiſſa & crocea. Si eſt propter ſplenem, eſt duricies & grauedo in ſplene, & apparent reliqua ſigna melancholiæ. Et eſt intelligendum quòd icterícia citrina ſeu crocea, nunquam venit à ſplene, ſed ſemper nigra: ſed icterícia nigra poteſt venire ab hepate, & à ſplene. Signa diſtinctiua ſunt, quoniam illa quæ eſt ab hepate, non eſt ita nigra, & tunc non apparet durities, nec grauedo ſplenis. Si eſt propter venas totius, tunc eſt magnus calor in toto. Et ſi ex frigiditate, calor corporis vergit ad liuorem, & vrina eſt remiſſa. Hippo. multis modis docet prognoſticare in icterícia. Dicit enim, icterici non valde inflati ſunt, quoniã ictericia vt plurimùm ſit de cholera quæ eſt cal. & ſic. & inflatio ſit propter ventoſitatem, aut aquoſitatem, & talia conſumuntur propter ca. & ſic. ſicut dicit Galen. ita licet ſint inflati, non tamen valde. Vel poſſumus dicere, quòd icterici non ſunt valde inflati, quoniã icterícia cũ tumore & inflatione eſt malum ſignum, ideo antequã ſint valde inflati moriuntur. Si igitur icterícis ſuperueniat inflatio, & nõ reſoluatur, mortẽ ſignificat. Secundo docet Hippoc. prognoſticare

Prognoſtic.

Aph. 72. partic. 5.

sticare, Ictericis, & nephriticis hæmorrhoides innatæ, bonum, quoniam natura mundificat corpus per partes illas. Tertio sic, Ictericis si hepar durum sit, malum, quoniã ictericia propter apostema durum hepatis, aut propter duritiẽ est incurabilis, propter passionem membri nobilis, & ita mortẽ significat. Quarto dicitur sic, Ictericia ante 7. diem malum in feb. continuis, quoniam materia vnde causatur ictericia, est grossa, & materia grossa non potest esse digesta in tam modico tempore. Et rursum inquit Gal. Quibuscunque in feb. 7. &c. Intelligendum quòd ictericia in 7. aut post, potest esse bonum, dum tamen adsint tres conditiones, quòd materia sit digesta & quòd veniat in die critica, quòd hepar non sit durum, aliter semper malum siue antè siue pòst, siue veniat paulatim, siue subito. Prima ista sunt signa mortalia in ictericis, intensio croceitatis in corpore, & remissio vrinę sine aliqua alleuiatione, insomnietas, ablatio appetitus, & mollificatio neruorum mouentium linguam, ita quòd vix possit loqui, contraria istorum sunt valde bona, oppilationes quæ proueniunt ab excrescentiis nõ videntur possibiles ad curandum, & per consequens nec morbi qui proueniunt ex illis. Curationem ictericiæ breuiter pertractando ad tres causas possumus reducere, scilicet ad causas venenosas, & causas ca. frigidas, & oppilatiuas. Modus igitur procedendi sit talis, quòd primo procedamus contra causas, postea contra accidentia. Si igitur ictericia prouenit propter venena, in primis vtatur theriaca, & mithridato, deinde vtatur acetosis, sicut est suc. acetosæ, acetositas citri. suc. malorum gra. & similia, lac potatum cum oleo amyg. dul. valet in ictericia causata propter venenũ, sicut dicit Au. Si autem causa fuerit ca. & corpus videatur plethoricũ, fiat phleborotomia de vena hepatis vtriusque brachij, & si particularia conueniant, fiat postea de venis quæ sunt sub lingua & in labiis. Deinde fiant ventosæ inter sparulas cum scarificatione. Postea mundificetur corpus sic. R. flo. bo. flo. vio. ana ʒ. 1. fiat decoctio. in sero ca. & in decoctione resoluatur cassiæ fi. mund. tamarin. mannæ an. ʒ. & β. detur in aurora. Si autem cho. dominetur, digeratur materia in primis per hunc modum. R. acetosæ, end. scar. hepaticæ, capi. ve. re. lactucæ, scolo. ana ʒ. 3. quat. se. frigi. maiorum & minorum. an. ʒ. 1. spodij. sand. muscatelli. an.

Aphor. 42. partic. 6.

Aphor. 62. partic. 4.

Signa letalia Icteri.

Cura.

ʒ. 1. cam

ʒ.1.campho.laccæ, ſpic.nar.an ℈.2.aceti al.ʒ.4. panis.zuc. ℔.1.& β.fiant ſyr.quaſi ℔.2. Materia digeſta purgetur ſic. R.florum bo.ſo.viol.liqui.mund.vuarum paſ.an ʒ.fiat de coct.cum ſero.ca.& in decoctione reſoluãtur cortices myra.cir.ʒ.1.ſiccentur,colentur,& dẽtur in aurora.Intelligendum quòd colatura iſta poteſt rectificari cum reubarb.& ſpi.nar.vſque ad ʒ.1.Et ſi cauſa eſſet antiquata, poſſet fortificari cum maſtiche, & diagrydio. ana ℈.1. & poſſet addi manna,caſſiafi.tamarindi,& pruna, purgetur igitur diuerſimodè ſecundum diuerſitatem particularium. Deinde infrigidetur hepar ab extra ſic.R.ſuccum end.ſuccum ſca.hepati.& ſempetui.addantur ſandali, aqua ro.acetum al.panni linei intingantur & tepidi ſupra regionem hepatis applicentur. Si autem fuerit cum apoſtemate,curetur vt ſuperius dictum eſt ſecundum diuerſitatem apoſtematum,& in declinatione apponantur diure.ſicut ſunt ſuccus fœni.aniſum,marattum,ſpic.nard.apium, & ſimilia. Diæta autem iſtorum ſit,ſcilicet panis cum toto,& in parua quantitate, vinum al.cum aqua multa,carnes volatilium vſualium omnium,vtatur carnibus hœdinis,& extremitatibus animalium,poteſt vti lactu.ſcar.portul.cucur.ſpinachiis, cucurbi.attriplicibus,bora.& moris ſeminaturis,ceraſis acribus mal.gra.acetoſitate citr.& omnibus modis quibus voluerit vtatur herba dicta acetoſa,piſcibus ſquamoſis,de aquis mund.ſi cauſæ eſſent compoſitæ, componatur diæta & medicamina ſecundum diuerſitatem componentium.¶Si cauſa eſſet frigida & oppilatio ſiue in hepate,ſiue in chiſti fell. & viis eius,ſiue in ſplene. In primis digeratur materia per hunc modum.R.rad.panis porcini,rad.ariſtol.gentianæ,lilij.rad.rubeę maioris,apij,bruſ.aſpar.graminis,ſcillæ,cap. fœnic.petro.rapha.ana ʒ.4. mundentur, conquaſſentur & temperentur in aceto alb.mundo fortiſſimo per diem & noctem,tunc R.ſtoſo.abſinth.ſerpi.origa.calamen.vtriuſque ſaluiæ,aſa.beto.germandriæ, tribuli mari.ſtica.arab. ca.ve.re.ana ʒ ℈.ani.mara.ameos,ſiſel.ſpic.nard.ſquinant. laccæ,calami aro.ſe end.ſe.ſcar.ſe. viol. liqui.mund.vuarũ paſ.mund.ſem.bru.ſe.aſpara.ana ʒ.1.roſ.ſpodij,ſand.muſcate.ana ʒ.2.mel.roſ.℔.2fiat ſyr.Intelligendum tamen,quòd ℈ auciora & plura poſſunt apponi iuxta arbitrium medici particulariter operantis.Eſt tamen intelligendũ, quòd diuerſic

Victus ratio.

Syrupus apertiuus,temuans, tergens.

uersitates particulares sunt multæ valde, ideo ex aliquibus istorũ & magis electis potest fieri aut conditũ, aut oleum, aut vnguentũ, aut emplastrũ, & secundũ hoc fiant fricationes, inunctiones, stuphæ, balnea, & multa alia cõsimilia, modo ab intus, modo ab extra, modo vtroq; modo. Multa igitur industriæ medici particulariter operantis derelinquo. Materia igitur digesta & mollificata, sicut oportet, euacuetur paulatinè per hunc modũ. R. agar. turbith, aloë. an. ʒ. 2. esulæ ℈. 2. laccæ, spic. nar. folio. abs int. foli. mẽt. calami aro. mast. zinzib. salis gem. an. ℈. ß. fiant pilu. & post 9. dies suæ confectionis exhibeãtur ab ʒ. ß. ad ʒ. 6. iuxta cõuenientiã particul. Vel purgetur sic. R. Horũ bor. flo. viol. polypod. liquir. mũd. vuarũ pas. mũd. an. ʒ. 1. spic. nard. turbith. ana ʒ. 1. fiat deco. & in decoctione tẽperentur cortices myrob. chebene gummosorum ʒ. 1. fricentur, colentur & dentur in aurora. Si causę sunt compositæ, componantur medicamina, & inungatur quotidie venter & latera cum mixtione vini al. & olei de chamomilla & olei laurini. Diæta sit subtilis & facilis digestionis, potest vti fœniculo petro. brodio ciceruum, & serpillo, vtatur etiam zinzib. spic. nard. cinamo. His visis & per ordinem obseruatis, ad localia remedia veniamus. Corporibus igitur diligenter mundificatis secundum diuersitatem causarum, stuphetur, in stupha ponãtur ea quæ ponebãtur in syr. suo secundum diuersitatem causarum, deinde abluatur cũ illa aqua & fricetur cũ panno aspero, & hoc fiat multis vicibus. Et abluatur facies cũ acet. al. tepi. vel decoquatur hordeum cum capil. ve. re. & eupatorium, in aceto al. & aqua abluatur facies tota & totum corpus cum ista decoctione, & instilletur vna gutta illius deco. in oculis, aut instilletur in oculis succus coriand. aut acetositas citri, aut succus acetosæ, aut vinũ malorum gra. aut acetũ alb. & sit semper tepidũ, & cum vno ex istis, aut cum omnibus abluatur facies & totũ corpus secũdũ quod erit possibile. Intelligendum, quòd vomitus confert in omni ictericia quæcunque fuerit causa. Lac autem bullitum & cum modico aceto mixtum & modica aqua, curat ictericiam de causa cal. endi. & scari. hortulan. comestæ & continuatæ cum aceto alb. modica aqua, & pauco zucc. curat omnem ictericiam de causa cal. endi. & scar. sylu. stres, & eupatorium, comesta cum vino albo & mod. ca. portione aquæ

Victus ratio in causa frigida.

Lotiones.

aquæ raphani, curat omnem ictericiam de causa frigida.

Curatio ictericiæ propter splenem.

Si autem ictericia fuerit propter splenem & cum apostemate, si particularia conueniãt, fiat phlebotomia de basilica partis sinistræ. Et si vlterius indigeat, fiat de saluatella manus sinistræ, & apponantur aliqua pauca cal. in medicaminibus quæ ei debentur, regantur igitur sicut febricitantes & patientes apostema, sicut oportet & sicut dicetur. Si autem ictericia fuerit sine feb. & apostemate splenis, sed venerit propter oppilationem, duritiẽ splenis & propter malitiam mundificandi, tunc detur syr. iam dictus, vel fiat sic. Decoquatur in syr. aceto. & syr. scil. scolopendria, raphan. radix cap. squinan. centaurea, vtatur ista potione mane & sero. Deinde purgetur materia melancholica per hunc modum. R. flor. bora. flor. viol. fol. senæ, vuarum pas. mund. ab aril. liquir. mund. iniub. agarici. ana ʒ. j. fiat decoctio cum sero cap. & in decoctione temperẽtur cortices myrob. indo. bdellij. ana ʒ ß. fricentur, colentur, & colatura detur in aurora, & si fortius purgare volumus, purgetur sic. R. diasenç, diabo. hieræ ruffi. ana ʒ. iij. lapid. armenic. ix. ablu. ʒ ß. misceantur & exhibeantur eunti dormitum. Deinde distilletur aqua raphani & quotidie frequẽter abluatur tota regio splenis, vel fiat tale vnguentũ, bulliant ista in oleo laur. scilicet armoniacum, cappares, squinan. centaur. absint. raphan. coletur, & colaturæ addatur cera, & erit vnguẽtum & inungatur tota regio splenis frequẽter, vel ex istis fiat emplastrum. Vitent igitur omnes ictérici omnes causas multiplicantes ictericiam, causæ autem dictæ sunt. Intelligendũ, quòd ictericia est pass. tertiæ digestiuæ sicut morphea. & verum quantum ad causam immediatam, sed est ictericia propria passio hepatis quantum ad causam antecedentem, vt dictum est in sententia. Secundo notandum, quòd licet morphea sit de phlegmate, tamen ictericia non potest causari de phlegmate, cuius ratio est, quoniam chol. est humor subtilis, quæ potest delegari ad totum corpus, & melancholia cum sit humor stypticus, potest etiã diuidi & proiici ad totum corpus, quod declarat multitudo sudoris in fine paroxysmi quartanæ, phlegma autẽ ratione viscositatis, nec est diuisibile, nec bene partibile, nec progressibile ad totũ corpus cum adhæreat, ideo post paroxysmũ

Clarificatio.

feb.

seb. quotidiana modicus, aut paruus sudor apparet, quare non potest ictericia de phlegmate causari, morphea autem potest causari, cū in vno loco adhæreat, & morphea est defœdatio cutis maculosa & particularis, sed ictericia vniuersalis, & phlegma ad totum corpus delegari nō potest, ideo ex phlegmate causari non potest. Tertio notandum, quòd licet ictericia sit pasca, potissimè citrina & crocea, nihilominus potest causari à frigido tanquam à causa remota.

Quarto intelligendū, quoniā licet crisis per sudorē possit causari ante diem vij. nihilominus ictericia in seb. ante diem vij. non erit ad bonum, quia crisis quæ fit per sudorē, habet materiam subtilem, & bene potest esse digesta ante diem vij. sed materia ictericiæ est grossa, aliter non retineretur iuxta cutem, & ante diem vij. digesta esse non potest. Vltimo notandum, quòd baln. bene potest competere in ictericia corpore mundificato, & tunc non calefacit, nec attrahit, sed purgat & mundificat. *Apho. 62. partic. 4.*

De passionibus splenis. CAP. VII.

SPlen est membrum rarum, spongiosum, oblōgum, in sinistra parte corporis collocatum, ad mundificandum, & depurandum sang. ordinatum. Intelligendum quòd cum splen bene mundificat san. corpus est iocundum & bene dispositum. Vbi autem non bene mundificat, tunc aduenit tristitia corpori & multæ aliæ malę dispositiones, quoniam si splen deficiat in attrahendo, generat ictericiam, & si deficiat postquam attraxit in continendo, causatur fluxus ventris & similia. Et si deficiat digerendo & immutando, causatur duricies, oppilatio, & apostema, splen igitur sicut alia membra patitur morbos consimiles, officiales & communes. Causa autem oppilationis & duritiei, quia magis de illa intendimus, sunt quædam extrinsecę, & quædam intrinsecæ. Extrinsecę sicut est multiplicatio ciborum melancholicorum, sicut sunt, caseus, caules, legumina, & similia, & sicut est timor & multa alia. Si autem sint intrinsecæ, tunc prouenit ab hepate multiplicante hu. melancholicum: aut a splene, cum incurrit oppilationem, duritiem, aut apostema, aut cum incurrit solutionem continuitatis. Signa duritiei & oppilationis splenis sunt, vrina remissa, & tenuis, durities notabilis in splene, attamen si splen est apostematus, tunc est durities & tumor in altera parte tantū, sed du- *Liuius obstructio.* *Signa.*

rities est per totam regionem splenis, quando est sine apostemate. Tertium signum est, quoniam appetitus aliquãdo augmentatur, aliquando diminuitur, aliquando euomitur melancholia, & aliquando apparet in inferioribus. Aliud signum est, difficultas anhelitus, fœdus color faciei & cutis totius corporis, tristitia, tumor, solicitudo, somnia terribilia, & multa consimilia pertinẽtia melancholiæ. Qui incurrunt frequenter coryzam, non sunt splenetici, quoniã splenetica pas. fit de materia grossa. Sed coryza fit de materia aquosa subtili, quare coryzam patientes nõ sunt splenetici. Vrina pertinens sanguini, aut vrina cum residentia multa & fece in declinatione pas. splenetiçe, bonum signum est. Vrina alba & tenuis in pas. splenis si continuauerit multum, mala est. Si alicui splenetico continuentur medicamina sibi, propria, & non remedietur, magnũ malum significat. Passio splenetica in principio de facili potest curari. Sed postquã est inueterata, aut nunquã, aut cum difficultate curatur. Sanguis de nare sinistra in apostematibus splenis, potest esse bonum signum. Fluxus vent. sanguineus in apostematibus splenis, bonũ signum. Diaria breuis in pas. splenis, bonum. Vrina in qua est fex viscosa, aliquando ad malum, & aliquando ad bonum. Apostema splenis, aliquando terminatur per apostema sub aure. Circa istam materiam intelligendum, ꝙ ea quæ valent hepati, valent spleni, nisi quòd medicinæ splenis debent esse fortioris virtutis, & ea quæ nocent hepati, nocent spleni. Si autem pas. splenis fuerit de causa cal. vt quia materia cali. aut apostema, aut feb. quod discernitur ex colore, siti, feb. & similibus, tũc in primis si particularia conueniant, fiat phlebotomia de basilica sinistræ partis. Deinde fiat de saluatella eiusdem lateris. Postea digeratur materia per hunc modum. Rec. end. sca. lac. port. ana ʒ. 4. rad. capp. genest. & tamarisci, sco. capil. ve. re. ana ʒ. ij. iiij. fe. fri. apij, fe. bru. aspara. liquir. mund. ana ʒ. 1. ace. al. an. ʒ. iij. panis zuc. quar. 3. mell. ʒ. ij. fiat syr. quar. v. Materia digesta purgetur sic. R. flor. borag. flor. viol. polyagari. liquir. mund. ana ʒ. ß. fiat decoctio, & in decoctione temperentur cort. myrob. citri. indo. ana ʒ. ß. fricentur, colentur & detur in aurora colatura. Intelligendum tamen, quòd semper splen debet prius mollificari, vt cum hoc vnguento quod valet in omni apost. splenis duritie & oppil.

Prognostic.

R. medul.

R.medul.vitu.& cerui.axun.gallinaceæ,anatis,pinguedinis porci,olei amyg.dul.olei ſiſa.miſceantur cum ce.& inungatur regio ſplenis.Si autem fuerit durities ſine feb.& apoſtemate,tunc poſſunt fieri ſyr.apozemata,vnguenta,fomentationes, ablutiones,& multa cõſimilia ſiue ab intus, ſiue ab extra.Materialia autem quæ habent aſpectum ad ſplenem, ſunt iſta,radix ireos,acori,ariſto.gentia.lilij,apij,fœni.pet. vtriuſque trib.capp.fraxi.geneſt.tamarindi, & mediani corticis iſtorum,ſimiliter ebuli,ſambu.lupuli, vitis al.valet & acetoſa,abſinth.hyſſopus,capil.ve.re.ſcil.aqua ferariorum, ſcolopendria,eupatorium,calamen.centaurea,betoni. german.aſarum,chamædreos,chamępit.panis porcinus, valet etiam aniſum,mara.ameos.ſpi.nard.ſquinan.xylo. carpo.& valet opopana.flos ſalis,valet & ſemẽ aceto.ſe.cannæ,cuſc. & rutæ,valent etiam iſta à proprietate,ſicut dicit A.pulmo vulpis,veſpertil.ſplen aſini,ſplen pulli,ſi deſiccentur & pulueriz entur. Accipiatur igitur ex iſtis vnum,vel multa, & applicentur.Compoſita autem poſſunt iſta eſſe,portu.cum aceto.ſyr. acet. oxymel.diu.oxymel. ſcil. & purgetur cum myrob.ind.belli.embli.& paratis, ſicut frequenter dictum eſt.Et quia iuuenes volunt aliquando quòd totum maſticetur,ideo procedamus ſic.R.rad.fœni.petro.apij,cappa. mediani cort.thama.gene.& fraxi.ana ʒ.iij.conquaſſentur,& temperentur in aceto fortiſſimo per diem,& no.tunc Rec. ſcolop.cap.ve.re.eupato.ana ʒ.ij.ani.mara.ſquinan.ana ʒ.j. mel.roſ.lib.j.panis zuccar.lib.ß. fiat ſyr. Materia digeſta, purgetur cum aliquibus ex iſtis exhibitis vſque ad ʒ.ij. vel iij.ſcilicet hieræ ruf.hieræl.poſſumus addere quantum volumus de diaſenæ, & diabor.Mollificetur autem ſplen ante purgationem,& poſt ſic.Rec.mediani corti. tamari.cappa. ſquinan. ana ʒ.iij. ſinap.ſulphur. olei agre. ſtercoris vacci. ſterco.ouini exiccatorum,fœnigr. ſemi. lini.ſe.rutæ. ana ʒ. ij.armoni.bdel.ana ʒ.j.picis naual.ʒ.ß. temperentur gummi in aceto, & alia omnia terantur in vltimo, malaxentur cum oleo lau. & addantur cum prædictis gummis, & fiat emplaſtrum,teneatur ſuper regionem ſplenis extenſum ſupra alutam,& coopertum cum panno lineo. Vel ſi breuius volumus facere, diſſoluatur armoniacum in aceto, & fiat emplaſtrum.Vel ſic,Bulliat ruta in aceto,& filtrum,intinga tur ibidem,& apponatur ſpleni.Vel ſic, Cãdeſcant lapides

molares, infundantur cum aceto & fumus ille applicetur ſpleni. Si iſta non conferunt, fiant 5. cauteria ſupra regionē ſplenis. Cibaria ſint ſubtilia & facilis digeſtionis, ideo cōperit ſinapis, & ſimilia. In omni aqua quam potabit, extinguatur ferrum candens. Si autem in ſplene fuerit dolor, inflatio & rugitus, tūc minoretur cibus, & potus, & nullo modo potet aquam, ſed vinum antiquum, forte, ſubtile. Et fiat potio ex agno caſto, ruta, aniſo, cimino, ſpic. nar. ſquinãto, & ex iſtis eiſdem fiat facellatio, inunctio, aut bal. Deinde fiant ventoſæ ſine ſcarificatione, & ſi fuerit ſine feb. bulliat nux cypreſſi, praſſium, ruta, cappares, agnus caſtus in oleo coſtino, intingatur lana, & deſuper apponatur, & in hoc caſu ſummè valet abſtinẽtia, exercitiū, fricatio fortis, & bal. ſulphurea. Intelligendum, quòd durities ſplenis inducit maciem in toto corpore pro tanto, quia melancholia multiplicata corrumpit virtutē digeſtiuam in hepate, qua corrupta non generantur humores laudabiles, qui ſint apti ad nutricationem membrorum propter groſſitiem & malam qualitatem, ita per accidens ex duritie ſplenis, macies generatur. Secundo notandū, quòd ſplen indiget fortiori medicamine cum oppilatur quàm hepar, & quia magis diſtat, & quia oppilatio fortior, cum oppiletur ex ſibi ſimili nutrimento, & quia nutritur ex ſan. melancholico, ideo medicamine indiget fortiori. Nunc autem aliquibus videtur contrarium propter dictum Galen. 3. de inge. ca. 6. verſus finem ca. dicentis, quòd ſplen nutritur ex ſan. ſubtili. dico quòd ſequitur in litera cum dicitur, quòd ſplen nutritur ex ſan. ſubtili, verum eſt, ſed nigro: & poſtea cum dicitur, quòd hepar nutritur ex ſan. groſſo, verum eſt, ſed rub. & tunc omnibus conſideratis groſſius eſt nutrimẽtum ſplenis, quia melancholicum, & ita fortiori indiget medicamine, hoc ibidem expoſuimus magis prolixo ſermone. Tertio intelligendum, quòd melancholia multum aſſimilatur ſpleni in complexione, etiam multum abundat ibidem, tamen ibi non generatur, licet aſſimilerur ſibi, & ibi abundet pro tanto, quia in ſplene non eſt virtus generatiua humorum, ſed in hepate generatur magis gratia mate. quàm gratia agentis, cū hepar ſit ca. & hu. attrahitur, igitur à ſplene ratione ſimilitudinis, & ibi abundat ratione conſeruationis non generationis, licet humores innaturales alibi poſſunt quã in he

Victus ratio.

Clarificatio.

in hepate generari, sicut in stomacho, est chol. prassina, & æruginosa, in venis etiam generantur, sed splen nullã virtutem habet aliquid generandi, multa tamen alia habet & ratione sui, & ex hepatis virtute. Quarto notandum, phlegma non habuit domicilium nec receptaculum, nec carcerem prò tanto, quia non est humor corpori odiosus, non habet malas qualitates, & quia est sanguis semicoctus, & quia in tempore sanitatis in sanguinem conuertitur, & nutrit. chol. autem, & melancholia sunt hu. odiosi, propter eorum malas qualitates nunquam possunt in sanguinẽ transmutari, ideo natura eis carcerem ordinauit. Quinto notandum, de causis illorum versuum,

Cor sapit, & pulmo loquitur, fel commouet iras.
Splen ridere facit, cogit amare iecur.

Intelligendum, quòd pulmo loquitur propter aëris attractionem, quę est materia vocis. Cor sapit, quia ab ipso procedit ira, indignatio, victoria, dominatio secundum Ioannitium. fel commouet iras propter chol. quę calefacit totum corpus, & ita commouet iram. Splen ridere facit per accidens purgando humorẽ melancholicũ. Cogit amare iecur, iecur est in auibus, sed stomachus est in hominibus, ideo iecur accipitur pro stomacho & hepate, quoniam stomachus facit amare cibum, & hepar coitum, quia in coitu sunt tria necessaria, calor qui procedit ab hepate à quo prouenit appetitus, spiritus à corde, humor à cerebro secundũ Constanti. Sexto aduertendum, quoniam licet splen sit membrum frigidum, nihilominus potest ibi calor abũdare, cum sint ibi venæ, & arteriæ in quibus potest san. calidus abundare, & ita splen potest calefieri per accidens. Septimo notandum, ꝙ vbi est oppilatio, non propter hoc erit ibi putre factio, nec apostema de necessitate, quoniã cum oppilatio sit in venis, nihilominus per orificia possunt aliquo modo euentari. Sed apostema causatur in foraminibus membrorum, vbi etiam clauditur, & facit extensionem violentã, & non potest fieri euentatio, ideo putrefit materia, & causatur apostema, taliter autem non contingit in oppilatione, quare, &c. Octauo videndum, quòd vrina in oppilatione est tenuis, quia nihil potest eliquari, nec permiscri, nisi sola aquositas ratione subtilitatis suę substãtię: & non decidi ditur ab humoribus grossis, sed transit per ea, cum autẽ in

Vrina tenuis in obstructionibus causa.

cipit inspissari, bonum signum est, quia significatur dissolutio, & compactionis resolutio. Nono sciendum, quòd dissolutiua non competunt in principio, quia resoluerent subtilius, & dimitterent quod grossum est, sed primo debent applicari mollitiua & postea dissolutiua. Vltimo cõsiderandum, quòd phlebotomia si competit in causa ea. debet fieri de brachio eiusdem partis, & si competat in causa frigida, de saphena eiusdem partis.

De passionibus renum, & primo de dolore eorũ. CAP. VIII.

INtelligendũ, quòd duo renes, quorum vnus supponitur alteri, fuerũt creati duri & solidi, vt aquositatẽ superfluã à sanguine attraherent & mundarent. Nunc autem isti renes patiuntur tripliciter, sicut & alia membra, scilicet malam complexionem, solutionem continuitatis, & morbum officialem. Dolor autem est accidens quod sequitur ista.

Causa duplex. Causa autẽ est aut exterior, aut interior. Si exterior, sicut est nimius vsus diur. aut narcoticorum, casus, & percussio, coitus superfluus, equitatio superflua, & potissimè in non consuetis, & similia. Si autem sint causæ intrinsecæ, sicut est mala cõplexio diuersa cum materia, aut sine materia, apostemata, oppilationes, vlcera & multa consimilia tum ratione sui, tum ratione compassionis, vicinitatis & colligantiæ. Signa, quòd dol. sit à renibus, & non ab aliis, sunt, quia dolor renum est mansiuus, & dolor iliorum est deambulatiuus per totum ventrem. Secundum signum est, quoniam pes illius partis ex qua est dolor, patitur quandam

Signa. dormitationem. Signum autem discrasiæ est, quoniã si est ex mala complexio. ea. sentitur calor in loco, læditur à calidis, & iuuatur à frigidis, nisi repletio impediat, vrina est tincta, adest sitis, amaritudo oris, & appetitus ad venerem. Si autem causa fuerit frigida, tunc appetitus ad venerem est diminutus, & quasi prostratus, sentitur frigiditas in loco, & iuuatur à ea. vrina est remissa, paucitas sitis, & simi-

Prognostica. lia. Hippo. docet prognosticare, Nephretici vltra 40. annos non curantur, & est verum, quoniã si dolor renum continuauit per multos annos, & remedia salubria fuerint ap-

Apho. 44 partic. 4. plicata, & non potuit curari, & iam fluxerunt anni 40. talis nunquã curabitur, quoniam si non potuit curari, cum virtute forti, quomodo curabitur cum debili, non videtur.

Cura. Intelligendum, quoniam si dolor est sine materia, sufficiũt

alte

alterantia. Si autē est cum materia, adhibeantur alterantia & euacuantia. Notandū, quòd in dolore renum cauendum est à diur. potissimè fortibus, & à narcoticis. Si igitur discrasia est ca. fiat in primis clystere ex mercuriali, vio. hordeo, psylio, se. frigidis, oleo vio. cassiasi. materia, & similibus. Deinde si particularia cōueniant, phlebotomia de basilica eiusdē lateris. Et deinde de saphena eiusdem partis. Postea fiat talis syr. R. end. sca. lactu. an. ʒ. ij. suc. cucur. ℔. ß. florum nenup. florū vio. florum bo. ana ʒ. iij. prunorum 30. aceti al. ʒ. ij. panis zuc. ℔. j. fiat syr. Materia digesta, purgetur cum oxylaxatiuo, & electuario de suc. ro. Localia remedia sunt ista scilicet, R. succum maurellæ, succum lact. misceantur cum oleo ro. & oleo nenuph. panni linei intingātur, & tepidi supra renes applicentur. Vel fiat vnguentum cum succo vmbilici veneris, oleo ro. & cera al. Vel fiant sacculi de ro. sand. & chamomil. ponātur in aqua ca. exprimantur, aspergantur aqua ro. & aceto, & est valde mitigatiuum in corpore mundificato, & si coëgerit nos necessitas, recurramus, ad narcotica, sicut est papauer, psyliū, hyoscyamus, & similia, & stent ibi in modico tēpore, vel fiat sic R. tabulam plumbeā, perforetur minutim, tēperetur in aceto fortissimo. Deinde ligentur in capitibus duæ chordæ & ligentur supra renes, & postea iterū temperentur in aceto, dolorem renū mitigat de causa ca. corpore mundificato, & reddit hominē castum. Vitet omnes causas quæ istū morbum inducunt, vtatur cibis frigidis, sicut est hordeatū, auenatūʒ amyg. lact. por. spinachia, atriplic. cucur. melones, pira, poma, vinū sit valde lymphatū, & ita de aliis cibis facilis digestionis. Si autē causa fuerit frigida, digeratur sic R. mentæ, salui æ, absinthij, chamæd. chamæpit. origani. calamen. ana ʒ j. anisi, mara. nucis cypres. ana ʒ. ß. ace. al. ʒ. j. mel. ros. ℔. j. fiat syr. purgetur cū benedicta, aut cū agarico, turbith, paratis sicut oportet, & inūgatur locus cū oleo lauri. costi. chamo. aut cum oleo de balsamo, theriaca, & oleo de scorpionibus simul mixtis, vel fiat sacellatio de chamomilla, meliloto, anthos, florum vtriusq; sthœcados. Si autem esset dolor ventosus, præcipiatur abstinētia, exercitium, & balnunguatur oleo de ruta, & sacelletur cum ruta, agno casto, anisso, maratro, bullitis in vino potenti: & quia nobiles & diuites frequenter laborant dolore renum, ideo iterum

Sacculus.

Narcoticorum vsus quando. Nota.

Victus ratio.

totum magis particulariter prosequamur, & subiungamus hic quoddam exemplum quod accidit de facto &c.

De dolore renum, debilitate & oppilatione renum, cuius causa est materialis calida.

Dolor renum. Quòd autem sit morbus renum, hoc patet per dolorem in parte posteriori versus fi. spondiliũ in spina dorsi, & propter apparitionẽ arenarum rubearum. Quòd autẽ sit debilitas renum, hoc patet, quia mala complexio, dolor & pas. durauit circiter annos 10. ideo mala complexio fere adæquata est, & tunc virtus debilitata ratione sui instrumẽti, & pro tanto deficiunt renes in mundificando, ideo interpolat, & cum materia aggregata est, incipit paroxysmus cum dol. sicut dolor mulieris parturientis. Quod autẽ sit oppilatio, hoc patet, quia in paroxysmo est vrinæ retentio, & cum curatur aduenit vrinæ multitudo in fine lunationis. Quòd autem sit causa cali. hoc patet, quia ipse est cholericus, adustus cum calefactione hepatis & croceitate oculorũ, & quia ipse in tẽpore paroxysmi totus cõburitur, & specialiter renes. Quòd autem sit morbus materialis, hoc patet, quia soluitur paroxysmus cum euacuatione multa materiæ, & quia remediatur ex his, quæ multiplicant vrinam & secessum, bene igitur dictã est in tit. tractatus de dolore renũ, debilitate & oppilatione, cuius causa est materialis cali. & ita in tit. 5. continentur. Curatio igitur cõsistit in alteratione materię antecedentis & euacuatione eiusdẽ cum his quę habent aspectũ ad materiam & ad locum. Sed aduertendum, ꝙ aliter est agendũ in tẽpore paroxysmi, aliter in tẽpore interpolationis, & quia primo succurrendum est iis quę plus molestant. Ideo primo videndũ est quid sit agendum in tẽpore paroxysmi, & quia super omnia dolores prosternunt virtutes, ideo primo debent poni supra renes alteratiua, confortatiua & quasi stupefactiua, ne magnitudo doloris abiiciat virtutẽ. Secundo applicentur clysteria propter causam antecedentẽ. Tertio dẽtur diur. & aperitiua propter causam coniunctã, & illa fiant partim diu. & partim vẽtris lenitiua, igitur ista per ordinẽ prosequamur. Quando causa est ca. apponamus ab extra emplastra frigida styptica aromatica, & partim narcotica, quia licet fit oppilatio ratione debilitatis mundificatiuæ, nihilominus in renibus est calor minus dissoluens & rarificans, & propriè

Debilitas.

Obstructio.

Cura.

virtutem

virtutẽ debilitans naturalem, caloriẽ & ſpiritum exhalando, hoc igitur fit medicamen, cuius R. eſt talis R. boli. ro. ru. electarum, ſe. papaueris, al. ana ʒ. j. tunc ex alia parte R. pſylij, fœnig. ſe. lini. ana ʒ ß. tẽperentur in fece aceti. & oleo roſ. fiat mucilago, tunc accipiatur illa mucilago, & cum prædictis incorporetur, cum modico ceræ fiat emplaſtrũ, extẽdatur ſupra panuum de bõbace, & renibus applicetur. Secũdo fiat clyſtere, cuius R. talis eſt R. maluæ, mercurial. vio. ana M. ij. ſuc. bletæ, ℔ß. ſal. mel. ana ʒ. ß. olei vio. ʒ. iiij. fiat decoctio vſq; ad ℔ j. coletur & colaturæ addatur electuarium de ſucco roſ. caſſiæ ſi. mund. ana ʒ. j. fiat clyſtere, & iſtud fiat bis, aut ter ſi neceſſariũ fuerit. Tertio dentur partim diur. & partim laxatiua. R. litõtripon. electuarij dulcis ana ʒ. j. diapapauer. oxylaxatiui, triferę ſaracenicæ, diarrhodon abbatis ana ʒ. j. vel ʒ ij. miſceantur & dentur cum vino al. aut cũ brodio ciceru, aut cum brodio pul. alb. ʒ ß. vſq; ad ʒ. j. ſecundum exigentiam patientis. Quarto ℘ ſi ex iſto dolor plenariè non ſedetur, intret bal. vbi ſint chamo. mel. roſæ, & nenup. vſque ad ℔ ß. & exeunti qualibet vice detur ʒ. ß. de cõfectione immediate dicta. vtatur diæta tenui, ſicut pullæ, hordea. aqua hordei, ſpinachia, lac. amyg. & ſimilia. Iſta omnia fiant in tẽpore paroxyſmi, virtutẽ ſemper conſiderando ne deficiat ratione materiæ inanitionis cum proſtratione appetitus. In tẽpore autem interpolationis, ſic operandũ eſt, digeratur materia partim cũ ingroſſatiuis, propter materiã antecedentẽ ne fluat ad locũ, partim cum diur. & aperitiuis propter materiam coniunctam, ita ℘ illa non excedat in calore. Recepta igitur digeſtiui talis eſt R. cap. ve. end. ſcar. lac. roſtri por. viol. ana M. j. ſe. mal. ſe. por. ſe. milij ſol. ſe. ſaxifr. ag. corian. preparati. ſe. citonio. roru. electarum. 4. ſe. fri. ma. & mi. ſe. bruſ. ſe. aſparagi. liqui. mun. vnarũ paſ. mun. ana ʒ. j. panis zucca. mell. ro. an. ℔ ß. & ʒ. ij fiat ſyr. quaſi. ℔. ij. Materia digeſta, purgetur ſic R. electuarij de ſuc. ro. ʒ. vj. triferæ reub. ʒ. ß. diaprunis confecti cum diagridio. ʒ. iij. miſceantur & exhibeantur. ſi ſatis non duxerit, addatur in ſecunda vice maſti. diagridij ana ϑ j. & ita addatur & minuatur iuxta diſpoſitionẽ patientis & conditionẽ temporis præſentis, quare iſta induſtriæ medici derelinquo. Poſt hoc autẽ fiat ſtupha, & in ſtupha ponantur omnia quæ ponuntur in ſyrupo, præter zuc. & mel.

Diuretica laxatiuis miſcenda.

Balneum.

sed quòd replentur omnia, & exeunti à bal. qualibet vice exhibeatur ʒ.j.rubeæ trochiscatæ cũ decoctione milij sol. & saxifragię. Itẽ tertia die post, fiat phlebotomia de vtraq; saphena exteriori. In tempore interpolationis cum non est in renibus magnus calor, immo videtur multis quòd causa sit frigida, ex eo quòd vrina est remissa & aliquando tenuis, aliquando spissa, confortetur calor naturalis renum cum isto vnguento R. myrrhæ, balsami, coriandri præparati, ros. ru. electarum, sandali, muscatellini ana ℈.ij. xylobalsami, carpobalsa. ana ℈.ß. olei myrtini, & modicum ceræ, fiat vnguentum, post omnia ista supradicta facta & exequuta in tempore interpolationis, inungantur renes & spina cum vnguento dicto immediatè. Regimen autem est, ℘ vitet omnia quæ resoluunt corpus, calefaciunt, dissoluunt & aperiunt, quia ista summè nocitiua sunt, sicut est labor nimius, exercitium violentum, coitus, & bal. nimium, nisi secundum ordinationem dictam in tempore interpolationis, & in tempore paroxysmi, vitet iram, solicitudinem, & omnia accidentia animæ præter gaudium, vitet iacere & dormire supra dorsum, & vitet omnia ca. sicut sunt cæpæ, allia, porri, piper, & consimilia, vitet omnia nimis grossa & viscosa, sicut sunt caro bouina, & potissimè antiquata, & salsa, carnes porcinas recẽtes, nisi salitas per quatuor dies, vitet caules, caseum, legumina, offas, & nimiam repletionem cibi & potus, nimium frigus, nimium calorem, vitet fructus vt plurimum in ratione cibi, nisi aliquando in via medicaminis. Diæta igitur non sit nimis dura & aperitiua, vt non fluat materia ad locum, nec nimis grossa vt non generet oppilationes. Aliquando igitur ingrossatiua, & aliquando aperitiua, aut simul vtrunq;. Vtatur igitur in salsamentis, coriand. sparago, mentha, cardamo, croco cũ aceto, aut agresta, aut aqua limonum, & potest vti vino grosso, vitulo lactanti, & omnibus auibus præterquam degentibus in lacubus, potest aliquãdo vti piris & coctanis, dactylis, pineis, fisticis, caricis, vuis passis, ouis sorbilibus sine albumine, piscibus squamosis de locis petrosis & aquis mundis currentibus longè à stagnis, & vitet omnẽ cibum factũ de pasta, omnem panem azymum, omnem pinguedinem, vtatur renibus siue assis siue elixis, & auicula quæ dicitur cauda tremula, siue sit recẽs siue salita siue puluerizata sit, tamen

Vnguẽtum mediocriter calefaciens, adstringens & renum affectibus salutare.

Victus ratio.

Cauda tremula.

tamen quòd puluis non sit adustus: & vtatur trochiscis factis de sanguine hirci antiqui nutriti cum herbis diuret. di stemperatis cum sero caprino, & curabitur. Et subiungamus hic quoddam aliud exemplũ quando est causa frigid.

De dolore renum periodali propter eorum appilationem.

In primis igitur ordinetur diæta, & incipiamus ab aëre. Aër sit subtilis, clarus & quietus, vitet aërẽ ventosum multæ caliditatis & multæ frigiditatis. Panis sit ex tritico de terra leui montosa, & sit bene fermentatus & cum temperata quantitate salis: vitet omnem panem azymum, omnẽ cibum frigidum de pasta, crustas artocrearum, & lagana, vitet omnem cibum factum de frumento quocunque modo conficiatur nisi sit solus panis. Vinum sit clarum, subtile, odoriferum, bene maturum, & sit album, nullo modo nouum, & fiat vinum artificiale in vindemiis. Colligantur vuæ albæ, exprimantur & cum musto ad simul standum & bulliendum ista reponantur. R. florum anthos, saxifragiæ, pimpinellæ, milij solis, anisi, mara. zinziberis, spicæ nardi, cinamomi, cassiæ ligneæ, calami aromatici, leuistici, piperis alb. an. lib. ß. conquassentur, puluerizentur & in musto vini albi reponantur, vbi possunt esse sarcinatæ duæ vini. potet mane & sero stomacho vacuo in tempore frigido cyphum vnum. Aqua sit dulcis, clara, fontana, nullo modo turbata, & fons sit discoopertus, & currat versus orientem. Carnes sint sicut gallinæ, perdices, phasiani, aues minutæ, degentes in campis, vitulus lactens, hœdulus multum iuuenis: de syluestribus non vtatur, nisi essent iuuenes lactentes, sicut ceruus, capriolus, cuniculus, vtatur super omnia auicula illa parua quæ dicitur cauda tremula, siue sit recẽs siue salita siue assa siue elixa siue quocunque modo, ideo ponatur auicula illa in olla noua in furno, & asseruat, sed non nimis, ne aduratur, & postea puluerizetur, & illo puluere vtatur. Vitet omnes pisces quantum est possibile, & si contingat vti, vtatur piscibus squamosis de aquis mundis currentibus longè à lacubus, stagnis & ciuitatibus, tũc addatur medietas vini, si coquatur in aqua, & coquatur cum petroselino multo & sale, vel asseruetur, vel frigatur, omnes alios pisces vitet. Vitentur omnia legumina præterquam brodium cicerum, tunc decoquatur cum petroselino. Vtatur bora. bletis, spinachiis, fœni. petro. serpillo, hyssop

Panis.

Vinum.

Aqua.

Carnes.

Pisces.

Legumina

Olera.

hyssopo, saluia, mētha, asparago, maiorana, basilicone, omnia alia olera vitet. Vitet vniuersaliter quantum erit possibile omnes fructus, nisi quòd potest vti cerasis dulcibus, prunis, vuis passicaricis, & post cibum modicum valde de piris & coctanis, vnum bolum tantū cum medico casei butyrosi. Vitet omnē cibum paratum in gelatina, semper sit contentus vnico cibo, & si gratia tēporis vel loci aut personæ assumit plura cibaria, præponat semper cibum subtiliorem grosso, & masticet bene cibum, non cœnet illa die, & cœna sit semper modica. Somno autem vtatur nocturno & non diurno, nisi esset ita quòd non dormiuisset in nocte, tunc potest dormire mane vsq; ad tertiam, non dormiat supra dorsum. Vtatur exercitio, ante cibum quod aliquantulum excedat temperamentum, post cibum autem non nisi paulatinè deambulando. Vtatur gaudio & lætitia, vitet irā & solicitudinem, & omnem nimiam curam. Viso de regimine videamus de medicaminibus. Nunc autem aliter operandum est in tempore paroxysmi, aliter in tempore interpolationis: ideo in tempore interpolationis bis in tēpore autumnali, & bis in tēpore vernali, vel quoliber mense partū potest præseruari per hunc modū. Vtatur vomitu ante cibum & post cibū, & cibus sit bleta cocta, pisces salsi, & deinde sumat succum mediani, cortic. sambuci, quantum capit testa oui, euomat, & cum decoctione se. atriplicis, & se. raphani, olei, & aceti vsq; ad scyphum vnum, & fiat quoliber mense non seruando tempus certum ratione malę consuetudinis, & est thesaurus curationis & pręseruationis in hac cura. Deinde digeratur materia per hunc modum. R. cretæ marinæ, tribuli mari. pimpinellæ, saxifrag. milij sol. an. M. 4. radi. brus. asparagi, graminis, apij, fœni. petro. hyssopi, origani, calamenti, serpil. an. M. 1. quart. se. frigi. maio. & mi. se. bruscī, se. sparagi, xylobal. carpob. spicæ nar. spicæ celticæ, squinā. calami aroma. anisi, marat. ameos, siseleos. an. ℥. 1. thymi, epithymi, polypodij. an. ℥. 2. aceti al. ℔. ß. panis zuc. mellis, ro. an. ℔. 1. fiat syr. fere ℔. 3. & vtatur eo mane & sero longè ante cibum. Materia digesta, purgetur sic. R. agari. turbit. aloē. an. ʒ. 2. esulæ. ʒ. 1. zinzi. ani. cinamomi, se. melonis. an. ϑ. 2. conficiātur cum oxymel. squil. fiāt pilulæ, & detur huius totius vna vice tertia pars huius confectionis, & plus vel minus secundū considerationē particulariū.

Quæ fugiēda in affectibus renū.

Somnus.

Exercitiū.

Vomitus.

Syrupus.

Pilulæ solutiuæ.

Purg

Purgatione facta, ponatur in ſtupha, & ibi ponãtur omnia quæ ſunt in ſyr. niſi quòd duplentur præterquá mel & zuc. ſtupha fiat, ſtomacho vacuo, & exeunti à ſtupha qualibet vice detur ſibi ʒ. ß. huius electuarij. R. litontripon. electuarij dulcis. an. ʒ. 2. diaprunis oxylaxatiui, triferæ ſarrenicæ, cathartici imperialis, dianthos cũ muſco, pitris cũ muſco. an. ʒ. 1. miſceantur. & iſtud eſt tantæ virtutis, quòd etiã per ſe curaret ſine omni alio medicamine, & poteſt eo vti in tẽpore paroxyſmi, & in tempore interpolationis de duobus in duobus diebus vel in tribus cum ſero caprino, vel cum vino al. vel cum brodio cicerũ, & poteſt addere vel minuere ſecundum conuenientiã particularium. Intelligendum etiam, quòd vſus trochiſcorũ ſanguinis hircini per ſe curat. R. igitur hircum antiquum, & nutriatur hordeo, fœniculo, petro. pimpine. ſaxifragia, milio ſolis, verbena, filipendula. & ſimilibus diur. & poſt longũ tẽpus huius acceptionis decoletur, primus ſan. & vltimus abiiciatur, medius reſeruetur & fiãt trochiſci, deſiccentur in vmbra in loco ſicco aliquo modo ventoſo, & inungantur cum balſamo, vtatur eis cum vino decoctionis cretæ marinæ. Inungãtur renes ſic. R. balſami. ʒ. 1. myrrhæ, coriand. præparati, ro. ru. electarum, an. ℈. 1. addantur olei de chamomilla & modicum ceræ, fiat vnguentum. Vtatur etiã tali ſalſamento. R. trium generũ piperis, zinzib. gariofi. cinamomi electi, ſpicę nard. an. ʒ. 2. aniſi, mara. cimini, hyſſop. mentę, ſaluię, ſerpilli. an. ʒ. ß. panis zucc. ʒ. 1. & ß. croci. ʒ. ß. fiat pul. & ponatur in ſaculo de aluta. Viſo de regimine præſeruatiuo in tẽpore interpolationis, videamus de curatiuo in tẽpore paroxyſmi. In primis igitur fiat clyſtere. R. abrotani, maluæ, viol. mer curialis ſaxifrag. milij ſolis. an. M. 1. aniſi, marathri, cimini, ſe. rutæ. an. ʒ. 1. olei viol. ʒ. 2. mell. ʒ. 1. fiat decoctio, coletur, & colaturæ addatur benedictæ ʒ. 1. fiat clyſtere. Secũdo detur de electuario ſupradicto. ʒ. 1. vel teratur cum vino decoctionis cretę marinę. Tertio fiat baln. & ibi ponãtur herbę & ſemina quę ſuperius poſita ſunt in ſyr. & poſt exitũ detur de electuario prædicto, & inungãtur renes cũ iſto oleo. R. olei de chamomil. olei ſcorpionũ, an. ʒ. 2. olei ro. olei myrti. an. ʒ. 1. miſceãtur. Quarto fiat talis operatio. R. coriand. ſem. hyoſcyami, pſyllij, ſaxifrag. milij ſolis, aniſi, marat. ſo: nigræ. ſem. ℔b. ana ʒ. 1. conquaſſentur & bulliant in oleo. fi:

Trochiſciex hirci ſanguinis.

Vnguentũ.

Balneũ.

Vnctio.

trur: n

trum intingatur in oleo & aliquantulum exprimatur,& ea lidum ponatur vna pars supra ventrem, & alia pars pòst supra dorsum. Item ista totiens reiteretur donec perfectè curetur. Vltimo si dolor non sedetur, vtatur motu agitatiuo vel in curru vel equo male ambulante, trotante. Intelligendum, quòd morbus officialis non est causa doloris renum nisi per accidens, quoniam causa doloris non est nisi duplex, morbus consimilis,& morbus communis. Secundo notandum, quòd dormitatio accidit in oppilationibus renum, ex hoc quòd spiritus non potest penetrare. Tertio notandum, quomodo competunt diur. in passionibus renum, quoniam si materia est rheumatica, non competunt diur. Si autem non est rheumatica, tunc aut est cum oppilatione, & etiam competunt diur. & in parua quantitate cum multis lenitiuis: Si sine oppilatione, competunt diuret. in declinatione & cum temperamento. Quarto intelligendum, quòd dolor renum & colicæ quantum est ex parte ventositatis, quilibet est deambulatiuus, cum vapor ventosus de facili moueatur, quantum est ex parte loci, dolor renum est fixus, sed dolor intestinorum est deambulatiuus, cum intestina circumeant in parte dextra & sinistra. Quinto aduertendum, quòd licet dolor renum frequêtius accidat ex frigido, dolor tamen interior prouenit ex calido, quia frigidum stupefacit & sensum remouet, calidum tamen augmentat sensum, pungit & stimulat. Sexto notandum, quoniam licet dolor renum in senibus fit cum conuenientia particularium, quia tamen virtus curat morbos,& senes sunt debiles, ideo difficilius curabitur dolor renum in senibus,& facilius in iuuenibus propter virtutis fortitudinem, licet esset contra conuenientiam particularium &c.

Clarificatio.

Diuretico rum vsus.

Galen. 6. Apho. particul 6

De apostemate renum, vesica, & partium vicinarum.

CAP. IX.

INtelligendum quòd renes aliquando apostemantur ex parte gibbositatis, aliquando ex parte panniculi,& tunc est magnus dolor, aliquando ex parte concauitatis, aliquãdo ex parte lumborum,& sunt carnes adiacentes renibus, aliquãdo fit apostema in via media inter renes & vesicam, tunc est dolor vehemens sicut dolor mulieris parturientis propter sensum membri. Causa autem exterior potest esse

casus

casus &percussio,inepta equitatio,& multa cõsimilia.Causa autem interior potest esse congestio & materiæ deuiatio,quæ aliquando est cal.& aliquando frigida. Signa autem,quòd apostema sit in renibus,est pondus, aggrauatio in parte illa & feb.continua,dolor vehemẽs,sed quæ pars fit apostemata discernitur,quia si iaceat in altero laterum, sentit pondus,aggrauationem,& quasi pondus suspensum, quãdo apostema est in altera parte,ita de altera, & ita quãdo est in vtraq;.Si apostema est in rene dextro,tunc ascendit dolor vsq; ad hepar,si est in rene sinistro,descendit dolor vsque ad vesicam.Si in vesica,est dolor in pectine,& peritonæo,ascendit vsq; ad renes & mingitur vrina cum difficultate.Si apostema est de causa cal.se.est fortissima,cum dolore acuto,pungitiuo. Si causa est frigida, omnia sunt remissa.Et si debeat per saniem terminari, signũ est quòd febris fortificatur, calor & pulsatio est in loco, & si rũpatur, signum est quòd febris fortificatur, calor & pulsatio est in loco,& si rumpatur, signum est quòd tũc est tremor, vrina apparet spissa,confusa,sanioſa,sanguinoléta & multa. Signum autem commune istorum apostematum, est frigiditas extremitatũ. Signum autem euasionis est, cùm febr. minuitur & accidentia mitigantur, cùm vrina est multa cum bona residentia,aut sanie alba æquali, sine fœtore.Quando autem vrina est globosa, aut cum sanie fœtida, aut vrina est alba,tenuis, & febr.non alleuiatur, nec accidentia mitigantur, tunc est signum mortis. Quando ægritudo prolongatur,& vrina est alba,tenuis & coxæ macerantur,signum est incurationis, apostemata illarum partium in corporibus macilentis sunt valde periculosa,quia deficit eis calor & humiditas. Primum tales passiones in renibus, duæ sunt ad curandum. Primum apostema cum rumpitur,mittitur materia aliquando versus hepar,ita vadit versus intestina, & stomachum, & tales terminationes sunt malæ. In primis si venter est constipatus, fiat clystere ex malua,mercuriali, viol.oleo viol.cassiafi.& tamari.si habeat fluxum ventr.fiat syr.de rosis sic.myrtillis, sumach,& pane zuc. Deinde si causa est cali. & alia particularia conueniant,fiat phleborotomia de basilica eiusdem lateris, & si vlterius indiget,fiat de saphena eiusdem partis.Postea fiat talis syrupus. R. portu.lactu.capil. ve.re.ana lib.ß.4 se.fri.

Causa duplex.
Signa.
Prognostic.
Aphoris. 36.partic.7.
Cura.

pap

papa.al.dragag.ſe.maluæ, liqui.mund. vuarum paſſ.mund. ab arillis,ſe.end.ſe.ſcar.an.ʒ.i.panis zuc.℔ β.fiat ſyr. Deinde purgetur ſic.R. florum bo. flor.vio.liqui.mund, mucil. pſyllij,hordei, drag.an.ʒ.i.fiat decoct.cum ſero capri.& in decoctione reſoluatur caſſiæſi.mũd.tamarind.an.ʒ.i.& detur in aurora.Deinde fiat emplaſtrũ.R.maluæ,biſm,coriã. re.mucc.laginis pſyllij & citoniorũ,hordei mundi,medullæ cerui,& vituli,olei ſiſami,farinæ hord.& tritici,fiat emplaſt.& ſi dolor eſt vehemens,addamus ſem.papaue.al.cor ticem mãdragoræ,& cũ venit ad ſtatũ fiat emplaſt.de caricis,cũ aqua mellita,vel fiat emplaſt.de rad.lilij, fœnug.ſe. lini,& ol.ſiſami.in declinatione, addamus aniſum, ſpicam nar.& demus ad ſorbendum ſuccum fœni.cum lacte, quoniam abſtergit & mundificat. Idem facit ſerum caprinum.

Victus ratio. Cibus ſit hordeatum,auenatum,amygd.ſpinachia, atriplices,lac amyg.brodium paruæ pullæ, in caſu ſuo. Et eſt intelligendum,quòd aqua per ſe multum nocet in apoſtematibus renum & veſicæ, vinum ſimiliter, & diuretica, niſi in declinatione:carnes ſimiliter nocent & medicina laxatiua fortis, dẽtur igitur lenitiua. Competit aqua hordei,ſerum capri.aliquando multa aqua cum modica quãtitate mellis, confert etiam potare vt minus porerit : balnea non competunt niſi in declinatione, tamen vbi eſt dolor intolerabilis,omnis ordo ſpernitur,ideo poteſt ſedere in aqua vbi ſit malua, biſmalua, coriand. & papauer. Emplaſtretur locus

Curatio cauſa frigida. cum farina papaueris, hordei, & modico opio. Si autem cauſa eſſet frigida compacta,multa,quòd diſcernitur,quia ægritudo prolongatur,vrina eſt al.& tenuis, ſentit magnã grauedinem,pondus ſine magno dolore, & ſentit quendã ſtuporem,& inferiora macerantur,tunc in illo caſu virtute forti poteſt fieri phleboromia, poſtquam cruditas aliquo modo fuerit digeſta,& inungantur loca cum oleo nardino, coſtino,chamo. & emplaſtretur cum caricis, radice lilij, fœnugrę.& ſem.lini,deinde emplaſtretur cum armoniaco, bdellio,& ſerapino.Fiat ſyrupus de abſinthio,mentha,radice lilij,ſe.frigidis,liqui.mund.vuis paſſ.mund.zucc.melle,& ſero capri.purgetur cum polyp. ſenæ, epithy. & ſero capri. Clyſteria fiant cũ adipibus. Vitetur omne, quod eſt fortis virtutis,& iniungatur quies & otium.Vitetur omnis res laborioſa & anguſtioſa. Si materia eſt phlegmatica,

poſſunt

possunt addi aliqua diure. sed in parua quãtitate purgetur cum turbith, & polypo. fomentetur cum meliloto, chamomilla, anthos, & floribus vtriusque sthœcados. Intelligendum, quoniam licet aquositas continuè transeat per renes vel quasi, tamen apostema frequentius generatur ex humore, quoniam aquositas cito transit. Secundo notandum, q̃ qui habet apostema in renibus, & iacet supra dorsum, minus patitur de dolore, quia renes sunt in situ suo naturali, & minus malũ etiam esset iacere in parte sana quàm ægra, tamen melius est iacere supra dorsum. Qui autem habet apostema in latere, sicut in pleuresi, si iaceat supra partem læsam, aliquo modo aggrauatur, cum aliqualiter comprimatur. Sed postquam apostema lateris est confirmatum, plus dolet in opposito latere, quia materia pendet in panniculo, sicut sarcina, ideo grauat superiora & inferiora. *Clarificatio.*

Tertio notandum, quòd satis videtur rationabile, quòd in omni apostemate renum siue calido, siue frigido, coloretur vrina cum ad locum doloros um trãseat, calor, spiritus, & hum. cal. cholerici qui habent vtinam tingere qui delegantur ad illa loca, nisi crapula, aut aliud simile impediat, sicut sunt multum frigida. Quarto considerandum, quòd seb. sequitur apostema renum siue fuerit calidum siue frigidum, propter membri nobilitatem, sensibilitatem & materiæ putrefactionem, quæ quidem putrefactio ad cor pertingere potest propter continuitatem venæ chilis. Quinto notandum, quòd mollificatiua debent primo poni, & postea alia, vt dictum est. Vltimo dicendum, quòd licet mel de se & solum non competat in apostemate renum & vesicæ, nihilominus quando mel est in parua quantitate & aqua in multa, tunc competit cùm habeat mundificare. *Mellis vsus qualis.*

De vlceribus renum. CAP. X.

VLcera fiunt in renibus, vesica, & locis mediis. Ista autem proueniũt aliquando ab exterioribus, aliquando ab interioribus. Ab exterioribus, sicut est plaga, casus, percussio, coitus nimius, medicinæ acutę, & nimis diureticę & similia. Si ab intus, tũc est aut propter apostema male curatum & male mundificatum, aut humor peccans nimia sui quantitate, aut sui mala qualitate, sicut est viscositas, & adhæreat cum separatur, aut acumen medicinę, aut lapis dissoluitur, aut sanies quæ venit à pulmone & hepate, & multa *Causa duplex.*

consimilia. Si autem vlcus fuerit in renibus, tũc est dolor ibidem & in coxis, sanies cum frigiditate cõmixta cum vri-
Signa. na & contenta sunt rub. vrina exit sine difficultate. Si est in vesica, tũc est dol. in pectine, sanies residet, & est quasi separata ab vrina, contenta sunt alba, vrina exit cum difficultate. Sanies autem quæ prouenit à partibus superioribus,
Prognostic. discernitur per læsionem illarum partium. Vlcera renum citius curãtur, quia membrum magis carnosum quàm vlcera viarum inter renes & vesicã, & vlcera vesicę, quia sunt membra magis neruosa & panniculosa. Vlcera renum & vesicæ diuturna nunquã curantur in sempiternum, quia in fistula statim veniunt. in istis igitur à vanis promissionibus
Cura. desistamus. In primis fiat clystere, si vẽter fuerit constipatus, & hoc cum lenitiuis. Deinde fiat vomitus etiã ante cibum, quoniam mirabiliter proficit in pas. renum, & vesicæ. Et si particularia cõueniant, fiat phlebotomia de basilica, & saphenis. Postea purgetur secundũ exigentiã humoris. Et mundificetur locus. Illa autem quæ mundificant, sunt aqua hordei, hydromel, decoctio hyssopi, prassij, ireos, cap. ve. re. ficus autem non competunt, quia lacticinium habent. lac etiam mundificat, si timemus corruptionẽ lactis, apponamus modicũ salis, & mellis, sumatur ab vbere quãtum erit possibile. Sit igitur lac loco cibi, potus & materię, postquã lac erit sumptũ, nõ sumat aliquod aliud donec lac exierit stomachũ, & hepar, si est possibile. Deinde dentur consolidatiua sicut est bolus, san. dra. myrrha, rosæ, & similia. Ante autem ista omnia, mitigetur dolor cum narcoticis, sicut hyo-
Narcotico-rum vsus. scyamus, opium, mandragora, papauer, psylium, sandali, rosæ, chamomil. & similia. Deinde faciamus istud medicamẽ, quod habet virtutem omnium supradictorum. R. iiij. se. fri. mund. se. papa. al. se. maluæ, se. bomba. se. portu. se. citoniorum, myrtillorum, drag. gummi ara. pinearum mund. fistico rum, candi, penidi. liquir. mund. hordei mund. muccil. psyl. amyg. dul. ana ʒ. j. boli ar. sang. dra. sp odij, rosarũ, myrrhæ. ana ʒ. ij. conficiantur cum hydromel. fiant trochi. & cum vti volueris, distemperetur vnus cum lacte, & exhibeatur. Si fuerit vlceratio in vesica, distemperetur vnus cum lacte, & proiiciatur per siringam. Vitet omnia salsa, acuta, acetosa, omnia quæ sunt vehemẽtioris dulcedinis, & omnia quæ
Diæta. sunt nimis diur. Vtatur hordeato, aqua hordei, gallinis, perdicibus,

dicibus, auiculis paruis, ouis sorbilibus, piscibus squamosis, de aquis mun. pineis, sed nõ vtatur ficubus, vt dictũ est. Et si sanies est nimis crassa, addatur prædictis trochiscis hyssopus, spi. nar. rad. lil. apij, & similium, modo igitur vtatur mundificatiuis, modo abstersiuis, modo cõsolidatiuis, & modo dolorum sedatiuis. Intelligendum, quòd lac valet in vulneribus vesicæ, renum, pulmonis, & aliorũ membrorum interiorum, quoniam habet triplicem proprietatẽ valde necessariam vulneribus: abstergit enim ratione sero sitatis, conglutinat ratione caseitatis, & nutrit ratione butyrositatis, quibus omnia vlcera indigent, sicut declarauimus 5. de inge. cũ fiebat mentio de vlceribus pulmonis. valet etiam in hydropisi, hectica, & in omni consumptione, non est ergo mirabile si mundificat vlcera renũ, & vesicæ. Secundo intelligendum, quòd vrina propriè de natura sui non vlcerat, cum nõ sit nisi quædam species aquæ, sicut declarat Gal. 4. de iuuamentis membro. & cum hoc, quia modicum moratur, vlcerat autẽ propter hu. acutos admixtos cum aquositate, vel aliunde fluentes, vel hoc est propter hu. grossos viscosos, qui vlcerant violenter & subito separantur, ex alio computrefiunt, corrumpuntur, & acquirunt caliditates acutas, pungitiuas. Tertio notandum, quòd sequitur vlcera renum, quia materia est euentabilis, & licet ex aliis apostematibus, & vlceribus eorũ fiat, hoc est, quia non potuerunt euentari. Quarto aduertendum, quòd sanies renum non fœtet, sicut vesicæ, quia renes sunt carnosi, calidiores, & fortiores, ideo possunt magis euentari, & materiam depurare, quare non fœtet, sicut quæ prouenit à vesica cum sit membrum frigidum, & carens sanguine.

Clarificatio.

Lactis effectus.

De micta sanguinis. CAP. II.

SAnguis apparens in vrina, aliquando prouenit ab hepate, aliquando à vesica, aliquãdo à venis mediis, aliquãdo est purus, aliquando impurus, aliquando cum sanie, aliquando non, & aliquando est sicut lotura carnis. Istud autem prouenit aliquando ab exterioribus, sicut est casus, percussio, coitus superfluus, exercitium nimium, ocium nimium post laborem, repletio nimia cibi, & potus, dimissio alicuius fluxus soliti, sicut sunt menstrua, hæmorrhoid. & similia, sicut est membrorum mutilatio. Si sit ab intus, hoc est propter nimiam repletionem, aut humorum

Causa duplex.

acumen,aut vĕtositatem descendentem,aut vlcus,aut apostema,aut prouenit propter debilitatem renum, & vesicæ, aut propter vlcera,& ita de aliis discurrendo per singula.

Signa. Et est intelligendum,quòd aliquando prouenit per viam crisis & mundificationis,aliquando ex vi symptomatis. Si prouenit ab hepate,est sine dolore:si à renibus,est cum dolore renum,& sang. est purus, sed non peruenit ad puritatem cum est ab hepate,nec ad turbulentiam cum est à vesica. Si est à vesica,designatur ex dolore partis,& turbulentia. Si sang.est sicut lotura carnis,tunc est ex debilitate hepatis & renum.Et san.quanto plus prouenit à partibus remotis,tanto plus est mixtus cum aquositate, & quãto plus prouenit à partibus proximis,tanto minus est mixtus san. Cum sanie significat vlcera,aut ruptură apostematis. Sanguis cũ venit multus & subito,significat rupturam venę,& quãdo venit paulatinè,significat corrosionem, desudationem,aut modicam apertionem. Quando autem prouenit propter repletionem, discernitur ex habitudine corporis, & si venerit ex virtute mũdificatiua,discernitur ex alleuiatione,& per ea quę præcesserunt.Aliæ autem causæ sunt no

Prognostic. tæ per indicia. Omnis fluxus san.rubei & mundi,si sit multus,est malus. Fluxus sang.de vesica,tardius curatur quàm ab aliis partibus. Sang. apparens in vrina longo tempore, pessimus est,quia vlcera fraudulenta in corpore significat.

Cura. In primis fiat phlebotomia,de hepatica, & pouissimè, si causa est recens. Deinde aduertendum, quòd styptica non debent apponi,donec viæ vrinales sint mundificatæ,& san. maculatus fuerit expulsus, decoquatur igitur radix ireos, apij,hyssopi,& liquir.in lacte,coletur & colatura sumatur, aut solum lac,aut decoctio capil. ve.re.in aqua cum modico mellis,& multa consimilia. Postea vtatur isto medicamine.R.iiij.se.fri.mund.sem.papa.al.dragag.liquir. mundmasti,thuris,myrrhæ,ambræ grisiæ.ana ʒ.j.cupularũ glandium,spodij,chara.sand.muscatellini,sang.dra.boli ar.acaciæ,terræ sig.myrtillorum,sumach,corian.pręparati.ana ʒ.iij.spicæ nar.squinanti.ana ʒ.sem. conficiantur cum succo plantag.fiant trochisci, & cum vti volueris, distemperetur vnus cum lacte,& exhibeatur, vel proiiciatur per siringã: & ex istis potest fieri emplastrum,quod ponatur supra particulam patientem. Accipiatur igitur vnum,vel multa iuxta

xta conuenientiam particularium. Intelligendum, quòd quanuis ita esset, quòd venæ non essent in superficie concauarum viarum, per quas transit vrina à renibus ad vesicam, tamen intus in profundo sunt, à quibus potest fluere san. & sudare ad viam, ita san. potest prouenire ab illis viis, & si sint ibi venæ, tanto melius, quoniam possibile est, quòd san. qui euenit à vena chili, cum aquositate non sufficeret ad nutriendum illas vias. Secundo notandum, quòd sang. qui prouenit ab hepate, est sine dolore, aut cum modico dolore, quia hepar non sentit de se, sed sentit ratione panniculi.

Tertio aduertendum, quòd sang. & sanies quæ prouenit à vesica non sunt mixta, sed separata, & hoc propter sang. grossitiem & eius turbulentiam, san. autem renum, & hepatis est magis subtilis, ideo citius permiscetur, & etiam propter vię longitudinem. Quarto notandum, quòd vlcera vesicæ tardius curantur propter suam naturalem complexionem frigidam, & propter humiditatem extraneam aquosam, quæ consolidationem vesicæ impedit. Renes autem sunt calidiores, & habent plus de humiditate connaturali, *Nota.* quæ facit ad vulnerum consolidationem. Vltimo notandũ, gratia materiæ, quòd sanies licet sit calidior caliditate accidentali quàm phlegma, nihilominus sanies posita in aqua petit fundum, propter sui terrestreitatem, globositatem, maiorem adustionem, & incinerationem, & propter hoc est malum signum in phthisi: phlegma autem calidius est caliditate naturali, & est magis aëreum, & non est ita conglobatum, ideo supernatat.

De lapide renum. CAP. XII.

LApis est morbus officialis in numero addito, præter naturam. Intelligendum, quòd lapis generatur aliquando in vesica, aliquando in renibus, & in multis aliis concauitatibus secundum Gale. Causarum quædam sunt immediatæ, & quædam remotæ. Causæ immediatę sunt 2. materia grossa viscosa, sicut est phlegma, aut sanies, aut melancholia, aut sang grossus. Secunda causa est, calor excedens. Tertia causa est, strictura meatuum. Modus autem generandi est iste, cùm aliqua materia grossa viscosa adhæret in aliquo meatu, & calor est fortis, tunc intendit illam materiam digerere, commouere, & assimilare, sed non potest propter impedimentum materiæ, tunc resoluit quod

Affectio à Græcis dicitur lithiasis.

Causa.

Calculi generatio.

est subtilius & remanet residuū grossum, ita induratur & lapidificatur. Causæ autē remotæ sunt, quædā extrinsecæ, & quædam intrinsecæ. Extrinsecę sicut est omnis ille cibus qui generat grossum sanguinem sicut est panis azymus, vinū nouum, & grossum, aqua turbida, caseus antiquus, faba fracta. & alia legumina, aues degentes in aquis, carnes animaliū sylueſtriū, pisces bestiales, sine squamis, & similia. Causę autem intrinsecæ sunt indigestio, & humorū eruditas, crapula, debilitas virtutis expulsiuæ, & quando ista conueniunt, lapis est de prope. Signa generationis lapidis sunt, cum vrina est turbida, spissa, cum arenis multis, & subito efficitur tenuis, cum dolore illarum partium, proculdubio lapidē significat generatū, & vbi lapis est generatus si veniant arenæ multæ, cum vrina spissa, dissolutionem lapidis significat. Attamen intelligendū, quòd illi in quibus apparet arena multa, & vrina est spissa, rarò incurrunt lapidem, tamen si incurrant, durior erit inter alios. Differt autē lapis vesicæ à lapide renum, quoniam lapis vesicæ vergit ad maiorē albedinem, & est durior & maior, lapis autem renum, est mollior, vergit ad rubedinē, & est minor. Signum autē distinctiuum, quòd lapis sit in vesica, est dolor pectinis & peritonei, & semper appetit mingere, mingit cū difficultate, & cum stringit appetit assellare, exit anus, si fuerit in pueritia, patitur pruritum in radice virgæ, erigitur virga, & cogitur fricare continuè radicem virgæ. Intelligendum tamen, quòd aliquādo dolor interpolat plus, aliquādo minus, & quando lapis vesicæ est paruus, ponit se in via vrinæ & est peior quàm magnus, & inducit dolorem intolerabilem. Quando autem lapis est in renibus, tunc est dolor vehemens in spina dorsi & in anchis videtur sibi quòd continuè pungatur, & descendit aliquando ad inferiora. Et est intelligendum, quòd lapis renum generatur frequētius in pinguibus, & senibus, propter debilitatem virtutis expulsiuæ ad distantiam remotam. In macilentis autem, pueris & iuuenibus frequentius accidit in vesica, quia virtus expulsiua expellit longius. Lapis renum & vesicæ, est morbus hæreditarius secundum quod dicit Auic. In primis vtatur diæta contraria causæ generanti, quæ sit subtilis, & facilis digestionis, seruet quantitatem, qualitatem & ordinē in omnibus sex rebus non naturalibus. Deinde vtatur suppoſi

Aphor. 80. partic. 4.

Signum calculi in vesica.

Signum calculi in renibus.

Qui obnoxij renum, & vesicæ calculis.

Prognostica.

Cura.

positoriis,clysteribus,pinguibus & lenitiuis, etiam & vomitu,quia mirabiliter confert. Si contingat accipere laxatiuum,fiat debile & lenitiuũ,& rarò accipiat,quia materiã trahit ad locum dolorem , & symptoma. Deinde talia faciemus,portetur in quadriga, aut in equo trotante & male portante,descendat per gradus & loca decliuia , postea balneetur vsq; ad zonã, & in balneo sit malua, bismal. parietaria,creta marina, tribulus marinus,chamomilla,mellilo.anthos,& exeunti à bal.emplastretur cum fœnigræ.selini,& oleo sisami. Deinde exhibeatur sibi theriaca recẽs. Et tunc veniamus ad symptomata. Aliquando lapis est in collo vesicæ,& non potest mingere,tunc eleuentur anchę fortiter & concutiantur,fricetur virga, & pecten,vt cadat lapis ad concauitatem vesicæ,vt possit vrinare. Deinde ad fractionẽ lapidis intendamus,si in vrina sint arenulæ,colemus vrinam , & desiccemus arenulas : & si sint molles & quasi tractabiles,magnã spem possumus habere de fractione:si autem sint solidæ,duræ,asperæ,timendum est.Illa autem quæ ex proprietate,& electiuè frangunt lapidẽ , sunt lapis iudaicus,lapis spongiæ,cinis scorpionum,cinis lepo ris combusti,cinis testarum ouorum, ex quibus exiuerunt pulli,cinis auiculæ,quæ vocatur cauda tremula,san.hirci, aqua raphani distillata,lingua serpentis,illa scilicet,quę valet contra venenum. Sed quia ista cura est summè difficilis,nullus debet habere pro malo, si curam diligentissimè magis particulariter prosequamur. In speciali,curatio lapidis est triplex,quædã prẹseruatiua,quædã doloris est mitigatiua,& quædã verè curatiua.Doloris mitigatiua est,cũ aufertur vrina,& est magnus dolor in pectine,& locis vicinis,qꝰ fiant ista.Vtatur bal.& sint ibi mal.bismal.se.altheę, se.lini,tribuli marini,& cãpestris,anisi,cimi,ana ℔b.ß.ponãtur iuxta pectinẽ,& embrocetur locus frequenter,& cadat aqua supra pectinem ex alto,& post exitum à bal.qualibet vice vtatur theriaca, vsque ad ʒ.j. cum brodio cicerum, si theriaca inueniatur recens,tanto melius.Item fiat emplastrum,quod ponatur supra pectinem.℞. mal. bismal.se.altheæ,se.lini,butyri re.caricarum ana ʒ.j.fiat emplastrum, & ista cura vocatur mitigatiua , seu blandiens. Si non mitigetur dolor ex istis, pronocetur vomitus cum sem. raphani, & attripli.aut mediano cortice sambuc. aut nu.

Quę à tota sua substantia calculum frangunt.

Cura calculi.

Vomitus.

vomica.istud valet omnibus tribus modis prædictis.Item fiat clystere cū vio.malua,mercuriali, suc. bletæ,oleo viol. & hierapi.& de istis quantitas sufficiens apponatur iuxta medici industriam.Si autē volumus præseruare,vtatur tali diæta,nō vtatur si est possibile aliquibus carnibus nisi volatiliū vsualium,præterquam de illis quæ in aquis & locubus nutriuntur.Vtatur brodio cicerum nigrorū cum oleo de carthamo,vtatur vino al. & lymphetur cum aqua decoctionis cicerum nigrorū,raphani folia & aqua eius distillata præseruant:iacere & dormire supra dorsum valet, auicula illa parua vocata cauda tremula multum valet siue recēs siue salita siue elixa siue assa siue desiccata,postea pulnerizata,siue in toto siue in parte. Si hircus antiquus nutriatur herbis diureticis,sicut fœni.petro.hordearo, saxifragia,milio sol.betonica, postea in æstate decolletur, & san.per frusta desiccetur & pulnerizetur.pul.iste preseruat & curat.Balnea sulphurea valent,si non sint parata,bulliatur sulphur in aqua,spōgia intingatur & calida pectini applicetur.Cura autē lapidis vera,consistit in fractione lapidis istis prædictis præsuppositis,præsuppositio etiam bono regimine & bona diæta & ℘ corpus non sit plethoricum, nec rheumaticū,nec nimis extenuatum, tunc fiant ista, R. cineris scorpionis ʒ.ij.cantharidum abscissis capitibus, & alis ʒ.j. san.hirci exiccati ʒ.ij.cineris vitrio.caul. non trāsplantati,cineris leporis,cineris auis caudæ tremulæ,cineris ouorū à quibus exiuerint pulli,ana ʒ.iij. lapid.iudaici, lapidis inuenti in felle bouis,lapidis spongiæ,piperis,dauci,carui,se.altheæ,gummi ara.se. saxifragiæ, millj sol.siseleos.carpobal.xylob.spicæ nar.capill.ve.se.quat.se.frigidorū.ana ʒ.j.conficiantur cū mel.ro.q.s.fiat conditū,& vtatur eo ad quantitatē duarum auellanarum mane & sero cum aqua decoctionis cicerum & tribuli marini. Itē inungatur pectē cum oleo scorpionum,oleum autem scorpionum sic fit R.aristo. gētianæ,cype.corti.radi.capparis ana ʒ.j.olei amyg.amara.℔.j.cōquassentur prædicta fortiter & bulliāt in prædicto oleo & aqua vsq; ad aquæ consumptionē,colet ur,& in colatura ponantur 10. scorpiones, & ponantur in olla cooperta fortiter lutata,& ponātur in furno,vnde exiuit panis.stet ibi per vnam noctē,& de isto oleo inungatur pecten quotidie bis vel ter, vel lana abluta intingatur in prædicto

Victus ratio.

Diuretica.

Balnea.

Curatio calculi.

Præparatio olei de scorpionibus.

prędicto oleo & tepida pectini applicentur. Itẽ si non possit vrinare, aut quia lapis est magnus & oppilat meatũ, aut quia paruus & ingreditur foramen virgæ: tunc localia remedia sunt ista, disponatur corpus sic, quòd caput sit inferius, concutiatur, fricetur & comprimatur, tunc lapis descendet à foramine & poterit mingere, & erit remedium tẽporale. Vel sic, digitus ponatur in ano, & cum digito cõprimatur. Vel sic, accipiatur siringa & intromittatur per foramen virgę, & quòd superius impellatur, vel quòd accipiatur ʒ j. prædicti conditi, distemperetur cum aqua raphani & lacte, colentur & colatura frequenter per siringã iniiciatur. Item vtatur isto electuario. ℞. electuarij ducis, litontripon ana ʒ. iij. diaprunis ℔. ß. misceantur. Volatilia assa, & cancri fluuiales assi, sunt cibaria bona in hoc casu. Vomitus post cibum multum confert. Vitet replerionem nimiã cibi & potus, vtatur exercitio tẽperato ante cibum. Vitet omnia cibaria grossa, sicut sunt carnes porcinæ recentes, carnes bouinæ, caseus durus, oua indurata, caules, & legumina præterquã brodium cicerum, vitet pisces non habentes squamas, vtatur boragi. fœniculo, petro. asparago, origano, calamẽto, serpillo, raphano, spinachiis, & maluis. Non accipiant medicinã laxatiuam, sed vtantur vomitu ante cibum & post per interualla, quoniam totam fœlicitat operationẽ vehementer. Curam autem lapidis factam manu chirurgica, quantum est de præsenti, penitus derelinquo. Intelligendũ, quòd ex materia cocta, sed non perfectè cocta generatur lapis cũ est viscosa, si enim esset omnino cruda, non posset coagulari propter humidum superfluum: & si sicca, non posset condensari, sed magis puluerizari, oportet igitur quòd sit viscosa. Cum igitur calor naturalis agit in materiã crudam, viscosam, coquet eam, ita remouet subtilius & reliquum remanet induratum, ita petrificatur, coquitur igitur, si non digeritur, propter inobediẽtiam materiæ. Secundo notandum, quòd lapis ex sanie potest causari igneitate remota, licet rarò. Ex iuxta hoc notandum, quòd in mulieribus rarò generatur lapis propter fœgiditatem, meatuum latitudinem & viarum breuitatem &c. Tertio intelligendum, quòd ad generationẽ lapidis sunt tria necessaria vt dictum est, calor fortis inducens exhalationem & partium subtilium consumptionem,

Quæ vrinæ reddendæ difficultati & cum maxima angustia laborãtibus auxiliantur.

Quæ in hoc laborioso, affectu sunt fugienda.

Clarificatio.

Cur calculus rarò in mulieribus generetur.

Ad calculi generationẽ tria sunt necessaria.

& ita per consequens residuum induratur & in petrã conuertitur, frigidum autẽ congelando non posset hoc facere in corpore humano, quia vita manente, tanta frigiditas abundare non potest, nec lapis dissoluitur à calido, sed magis propriè aduritur, quia à frigido non fuit condensatus, & calidum bene potest mouere à circunferentia ad centrum, sicut patet in tegula seu latere cum ponitur in furno. Calidum igitur est causa generationis lapidis in corpore humano, non frigidum. Secunda causa generationis lapidis, est materia viscosa, aliter non conglutinaretur nec induraretur. Tertium, quod adiuuat ad hoc, est structura loci. Ex prædictis sequitur, quòd lapis ex melancholia sola non posset generari, licet contrarium sit dictum in sententia, & est verum, vel de sola vel raro, & ratio quare non potest generari, quia non habet viscositatem sicut phlegma. Est enim magis puluerisabilis, & licet lapis generetur ex cibis melancholicis, hoc non facit, quia melãcholicus, sed quia indigestibilis, & quia inde phlegma crudum generatur, ex omni enim cibo, siue sanguineo, siue cholerico, si non digeratur bene in stomacho & hepate generatur humor crudus pertinens phlegmati, & talis materia est apta ad lapidis generationem. Et iuxta hoc videndũ, quoniã licet in stomacho possit esse materia multa phlegmatica & calor fortis, nihilominus meatus sunt lati, ideo raro, aut nunquam in talibus potest lapis generari. Quarto notandum, quòd lapis in senibus non generatur sicut in pueris, quoniam licet plus abundent in materia phlegmatica, calor tamen deficit, pueri autem habent multum de calore ratione ætatis, & multũ de phlegmate ratione regiminis, ideo frequentius lapis generatur in eis, sed in vesica frequentius, quia collũ est strictum, & ibidẽ materia aggregatur, & ita lapis. Cum autẽ veniunt ad ætatem pubescentiæ, dilatantur meatus & superflua expelluntur, quare in aliis ætatibus subsequentibus magis in renibus generatur &c.

Quare calculo senes non obnoxij.

De passionibus vesicæ, & primo de diabetica passione.

CAP. XIII.

Diabetes, vrinæ profluuiũ effu

Diabetica passio, est immoderata vrinæ effusio. Intelligendum quòd in diabetica passione, est sitis intensa, multũ potatur, & sicut accipitur, ita mingitur, & est simile de

de appetitu in cibo vbi multus cibus accipitur & indigestus euacuatur, sicut patet in canino appetitu. Causa huius passionis vt plurimum est nimia caliditas renum attrahēs aq̃ositatem ab hepate, & hepar à stomacho: ita est continua suctio & continua sitis, & ita potus insatiabilis. Confortatur virtus attractiua renum, & debilitatur virtus contentiua, & ita cito exit, sicut enim potatur, mingitur. Prouenit & aliquando ex nimia frigiditate renū & totius corporis, & est ita, quoniam licet causa sit frigida, tamen aliquando non priuatur à siti, aliquando est sine siti. frigidum igitur paralyticans & mortificans, non permittit continere vrinam, & sicut corrumpitur attractiua cum est ex caliditate, ita corrumpitur contentiua cum est ex frigiditate. Signa huius passionis sunt manifesta, quoniam vrina mingitur in magna quantitate & frequentius. Signum autem causæ est, quoniam quando ex calore sentitur caliditas in renibus, dolor, punctura, & alia signa caliditatis. Si autem frigiditas sit in causa, tunc sentitur in renibus & extremitatibus, læditur à frigidis, & iuuatur à calidis &c. Si autē ista passio continuauerit & remediatus non fuerit, macerat̃ur corpus cura & debilitatur & ducitur in perditionem. Et quia ista passio prouenit vt plurimum cum calore, ideo prius curam huius pertractemus. In primis fiat clystere lenitiuum, deinde prouocetur vomitus, postea fiat phlebotomia, tandem purgetur cum manna & cassiafi. deinde potet aquam multā frigidam, & postea euomat ipsam. Deinde vtatur ista potione, Fiat muccilago de psylio. Deinde R. corian. præparati, sp̃odij, coralli, charabæ, san. dra. sand. muscatellini. ana ʒ. 2. cāphorę. ʒ. ß. fiant trochisci cum muccilagine prædicta, & distemperetur vnus cum lacte ouino acetoso vnde butyrum fuerit extractum. Deinde confortẽtur renes sic, R. cupularum glandum, psidiæ, balaustiæ, acaciæ, boli arme. hypocist. an. ʒ. ß. ladani. ʒ. 2. misceantur cum syr. myrtino, & fiat emplastrum. Vtatur hordeato, auenato, amyg. piris, citoniis, portu. cucu. melonibus. Et vtatur vino grosso cum multa aqua. Vitet omnia diuretica. Si autem causa fuerit frigida, & fuerit cum siti, tūc cura est valde difficilis, vtatur vino odorifero, fricentur extrema, & ponantur ventosæ supra renes sine scarificatione. Si vero est materia peccans, purgetur cum hierapi. prouocetur

ctus est renū teste ca. qui rarissimè euenit valde sitientibus agris atque subinde bibentibus, quapropter exuberāter quoq; reddunt id quod biberūt, et à sua qualitate nō mutatū.

Prognostio

Cura.

Diæta.

vomitu is

vomitus cum raphano, vtatur syr. myrtino, & fiat emplast. de ladano, myrrha, masti. thure, nuce cypressi, aniso asso, ruta, & mentha, & fiat bal. de istis eisdem, fricetur totus donec rubeat. Si causa fuerit frigida & sine siti, fiat potio de castoreo, myrrha, pyrethro, cupulis glandium, decoquatur in syr. mirtino, & fumatur mane & sero, vtatur vitellis ouorum, gallinarum pingui. & assis, frixis & similibus. Intelligendum, quòd in diabetica primo principaliter & potissimè cum causa est cali. est error in attractiua, quoniã vlcra temperamentum fit tractus, & quia quantitas est nimia, ideo secundario deficit contentiua, quare sicut trahitur, ita eliquatur, corpus deficcatur & consumitur, & licet omnino deficiat contentiua, nihilominus fortificatur attractiua propter nimiam renum caliditatem, nec deficit attractiua propter defectum contentiuæ, quia principaliter est error in attractiua. Secundo notandum, quoniam licet in licentia exeat cibus crudus & indigestus, & in diabetica vrina cruda & indigesta, non tamen ex eisdem causis, sed in diabetica fit vt plurimum propter nimium calorem confortantem attractiuam, ideo est cum forti siti, & curatur cum frigidis, patet igitur quòd diabetica passio ex causis cal. procedit, licet vrina appareat multa, tenuis & alba. Tertio notandum, quoniam licet causa diabeticæ pas. sit cal. tamen vrina non est tincta, & licet sit perturbatio, non est spissa, quoniam ita modicam moram contrahit in hepate propter violentam tractionẽ, quòd nihil de humoribus potuit permisceri quod ipsam coloret & substantiet. Quarto notandum, quoniam in diabetica est vehemens sitis propter stomachi deficcationem, sed non est fames propter phantasticam repletionem quæ fit à calido. Quinto aduertendum, quòd arenulæ rubeæ & solidæ cum apparẽt in principio, cum do. & grauedine renum, lapidem generatum significant: si dispareant & dolor remaneat, lapidem confirmatum significant: & si multitudo postea appareat cum alleuiatione doloris, fractionem & mundificationem significat. Si autem à principio sine dolore appareant, corporis mundificationem significant, idem de vesica, cum arenulæ albæ apparent. Et ista materia fuit vt plurimum superius pertractata. Vltimo notandum, quòd in diabetica pas. competit diæta mediocriter grossa, vt multum moretur

Clarificatio.

Sitis vehemens & assidua in hoc affectu.

eur & non de facili attrahatur, sed mediocriter grossa, ne causet indigestionem.

De stranguria. CAP. XIIII.

Stranguria id est vrinæ stillicidium, proprium quoddã vesicæ accidẽs Gal. lib. 6. de locis affectis. cap. 4.

STranguria interpretatur guttatim vrinæ emissio. Intelligendum quòd vrina aut emittitur inuoluntariè, aut retinetur inuoluntariè. Nũc autem de inuoluntaria emissione agetur, de inuoluntaria autem retentione agetur inferius. Si autem emittatur inuoluntariè, hoc est duobus modis: quoniam aut emittitur in nimia quantitate & consumitur corpus, & ista est diabetica, de qua dictũ est: si emittatur inuoluntariè paulatinè & guttatim est stranguria, bene igitur dictum est, stranguria est guttatiua vrinę emissio præter voluntatem. Causa autem aut est extriusęca aut intrinseca, si extrinseca, sicut est acceptio rerum nimis cal. & diur. cum accipiuntur in nimia quantitate, sicut est litontripõ, electuarium ducis, & similia: similiter potus nimius aquæ frigidæ, aut sessio in eadem, & similia frig. Si autem fit ab intus, tunc potest prouenire, aut propter apost. hepatis & alias pas. eiusdem, & propter pas. renum, matricis, intestinorum, vesicæ, & totius corporis, & propter crisim. Omnes istę causę possunt reduci ad duas. scilicet ad nimiam caliditatem pungentem & mordicantem, & ad nimiam frigiditatem paralyticantem & mortificantem. Quando autem ista passio est ex causis cali. tunc est cum arsura, punctura. calore, siti & mordicatione. Si est propter causam frigidam, tunc dolor est modicus, & cum quadam insensibilitate, & læditur notabiliter à frigidis, ita de aliis signis sumptis à rebus naturalibus, non naturalibus, & contra naturam. Hic possumus dicere quòd ista passio si continuetur, est turpis & verecundosa, quoniam impedit omnes nobiles operationes tam speculabiles quàm naturales, quoniã nõ permittit hominem studere nec dormire, nec cibum digerere. Et possumus hic notare gratia materię, quòd tria sunt quę augmentata se diminuunt, & diminuta se augmentãt, sicut est sudor, egestio, & vrine. In primis si venter est constipatus, fiãt clysteria. Deinde fiat phlebotomia, si particularia conueniãt. Postea purgetur materia peccãs secũdũ exigẽtiã. Deinde si causa est ca. vtatur cucur. melonibus, lactu. spinachiis, atriplicibus, syrupo ros. & syr. myrtino, zuc. rotis. sandal. draga. frigid. carnibus citoniorum conditorum

Inuoluntariè.

Signa.

Prognostic.

Curatio.

cum

cum zuc.sine speciebus, & emplastretur vesica cũ myrtil. rosis,sumach,hypocistide,spod.san.charab.ladano, conficiantur cum muccilagine psyllij,& syr.ros.& exhibeantur vel per modum emplastri, vel potionis cum lacte acetoso à quo butyrum sit extractum. Si autem causa est frigida, dentur assa calida, & vinum odoriferum, fiat emplastrum de masti.thure,stora.calamita,ambra,cinamomo,gariofi. galanga, nuce cypressi, cymino asso,ruta, mentha,abfint. origano,calamento,& est fere eadem curatio cum diabeti ca. Intelligendum quòd in causa calida debent applicari exterius & interius styptica aromatica frigida in multa quantitate,& de stypticis ea.in parua.Et si causa est frigid. fiat econuerso. In causa igitur frig.detur theriaca, mithridatum,aurea alexand.diamb.diazolibanũ, diamentha,diacitoniten,diagalanga.Intelligendum iuxta doctrinam Gal. 6.de morbo,quòd omne quod expellitur à corpore aut retinetur, fit propter tria,aut propter dispositionem materiç aut membri, aut virtutis, verbi gratia, in stranguria enim vrina guttatim expellitur, & præter voluntatem, aut quia materia est multa, aut nimis cal. aut nimis frig. calidum enim pungit,& frigidum mortificat.si ratione membri, vt quia latum,laxum,rarũ,apertum:si gratia virtutis, vt quia expulsiua est fortis & contentiua debilis, ideo communiter dicitur quòd stranguria euenit propter acumen vrinæ, aut propter debilitatem contentiuæ.Secundo notandum, quòd ventus septentrionalis si fortiter agat in corpore & profundet se,stringit ventrem & vrinam.Si autem debiliter seu mediocriter,omnes virtutes confortat,sed desiccãdo ventrem stringit, & vrinam laxat,attractiuam hepatis confortando.

Clarificatio.

De illis qui ignoranter de nocte mingunt in lecto.

CAP. XV.

Causa. INtelligendum quòd aliqui mingũt dormiendo,aut quia lacertus vesicæ est mollificatus,& non potest continere, aut quia dormiendo imaginatur esse in cloaca & in loco vbi cõsueuit mingere,tũc præcipit virtus imaginatiua virtuti expulsiuæ, & ita mingit in lecto intendens alibi esse.

Curatio. Curatio,ossa myrobalanorum accipiat,& assentur,deinde extinguantur in aceto, desiccentur, & assentur glandes, & extinguantur in aqua ros.deinde assetur nasturtium & exting

tinguatur in succo agrestæ. ista igitur cum erunt desiccata pulverizentur, deinde misceãtur cum myrrha, styra. calami. ambra, se. ru. nuce cypressi, masti. thu. lada. conficiantur cum syr. myrtino, & ex istis potest fieri potatio, aut emplastrum, aut oleum, aut vnguentum, aut electuariũ, & valet mirificè in pas. renum & vesicæ, de causa frigida, cùm deficit contentiua, & corpus est mundificatum. Si autem fuerit propter imaginatiuam & affectum ad locum, decoretur ille locus, & purgetur & pulchrificetur vt ibi die mingere abhorreat. In lactanti verò ætate, detur theriaca. minuatur cibus & potus, & non profundetur in somno, viten tur ea quę mollificant neruos & debilitant. Hic non seruaui ordinem solitum causa breuitatis. Intelligendum, quòd vesica tauri & caput licet sint frigida, possunt tamen competere ex virtute specifica, ita ponebãt illi qui experti fuerunt aliter non intelligendo. Secundo notandum, quoniam licet inuoluntariè in diabetica vrina emittatur ad vesicam, & diabetica sit de causa cal. nihilominus inuoluntariè vrinæ emissio de nocte non fit à calido, sed magis à frigido paralyticante, quia à renibus emittitur inuoluntariè ratione nimiæ quantitatis materiæ, hoc autem deficit contentiua ratione frigiditatis, alia igitur est causa hîc & ibi. Tertio aduertendum quòd inuoluntaria & insensibilis vrinæ emissio, magis fit in pueris cum nerui & lacerti sint magis debiles, ideo frequentius hoc incurrunt. senes autem tardius propter neruorum soliditatem, nisi forte in decrepitis, vbi non est ordo nec regula, sed de nocte & in tempore somni plus, cum tunc superflua versus interius aggregentur.

Clarificatio.

Qui huic morbo magis obnoxij.

De dysuria. CAP. XVI.

Ischuriã, ex dysuriã confundit Gor. do. hoc cap.

DYsuria est vel interpretatur inuoluntaria retentio vrinæ, scilicet cum aliquis appetit mingere & nõ potest, aut quando non potest nec appetit. Intelligendum, quòd exitus vrinę aliquãdo aufertur omnino, ita quòd nihil penitus exit. Aliquando autem minoratur, quoniã licet retineatur præter voluntatem ad tempus, nihilominus postea expellitur, licet cum difficultate. Aliquãdo autem corrumpitur exitus eius, & exit inordinatè, sicut in stranguria, vt dictum est. Causa autem retentionis vrinæ quædam est naturalis, & quædam innaturalis, naturalis sicut in sudore

& fluxu ventris. Et si est innaturalis, tunc aut prouenit ab exterioribus, aut ab interioribus. Si ab exterioribus, tunc accidit propter flatũ venti boreæ, vt propter balneũ aquæ frigidæ, aut quia sedit longo tempore supra marmor & lapides frigidos, aut quia inunxit se cum narcotizãtibus, ita de aliis. Si autem causa fuerit intrinseca, tũc aut prouenit à vesica aut ab aliis membris: si ab aliis membris, tunc cõstringitur vrina & retinetur inuoluntariè propter apostema matricis, & alias passeius, aut propter pas. testiculorum aut propter intestina, aut quia feces sunt nimis induratæ, aut propter pas. renum, sicut est apostema, lapis, ita de aliis aut propter pas. hepatis, vt est cacochymia, hydropisis, aut propter pas. cerebri, sicut est mania, melancholia, vbi obliuiscuntur mingere, aut in lithargia, aut propter pas. neruorum & lacertorum cum sunt mollificati, aut spasmati, sit etiam propter pas. totius, sicut est febr. acuta liquefactiua, desiccans & corrugans. Si autem fuerit propter vesicã. hoc est aut propter pas. animales aut naturales, si animales, vt cum aliquis est in loco venerabili & non voluit se mouere, tunc impletur vesica, dilatatur superius & cõstringitur inferius, ideo cum est postea in loco, nihil potest exire propter coarctationem foraminis. Si fuerit propter pas. naturales, hoc fit specialiter, aut propter morbos consimiles, aut communes, sicut est mala complexio cal. feb. & hoc est de raro contingentibus, aut prouenit hoc propter malam complexionem frigidam, & hoc est frequenter. Si fuerint morbi officiales, tunc est propter oppilationes venientes ab humore, aut sanie, aut lapide, aut ventositate, aut carne superflua, aut verruca, & similibus. Si fuerit propter morbum communem sicut in vlceribus. Ex istis enim causis & sibi conformibus, retinetur vrina præter voluntatem, possent omnes reduci ad tres, scilicet aut ad humorem, aut membrum, aut virtutem. Signa morbi sunt manifesta, sed signa causarum habentur per hunc modum. Si causæ sunt extrinsecæ, habentur ex indicio. Si sint intrinsecæ, & fuerit ab aliis membris, discernitur propter pass. istorũ membrorum quæ præcesserunt, & postea sequitur stranguria. Si fuerit à vesica, discernitur per dolorem loci, quia vbi dolor, ibi ægritudo. Si fuerit ex lapide, præcesserunt arenulæ. Si ex vlcere, præcessit sanies & punctura. Si ex ventositate,

Signa.

rositate, præcessit dolor extensiuus, inflatiuus. Si ex apostemate, est ibi tumor ex febr. Si causa est cal. tunc est feb. aliter rarò accidit ex calore. Si ex frigiditate, sentitur frigus, tunc non est dolor, & particulariter considerando sapiens medicus poterit venire in cognitionem causæ.

Prognostic.

Ablatio vrinæ si diu durauerit, mortem significat. Si auferatur vrina & superueniat tenesmon, infra septem dies moritur, nisi superueniat febr. liquefaciens, & aperiens.

Curatio.

Iste morbus curabitur sicut alij, consideretur igitur diligenter causa, & per suum contrarium reducatur ad temperamentum. Si igitur causa est cal. applicentur frigida, & econuerso, si est causa sicca, applicentur humida, & econuerso. Si est causa replens, inaniatur, & econuerso. Curentur igitur morbi iuxta suas naturas, sicut scribitur in locis suis. In primis igitur iuxta conuenientiam particularium fiat clystere, deinde prouocetur vomitus, postea fiat phleboto. de hepar. & de saphena, si particularia conueniunt, deinde purgetur secundum exigentiam hu. peccantis. Et si causa est humoralis frigida quæ frequentius aduenit, purgetur cum benedicta, hermodacty. deinde ponatur in baln. aquæ dulc. vbi sint parietaria, fœnig. petro. apium, fricetur venter & dorsum suauiter, & vtatur potione. Rec. leuisti. cretæ marinæ, saxifragiæ, milij sol. tribuli marini, & campestris, raphani, anisi, marathri, ameos, siser. cicerum nigro. apij, conquassentur & bulliant in vino alb. sumatur potio mane & sero. Aqua raphani distillata multum valet, & breuiter omnia illa quæ frangunt lapidem, siue illa ponantur in baln. siue fiat emplastrum, siue syrupus siue potio, siue oleum, & ita de aliis. Theriaca multum valet in hoc casu: & oleum de balsamo, oleum scorpio. aurea alexan. & mithridatum, hoc supposito quòd non sit febr. acuta aut apostema, vel vlcus. & ita de aliis, in quibus ista possent nocere.

Phlebotomia.

Intelligendum, quòd duo sunt quæ indifferenter in omni casu consueuerunt vrinam prouocare, scilicet axungia cuniculi, & pellis eius si supra pectinem & virgam applicetur. Similiter hoc idem faciunt cimices viuæ seu contritæ, ponantur supra caput virgę, vel ponantur in sacculo, & sacculus induatur virgæ rectę vt rectè applicentur capiti virgæ. Intelligendum etiam, quòd in viciis renum & vesicæ humoralibus de causa frigida, supposito quòd non sit ibi

Axungia cuniculi & pellis eius effectus.

seb. nec vlcus, nec apostema, multum valet litontripon, electuarium ducis, debent misceri cum duplo de diaprunis, & oxylaxatiui, quia aliter nimis esset medicamen forte, ita de isto toto potest dari ʒ. ß. in vna vice, aut ʒ. ij. cum aqua raphani, aut brodio cicerum nigrorum, aut vino al. In causis autē calidentur semina frigida maiora & minora. Apostema autem, vlcera, & lapides, curantur sicut dictum est.

Clarificatio. Intelligendum, quòd vesica & intestina habent 4. virtutes naturales, ita habent virtutem attractiuam, & forte nō attrahunt nisi cibum, & secundum hunc modum loquendo, vesica non attrahit vrinam nec intestina feces, sed recipiunt, posset enim dici sic, quoniam ista membra si attrahant, non attrahunt vt inde se adiuuent, cum sint superflua & impura, licet non attrahant propter se, attrahunt tamen gratia totius, sicut splen melancholiam, & chistis fellis choleram, vnde licet non habeant intellectum & rationem, vt depurent corpus, nihilominus ordinator ciuitatis habuit intellectum, & rationem, ita ordinauit ista membra, vt attraherent gratia totius, & licet Gale. videatur alibi dicere oppositum, per hunc modum potest dissolui, vel possem dicere, quòd cum fecibus est aliquod benignum, ex quo possit nutrire, quod patet, quoniam secundum Auic. venæ meseraicæ continuantur, cum omnibus intestinis præterquam cū longanone, vt hepar à quolibet possit attrahere aliquod benignum, descendit cum aquositate aliquid de sanitate, vt inde viæ mediæ nutriantur. Non est igitur inconueniens, si superflua attrahuntur, quia attrahuntur gratia totius, & quia ibi est aliquod benignum. Secundo notandum, quòd multitudo vrinę est causa retentionis cum oppilat, & claudit foramen, & est causa fluxus cum non oppilat. Et est intelligendum, quòd deoppilatiua nō competunt, nisi in corpore mundificato, nec cantharides nisi in parua quantitate absciſis capitibus & alis. Tertio aduertendum, quòd magnus lapis nō impedit exitum vrinæ, nec valde paruus, sed quando est in disposition media, ita quòd partim subintrat foramen, ideo expelli non potest, & est cum dolore intolerabili, vt dictum est superius, &c.

Gal. de sanit.

Vrina mala causa obstructionis, & fluxus.

Vrina suppressio à lapide quãdo.

INCI

INCIPIT SEPTIMA,

ET VLTIMA PARTICVLA HVIVS libri, quæ de passionibus membrorum generationis in vtroque sexu, & antidotis valentibus à capite ad pedes vsque agit, continens capita XXIIII.

De paucitate coitus, siue de frigidis & maleficiatis, de sterilitate viri. CAP. I.

VNVMQVODQVE perfectum est, cum potest sibi similem generare, ex hoc enim assimulatur enti diuino & immortali, secundum Aristot. 2. de anima, & propter hoc Auicen. 6. de naturalibus glorificauit virtutem generatiuam, vt quod in se saluari non poterat, saltem in suo simili saluaretur, ideo propter generationem, Deus benedictus & sublimis, masculum & fœminam creauit. Instrumenta autem generationis in masculo sunt testiculi & virga. In fœmina autem sunt matrix, os eius, & duo testiculi qui sunt in cornibus matricis. Nunc autem in coitu, sunt tria necessaria, caliditas, ventositas, & humiditas, ita secundum Aui. sensus venit à cerebro, spiritus & ventus à corde, sang. & desiderium ab hepate, ita ꝙ desiderium naturale partim venit à renibus & ab hepate, & complementū à corde, ideo qui habet omnia ista, fœcūdus est, quantū est de natura sui.

Generationis instrumenta.

Modus autem generationis est iste, cum enim masculus appetit naturaliter propter seminis multitudinem aggregatam, & digestio stomachi & hepatis est completa, & tertia mediata, & nullum aliud extrinsecum, nec in trinsecum impedit, tunc ei data est licentia secundum legem, debet dispergere semen in matricem, & nullo modo in aliquo alio foramine secundum legem Dei & naturam, & cum occurrunt ei spermata adinuicē & retinentur, tunc fit conceptio, sicut dicetur inferius magis particulariter, cum loquemur de sterilitate mulierum. Sicut igitur ex concursu omnium

istorum causatur fœcunditas, ita ex defectu sterilitas. Si abūdat humiditas, & alia sint ablata, causatur gonorrhœa.

Gonorrhœa Satyriasis. Si ventositas, & alia non, causatur satyriasis. Et si deficiat caliditas vnà cum aliis, causatur sterilitas, ideo istud capitulum posset intitulari de frigidis, & maleficiatis, aut capitulum quod dicitur approximatio, aut quod dicitur sterilitas ex parte masculi, aut capitulum de paucitate coitus.

Causa sterilitatis duplex. Sterilitas aut paucitas in coitu, aut prouenit ab exterioribus, aut ab interioribus. Si ab exterioribus, vt quia coit cum muliere, quæ nondum peruenit ad annos, aut quia mulier cū qua coit est vetula, aut quia coit inepto modo & turpi, videndo muliebria, aut quia menstruata, aut quia scabiosa, aut tinniosa, aut fœtida, aut infecta, aut horribilis aspectus, aut quia est puer, aut decrepitus, aut ebrius, aut crapulatus, aut male sanus, aut debilis, aut quia fecit phlebotomiam, aut accepit medicinam laxatiuam, aut cucurrit, aut laborauit, aut quia superfluè coiuit, aut propter accidentia animæ, sicut est timor, furor, & similia. Omnia igitur extrinseca, quæ diminuunt calorem, aut consumunt ventum, aut consumunt humiditates cōnaturales, sterilizant, ideo omnia frigida sterilizant, sicut lactuca, opium, & similia: & illa quæ consumunt ventū & similia, sicut ruta, & agnus castus: & illa quæ deficcant, sicut acetū, abstinentia, vigiliæ superfluæ, & similia. Sterilitas autē si prouenerit à causis intrinsecis, tūc aut prouenit à testiculis, & virga, aut ab aliis mēbris, potissimè à principalibus: cum veniat semen in hora coitus principaliter, à mēbris principalibus, & ab aliis per quandam resudationē, ita fit sterilitas propter pas. cerebri, sicut est lithargia, mania, & si incidantur venæ iuueniles, quæ sunt retro aures cum fermentū veniat à cerebro, & accidit etiá sterilitas propter pas. cordis, sicut est tremor & similia, accidit propter pas. stomachi, sicut est frigiditas, indigestio, ita de aliis, & accidit propter pas. hepatis, renum intestinorū, & ita de aliis vicinantibus, cum pas. exuberāt. Et accidit sterilitas propter membra ordinata ad generationem, sicut sunt testiculi, & virga. Si autē fuerit propter testiculos, aut quia excedūt in caliditate, aut frigiditate, aut siccitate, aut humiditate, aut quia sunt contracti versus interiora. Si autem prouenerit propter virgā, vt quia nimis breuis, aut nimis longa, nimia enim longitudo virgæ inducit

inducit ſterilitatem, ſicut dicit Auicen. in canone, & in lib. ſuo de hiſt. animalũ. Accidit etiam ſterilitas propter molli ficationem, & paralyſim virgæ, & propter dolorem hęmorrhoid. ani, & omnium ſimilium. Si euenerit propter cauſas extrinſecas, conſiderentur diligenter cum indicio, ideo Damaſce. & ſuper omnia non pudeat te patientem interrogare. Si autem fuerit propter cauſas intrinſecas, tunc diſcernitur propter paſ. illorum membrorum notabiles, à quibus prouenit. Si fuerit propter paralyſim virgæ, ſi ponatur in aqua frigida non contrahitur, quoniam membrum mollificatum non contrahitur, cum ſit prolongatum, & humectatum, nec ſuum præſentiat nocumentum, & cum hoc ſperma exit ſine erectione virgæ, & ſine delectatione. Si autem fuerit propter frigiditatem teſticulorum, tũc diſcernitur, quia non abundat in pilis, venæ ſunt ſtrictę, & quia non appetũt, & ſemen eſt tardi exitus, groſſum & frigidum, teſticuli tactu frigidi, & læduntur à frigidis. Si fuerit propter malam complexionem nimis ca. tunc teſticuli, & omnia quæ ſunt in circuitu, ſunt piloſa, & venę virgę, & pellis teſticulorum ſunt multum latæ, & quolibet occurſu ad mulieres citiſſimè appetit, & ſemẽ eſt ca. & velociter expellitur. Si autem fuerit propter ſiccitatem, tunc ſemen eſt modicũ, groſſum, & de facili ſatiatur, habitudo corporis eſt extenuata. Si autem fuerit propter nimiam humiditatem, ſemen eſt pluriſ mum, aquoſum, lubricum, & ex his poſſumus dicere, quòd ſanguinei multum appetunt propter caliditatem, & multũ poſſunt propter humiditatẽ. Cholerici autem velociſſimè, frequenter & ex qualibet modica cauſa intensè appetunt, ſed parum poſſunt. Melancholici, nec poſſunt nec appetunt naturaliter. Phlegmatici nõ appetũt, ſed plus poſſunt. Per iſta igitur quadam coniectura proxima veritati poterimus deuenire in cognitionem cauſæ. Pingues non ſunt potentes in coitu, ſicut extenuati, imò citius deficiũt. Pueri enim & decrepiti, ebrij, crapulati, & qui habet virgam nimis longam, & qui vtuntur nimio coitu non generãt, aut rarò, aut erit fœda eorum generatio. Coitus in proparulo & ſine verecundia ſterilizat viros honeſtos, ſed aliqui ſunt ita malitioſi, & quãto fœtidius eſt & turpius, tãto magis delectantur, & de hoc facit mentionem Aly. ſupra centiloquium, & ſunt illi in quorum natiuitate dominabitur Saturnus, &c.

Signa.
Apho. 42. lib. primi.
Damaſce.
Prognoſtic.

Cura. In primis vitetur omne illud quod corrumpit cõplexionẽ aut compositionẽ, aut inducit accidentia animæ tristosa, ideo vitentur omnia illa quæ nimis calefaciunt aut infrigidant, & vitẽtur repletio nimia, crapula, ebrietas, nimia inanitio, & secundũ hoc vitentur omnia nimis infrigidátia, sicut est lactu. papa. opium, milium, & similia: vitentur illa etiam quæ nimis calefaciunt & ventositatẽ consumunt, sicut est ru. agnus castus, & similia, vitetur phleborotomia, medicina laxatiua, bal. coitus cum vetula, cum menstruata, tinniosa, cacochymica, fœtida, immũda, & vitetur coitus mulierum quæ non deueniunt ad annos, & vitetur vt dictum est, omne illud quod corrũpit complexionẽ, compositionẽ & affectus animæ. Si autẽ venerit sterilitas propter causas intrinsecas primitiuas, reducantur ad temperamentũ cum suis contrariis. Si autẽ venerit propter causas intrinsecas vt propter vitia aliorũ membrorum à vasis, tunc curentur primo pass. illorum membrorum, sicut dicetur locis suis. Si fuerit propter mollificationẽ virgæ, tunc curetur sicut paralysis. Si fuerit propter breuitatem virgæ, tunc eleuentur crura mulieris intantum quòd semen possit cadere in profunditate ægri naturæ, vel magnificetur virga vt verberetur sunuiter cum virgis & emplastretur cum pice, vt docet Gal. de inge. versus finẽ. Si fuerit sterilitas propter longitudinẽ nimiam virgæ, tunc masculus vel fœmina teneat radicẽ virgæ strictam cum tota manu & tota virga nõ intromittatur, & vt semen in via non infrigidetur. Si autem fuerit sterilitas propter malam cõplexionem cal. testiculorum, vasorum & seminis, vtatur hordeato, lacte aceroso, & lacte vaccarũ vbi bullierit portu. Si fuerit propter malã complexionẽ siccam, vtatur ouis sorbilibus, brodiis carnium, iusculis, lacte vaccino bullito, balneis, & omnibus repletiuis & nutrientibus. Si autẽ venerit propter malam complexionẽ frigidã, quæ frequentius aduenit, tunc vtatur istis electuariis, scilicet pliris cum musco, dianthos cũ musco, & potissimè si venerit defectus propter cerebrũ, & vtatur mithridato, potione muscata, potissimè si defectus esset propter cor. Et vtatur diaga. diatrionpipereon & diamenta, potissimè si defectus veniret propter stomachũ, & intestina. Vtatur diazinzibere, dialacca, & potissimè si venerit propter hepar. Vtatur diasatyriõ acuato cum caudis

Gal. 14. methodi.

Calida flatuosa.

stin

ſtincorũ,potiſſimè ſi defectus venerit propter renes, teſticulos,& vicina membra. Et inungatur ſpina dorſi, renes, teſticuli,virga,peritonæon, & plantæ pedis, cum oleo de been.ſcilicet cũ oleo de pipere al.& inungãtur omnia iſta membra iam dicta cũ iſto vnguẽto,R.aſſæ fœti. pyrethri, ſtaphiſagriæ,erucæ,cæparum,piperis, caſto.myr.ſtyra.calamitæ ana ʒ.j.axungiæ leonis ʒ. ij. muſci ʒ. j. bulliant in oleo coſtino, & addatur ceræ q.ſ.fiat vnguentum. Deinde vtatur iſta decoctione de qua dicunt boni ſocij, quòd facit mulierem deficere ſub viro,R. teſticulos vulpis, & cerebella paſſerũ,decoquantur in aqua,& aliquantulũ aſſentur,& potiſſimè cerebella. terãtur cũ floribus palmarum, & modico caudarum ſtincorũ, conficiantur ſimul, & vtatur iſta confectione mane & ſero.Intelligendũ,quòd yringi conditi fœcundant, zinzi.conditũ,& galan. ſi condiantur,& mẽtha ſimiliter.Deinde fiat tale medicamen.R.priapi tauri,erucæ, piperis, gariofi. cinamom. teſticuli vulpis ana caudarum ſtincorum parum,fiat pul.& pul. accipiatur cum ouo ſorbil. Poſtea intelligendũ, quòd cerebella paſſerum elixata,& poſtea aſſa,ſi ſumantur cum lacte,faciunt hominem fœcundum.Etiam vtatur iſto medicamine,& eſt diuinitus reuelatum,R. vitella ouorum, butyri recentis, priapi tauri,cicerũ,galan.ſatyrionũ, zedoariæ, zinzi.conditi,menthæ,teſticulorum gallorũ, & vulpis ana ʒ.j. cerebellorũ columborum, & paſſerum bene coctorum, & aſſatorum ana ℔.j.medullæ nucis indæ, pinearum mund.fiſtiiuiubarum,amyg.dul,mund.ſe.maluę,ſe.mercuri.auellanarum excorticatarũ,dactylo.ana ʒ.j.ſe.erucæ,gariofi.zinzi. piperis lon.al.& nigri,linguę auis,ſe.bulbi,cinamo.ana ʒ.j. Iſta omnia mundificentur,parentur & decoquãtur in lacte ouino, poſtea fortiter terantur & addãtur caudæ ſtincorũ ʒ.ß.totũ conficiatur cum melle ro.& pane de zuc.q.ſ.lento igni diu agitando cõdiatur,& noli reuelare niſi filiis tuis. Cibaria autẽ quę confortant coitum ſunt iſta,caro ouina, cerebella paſſerũ,& columbarũ,carnes hædulinæ pingues, & agni annualis,gallinæ,perdices,phaſi,& ſuper omnia cerebella.Deinde ouа ſorbilia, ouа piſcium frixa & ſumpta cum lacte. De granis ſunt triticũ excorticatum valde coctum,cicera fracta,faba fracta,riſum, cocta cum adipe renũ caprarũ & lacte, quòd aſpergantur puluere cinamomi.

Vnguentũ.

Semengiarratia.

De oleribus, mentha, asparagus, eruca, porri, lingua auis. De fructibus vua pass. dul. ficus pingues, fistici, iniubæ, sebestē, dacty. amyg. auellanæ, valent etiā rapæ, pastinachæ, & vinum dul. Posteà fiat talis cibus R. raparum, pastinacarum, cicerū, risi, frumenti excoriati, decoquantur fortiter cum carne arietis, cum cæpis, mell. & cerebellis auium paruarum, conterantur fortissimè & aspergantur puluere cinam. garios. galan. caudarum stincorum, fiat cibus spissus cum pane de zuc. & brodiū poterur, iste cibus inducit fœcunditatē mirabilem in isto mundo. Intelligendum, quòd ista sunt quæ à tota specie inducunt fœcunditatē, se. mercurialis, limatura eboris, coagulum leporis, testiculus leporis, matrix leporis, coagulum cameli iuuenis masculi, vrina cameli, cor salmonis transglutitū à viro, se. fiselæ, priapus tauri, viscus quercinus, arthemisia, cor leporis sumptū à viro, testiculus verris, & si vis masculū, accipias dextrū, si fœminā, sinistrum. Intelligendum, quòd ventositas venit à corde, non materialiter, sed effectiuè: & modus est iste, virtus enim imaginatiua cum imaginatur coitum, cū sit vna de virtutibus superioribus, præcipit virtuti concupiscibili quæ est in corde. & illa mittit calorē ad membra generatiua per arterias, & calor iste fortis dissoluit vapores & ventositates quas inuenit in venis & arteriis, illa ventositas inflat virgam & erigit, sicut declarat Gal. versus finem de interioribus, nisi enim virga esset erecta, non posset spargi semen in fundo agri naturæ, ideo ad portandū est necessaria ventositas, quia fabæ generant ventositatē in venis, & ideo multum conferunt quantum est ex hoc. Omnia quæ generant ventositatē, multum conferunt. Quòd autē calor multus veniat à corde, hoc patet, quia homo dū actu coit, actualiter est totus calidus, immo ex sola imaginatione, dato quòd non coēat. Venit igitur caliditas à corde, id est à calore cordis resoluente &c. Secundo notandum, gratia cuiusdam conditionis, quòd materia antecedens pilorū, est materia nutrimentalis multa, sed causa immediata est vapor siccus, ideo cholerici cum sunt bonæ habitudinis sunt magis pilosi, deinde sanguinei, deinde phlegmatici, minus autem melancholici &c. Tertio intelligendū, quòd coitus temperatus cōpetit in regimine sanitatis, sicut docet Gale. in tech. scilicet quòd fiat tantis interuallis quòd corpus

Quæ à tota substantia semen gignunt.

Clarificatio.

Gale. tribuit vim istam concupiscibilē iecori, sicut irascibilem cordi.

corpus sentiat se alleuiatum,& quòd melius comedat,dormiat & euacuat superflua,& lætificat animam, ideo cõpetit. Sed quantum iuuat coitus tẽperatus,tantum nocet distẽperatus infrigidando,consumendo,debilitando,& ideo dicebat Auic. in de histo. animaliũ , quòd plus nocet vnus coitus superfluus quàm 40. phlebotomiæ sibi similes proportionales. Et di. Constan. q̃ pauci coëunt propter prolẽ, sed plures propter sanitatẽ,sed plurimi valde propter delectationem,ideo coitus vt plurimùm est superfluus, & multum nociuus: immo in superfluo coitu emittitur sang. aliquando, quare euitandus. Quarto notandum,quòd retentio spermatis præter consuetudinẽ plus nocet mulieribus quàm viris,quia peiora symptomata inducit,vt suffocationem matricis & similia. In viris autẽ virtus est fortis & potest cõsumere,quia vtuntur cõmuniter fortiori exercitio: mulieres autem sunt in ocio & quiete, quia mulier est custoditiua domus secundũ Gal. in de complexionibus: quia igitur multæ aliæ sunt superfluitates , & superfluitas spermatis superadditur,corrumpitur & transit secundum Aly. in naturã veneni,ideo peior est retentio spermatis in mulieribus præter consuetudinẽ,quàm in viris,viri enim fortiora possunt pati propter maiorem fortitudinẽ &c. Quinto aduertendũ quòd plus nocet mulieribus retentio spermatis quàm menstruorum, quoniam licet sperma sit de se temperatum,& menstruum sit superfluitas,tamen quando corrumpitur temperamentũ, peior est eius corruptio quã alterius,cum magis vergat ad cal.& hu. vbi sunt corruptionis principia,ideo videmus ; quòd magis fœtent stercora humana quàm aliorum animalium,& cadauer humanum, quàm aliorum animaliũ,& plus peccat san. sicut patet in syrocha,& plus filius cum delinquit,& plus antiquus,& plus domesticus,iuxta illud quod dicitur,Non est pestis efficacior,quàm familiaris inimicus: est enim sicut ignis in gremio,mus in pane,serpens in sinu. Cum enim sperma sit superfluitas pura cum corrumpitur,quanto tẽperatior,tanto deterior. Est igitur retentio spermatis in muliere deterior quàm menstruorũ. Sexto notandum,quòd in corpore temperato,competit coitus, dum tamen coitus sit temperatus propter superflua expellenda, qui omnino in quanto & quali mensurari non potest,nisi artificio coitus adiuue-

Constantinus Aphricanus.

Halyabas.

tur. Septimo notandũ,quòd coitus incipit à crebra ratione imaginationis quæ præcedit ei, & mediatur ab hepate ratione caloris,iuxta illud: Cogit amare iecur.& cõpletur ratione testiculorũ,iuxta illud: Petulca enim est ad venerẽ cõplexio ca.testiculorũ. Vltimo notandũ,quòd hora coitus propter superflua expellenda,est post cõplementum digestiuæ tertiæ.Sed si fiat gratia generationis cum mediatur tertia digestiua,quia tunc plus abundat & in se. & materia est digesta:& si plus expectetur , iam incipit diminui. Quare coitus communiter loquendo in omnibus quę seruant rectum regimen, est à media nocte vsq; ad auroram.

Coitus tempus aptum quando.

De satyriasi & priapismo. CAP. II.

Priapismus est quũ genitale membrum in lõgitudine et latitudine totum angetur,molliti mulante.

SAtyriasis est continua virgæ erectio cum desiderio & appetitu ad coitũ.Priapismus est immoderata & continua virgæ erectio sine appetitu & desiderio. Causa autem satyriasis est quædã exterior, & quædã interior. Exterior, sicut fortis imaginatio circa aliquã mulierem , diminutio coitus,amplexus,& similia.Causa autem interior est multitudo spermatis.Causa autẽ priapismi quędã est exterior, quædam interior.Exterior,sicut est longus decubitus,frequens supra dorsum,& multiplicatio in cibis erucæ,cęparum,fabarum,raparum,& similium,nimius coitus,& densitas pororũ virgæ.Causa autem interior,est humiditas viscosa,grossa,cõtinens & ambiens ventositatẽ,& calor medius potens dico resoluere , sed non consumere. Si fuerit propter causas primitiuas,habetur ex indicio:si fuerit propter virgam,est cum quadam titillatione & tremore prędente,& sic satyriasis est cum concupiscentia,in priapismo autẽ non. Talis pass.si durat significat apostema , aut spasmum,aut tetanum,& mortem.In primis si corpus est plethoricum,fiat phlebotomia,deinde fiat vomitus. Medicina autem laxatiua non detur,nisi esset fortis & angustiua, fomentetur virga cum agno casto,ru. chamomill. meli. & pulegio:deinde infrigidentur renes cũ opio, campho.sanpernina,& aceto,& cum lamina plumbea perforata & madefacta in aceto:vtatur lactu.portu.lentibus,milio,hordeato,vino multũ lymphato & similibus, acetum vitet vel parum vtatur,quoniã inducit ventositatẽ,sicut dicit Auic. iaceat in duro concubitu,& iaceat supra folia salicis,folia vitis al.nenupha.agni casti & ru.odoret rosas,cãpho.nenufand.

Causa.

Signa.

Prognostica.

Cura.

Decubitus.

and. aquâ ro. & acetũ. Vitet omnia illa quæ valent ad coitum quæ dicta sunt. Intelligendum, ꝙ Aui. narrat multa illicita & inhonesta de coitu, & narrauit ea ad euitandũ, tamen quia defœdatur ex quolibet, ideo derelinquo. Intelligendum, ꝙ frigida impediunt generationẽ ventositatis, & ita valent: in satyriasi & priapismo quo ad causam antecedentem, & calida generatã consumunt, potissimè illa quæ plus consumũt, quàm dissoluunt, sicut est ruta, agnus cast. origanũ, calamentũ, pulegiũ, & similia, & ita possunt valere calida & frigida cõtra istas pas. Secundo notandũ, quòd appetitus ad venerẽ est magis in vere naturaliter, tũ quia virtus est fortior, tum quia pori incipiũt dilatari & calor vigorari, tũ quia materia est multa, & ratione tẽporis præcedentis, & quia tunc omnia exteriora mouent ad delectationẽ. In æstate autẽ est appetitus maior post vel propter stimulũ, sed postea minus in autumno propter inordinationem, & minimè in hyeme, licet appetitiua cibi in hyeme & digestiua sint fortiora, expulsiua tamẽ spermatis non, quia non est stimulus, & quia pori sunt clausi, & materia quieta. Tertio aduertendũ, quòd mulieres magis appetunt in æstate, quia semen earũ frigidum est, tũc calefit, mouetur & stimulat. In viris autem fit exhalatio, consumptio & debilitatio, sed in hyeme calor est fortior, ideo magis appetũt viri in hyeme quàm mulieres. In æstate autem ecõtrario. Quarto notandum, quòd cætera animalia abhorrent coitũ post conceptum. Primo, quia imaginatiua est propter naturam non propter voluntatem, & si abundet, transit in pilos, cornua & vngues, quia appetitus est ad speciem & non ad delectationem. In mulieribus est contrarium, appetunt enim non solùm propter speciem, sed propter delectationem, & cum hoc abundant in menstruis propter quæ stimulantur, & calefiunt, & cum hoc de delectatione præcendenti recordantur. Ideo accidit, quòd quædam mulier peperit vnũ filium pulchrum, qui assimilabatur viro suo, & post paucos dies peperit vnum turpem, qui assimilabatur amasio suo turpi, & hoc non fuisset nisi matrix post coitum fuisset aperta & dilatata. Appetunt igitur auidę mulieres post coitum. Quinto intelligendum, quòd maior delectatio est in expulsione seminis quàm in expulsione aliarum superfluitatum, quia materia est temperata, & quia vnitur membris

Quæ fugiẽda.

Clarificatio.

Quo tempore magis natura prona ad venerem.

Historia.

bris distemperatis, sicut conueniens conuenienti, & gratia finis, iuxta illud: Ob hoc enim Deus posuit tantam delectationem in coitu, vt fastidio superueniente animalium generatio non periret, ideo dicebat Ouidius in de Fastis:

Quid creat omne genus volucrum nisi blanda voluptas?
Nec coeunt pecudes ni lenis adsit amor.

Nullum autem istorum est in aliis superfluitatibus. Sexto notandũ, quòd mulier in pluribus delectatur quàm vir, quia delectatur in spermate viri, & in spermate suo proprio: sed vir fortius & intentius, cum semẽ suum sit magis temperatum. Septimo notãdum, q̃ licet humor habeat replere virgam in priapismo, repletio tamen & erectio fit à ventositate tanquam à causa immediata, quod patet, quia cito venit & cito recedit, & hoc dicit Gal. de interioribus, potest etiam fieri ab humore tanquã à causa remota. Vltimo notãdum, quòd ventositas consumitur duobus modis, vno eius generationẽ impediendo, & huiusmodi sunt narcotica, sicut est opium, mãdragora, & similia, alio modo de siccãdo, resoluendo, sicut sunt illa quæ magis consumunt, quàm dissoluãt, vt dictũ est de ruta, agno casto, & similib⁹.

De gonorrhœa. CAP. III.

Gonorrhœa propriè dicitur, id est genituræ profluuiũ inuoluntarium citra tentigi-nem.

GOnorrhœa est emissio spermatis inuoluntaria. Causa est exterior, aut interior. Si exterior sicut est concupiscẽtia, amplexus, & sessio supra lapides frigidos, & similia. Si interior, aut est à vasis, aut ab aliis membris. Si ab aliis, sicut à cerebro, sicut patet in epilepsia vbi emittitur sperma insensibiliter, & potissimè quando materia continetur circa vasa. Si autẽ fit propter vasa, sicut propter didymos, testiculos, & renes, tunc accidit propter membra aut propter humores. Si propter membra, quia nimis cal. aut frigida, aut paralytica aut spasmata, & ita potest prouenire propter vitium neruorum & lacertorum. Si autem fuerit propter humorem, tunc aut quia peccat in nimia quantitate, aut in mala quãtitate. Si autem fuerit propter malam qualitatem, aut quia nimis cal. aut aquosa. Si fuerit propter causas extrinsecas, hoc habetur ex indicio. Si propter pas. aliorum membrorum, pas. indicant hoc. Si autem propter paralysim membrorum, tunc fit sine erectione virgæ, & exit insensibiliter. Si propter spasmum neruorum & lacertorum, tunc est cum dolore pectinis, & inguinum. Si propter

calor

calorem istorum membrorum, tunc leduntur à calidis & iuuantur à frigidis. Si propter multitudinem, tunc non maceratur corpus, nec est grauitas in emissione. Si propter calorē seminis, tunc sentitur calor & mordicatio, & quando semen exit virgam, tunc est ibi rigor & tremor sine frigore, & aliquibus accidit dolor capitis, & quasi quædā species maniæ, & accidit inquietudo, grauitas totius corporis, & ista accidentia eueniunt illis qui habent semē nimis cal. cum coëunt, dato quòd non sit gonorrhœa. Si autem fuerit semen aquosum, tunc pāni super quos cadit, parum immundantur, quia cito transit vltra. Si fuerit propter renes, tunc est semen grossum, viscosum, & aliquando semen antecedit vrinā, aliquando subsequitur, aliquando veniunt simul, & istud est multū vtile scire propter generationem, quare addatur cap. de priapismo. Ista pas. est turpissima in qua deperit genus humanū ideo dicitur gonorrhœa, quasi fluxus humani generis, multi autem propter verecundiam reuelandi ob hanc passionem pereunt. Sicut frequenter dictum est, causæ primitiuæ & aliæ per contrarium reducantur ad temperamentum. Causa igitur breuitatis, omnes causæ reducantur ad duas, scilicet ad calidam & frigidam. Si autem causa fuerit cal. cum multitudine materiæ, nubat in domino, quia melius est nubere quàm vri. Et si particularia conuenirent, fiat phlebotomia, deinde vtatur vomitu, & vtatur syr. ro. myrtino, & nenupha. cum campho. vtatur lentibus, & brodio earum, milio, hordeo bene cocto, & pane eius, vtatur aqua frigida, lactu. portu. melonibus, cucurbitis, & similibus frigidis: inungātur renes, testiculi, virga, anteriora & posteriora cum opio, hyoscyamo, muccilagine psyllij, papaue. oleo ro. cum sand. campho. & aliis frigidis & siccis confortantibus virtutem contentiuam vasorum: vtantur in omnibus cibis suis, puluere facto de se. portu. coriandro præparato, sumach. Si autem fuerit propter frigiditatē & seminis aquositatē, tunc materialia quę valēt sunt ista, scilicet mētha, myrrha, nux cypressi, anisum assum. mastix, thus, ladanū, styrax, calamita, ambra, euphorbium, castoreum, ruta. origanum, calamentum. Si fuerit propter concupiscentiam, primò inducantur ieiunia, accidentia terribilia & flagella. Et si fuerit propter paralysim, curatur sicut paralysis debet curari, & ita de aliis

Prognostic.

Cura.

1. Cor. 7.

Inunctio.

aliis passionibus. Circa autem istam materiam primo tria sunt nobis animaduertenda. Primum scilicet & specialiter, quòd cum in ista passione datur lactuca, quòd non nimis continuetur, sed modo interpoletur & modo non. Secundum est, quòd cum datur psylium, quòd non detur in substantia, & potissimè contrita, sed eius mucilago colata, quia eius interiora sunt calida. Tertium, quòd debemus notare, est quoniã spasmus ani cõstringit, & spasmus didymorum laxat propter diuersitatem lacertorum. Secundo debemus intelligere, quòd gonorrhœa est propria passio didymorum, & virtus contentiua eorum patitur: passio igitur principaliter illius membri quod principaliter patitur, & hi sunt didymi non virga, non alia membra, vnde in lienteria patiuntur intestina quæcunque fuerit alia causa, & pro tanto sunt proprium subiectum lienteriæ, virga autem non patitur in gonorrhœa, quare non erit proprium subiectũ. Vltimo notandum, quòd quęliber frigiditas non est causa gonorrhœæ, sed frigiditas intensa paralyticans.

Clarificatio.

Fit gonorrhœa ob retentricis facultatis imbecillitatẽ in vasis seminarijs.

De pollutione nocturna. CAP. IIII.

POllutio est euacuatio materiæ tertiæ digestiuæ. Intelligendum quòd pueri non habent pollutiones propter strictũram meatuum, sed adolescentes habent frequenter & multas, aliquando etiam veniunt pollutiones in sequentibus ætatibus. Causarum quædam est exterior, & quędam interior. Exterior est quadruplex. Prima scilicet nimia acceptio cibi, potus & crapula. Secunda causa est longus somnus, quoniam sicut in longo somno multiplicatur sudor, ita & pollutio. Tertia causa est, iacere supra dorsum longo tempore, & potissimè ibi dormire, quoniam calefiũt renes. Quarta causa est cõcupiscentia diuturna circa amorem inordinatum mulieris, quoniam imaginatiua mouetur propter speciem concupitam, tunc præcipit virtutibus inferioribus, & ita expellitur materia pollutionis in somniis, & fiunt in somnis diuersa somnia secundum diuersitatem rerum imaginatarum & secundum dominium humorum. Vnde vacuis, & inanitis videtur quòd volẽt, repletis quòd habeant magnam sarcinã supra se, cholericis videtur quòd videant ignẽ: phlegmaticis quòd sint in aquis: melancholicis quòd videant dæmones & suspensos. Et sanguineis quòd sint in mẽsa aut in vinea aut in pratis. Vnde

Causa duplex.

Gal. in lib. de diuinatione per somnia, & Hippoc. de ægrotantiũ iudicijs.

poll

pollutio quæ venit propter concupiscentiã, non solũ inficit corpus, sed etiã animam. Si autẽ fuerit interior, tũc est sicut repletio vasorum. Signa sunt manifesta. Prognostica-
tio superius est dicta. *Cura.* Curatio superius est tacta, causæ igitur primitiuæ reducantur ad temperamentũ per suum cõtrarium. Si autem fuerit crapula, indicatur ieiuniũ, & abstinentia: Si fuerit longus somnus, indicantur vigiliæ: si iaceat supra dorsum, non iaceat amplius. Et si fuerit concupiscentia, indicatur flagellum: si repletio, fiat phlebotomia, vomitus, abstinentia, & similia quæ dicta sunt superius. In- *Clarificatio.*
telligendum, quòd licet superfluitates primæ & secundæ digestiuæ magis vigeant in vigiliis, & minus in somnis, superfluitates tamẽ tertiæ digestiuę vigent in somno, quia circa illa potissimè viget virtus digestiua, ideo superflua emittuntur, sicut patet in sudore & similibus, quare &c. Secundo notandum, quoniam licet in pueritia humor sit magis liquabilis, & calor sit æqualis in radice, nihilominus in adolescentia plus pollutiones accidunt propter multas causas, primò quia meatus sunt latiores. Secunda causa est quoniã licet calor sit æqualis in radice, intentior tamen est in iuuene & acutior, ideo magis mouet humores, vt dictũ est. Tertia causa est, imaginationes maiores sunt & fortiores quæ mouẽt calorem & spiritum, quoniã mores animi propter visa, audita & inspecta & mala inusitate immutantur secundũ Gal. li. suo de regimine sanit. & ista magis cõ currũt in ista ætate quã in precedẽti. Quarta causa, est multiplicatio mali regiminis, & est plus in hac ætate, ideo plus incurrũt ægritudines secũdũ Hipp. patet igitur quomodo pollutiones plures accidũt in ista ætate quã in precedenti.

De passionibus virgæ, & primò de apostematibus. CAP. V.

PAssiones virgæ sunt multæ, sicut sunt apostemata, vlcerationes, cancri, inflatio, dolor, pruritus. Aut sunt exte-
riores, aut interiores. *Causa.* Exteriores sicut casus, percussio, & iacere cum muliere cuius matrix est immũda, plena sanie, aut virulenta, aut ventositate, & similibus corruptis. Si autem causa fuerit intrinseca, tunc sunt sicut hum. corrupti & mali descendentes ad virgam & ad partes inferiores inducentes prædictas pas. Signa passionis sunt manifesta, *Signa.*
quia membrum est in propatulo: sed signa humo. peccantis non oportet dicere, cum frequenter dicta sint, recurra-

mus

mus igitur ad cap. de apostematibus. Pas. virgæ & mẽbrorum inferiorum sunt difficilis curationis, tum quia ad loca decliuia currunt superfluitates, tum quia sunt membra sensibilia & dolorosa, ideo trahuntur humores: tum quia sunt membra frigida, neruosa, debilia, & ita aggregantur superfluitates. Curationes generales sunt, quòd si particularia conueniãt, fiat phleboromia. Deinde vomitus, postea iniungatur quies, & diæta, purgetur materia secundũ exigentiam hum. peccantis cũ fuerit parata & disposita, deinde veniendum est ad localia remedia.

Pregnostic.

Cura.

De apostemate calido.

In primis ponatur tenta in foramine virgæ, ne via oppiletur, vt superfluitates liberè possint exire, deinde emplastretur apostema. R. folia hyoscyami, bulliant in aqua, & conterantur cum axungia por. re. In augmento autem addatur prędicto emplastro radix maluæ, bismal. In statu, emplastretur cum fœnugræ. sem. lini, farina volatili molendini, & oleo communi.

De apostemate frigido.

Radix maluæ, bismal. decoquatur, & lapatium acutum in aqua conteratur cum axungia por. antiqua, & fiat emplastrum, in augmento addatur fœnugræc. cum sem. lini, in statu addatur radix lilij, & si fuerit ex percussione, emplastretur cum arthemisia & absinthio, emplastratis cum oleo de chamomilla.

De dolore virgæ.

Accipiatur mica panis, temperetur in lacte, deinde accipiantur vitella ouorum & temperentur in oleo ros. & accipiatur modica portio opij, croci, commiscẽantur omnia, & fiat emplastrum supra locum doloroſum. Istud enim emplastrum mitigat dolo. vbicunque fuerit, corpore tamen mundificato: si calor esset vehemens, emplastretur cum foliis hyoscyami decoctis sub prunis & inuolutis in foliis caulium, foliis postea caulium abiectis.

De cancro in virga.

R. arsenicum & alumen ana ʒ. j. adurantur supra testam. deinde R. stercoris humani, & aduratur, postea R. panni blaui, aduratur ana ʒ. ß. Deinde R. corti. mali granati ʒ. v. pulueriẽtur omnia, fiat pul. & desuper apponatur, vel fiant illa quæ frequenter superius dicta sunt. Et cum cancer

cer mortificatus fuerit, quod discernitur, quia apparet caro rubea, tunc regeneretur caro cum al. masti. thure, & sarcocol. si caro mortua plurima apparuerit, consumatur sic, R. tartari, calcis vi. asfodel. saponis sarracenici. & galli. ana. distemperentur cum lixiuio facto de cineribus factis ex stipulis fabarum. Et in omnibus dictis & dicendis intelligitur, quòd corpus sit mundificatum.

De vulnere virgæ.

Recipe lithargy. ceruſæ lotæ, cadmiæ lotæ, myrrhæ sarcocoll. thutiæ extinctæ, draga. thuris, pul. ligni putrefacti, misceantur, fiat pul. quotidie mũdetur locus cum vino tepido, & deficcetur, deinde pul. aſpergatur, aut de pul. omnibus ſupradictis poteſt fieri vnguentum iuxta naturas ſuas.

De fluxu ſanguinis à virga.

Recipe bolum ar. ſan. dra. hypociſti. masti. thus, & pilos leporis minutiſſimè contritos, fiat emplaſtrum.

De inflatione virgæ.

Bulliat abſint. ani. furfur, & pes columbinus in vino groſſo, conterantur & deſuper apponantur.

De verrucis.

In talibus excreſcentiis excorticentur cum vnguen. deinde lac ficus apponatur, vel imponatur pul. arſenici ſublimati, ſed ponatur in parua quantitate vſque ad quantitatem gra. milij, quoniam virtus ſua extra ignem in vltimo fortitudinis eſt, quod patet, quia aqua arſenici corrodit omnia metalla. Intelligendũ, quòd ceruſa poteſt competere in vlceribus cal. ſanioſis, & potiſſimè quando eſt abluta, quia cum multis aliis ponitur, tunc non poteſt nocere. Secundo notandũ, quòd apoſtemata cauſantur frequẽtius in iuuenibus in virga, quàm in ſenibus, licet ſint plures ſuperfluitates, & groſſiores in ſenibus, pro tanto, quia nerui ſunt duri, ſolidi, & non poſſunt ita recipere ſuperfluitates. In iuuenibus autẽ, nerui ſunt magis rari & molles, ideo virga iuuenum citius apoſtematur. Tertio notandum, quòd apoſtemata virgæ, & partium inferiorũ, aut cauſantur per viam congeſtionis, aut per viam deriuationis. Si per viam congeſtionis, tunc magis cauſantur ex materia melancholica, cùm nutrimento eorum aſſimiletur. Si autem per viam deriuationis, tunc magis cauſantur ex apoſtematibus calidis, cum tales citius fluãt. Quarto notandum, q̃ apoſtema-

Clariſicatio.

ta virgæ cum sint remota à corde, non deberent causare fe. nihilominus quia sunt in membro sensibili, vbi est magnus dolor, ideo ratione magni doloris sequitur feb. Quinto aduertendum, quòd repercussiua bene possunt poni in apostematibus virgæ, licet sint in emunctorio membri nobilis propter duo, & quia testiculi non sunt de esse animalis, sed de bene esse, & propter aliud, quia virga est membrum magis sensibile, quàm testiculi, &c.

Vtrum repellētia conueniant.

De apostematibus, & vlceribus testiculorum. CAP. VI.

Cause. APostemātur autem testiculi, & burscula eorum, & patiuntur vlcera, pruritum, contractionē, & multa consimilia. Aliquando à causa exteriori, sicut est casus, percussio, applicatio vnguentorum, & similium corrumpentium naturam illorum membrorum. Aliquando autem fit à causa intrinseca, sicut est fluxus humorum. Si autem sit in pellicula exteriori, de facili cognoscitur, & si fuerit in substantia testiculi, non de facili cognoscitur, communis autem cursus cognoscendi est iste, quoniam si pass. est ex causa calida tunc est ibi calor, punctura, mordicatio, febr. & rubor: si

Cura. causa est frigida, tunc omnia sunt remissa. Si causa est calida fiat phlebotomia de hepatica eiusdem lateris, & si est in vtroque testiculo, fiat de vtraque parte, si particularia conueniant, fiat postea de saphenis. Deinde suppositoria, aut clysteria, postea digeratur materia, purgetur secundum exigentiam hum. peccantis. Abstineat à vino, carnibus & vtatur diæta tenui. Deinde emplastretur locus cum portul. lactu. aqua ros. & aceto, & si dol. est fortis valde, addantur his folia hyoscyami, mandragoræ, papa. In augmento autem emplastretur locus cum farina fabarū, lentiū, muccila. psyllij, oleo rosoleo de chamomilla, farina hordei, & melle. In statu autem emplastretur locus cum vuis pas. mund. ab arillis, vitellis ouorū, farina frumenti, se. lini, ani. & chamomilla. In declinatione fomentetur locus cum decoctione aniſi, chamomillæ, & vino al. Et est hic diligenter aduertendum, quòd non rumpatur locus versus anum, quia libentissimè generatur ibi fistula, &c.

De apostemate frigido testiculorum.

Cura. Applicentur farina fabarum, ficus, fœnumgræ. se. lini, folcaulium, ani. chamomil. farina ciceris, adeps renum, & fiat emplastrum. Si autē fortius volumus operari, dissoluamus

bdelium

bdelium in vino, & emplastremus cum oleo de maiorana. Et si apostema esset durum, antiquum, inungatur cum dialthea, deinde fomentetur cum aqua salsa vbi bullierint ficus, & chamomilla, postea emplastretur cum stercore columbino, assa, & opopa. Et si esset ventosum, aut aquosum, fomentetur cum vino decoctionis rutæ, aniſi, cimi. & similium. Et in istis omnibus consimilibus vltimo fiat setones. Si testiculus nimis magnificaretur, emplastretur cum hyoscyam. & foliis coriand. re. Et si paruificetur, aut contraheretur versus interius in tantum, quòd aliquando non potest tangi, tunc fomentetur locus frequenter cum aqua decoctionis calamenti, & inũgatur cum arogon. Si fuerint ibi varices, curentur sicut apostemata dura, & si nimis prolongaretur, & cadat versus inferius, tunc fomentetur cum stypticis, si corrumpatur, abscindatur. Si vlceretur, fiat sicut dictum est in vlceribus virgæ, vel sic, Rec. lithar. ceruſæ lotæ, cadmiæ, acaciæ, cortic. maligra. sang. drac. thuciæ. ana 3.ij. aloës, sarcocollæ, thuris, aluminis. ana 3.j. puluerizentur, & addatur ceræ, & olei rosat. q.s. fiat vnguentum. Intelligendum, quòd acacia, sandarcha, & similia, multum frigida bene possunt competere in vulneribus testiculorum, potissimè cum vlcere, quando magna caliditas concomitatur. *Clarificatio.*

Secundo notandum, quòd feb. sequitur apostema testiculorum, licet sint membra remota, pro tanto, quia colligantiam habent cum corde, & ab eo dependent secundum Auicen. & sicut in dispositione naturali influunt toti corpori, ita in dispositione præter naturam: quia igitur est vnũ de membris nobilibus & principalibus, ideo ad apostema testiculorum sequitur feb. &c.

De hernia, vel ruptura. CAP. VII.

HErniarum quantum est de præsenti, species sunt 7. prima vocatur ventosa, secunda aquosa, tertia humoralis, quarta carnosa, quinta varical. sexta vocatur zirbal. vltima vocatur intestinalis: quando enim bursa testiculorum inflatur, & tumet sine apostemate, se. & dolore magno, tunc apparet crepatus & ruptus, ideo vocari potest nomine generali herniarum, quoniam rupturæ veræ assimilatur. Ista autem impletio fit aliquando ex ventositate, aliquando ex aquositate, aliquando ex hum. aliquando augmentatur ibi caro præter naturam, aliquando replentur venæ sanguine *Rameæ & hernia Latinis, Barbaris verò ruptura dicitur.*

melancholico, & efficiuntur varices grossæ, aliquando ad grossitiem digiti, aliquando descendit zirbus, quoniam intestina sunt cooperta zirbo, siphac, & mirach: aliquando autem isti panniculi relaxantur, & tunc fit hernia inguinalis, aliquando rumpuntur, tunc cadunt intestina in osseum, & ista est vera hernia: didymus etiam aliquando relaxatur, mollificatur & cadit inferius. Crepatura fit, aut propter causas extrinsecas, aut propter intrinsecas. Si propter causas extrinsecas, sicut est labor, exercitiū, coitus, saltus, vox alta, & omnia consimilia, & hoc post nimiam ventris repletionem, quia tunc de facili rumpitur siphac, rumpitur & propter tussim laboriosam, & cum semen quod erat paratum exire, retinetur propter aliquam occasionem. Si fuerit causa intrinseca, hoc est propter mollificationem, repletionem, & similia. Si autem fuerit hernia ventosa, tunc est quidam rugitus, & mouetur ventositas, ab vna parte ad aliam. Si fuerit aquosa, de facili cedit tactui, & est cum cacochymia, & venit in apparatis ad hydropisim. Humoralis autem discernitur, quia corpus est repletum, & sine dolore, & cedit tactui, & est mollities media inter aquosam & carnosam. In carnosa autem, testiculus videtur augmentari sine dolore, & apostemate. Varicosa est dura, oblonga ad modum virgarum. Zirbalis autem non reuertitur, dato ꝙ iaceat resupinus. Intestinalis autem reuertitur, & satis de facili si iaceat resupinus. Differentia autem est inter relaxationem & rupturam, quoniam si aliquis stet supra pedes suos, & impellat anhelitum versus inferiora, si de facili ad impulsionem anhelitus descendant intestina inferius, ruptus est, si non, relaxatus est. Quando igitur videmus tumorem in inguine ad modū oui, & dubitatur vtrum sit relaxatio vel ruptura, tunc debemus patientem collocare resupinū, & cum manu debemus intromittere illū tumorem & comprimere, postea quòd erigatur, & tūc debemus præcipere patienti, quòd tussiat, aut impellat anhelitum, vt dictum est, si cadat, ruptus est, & si non, relaxatus est, quando autem didymus est mollificatus, foramen rarum magnum, tunc de facili cadunt intestina in osseum. Omnes rupturæ de facili curantur à principio, & præcipuè in pueris. Varicosa, est difficilis curationis. De intestinali dico, tantum ꝙ postquam est antiquata, nunquam vidi aliquem curari nisi

Causa duplex.

Signa.

Prognostic.

per

per manum chirurgicam, & tamen frequenter feci multa sicut dicetur in curatione, appello antiquatam, postquam labia vulneris interius indurata sunt, quia postea non potest fieri conglutinatio, & forte hoc est vltra vij. dies, licet multa promittamus, pauca tamen attendimus. In primis viteturomnis nimia repletio, & omnis labor nimius, coitus post nimiam repletionem, vitentur bal. omnia ventosa, omnes fructus, omnes herbæ, & omnia legumina. Si autē fuerit hernia, varicosa, mundificetur corpus, & ponantur mollificatiua supra locum, sicut est fœnumgræ. se. lini, farina frumenti, oleum sisa. & non apponantur styptica. Nunc autem ventosa, aquosa, humoralis, carnosa, zirbalis, magnā habent conuenientiam, supposita tenui diæta, & corpus sit mundificatum. In primis fiant setones in bursa testiculorum, & extrahatur quotidie paulatinè materia. Deinde fomentetur cum resolutiuis, sicut est origanum, calamētum, pyrethrum, & similia. Postea apponantur styptica, desiccatiua, confortatiua, sicut est nux cypressi, mastix, ani. assum, acacia, cupulæ glandium, gallæ, & similia. Si zirbalis, fiant cauteria supra os pectinis. Si autem fuerit intestinalis, tūc mollificentur intestina, quæ ceciderūt cum aqua decoctionis maluæ, bismaluæ. Deinde resupinetur, & intestina in suum locum reponantur. Et postea portet bracale ferreum cum lingula ad modum semicirculi, & paratum sicut oportet. Deinde apponātur emplastra, & dētur potiones, nastur. syluestre assum, & cum lacte cocto sumptum curat omnem rupturam à principio, & curat etiam fluxum ventris, vt dictum fuit superius, hoc est valde bonum pro pueris. Radices brusci minutim incidantur, pistentur in vino, & vinum sumatur multis vicibus, curat enim omnem rupturam potissimè à principio. Deinde fiat potio quæ curat omnem rupturam. R. fabæ inuersæ quæ vulgari prouincialium vocatur benedictus, & triū cō solidarum, lacteę nigręę, corrigiolæ, plantagi. quinquenerui, viſci quercini. an. M. j. ros. thuris, masti. mumiæ, san. dra. emathitis, boli. ana ʒ. j. myrtil. sumac. ana ʒ. ß. nastur. ʒ. ij. gallæ. ʒ. iij. decoquātur in aqua pluuiali, & addatur pul. leporis combusti cum toto, & zuc. q. s. fiat syr. quo vtatur mane & sero. Deinde fiat emplastrum istud. R. picis nauales, alo. ana ʒ. iij. masti. thuris. ana. ʒ. ij. bo l. san. dra. ana ʒ. vij. lithargi. colophoniæ, armonia. galbani,

ana ʒ.ij. ceræ ru. ʒ.iij. gall. viſci quercini, gypſi. ana ʒ.viij. myrrhæ, terebinthinæ, hæmathitis an. ʒ.ij. balauſtiæ, pſidiæ ana ʒ.j. acaciæ, ſepi hircini ℔.j. & ß. omniũ conſolidarum ana ʒ.ij. ſan. humani re. ℔.j. Omnia iſta ſint diſtẽperata cum aqua, in qua pellis arietina cũ tota ſua lana ſit liquefacta per decoctionẽ, pili etiã leporis contriti in multa quantitate apponantur, gummæ ibi primo reſoluantur & cera, poſtea agitando cũ ſpatula pulueres incorporẽtur. Deinde emplaſtriũ inunctis manibus cum oleo ro. & myrtino informetur, & vna pars ruptur̃ apponatur, poſtea bracale dictũ deſuper. Si autem iſta non valeant, fiat operatio manualis.

Manualis operatio.

Aliqui igitur cauterizant didymũ cum cauterio ferreo, & aliqui transferunt ferrũ ſubtus didymum, & filum remanet in foramine, & paulatinè ſtringunt donec didymus ſit reparatus, aliqui autẽ corrodunt carnem, & didymũ vſq; ad os pectinis, deinde cõſolidant, iſta igitur reſtauratoribus relinquamus, niſi ſit cautela, quòd inteſtinũ nullo modo tangatur, quia ſi perforaretur, cito fieret mors. Intelligendũ, quòd ruptura poteſt curari in pueris lactantibus propter teneritatem panniculorũ naſturtio ſumpto cum ouo ſorbili, aut cum lacte, vt dictum eſt. Si autem ſit in alia ætate, & eſt recens, curari poteſt cum quiete & longo decubitu, & ita de aliis medicaminibus dictis. Si autem ruptura fuerit antiquata, nunquã recipit conſolidationẽ, quoniam labia vulneris ſunt indurata, calloſa, & nõ poſſunt amplius vere vniri. Cum fuiſſem ego ſedulus inquiſitor, & ruptura erat antiquata, & paſſ. non erat in principio, nunquã potui aliquam curare, ſed manu chirurgica bene vidi, & multos vidi periclitari in manibus reſtauratorum, quia perforabant inteſtina, & ſtercus egrediebatur & moriebãtur. A falſis igitur promiſſionibus cauteamus. Secundo notandũ, ꝙ crepatura frequentius accidit in pueritia quantũ eſt de relaxatione, & frequentius in iuuenture quantum eſt ex violenta tenſione: & frequentius in ſenectute quantũ eſt ex hu. ſuperfluitate. Tertio notandum, ꝙ cibi groſſi non cõpetunt in crepatura, quia ſunt indigeſtibiles, & cauſant ventũ, nec ſubtiles, quia non fieret bona conſolidatio, ſed mediocriter groſſi, & tales ſunt apti ad vtrunq;. Vltimo intelligendum, quòd balneum quantum eſt de natura rei, nullo modo competit in crepatura, quia relaxat, ſed per accidens

Clarificatio.

Hiſtoria.

poteſt

potest competere in principio ad mollificandum, vt intestina quæ ceciderunt in osseum, possint reuerti ad locum suum. Secundo potest competere, quando multa styptica in balneo apposita sunt, aliter enim non competit &c.

De passionibus mulierum & primò de retentione menstruorum. CAP. VIII.

Vt plurimũ mẽses fluũt vsq; ad annum quinquagesimũ.

MEnstrua currunt naturaliter ab anno xiiij. vsque ad xlv. vel lx. aliquando tamen citius, aliquando tardius secundum diuersitatem complexionum & aliorũ particularium. Sed retinentur aliquando naturaliter, aliquando præter naturã, naturaliter, vt quando retinentur infra annum xiij. aut xiiij. aut vltra xxxv. aut xl. aut in temporibus mediis secundum diuersitatem particularium. Retinentur etiam naturaliter, vt in conceptu, licet aliquando fluant, sed parum & rarum. Fluunt ergo menstrua secundum ætates lunæ, puellis enim in prima quadra, & iuuenibus in secunda, & illis quæ magis processerunt in ætate in tertia quadra, aliis in vltima quadra, ex hoc possumus elicere, ꝙ iuuenes debent phlebotomari in noua luna, senes in antiqua, quoniam ars est imitatrix naturę, bene dicitur igitur,

Luna vetus veteres, iuuenes noua luna requirit.

Causa duplex.

Retinentur autem præter naturam duobus modis, aut propter causas extrinsecas, aut intrinsecas. Si propter extrinsecas, sicut est exercitiũ nimium, fames, accidentia animæ, pinguedo, sephthisis, hidropicicatrix in vulua, & similia nota & manifesta. Si autẽ fuerit propter causas intrinsecas, hoc est propter tres causas, aut ratione virtutis, aut memb. aut humoris. Si ratione virtutis, hoc est propter aliquam de malis cõplexionibus debilitantibus virtutẽ, sicut est mala cõplexio cal. cum excedit, aut frigida, aut sicca, aut hu. Ista enim debilitant virtutẽ, & non expellitur superfluũ, aut expellitur ad loca incongrua, vt quia menstruũ retentũ aliquandò expellitur ad nares, aliquando ad hæmorrho. & ita de aliis. Secundo retinẽtur propter membrũ: vt quia strictũ, corrugatum, oppilatũ, clausum, sicut est matrix & orificia venarũ. Si propter humorẽ, hoc est aut propter quantitatem, aut qualitatem. Si propter qualitatem, hoc est, quia sang. est in corpore in parua quantitate, propter qualitatẽ, vt quia nimis grossus, aut viscosus, aut frigidus, ita de aliis causis. Si autem menstrua retineantur *Signa.*

propter cauſam frigi. tunc mulier eſt diſcolorata, ſomniculoſa cum paruitate ſitis, pulſu tardo, vrina remiſſa, aliquando emittit ſuperfluitates muccilaginoſas per inteſtina. Si autē fuerit propter cauſam cal. tunc eſt colorata cū ſiti & velocitate pulſus, vrina intenſa, & alia adſunt ſigna caliditatis. Vel poteſt fieri per hunc modū, licet nō ſit multum honeſtum, intingatur pannus lineus mundus & gracilis in ſan. menſtruo, ſi habuerit aliquādo menſtrua & exiccetur, poſtea abluatur, ſi color vergat ad ruborē, ſan. eſt in cauſa: ſi cholera, vergit ad citrinitatem: ſi phlegma, ad al. ſi melancholia, ad liuorem, & per hæc ſcitur cauſa retentionis humoris peccantis, cauſa ſterilitatis & ſimiliū. Diſcernitur etiam ex habitudine corporis, ſicut eſt habitudo extenuata, aut nimis pinguis, & ita vulnera, cicatrices, labor nimius, fe. & aliæ cauſæ primitiuæ ſunt de facili notæ ex indicio. Si menſtrua retineantur præter naturā, poteſt medicus prædicere alteram ex iſtis paſſionibus, aut multas, ſcilicet quantum eſt ex mēbris ſuperioribus, vt eſt mania, melancholia, epilepſia, caligo, ita de aliis, & quantū eſt de membris ſpiritalibus, ſicut tuſſis, phthiſis, ſuffocatio. quātum eſt de paſſionibus nutritiuorū, nauſea, hydropiſis. Et quantum eſt de paſſione mēbrorum inferiorum, podagra, & ita de aliis, vtile eſt igitur menſtruum præter naturam retentum prouocare. In primis igitur ſi particularia conueniant, fiat phlebotomia de vtraq; baſilica propter cauſam antecedentem. Deinde de vtraq; ſaphena propter cauſam coniunctam, & trahatur materia verſus inferiora. Poſtea mundificetur materia ſecundum exigentiā humoris peccantis, corpōre autem alterato & mundificato, vtantur diur. aperitiuis, & quæ prouocant vrinam, prouocant menſtrua. Materialia autē quæ prouocant menſtrua ſunt iſta, radix rubeæ maioris, arthemiſia, origanum, calamen. puledictam. ani. marathrum, cimi. ameos, ſiſeleos, ſpica nar. ſquinan. calamus aro. myrrha, opopana. pyrethrū, eruca, caſtoreū, fella, nigel. muſcus, papauer ruffum, ſerapinum, colocynth. piper, aſarum. Accipiatur vnū ex iſtis, vel plura, & poteſt fieri peſſarium, aut emplaſtrū, aut vnguentum, aut potio, aut electuariū, aut ꝙ aqua decoctionis alicuius iſtorū proiiciatur in matricem, ſi fuerit mulier corrupta, & ſi fuerit nō corrupta inſiſtamus cum balneis, emplaſtris, aut vnguentis

Prognoſtica.

Cura.

Simplicia prouocātia menſtrua.

guentis & similibus. Ligaturæ autem fortes dolorosæ pedum, tibiarum, & coxarum multũ valent in prouocatione menstruorum, & quòd diu & longo tẽpore teneantur ventosæ in coxis positæ multum valent. Medicamina autem composita sunt ista, hiera logodion pessarizatum, hiera ruff. paulinũ, trifera magna sine opio. Et est intelligendum quòd stomaticon laxatiuũ cum decoquitur debet vel potest proiici in concauitatibus cannæ aut sambuci, deinde lignũ remoueatur, & aliud remanebit durum, sicut candela. Fiat igitur pessarium, & mirabiliter prouocat mẽstrua. Supposito quòd corpus fuerit mundificatũ, hoc idem facit myrrha si pulueriz etur, & ponatur in sacculo, & sacculus supponatur, hoc idẽ facit pulpa colocyn. & etiam fella. Sed aduertendum quòd ea quæ sunt fortis virtutis, sicut nigella & similia debent poni in parua quantitate & quòd parũ stent ibi, & non teneat illa hora somni, quia aliquãdo prouocatur se. aut vlceratur matrix, & similia. Cum igitur operamur cum fortioribus, operemur cum cautela, potissimè in delicatis. Si autem retentio fuerit propter causam caltũc materialia sunt, radix apij, brus. asparagi, scolopẽdria, cap. ve. re. end. scar. sc. end. se. lac. se. bruſci, se. asparagi. Si autem retentio fuerit propter causas primitiuas notas & manifestas, reducantur ad temperamentum per contrarium. Extenuatæ igitur medicentur cum ocio & cibis humidis, pingues verò econtrario, si fuerit propter iram, inducatur gaudium. Si propter ægritudinem corporis, curetur illa prius. Intelligendũ quòd mulieres iuuenes quæ viuunt in ocio, & replent se cibis, abundant plus in menstruis, pro tanto quia habent plura superflua, hoc etiã patet ex contrario, quoniam mulieres quæ multũ laborant, & vtuntur modico cibo, menstrua habent modica, aut nulla. Nunc autem si ociũ esset tale, quòd impinguaret, & venas constringeret & oppilaret, tunc haberent minus, & hoc est per accidens. Secundo notandum, quòd quando phlebotomiã faci mus in retentione menstruorũ: primo debemus facere modicam, quia virtus est oppressa, nihilominus tamen si potest tolerare: postea potest fieri magna & fortis, quia virtus fortificata est: postea si fiat in parua quantitate, vt virtus non debilitetur. In pleuresi autẽ non est sic, quia morbus est velocis motus, & nõ sustineret tantas inducias. Tertio

Ligatura dolorosæ ex tremitatũ.

Composita mẽstrua prouocantia.

Pessarium.

Curatio tantũ calida.

Clarificatio.

Sectionis venæ ratio.

notandum, quòd menstrua deciduntur à secunda digestiua, & dicretur ꝙ semen est tertiæ digestiuæ, tamen inde corpus mundificatur per vtrunq;. Dico quòd simile est in aliquo, & in aliquo non, licet enim semen sit de superfluo tertiæ digestiuæ, non tamen propter hoc menstruum: sic enim menstrua essent alba. proueniunt igitur illa à secũda digestiua vbi generantur humores, ideo eis assimulantur. Quarto aduertendũ, quoniam licet hepar assimiletur san. & ibi videatur ex sanguine generatum, cum dicant aliqui authores quòd hepar non est nisi san. coagulatus, nihilominus ex primis generatũ est seminibus, & album est in radice, sicut & membra radicalia sunt alba, quod patet sanguine ablato, & omnino euacuato & extracto, hoc patet etiã cum est decoctum &c. Quinto intelligendũ, quòd mulieres habent sperma cum habeant tertiã digestiuam, didymos, testiculos, & alia mẽbra principalia. Et si dicat Arist. quòd non habent sperma, hoc dicit per cõparationem ad viros, quia sperma mulieris est indigestũ, aquosum. Sperma autẽ viri est al. glandinosum, & quia semẽ mulieris est multũ elongatũ ab ista natura, ideo dixit quòd mulieres non habent semen. & cum hoc etiã patet ad sensum, quia mulieres coitũpunt se, & delectãtur in semine proprio &c. Sexto aduertendũ, quòd mulieres citius habent menstrua quàm viri semina, propter debilitatem virtutis quæ incipit deficere ex ætate, in viris autem nõ sic: quare &c. Septimo notandum, quòd menstrua veniunt naturaliter in tempore determinato, quia natura aliquo modo intendit se iuuare ex eis, & non est ita impurum, aliæ autẽ superfluitates non sunt ita iuuatiuæ, & sunt magis immundæ, & impuræ, ideo non seruant ordinẽ nec periodũ. Octauo intelligendum, quòd in retentione menstruorũ, mulieres magis appetunt propter tirillitium & pruritum quem inducunt, ista autẽ non sunt sic in fluxu, vel post. Nono aduertendũ quòd retentio menstruorũ diminuit appetitum cibi, quia replet & prouocat coitum, quia stimulat. Decimo notandum, quoniã licet alia animalia habeant menstrua, tamen non manifestè apparẽt, aut ratione paruæ quantitatis, aut quia transit in pilos & cornua, licet semen brutorũ magis abunder in superfluitatibus, nihilominus masculi habent maiora cornua & vellera, & hoc est propter fortitudinẽ virtutis

Hepatis prima generatio.

Arist. li. 1. de generat. animal. capitulo 19.

tutis longius & fortius expellentis. Vndecimo intelligendum, quòd superius cal. de mam. fuit dictum, vtrum viri haberent menstrua, & vtrum haberẽt lac & similia, quare &c. Duodecimo intelligendum, quòd mulieres pingues, carnosæ multum habent de menstruis, sed pingues sili. & huparum propter strictura meatuum. Decimotertio notandũ ꝙ mẽstrua sequuntur ætates lunæ, ratione conuenientiæ & proportionis, nec humidũ abũdat plus in secunda quadra, nisi phãtastice ratione rarificationis, & superius fuit dictũ de hoc: quare &c. Decimoquarto intelligẽdum quòd menstrua plus aduenĩũt in vere ratione fortitudinis virtutis, & iuxta hoc balneũ stypticũ non potest competere in fluxu, quia nó trãsit san. per venas intrinsecas, & ita non vaditad membra nobilia, sed transit ad extra per vias mediastinas. *Quæstio.*

De nimio fluxu menstruorum. CAP. IX.

MEnstrua fluũt naturaliter qualibet lunatione semel, secundũ quod conuenit ætati mulieris, & sunt alia particularia, & durant à tribus diebus vsq; ad 7. secundum diuersitatem complexionis, & quando currunt menstrua, sicut oportet in quatitate, qualitate & ordine, tunc sunt mulieres sanatiuæ, castæ & fœcundæ. Quando autem ista, scilicet menstrua mutantur, tunc sunt ægrotatiuæ, incontinentes & steriles, & si generẽt, imbecilles & morbidos gignũt pueros, fluunt igitur aliquando præter naturam, & est causa multorum morborum. Fluxus autem nimius menstruorum, aut prouenit à causa extrinseca, aut intrinseca. Si à causa extrinseca, sicut est casus, percussio, abominatio, rhagadiæ, vulnera vuluæ, magnitudo nimia virgæ, innaturalis aborsus, partus, & omnia similia violentiam inducentia. Si autem fuerit propter causas intrinsecas, tunc est propter tria, aut propter virtutem, aut membra, aut hu. Si propter virtutem, hoc est propter fortitudinem virtutis expulsiuæ & mundificatiuæ totius corporis, tunc est ad bonum quantum est ex hoc, & quãdo prouenit propter debilitatem virtutis contentiuæ, tunc semper est malum. Si autem fuerit propter membrum, hoc est, vt quia rarum, molle, laxum, mollificatum, latum, apertum. Si autem fuerit propter hu. tunc hoc est, aut quia peccat ratione nimiæ quantitatis, & non potest comprehendi in vasis, aut ratione malæ qualitatis, vt quia nimis subtilis, calidus, acutus aut salsus

Menstruorũ fluxus.

Causa duplex.

mor

mordicatiuus, aut putridus, venenosus, aut subtilis, aquosus, frigidus. Si autē venerit propter causas primitiuas notas & manifestas, hoc habetur ex indicio, si medicus diligens inquisitor velit esse. *Signa.* Si autē fuerit propter causas intrinsecas, & fuerit ex virtute fortis, tunc est cum bona coloratione, alleuiatione & bona tolerātia, iuxta illud Hipp. *Aphor. 26. parti. 1.* Si qualia oportet purgari &c. Si fuerit ex debilitate, tunc mulier est discolorata, debilis, cacochymica, & male tolerat. Si fuerit ex mēbro, cognoscitur ex habitudine corporis, si est pilosa, macilēta, extenuata, est de facili passibilis. Si fuerit ex humore, discernitur quātitas si est plethorica, & si venæ sint plenæ. Qualitas autem discernitur, quoniam quando prouenit ex causa cal. tunc est calor, sitis, pūctura, mordicatio: si est ex san. color menstruorum vergit ad rubedinem: ex chol. ad citri. ex phlegmate ad al. ex melancholia ad liuorem, & nigre. Et est intelligendum secundum intentionem Auic. quòd omnis fluxus sang. à principio est subtilis, paruus, postea multus, & rubeus, & postea paruus, subtilis & aquosus. Si fuerit ex ruptura, est multus, subitus, & subito venit. Si ex corrosione, aut desudatione, venit paulatinè & in parua quātitate. Si propter putredinē san. & malam qualitatē hum. tūc sang. est fœtidus, turpis aspectus cū dolore, punctura, & hęmorthoid. vlceratione, & cognoscūtur ex visu & tactu, quia fluxus est periodalis, cum autē fluxus san. est aquosus, subtilis, non calidus, tunc videtur mulieri, quòd sit impręgnata cum nō sit. *Pregnostic.* Si nimius est fluxus menstruorum, ducit ad ægritudines cōsumptiuas, hydropisim, feb. dolores dorsi, & pas. stomachi, sicut est debilitas digestiuæ, ablatio appetitus, & multa alia. *Curatio.* Nullus fluxus debet restringi, quandiu mulier est bene colorata, & quandiu potest tolerare. Si autem nimis debilitetur, restringatur: & si fuerit propter causas manifestas, reducantur ad temperiem per contrarium suum. Nunc autem quantum est de præsenti, omnes causæ possunt reduci ad duas, aut ad nimiam frigiditatem, aquosam, subtilem, indigestam, aut ad nimiam caliditatem, subtilem, acutam. Si causa fuerit frigida, tunc dentur ea quæ calefaciunt, & ingrossant, ex parte ciborum, & ex parte medicaminum. Ex parte ciborum detur lac coctū, farina tritici, faba fracta cum cinamomo, vinum grossum, risum, mentha. Ex parte medicaminum,

detur

detur nux cypressi,& foliũ eius,myrrha valet,mastix,thus, ladanũ,styrax,calamita, ani.assum,& similia,valet & exercitiũ forte,fricationes,sudores. Et si causa fuerit cal.dentur lentes cum ace.portu.lac aceroſum coctum,panis hordeaceus,ſubſtãtia caulium aquis duabus abiectis,pira,coctana,meſpila,ſorba,& ita de aliis fructibus ſtypticis.Medicamina autem conſtrictiua frequenter dicta ſunt, ſicut eſt camphora,acacia,ſpodiũ, corian.ſan.ſand.lapis hæmathites,hypociſt.bolus armenicus,gallę,cupulæ glandium, ſumach,myrtilli,pſidia,balauſtia,plãtago,quinqueneruia, ſanguinaria,& ſimilia.Intelligendũ,quòd in primis,ſi corpus plethoricum, & virtus poſſit tolerare,potiſſimè ſi ſanguis dominetur, debet fieri phlebotomia de vtraq; baſilica.Deinde ponãtur ventoſæ ſub vtraq; mamilla,poſtea mũ dificetur ſecundum exigentiam humoris peccantis, deinde ligentur brachia ligatione doloroſa, & fiat deſcẽſus ad particularia. Et eſt intelligendum quòd ſupra omnia,iſtud experimentum conſueuit valere.R.ſuc.plantag.& mucilaginem dragag.& gummi arab.miſceatur,& vna pars proiiciatur in matricẽ,alia ſumatur per os,cõtinuetur, proculdubio vniuerſalibus præcedẽtibus curat.Iuxta igitur conuenientiã particularium, fiant ex prædictis materialibus, modo peſſaria,modo emplaſtra,modo balnea,modo inunctiones,modo vnguẽta,modo electuaria,& ita diligẽs medicus ſciens ex prædictis,ſalubria remedia poterit adhibere. Intelligendum,ꝙ in omni fluxu menſtruorũ competit medicina laxatiua,ſicut in fluxu vẽtris ad purgãdũ hu.corruptum, inducentem fluxum, & ita ceſſante,ceſſabit effectus,myrobalani etiam ſunt valde conuenientes ad hoc.

in Aph. v. aph. 50.

Clariſcatio.

De ſuffocatione matricis. CAP X.

SVffocatio matricis eſt aſcenſus matricis ad ſuperiora vſq; ad diaphragma, propter vapores corruptos,venenoſos propter quos accidit compreſſio ſpiritualium,ſyncopis & ablatio ſenſus & motus in toto corpore.Hoc autẽ accidit propter vapores venenoſos exiſtentes in matrice, quod accidit ex tribus,aut ex ſpermate retento,ideo potiſſimè accidit viduis quæ conſueuerunt coire, & modo non coëunt,& accidit puellis adultis cùm carent viris.

In hoc affectu vtanto ſemine & ſãguine mẽ ſtruo vterus repletis vaſis cõtractus diaphragma pulſatur contingere, cũ

Secunda cauſa eſt menſtruorum retentio.

Tertia cauſa eſt humor in matrice corruptus.

Diſcet

reuera tenuia intestina tantùm aliquando attingat, diaphragma nũquã, licet ipsum partibus intermedijs pressu velut sublevando difficilẽ spirationem faciat.

Discernitur hæc passio ab epilepsia, quia hic non est spuma in ore, & differunt ab apoplexia, quia non est tanta difficultas anhelitus. Differt à lithargia, quia non est febr. Et specialiter discernitur, quia mulier quæ debet pati suffocationem, patitur scotomiam, dolorem capitis, & sentit fumũ nocium ascendentem ad superiora, tenet manus compressas supra ventrem, & genua reflexa, & si vocetur proprio nomine, bene intelligit, sed respondere non potest, & post paroxysmum de omnibus recordatur. Cũ enim istius passionis species sint multæ, inter omnes illa est peior quæ ducit ad difficultatem anhelitus, & si cũ hoc paroxysmus esset longus, frequenter moriuntur. Discernũtur autem verum sint mortuę vel non, per ea quę dicta sunt superius, scilicet per flocculum lanæ, & per cyphum plenum aqua supra pectus. Intelligendum, quòd mulier est in paroxysmo, aut nõn: si autem adhuc sit in paroxysmo, tunc in primis fiant fricationes fortes in extremitatibus cum sale & aceto. Deinde fiant fricationes dolorosæ in coxis, postea ponantur fœtida naribus sicut est assa fœtida, & suffumigentur cum capillis humanis, pannis lineis, plumis, & soleis, à parte verò inferiori suffumigetur cum ligno alo. ambra, gario. & alipta muscata. Deinde obstetrix inuoluat digitũ in oleo muccell. aut balsamo, aut de spica, & si fuerit mulier corrupta intromittat digitum in matricem. & cõcutiat hinc inde fortiter, vt materia venenosa expellatur ad exteriora. Deinde fiant sternutatoria cum castoreo, pipere, sinapi & elleboro. Si autem cessauerit paroxysmus, & causa fuerit retentio menstruorum, fiat phlebotomia de saphenis interioribus. Deinde vtatur oxymel. diuret. purgetur cum hiera ruf. aut hieralogodion aut cũ theodoricon emperiston, & hierap. quia ista habent aspectum ad hum. venenosos. Si autem fuerit propter spermatis retentionẽ, si particularia conueniant, nubat in Christo, & si non, iaceat supra folia agni casti, odoret aliquando ruram. & abstineat omnino à vino, carnibus, & ab omnibus illis quæ multiplicant sang. Intelligendum, quòd ista passio accidit aliquãdo mulieribus pregnantibus, tunc fiant omnia quę fient cum magna cautela propter timorem aborsus: aliquando mulieres sunt albæ, raræ, debiles, in talibus detur medicina in parua quãtitate. Si autem volumus menstrua prouocare, fiat cum agarico,

Phlebotomia. Purgatio.

rico, myrrha, castoreo, & cum his quæ dicta sunt superius. Intelligendum, quòd sperma licet de se sit temperatum, tamen cum corrumpitur transit in naturam veneni, ideo cùm aliqua mulier consuevit coire & non coit, tũc semen, quod consuevit expelli retinetur in matrice, corrumpitur, & causatur suffocatio, aut arpia & similia. Secundo notandum, quòd licet matrix apprehendat odorem, & moueatur motu locali, tamen non propter hoc erit animal, q̃ ista non apprehẽdit ex se, est igitur pars animalis non animalis, sicut pedes & manus, nec apprehendit odorem animalem, sed naturalem, nec mouetur de se, sed virtute cerebri, non igitur erit animalis. Tertio notandum, quòd suffocatio frequentius aduenit ex spermate quàm ex sang. menstruo, quoniam licet menstruum plus abundet, sperma tamen conuertitur in peiores qualitates, cum sit maioris tẽperamenti. Quarto aduertendũ, quòd in viduis magis abũdat sperma quàm in puellis, cum cõsueuerint emittere, & virgines non, ideo plures ægritudines adueniunt viduis, sicut est suffocatio matricis & similia. Quinto intelligendũ, quòd sine anhelitu non possumus esse, quoniam cal. radicalis oportet quòd excitetur & euentetur, & hoc fit per calorem fluentem, qui fit mediante pulsu & anhelitu, licet calor fluens procedat à radicali, radicalis tamen sine fluente esse non potest, & ita vtrumq; perit sine euentatione, sicut videmus in igne si fortiter cooperiatur. Sexto notandum, quòd clausio oris & narium ad tempus competit in suffocatione matricis, vt ex anhelitu retento, inferius fortior fiat expulsio, sicut in sternutatione, nec talis retẽtio suffocat, quia modico tempore stat & euentatio sufficit per poros, quia calor debilis est. Septimo notandum, quoniam licet fœtida inficiant, tamẽ competunt in suffocatione, quia matrix ea refugit, & ita maius est iuuamentum quàm nocumentum. Octauo intelligendum, quoniam licet vinũ competat in syncopi cordis, pro tanto quia depauperatum est calore & spiritu, in suffocatione tamen non competit, quia vaporosum est, nisi corpus esset mundificatum.

Clarificatio.

Per arpiã intelligit molam.

De apostematibus matricis. CAP. XI.

Nomine apostematis abutitur ad.

APostematur matrix sicut alia membra. Causa enim aut est exterior aut interior. Si exterior, tunc est sicut casus, obuiatio, percussio, nimius coit', aborsus, partus innat

omnẽ inflãmationis speciem & tumorem præter naturã.

naturalis, obstetrix cum est indocta, & similia. Et si est interior, tunc est retentio spermatis, aut menstruorum, aut hu. currens est ad locũ, sicut est san. aut chol. aut phlegma, aut melanchol. aut ventositas, aut aquositas, aut simplicia, aut composita, & humor aliquãdo est adustus, aliquãdo non.

Signa.

Signa autem huius pas. habentur ex membris cum quibus habent colligantiã, aut vicinitatem, aut passionem, quoniã aliquando apostematur interius in profundo, aliquãdo in lateribus, aliquando in orificio. Et secundum hoc apparent dolores diuersi secundum diuersitatẽ situs. Matrix autẽ semper fugit ad oppositũ, tũc igitur apostema matricis sequitur dolor capitis, & dolor in radicibus oculorum, difficultas anhelitus, dolor stomachi, nausea, dolor in dorso, pectine, & coxis, accidit etiã claudicatio, & constipatio matricis. Si materia est cal. adest feb. dolor vehemẽs cum punctura, vigiliæ & inquietudo, cum matrix sit membrũ sensibile. Si causa fuerit frigida, omnia sunt remissa. Et apostema aliquando est durũ scliroticum, aliquando cãceroſum, & discernitur cãceroſum, quia quod exit est virulentũ, grauis odoris & diuersorum colorum.

Prognostic.

Omne apostema matricis est difficilis curationis valde, & potissimè quãto magis approximatur ad interiora, quãdo autẽ apostema matricis transmutatur ad saniem, tunc magis augmentatur febr. & dolor, sentitur in loco pulsatio, & si quod egreditur est album inunctum æquali, & sine odore horribili, signũ est euasionis: si est virulentum, fœtidũ, diuersorum colorũ, est pessimum.

Curatio.

Si causa fuerit cal. & corpus plethoricũ. In primis fiat phlebotomia de basilica, deinde si particularia conueniant de saphena, prouocetur vomitus, & mũdificetur corpus cum manna, & cassiafi. Dieta sit tenuis, sicut in feb. acuta. Tunc accedamus ad particularia. In principio huius morbi, vtatur repercussiuis. R. coriandri recen. planta. quin queneruiæ, lactu. morellæ, & ex his fiat emplastrũ cũ aceto & aqua ro. emplastretur matrix. Si mulier est corrupta, fiat pessariũ ab intus. Deinde coquantur lentes, malua, portu. & mulier sedeat in illa aqua, istud repercutit & mitigat dolorẽ. Cum ægritudo est in augmẽto, tunc istis addantur fœnug. sem. lini, farina hordei. Et cũ erit in statu, tunc apponãtur farina volatilis molẽdini, malua, fœnig. sem. lini, dactyli cocti & triti, caricæ, & ex his fiat emplastrũ cum oleo

Intellige re percussiuis vtendũ in ea præsertim specie inflammationis, quæ fit à sanguine redundante non

de

de chamomilla. In declinatione autem, inungatur intus & extra cum oleo de ſpi.nar.& peſſarizetur cum myrrha,ſarcocol.hyſſopo,mel.& vino al.vtatur lact.ſpina.cũ ſpi.nard.

admodũ vitioſo, aliquin præſtaret digerentibus vti per principia, ſi materia eſſet virulenta & corrupta.

Si autem cauſa fuerit frigida,mundificetur corpus ſecundum exigentiam hu. peccantis, emplaſtretur & peſſarizetur cum malua,fœnugr.ſem.lini,ſem. portul.radice lapa. & conficiatur cum oleo de chamo.In augmẽto addatur iſtis, ſtercus columbinum,caricę,radix lilij.& oleum de ſpi.nar. in ſtatu addantur bdellium, ammoniacum. Si autem materia eſſet valde dura, vtatur diachilõ, aut fiat medicamen de axungia gallinacea,anetina,anſerina,medulla vituli,vitellis ouorum,ſem.fœnigr.ſem.lini, miſceantur & fiat emplaſtrum,aut vnguentum,aut peſſarium. Deinde ponantur mundificatiua quæ dicta ſunt & quæ dicentur. Intelligendum,quòd matrix citius apoſtematur ex ſan.mẽſtruo, quia plus abundat, & licet ſperma habeat peiores qualitates, non tamen ibi manet, ſed ſpargitur per corpus. Secundo notandum, quòd in apoſtematibus matricis in principio, corpore plethorico exiſtente,cõperit phlebotomia de baſilica quantum eſt ad vniuerſalem purgationẽ. Apoſtemate autem cõfirmato exiſtente,quantum ad cauſam coniunctã, competit de ſaphena,& ita videtur quòd intelligit Gal.

Clarificatio.

De rhagadijs vulue. CAP. XII.

VVlnera,rhagadiæ,pruritus,dolor, aliquando accidũt in matrice. Cauſa enim aut eſt exterior aut interior. Si exterior,ſicut caſus,obuiatio,partus innaturalis,groſſitudo virgę virilis,impoſitio medicaminis acuti,ſicut eſt nigella & ſimilia,compreſſio nimia.Si autem eſt interior,tũc eſt propter rupturam apoſtematis,aut hum.acutos corroſiuos,aut ſaniem & ſimilia. Si autem quod exit,eſt ſaniosum, tunc eſt ruptura apoſtematis,aut puſtula.Si eſt virulentum,fœtidum, tunc eſt corroſio & cancroſitas.Si eſt lotura carnis,eſt ibi putredo. Si ex humoribus calidis,eſt ibi calor,dolor,punctura,mordicatio, inquietudo. Et ſi cauſa eſt frigida,omnia ſunt remiſſa. Diſcernitur etiam ex viſu, quia ſi fuerit verſus orificium exterius, de facili apparet: & ſi in profundo, diſcernitur ex exeuntibus & ex dolore, quia vbi dolor, ibi eſt ægritudo.Conſueuit etiam aliquando diſcerni ſic, ponatur mulier in loco luminoſo,& ſpeculum præſentetur naturalibus illius, tunc in ſpeculo appa-

Rhagades appellant Græci rupciones quaſdam circa anũ vel pudendũ mulieris quæ labra calloindurata habent.

Signa.

Prognostic. Curatio. ret, si fuerit vlcus, aut rhagadię, aut quid aliud. Prognostica-catio posita est in cap. præcedenti. In primis mundificetur corpus, cum phlebotomia, pharmacia & vomitu, secũdum exigentiam humoris, & aliorum particularium, iniungatur tenuis diæta. Deinde mitigetur dolor sic, extrahatur succus plantag. portu. quinqueneruiæ & corian. recen. coletur, & tepidum iniiciatur in matricem & frequenter. Deinde sedeat in aqua decoctionis iam dictarum, gallæ, lentium, pfidiæ, balau. sumach, rosarum, & sandalorum. Postea mundificetur matrix, cum decoctio. absin. hyssopi, mel. ros. vini al. etiam lac. coletur, & per pessarium iniiciatur. Deinde vtatur isto vnguento. R. dragag. gum. ara. infusorum, cerusæ lotæ, cathmiæ lo lithargy. amydi, san. dra. boli ar. ro. ru. ana ʒ. j. corti. æris ℈. ij. olei ros. & ceræ q. s. & cùm ista parata fuerint, sicut oporret fiat vnguentum, si non possit attingere locum, decoquantur omnia ista in lacte cum oleo ro. coletur, & colatura per pessariũ iniiciatur. Deinde si volumus carnem regenerare fiat vnguentum de myrrha, aloë, thu. sarcoco. sang. drac. lithargyro, tutia lo. cum oleo ros. & ce. fiat vnguentum. Aut ista decoquantur in lacte, coletur & proiiciatur. Et cum his igitur possunt curari vlcera matricis, rhagadię, & violenta defloratio. Si autem fuerit pruritus, fiat phlebotomia, & purgetur humor iuxta qualitatem suã. Deinde pessarizetur cum frigidis, sicut sunt rosæ, sandali, hypocisti. & oleum ros. vtatur diæta frigida. quoniam aliquãdo ex pruritu accidit tanta titillatio quòd aliquo coitu satiari non possunt. Intelligendum, quòd in sanie & vlceribus matricis competunt diuersæ species medicaminũ, modo frigida ad sedandum dolorem, sicut est papauer, & similia, modo cal. ad mundificãdum, sicut est absinthium, mel, spic. nard. & lac. modo sicca ad abstergendum, & conglutinandum, vt sang. dra. & bolus, modo carnis regenerati-ua, vt sarcocol. &c. Intelligendum secundo, quòd vulnera saniosa sunt minus periculosa quàm apostemata saniosa inquantum huiusmodi, iuxta intentionem Hippo. calidam saniem faciens, &c. quoniam sanies significat actionem cal. naturalis, & fortitudinẽ virtutis, ideo quantum est ex hoc, bonum signum est in vulnere. Si autem generetur sanies, debilitas caloris significatur, ideo malum, sicut apparet in cancro, & herpete. Tertio notandum, quòd vulnera matricis

Clarificatio.

Apho. 22. partic. 5.

tricis possunt curari, & desiccari, quoniam vulnera non curantur nisi prius desiccentur, licet superflua currant ad matricem, cum vniuersali tamen & particulari purgatione potest præseruari: ita non current, & ita potest curari & desiccari. Vltimo notandum, quòd in vulneribus ad generationem carnis competunt humida, & sic humida tanquam materialia & nutrimentalia, sed sicca tãquam formalia superflua remouendo, ideo siccum quod competit in vulneribus tanquam medicina ad regenerationem carnis non debet excedere nisi per vnum gradum vltra complexionem membri secundum Gal. 3. de ingenio sanit.

De præcipitatione matricis. CAP. XIII.

MAtrix præcipitatur aliquando & declinat versus alterum vertebrũ, tunc appellatur præcipitatio, aliquando autem descendit versus inferiora, & vocatur casus, ita passiones matricis sunt tres, suffocatio, de qua dictum est, casus, & præcipitatio, de quibus agitur nunc. Hoc autem accidit, aut propter causas extrinsecas, aut propter intrinsecas. Si propter extrinsecas, sicut est casus, nimius conatus, & quia mulier diu sedit supra lapidem frigidum, aut in aqua frigida, aut quia inunxit se vnguentis, aut quia exposuit se vẽto frigido, & ita de aliis. Si autem fuerit causa interior, tũc accidit à paralysi, & mollificatione lacertorum, aut propter concursum humiditatis aquosæ versus matricem, aut propter ventositatem, & ita de aliis. Si autem fuerit præcipitatio matricis, tunc discernitur, quia tumor est in altero laterum, dolor & grauedo, si fuerit casus, tunc sentitur dolor versus inferiora, & quia notabiliter apparet extrà aliquando. Et si passio fuerit occulta, tunc obstetrix debet apponere manum, vel digitum. Et si foramen matricis est in directo alterius foraminis patentis, nulla dislocatio est. Et si foramen est tortuosum, tunc est dislocatio, scilicet orificium matricis, quia latet interius. Si matrix diu steterit dislocata, potissimè si exiuerit ad exteriora, de difficili aut nunquam curatur. In primis prouocetur vomitus, & iniungatur diæta cali. & sic. Deinde si præcipitatio est in altero vertebrorum, fiat ventosa in altero. Et si fuerit casus, fiat ventosa sine scarificatione subtus mamillas. Deinde apponantur aromatica naribus, & suffumigetur eum fœtidis per inferiora. & obstetrix inungat manũ suam

Vterus siue in alteram coxam, siue in vulnam inclinat, id totum propriè vteri præcidentia vel casus, vel præcipitatio.

Signa.

Prognostic.

Curatio.

cum oleo de mastiche, & si matrix apparet exterius, reponat eam in loco suo, deinde bulliat in vino mastix, nux cypressi, hypocistis, bolus armeniacus, inuoluatur lana, & super orificium apponatur: fiãt reliqua quæ dicta sunt in exitu longanonis, deinde emplastretur venter cum mentha, artheml. sauina, bullitis in vino pontico. Et si pas. fuerit ex ventositate, sacelletur venter totus cum furfure bullito in vino, aut cum anisо, & ruta, aut cum latere ca. aspersо cum vino al. Si autẽ appareat durities notabilis in matrice versus alterum vertebrum, tunc post vomitum, ventosationẽ, & suffumigationem accipiatur mucilago fœnigræ. se. lini, misceantur cum medulla cerui, vituli, & axũgia gallinacea, applicetur ab intus & ab extra. In casu autem matricis, sedeat in aquis styptícis postquam præcesserunt ea quæ dicta sunt. Intelligendum, quòd casus matricis fit ex timore, non inquantum timor reuocat, sed inquantum infrigidat, & paralyticat. Secundo notandum, quòd in casu matricis competunt styptica frigida, non tamen multum intensa, & cum hoc debent adiungi aliqua styptica ca. &c.

De sterilitate mulierum. CAP. XIIII.

SVperius in principio huius particulæ determinatũ fuit de sterilitate virorum, hic autem agitur de sterilitate mulierum, & per consequens virorum. Sterilitas autẽ accidit, aut ex parte mulieris, aut ex parte viri, aut vtriusque. Si ex parte mulieris, hoc accidit, aut propter causas extrinsecas, aut propter causas intrinsecas. Si propter extrinsecas & manifestas magis, sicut cũ mulier semel, aut pluries potauit aquã frigidam in magna quantitate, aut quia continuauit nimis cibaria acetosa, aut aliqua cibaria malę qualitatis, & accidit propter accidentia animæ, sicut est ira, tristitia, timor, & similia, & accidit quãdo post coitum saltat, aut nimis velociter mouetur, aut quia est mulier nimis malitiosa, & accipit aliqua sterilizantia. Si autẽ fuerit propter causas magis intrinsecas, tũc aut accidit propter membra generationis, aut propter totum corpus. Si propter totum corpus, hoc est, propter passiones notas, & manifestas cerebri, cordis, stomachi, & splenis, aut puella, aut antiqua. Si autem fuerit propter matricem, tunc hoc est propter morbos consimiles, aut officiales, aut cõmunes: si morbus consimilis, tunc est sicut mala complexio matricis, aut seminis calidi,

Causa.

calidi,aut frigidi,aut ſicca,aut humo.ſimplex,aut cõpoſita cum materia,aut ſine materia:ſi autẽ fuerit morbus officialis, tunc eſt ſicut verruca,aut hæmorrhois,aut cicatrix,aut pinguedo,aut nimia laxitas,aut amplitudo,aut tortura,aut ſanies. Si autẽ fuerit morbus cõmunis,tunc eſt ſolutio continuitatis,aut vlcus. Si autem fuerit ſterilitas ex parte virorũ,& licet ſuperius ſit dictũ, gratia tamẽ memoriæ aliquid dicamus. Viri enim ſteriles ſunt, aut propter cauſas extrinſecas notas,aut propter cauſas intrinſecas occultas magis.

Si autem fuerint cauſæ extrinſecæ,tunc eſt ſicut in mulieribus,ſicut eſt nimius,& ſubitus potus aquæ frigidę,aut nimia frequentia ciborũ acetoſorum,aut alterius malę qualitatis,aut quia eſt puer, aut decrepitus aut ebrioſus. Aut eſt homo qui vtitur nimio coitu, & accidit etiam propter accidentia animæ. Si autẽ fuerit magis propter cauſas intrinſecas,tunc eſt aut propter totũ corpus,aut propter mẽbra generationis. Si propter totum corpus,tũc accidit ſterilitas propter ægritudinem principalium & nobilium, & eis adiacentium,ſicut eſt cerebrum, ita de aliis,aut quia venæ iuueniles,quæ retro aures ſunt,inciſæ ſunt, aut quia eſt nimis pinguis aut extenuatus. Si autẽ fuerit propter membra generationis,tũc accidit,aut propter morbos conſimiles,aut officiales, aut communes. Si autem fuerit propter morbos conſimiles, tunc accidit ſterilitas propter malam complexionem cal.ſeminis & teſticulorũ, aut frigidã,aut ſic.aut hu.aut quia teſticuli ſunt iufrigidati, cum opio,hyoſcyamo,& ſimilibus narcoticis, aut quia nimis vſus eſt cãphora,aut ruta,aut agno caſto. Si autẽ fuerit propter morbos officiales,tunc accidit,aut quia virga eſt nimis longa, aut nimis breuis,aut quia eſt mollificata,aut ſpaſmata, & teſticuli ſimiliter,aut teſticuli non ſunt, aut quia foramen virgæ eſt tortuoſum, aut quia lapis extractus eſt à veſica ſua per inciſionem. Si fuerit propter morbũ communẽ,hoc eſt propter vlcera, aut quia eſt faſcinatus,aut quia ſumpſit aliqua ſterilizantia. Si autem excidat propter vtrunq;, hoc eſt,quia conuenit in malitia complexionis,aut malitia cõplexionis eſt nimis intenſa,& diſconuenit,& ita accidit ſterilitas. Si vterque eſt nimis ca.fri.aut nimis fri.ſicc.aut hu. aut ſi vnus eſt excedenter calidus, aut excedenter frig. & alter excedenter frigidus, aut cal.quia ſemina non poſſunt

Vitia membrorum generationis.

se temperare, nec corrigere adinuicē: sed si alter excederet aliquantulum in caliditate, & alter parum in frigiditate, tunc ex talibus seminibus bene posset resultare fœcunditas. Accidit etiã sterilitas quãdo vnus anticipat effusionem seminis ante alterũ, simul enim debent venire semina. Accidit enim sterilitas, quando instrumenta non sunt bene proportionata, vt quia matrix est nimis ampla, lata, concaua, & virga est nimis brevis, & gracil. non enim tunc est bona proportio. Primitiua & manifesta ex indicio cognoscuntur, ægritudines etiã totius corporis, aut ea quæ præcesserunt, sunt satis nota volenti aliquid inuestigare. Signa autẽ malæ cõplexionis cal. per hunc modum discernuntur, vrina est intensa, circa pudibunda est multitudo pilorũ, calor, & punctura, appetitus in venerẽ, velox emissio, & delectatio. Menstrua sunt citrina, & sunt calida tactu, animosæ pulsus velox, sitis, veloces sunt in motibus, & in omnibus suis actionibus. Si autẽ sunt frigidę cõplexionis, tunc signa sunt opposita, vrina remissa, paucitas pilorum, paucitas appetitus in venerẽ, paucitas menstruorũ, & albedo eorũ, tarda emissio seminis, & modica delectatio, pulsus tardus, paucitas sitis, pigra in motibus suis. Si autẽ fuerit mala cõplexio sicca, tunc mulier est extenuata, & modica, aut nihil emittit in coitu, menstrua pauca, vrina tenuis, labia sicca & fissa. Si autẽ fuerit nimia humiditas causa sterilitatis, tunc apparẽt ista signa, matrix est humida, & post menstrua remanet humida, & semper vel quasi exit à matrice quoddam liquidum fluidum, album, aquosum, & non delectatur in coitu, matrix est lubrica, ita quòd semen retinere non potest. ista causa aduenit plurimũ iuncta cum frigiditate. Hippoc. etiam docuit experiri, vtrum mulier esset parata conceptui, scilicet ꝙ suffumigaretur cum aromatibus, & si fumũ sentiret ab intus, parata erat, si autem non sentiret, sterilis posset iudicari causa manente, quoniã oppilatio signatur, & hoc experimentũ valet etiam in virginibus. Si autem mulier fuerit corrupta, dicunt aliqui authores quòd supponat sibi dolsam allij, & si ab intus sentiat odorẽ allij ascedentem vsq; ad os, & nares, parata est ad conceptum: si non, non. Tertio potest experiri sic, quòd semina proiiciantur in scutella plena aqua frigida, & si supernatet, ille est sterilis, si vadat ad fundum fœcundus iudicatur,

Signa.

Signa à frigida.

Signa ab intemperie mala sicca.

Libro 5. Apho. 41.

Dolsam vocat nucleũ allij, vt vulgus Provincialium.

dicatur, & sicut de viro ita de muliere, multa alia experimenta ponuntur ab authoribus, sed non adhibeo fidem. Hęmorrhoides & excrescentia in matrice non videntur recipere curationem, nec etiam tortuositas foraminis virgæ virilis. Mulier fœcūda magis viuit sana, sed citius est anus, mulier sterilis magis conseruat iuuentutem, sed magis est ægrotatiua. Notabilis paruitas virgæ non recipit curationem. Mulier vulnerata, & postea cicatrizata non recipit curationē, & si concipiat, valde timendū est de morte matris, quia orificiū matricis non est bene dilatabile ad exitum fœtus, & oportet ipsam aliquando scindere & aperire, & hoc est magnū periculum, cicatrix igitur in matrice, aut orificio eius est valde mala. Si autem mulier fuerit sterilis propter malam cōplexionem cal. in primis si particularia conueniāt, fiat phlebotomia de hepatica, deinde de saphenis, vtatur syr. ros. vio. & nenuphari. Postea purgetur cum trifera sarracenica, deinde stuphetur in herbis frigidis, & vtatur rubea trochisca. zuc. rō. triasandal. & aqua ros. fiat pessarium de stercore lepo. matrice leporis, & se. mercuria. cum modico mell. ros. deinde vitet omnia cibaria calida, exercitiū nimium, irā, & breuiter vitet omnia illa quę nobiliter possunt ipsum calefacere, cōtinuet hordeatū & panem hordei non solū per dies & menses, sed per annos, si necessarium fuerit. Vtatur piscibus squamosis de aquis mun. vtatur coriandro in salsamentis, & lacte acetoso. Ordinentur igitur sex res non naturales in gradu oppositō, donec calor excedens ad temperiē sit reductus. Si autē venerit sterilitas propter frigidā causam & hu. tunc digeratur in primis materia per hunc modū. R. radicis ru. maioris, arthe. sauinæ ana ℔ß. foliorū menthæ, abſin. summitatum origa. & calamen. ana ʒ.ij. spi. nar. squinan. calami aroma. anisi, mara. ameos, fisc. an. ʒ.j. mel. ro. ℔ß. ij. fiat syr. Materia digesta purgetur sic, R. benedictæ, theodoricon emper. ana ʒ.iij. esulæ, masti. ana ℈ß. misceantur & fiant pil. Corpore mundificato, fiant stuphæ, & in stupha ponantur ea quæ ponuntur in syrupo, & in exitu à stupha, detur sibi aureæ alexandrinę, mithridati ana ℈.j. misceātur, & hoc fiat multis vicibus. Deinde mundificetur matrix. Accipe prædictum syrupum & cum aqua decoctionis absint. myrrhæ, & colocyn. misceantur & proiiciantur ʒ.iij. in matricem.

Prognostica.

Cura.

Victus ratio.

Hic aduertant nouitij prioris decoctionis colaturam faciēdā, deinde mel miscēdum & iterādā coctionem vt fiat syrupus cōmodè coctus ad vsum temporis.

Deinde vtatur isto electuario, R. pulueris potionis muscatæ, pulueris triferæ magnæ, pulueris stomachi confortatiui, conseruæ citranguloru m, ligni al. ambræ grisiæ, ana ʒ.ij. muſci ℈.ij. panis zuc. q.ſ. fiat electuariũ. Post omnia si tamẽ fuerit fœcundata, vtatur isto puluere, R. testiculum muris dextrum si vult masculũ, & sinistrum si vult fœminam, desiccetur in vmbra & pulverizetur, tunc R. limaturæ ebo. se. sise. matricis leporis & coagulum eius ana fiat puluis, vtatur isto pul. mane & sero cum brodio cicerum aut carniũ, aut cum vino al. & potest apponere pul. liquir. aut panem de zuc. vt accipiendo sit magis gratiosum. Deinde vtatur isto medicamine, R. ambræ grisiæ, styra. calami. ana ʒ.j. myr. mast. thu. cario. ligni al. cinamo. nu. musc. nu. cypres. ana ʒ.ß. conficiantur cum oxymel. diure, & aqua ros. fiat massa vna. Postea illa diuidatur in quatuor partes, ex vna parte fiat pomũ ambræ ad odorandum, & de secunda fiant pillu. paruæ ad quantitatẽ ciceris, quotidie de mane transglutiat tres integras, & ex tertia parte fiat pessariũ, & inungatur prius ex balsamo: & ex quarta parte fiat tale magisterium, frangatur in aqua cal. & per calamum fumus ascendat vsq; ad matricem, & sit ita tali proportione quòd sentiat calorem aquæ aliquantulum supra temperamentũ & dormiat si potest. Illa sunt quæ mirabiliter fœcundant. Si autem ex his omnibus non fuerit fœcunda, R. stomachicon confortatiuum in hora suæ perfectæ curationis, proiiciatur calidum in concauitatibus cannæ: Deinde extrahatur quod est in concauo, & fiat pessariũ, cooperiatur cum panno lineo gracili, sicut diximus in primo cap. huius 7. Si autẽ matrix fuerit humida & aquosa, fiat tale suppositorium, R. myrrhæ, aloës, masti. thu. lada. nu. cypres. foliorum eius, blattæ bisan. ligni al. galan. zedoa. nucis musc. aluminis de pluma, sumach, cupularum glandium ana ʒ j. conficiantur cum oxymel. scil. & fiant pessaria, inuoluãtur in corpore mundificato & vomitu præcedenti matrici suponantur & teneantur per vnã horam, & quiescat per aliã ita deinceps. Viret ociũ & exercitet se ante cibũ, vitet omnes fructus, omnia legumina, omnes herbas crudas, & vitet omnia quæ sunt duræ & tardæ digestionis, sicut sunt carnes boninæ, caules, caseus antiquus, oua indurata, & omnia cõchilia, omnes pisces bestiales, & similia, vitet re-

Pessarium.

Suppositorium.

Quæ vitanda.

Vitet pisces

ple

pletionem nimiã cibi & potus. Vtatur carnibus assis, auibus non degentibus in aquis, & omnia sint assa & sicca quãtum erit possibile. Diligens igitur medicus ordinet aërem & alias res non naturales in siccitate, eleuata donec nimia matricis humiditas ad temperiẽ sit reducta. Si autem venerit sterilitas propter nimiã siccitatem, iniungatur quies & ocium, vtatur diæta resumptiua & nutriente, & vtatur lacte. Et super omnia sit in lætitia & gaudio sempiterno. Deinde vtatur isto pessario, R. cerebri cerui, vituli medullæ, cerui, & butyri vaccini sine sale, adipis caprarum, ceræ & mellis q.s. fiant pessaria. Si autẽ fuerit sterilitas propter pinguedinẽ matricis, tunc competit ieiunium, diæta subtilis & parum nutriens, & accidentia animæ, ira, solicitudo, tristitia, & vigiliæ, plurimum durus decubitus, pessarizetur cũ aurea alexandrina, & theria. vel cum milio, & sale, nu. cypres, nitro torrefiant, & fiant pessaria & sacellationes. Si autem fuerit sterilitas propter ventositatem, apponãtur ea quę consumunt ventositatẽ per modum emplastri antè & pòst & per pessaria, suppositoria, clysteria, balnea & suffumigationes, ista sunt ruta & semen eius, nasturciũ, anisum, ciminum, anethum, castoreũ, agnus castus, & similia. Si autem fuerit sterilitas propter structurã orificij matricis, balneetur frequenter in aqua decoctionis maluæ, bismal. paleæ hordei, & auenæ, fiant pessaria & paulatinè ingrossentur de apio, ani. cimino, & mell. Et si necesse fuerit, fiant multa pessaria de stanno, quædã gracilia, quædam grossa, & quædam magis grossa, inuoluantur cum lana & arogõ, apponantur & sint ita grossa, quòd fiat quasi quædã violentia. Si autẽ fuerit sterilitas propter amplitudinem nimiã orificij matricis, balneetur in aquis stypticis, vbi sint cauda equina, plantago, myrtilli, sumach, nux cypres. mastix, thus, bolus armenicus, gallæ, cupulæ glandium, & ex istis fiat pessarium. Verrucam autem, hæmorrhoid. & excrescentias matricis restauratoribus derelinquo. Si autẽ fuerint aliquę aliæ ægritudines propter quas accidat sterilitas, curentur sicut dictum est in locis suis. Addamus istud capitulum cum capitulo de sterilitate virorum, quod dictum est superius, & habebimus opus perfecti magisterij. Circa autem istam materiã est intelligendum, quòd semen aptum ad generandum est album, glandinosum, & odoriferũ, sicut

bestiales, id est belluas marinas siue prægrãdes pisces, quia carnes habent duras & cochymas.

Sterilitas à flatibus.

Ordo qualis in coitu obseruãdus.

odor florum palmarum. Modus autem coëundi est iste, vir & mulier debent esse temperati, vergere ad temperamentum, & debent esse ordinati in cibis, potibus & aliis sex rebus non naturalibus cibo digesto, & superfluitatibus expulsis post mediam noctem & ante diem, masculus debet excitare fœminã ad coitum loquendo, osculando, amplexando, mamillas tangendo, pectinem & peritonæũ, & hoc totum fit vt mulier appetat vt semina concurrant simul, cum mulieres tardius emittant, & cum mulier incipit loqui quasi balbutiendo, tunc debent se commiscere & paulatim debent coire, & debet se vnire omnino pectini mulieris ne aër possit ingredi, & post seminis effusionẽ debet stare supra mulierẽ sine motu, non enim statim debet surgere, & postquã surrexerit debet extendere crura, stet resupina, & dormiat si potest, quia multũ est vtile, & non loquatur, nec tussiat, quoniã ista faciunt multum ad retentionẽ seminis, & quandiu sentierit semen in matrice, iaceat vel deambulet paulatinè si necessarium fuerit. Intelligendum hic diligenter, quòd licet fit contra opinionem philosophantium quantũ est de præsenti, quòd semen viri intret substantialiter compositionẽ fœtus tanquã pars mundior & magis depurata & magis apta ad receptionem speciei, nihil enim sufficienter est actum & passum sufficienter ab anima, nisi residuum quarti cibi, sed nihil est aptum ad recipiendum animam, nisi quod sufficienter ab anima dispositum est & paratũ, cum omnem potentiam præcedat actus secundum intentionẽ D. Alberti in de nutribili & nutrito: sed nihil est ita actum, passum, dispositũ & digestum, sicut semen, quare semen intrabit substantialẽ fœtus cõpositionem. sãn. enim menstruus est immundus valde, quomodo igitur per se erit materia & subiectum tantæ formæ? quare &c. Præterea, quod est formale non est materiale, sed semẽ est formale quare &c. Præterea agens & materia non coincidunt, sed semen est sicut agens, & si esset materia, tunc coincideret, quare &c. Et ꝙ dicitur ab Ari. artifex non intrat artificium, semen est artifex, quare &c. Respondeo breviter sine præiudicio ad omnia ista, quòd semen solũ non habet omnia ista, sed spiritus gignitiuus compositus est ex tribus spiritibus, qui est in semine. Ille enim est sicut agẽs, sicut forma, & non coincidit, & non intrat specialem fœtus

Clarificatio.

Alberti magni opi.

Aristoteles.

tus compositionem. & Aly. appellauit istum spiritū intelligentiam diuinam, quæ generat embryonem, non est igitur inconueniens, si semen intrat specialem fœtus compositionem. Secundo notandum, quòd mulieres carnosę ca. & habētes venas latas inter omnes sunt magis paratę ad conceptum: secundo cholericæ extenuatæ, sed quòd macies nō nimis excedat. tertio phlegmaticæ mulieres minus quę habent venas strictas & sunt pingues & repletæ: omnium autem minimè melancholicæ extenuatæ, &c.

Quæ mulieres ad conceptū aptiores.

De regimine prægnantium. CAP. XV.

ISTud capitulum est de regimine prægnantium, aborsu, & de accidētibus superueniētibus prægnātibus. Sed prius videamus de signis conceptus. Cum enim mulier cōcepit, tunc sentit quandam horripilationem versus pudibunda, venter gracilatur versus vmbilicū, retinetur semen, & mēstrua cessant, diminuitur appetitus coitus, vrina est colorata, & apparet quoddam contētum quasi eorum carpinatū, & sunt ibi quædam contenta alba ascendentia & descendentia: constringitur orificium matricis interius, ita quòd acus penetrare non posset, præter hoc quòd habeat apostema, aut duritiem, & est tertium signum inter omnia signa, & viro videtur quòd virga maneat ficca post coitum. Deinde incipiunt mamillæ ingrossari, & appetunt diuersa, varia, & aliquando enormia, habent dolorem capitis, & immutatur color. Et experimento possumus scire vtrum concepit, vel non. Accipiat de nocte cum vult ire dormitum mellicratum cum aqua pluuiali, si sentiat tortiones, prægnans est, & si non, non. Et dicit Auic. quòd istud habet veritatē, dum tamen non fuerit vsa in sanitate sua melle. Secundo suffumigetur cum aromatibus, & si sentiat fumum ab intus, prægnans non est, & si non, est. Tertio sic, accipiat mulier dolsam allij. & supponat sibi dum iuerit dormitū, si post somnum senserit saporem allij in ore, prægnans nō est: & si non sentiat, prægnans est. Signa autem masculinitatis sunt: mulier quæ concepit masculum est vt plurimum colorata melius & velocior in motibus suis, leuior, & melius appetit, & dexter oculus est magis mobilis, mamilla dextra citius incipit ingrossari, color eius mutari, tumor in parte dextra vent. & ibi fit motus, & si mulier stet citius cum vult ambulare, monet pedem dextrum: si sedeat & velit

Signa cōceptus.

Aphor. 41. partic. 5.

Signa masculini sexus.

Aphor. 42. partic. 5.

velit surgere, citius ponet manum dextram supra dextrum genu appodiando, & velocius mouetur in vtero, quia in tribus mensibus mouetur, & mulier in quatuor: lac est magis grossum & mundum, quádo est masculus, & pulsus maior in parte dextra. Deinde veniamus ad causas aborsus. Causę aborsus aut sunt extrinsecę, aut intrinsecę. Si extrinsecæ, sicut est nimius coitus, casus, obuiatio, febs apostema, vlcera, carentia alicuius cibi desiderati, aut quia supposuit aliqua quæ inducunt aborsum, clamor, cursus, accidentia animæ, vt est ira & timor, aut quia saltauit supra se, retro se post coitum, aut quia est nimis extenuata, aut quia nondum venit ad annos pubescentiæ, aut quia semen viri fuit exiguum, aut quia fecit phlebotomiã, aut accepit medicinam laxatiuam, aut vomicam, aut quia ista commouerunt ab intus non per artem, sicut est tonitruum, fulgur, & breuiter omnia illa quæ fortiter & subito commouẽt corpus, sicut est ventus borealis post meridionalem. Si autem fuerit aborsus propter causas intrinsecas, tunc prouenit propter ventositatem, aut humorem, aut matricis debilitatem. Causæ primitiuę sunt satis notę, sed si venerit propter ventositatem, signum est quòd tunc prouenit aborsus & in primis tribus mensibus, quia ligamenta in principio & in fine sunt debilia, sicut videmus de fructibus in arbore: quia in primis tribus mensibus ex facili causa fit aborsus propter debilitatem ligamentorum: si autem fit aborsus propter humiditatem currẽtem ad matricem, hoc signum est, quia abortitur in tribus mediis mensibus: si autẽ fuerit ob debilitatem matricis, hoc est signũ, quia fit aborsus in tribus mensibus vltimis. Signa etiam aborsus sunt fluxus mẽstruorum, fluxus lactis cum gracilitate mamillarum. Signa autem, quòd fœtus est mortuus, sunt ista, immobilitas ventris cum antea moueretur, frigiditas ventris & laterum cum antea essent calidæ, grauitudo acuta cum præcessit & cum terribilitate accidentium, grauitas in ventre ad modum sarcinæ, fœtor anhelitus, & emissio rerum fœtidarum. Signũ etiam fœtus mortui est, cum oculus prægnantis gracilatur & alba oculorum sunt fusca, nares sunt rigidę, & aures, labia sunt rubea, rubore inquam vergente ad liuorem mortificatum, & venter assimilatur ventri hydropicorum. Mulieri quæ debilis est & frequenter patitur in matrice, de faci

Causa aborsus duplices.

Signa.

Signa aborsus.

Aphor. 37. partic. 5.

Signa fœtus mortui.

Pregnostic.

facili abortitur, hoc est signũ infallibile aborsus. Quæcunque tempestates veniũt mulieri siue ab extra, siue ab intus, dum tamen mamillæ non gracilentur, non oportet timere de aborsu, & si gracilentur, abortitur. Si fiat aborsus de masculo, gracilabitur prius mamilla dextra, si fœmina, sinistra. Si mulieri prægnanti superuenerit durities hepatis, & tumor ventris, non sanatur, aut cũ magna difficultate. Maior est dolor in aborsu quàm in partu. Vitentur omnia quę prouocant aborsum, & reducantur ad temperamẽtum per contrarium, sed cum moderamento vt calida cum frigid. & econtra inanientia cum replentibus, & econuerso. ita de aliis. Intelligendũ, quòd mulier prægnans incurrit aliquãdo fluxum menstruorum, & timetur aborsus, sed aliquando est ita, quòd mulier abũdat in sang. quod sufficit ad nutriendum fœtum & ad mundificandũ corpus, & non venit etiam per venas intrinsecas matricis, sed per extrinsecas: tunc non oportet dubitare aborsum, imò qui restringeret, esset prouocare aborsum. Signũ autem q̃ huiusmodi menstrua veniant per viam mũdificationis, quia mater non debilitatur, nec mamillæ gracilãtur, nec motus fœtus immutatur. In tali igitur casu nihil est faciendum. Intelligendũ etiam vt dictũ est, quòd medicina laxatiua est vnũ de illis quę prouocãt aborsum. Vitetur igitur omnibus modis, nisi quando materia aliquando est furiosa: tũc possumus mũdificare corpus, & hoc à quarto mense vsq; ad septimum mensem scilicet, quòd in quarto, & in 5. & 6. quia ligamẽta sunt multum debilia in primis tribus mensibus, & in vltimis tribus, in mediis sunt fortiora. Si autem venerit aborsus propter ventositatem, aut propter nimiam humiditatẽ lubricantem matricem, tunc bonum est, quòd ante conceptum mundificetur mulier. Vtatur igitur mulier exercitio forti ante cibum, & vtatur diæta tenui, assis, frixis, & torre factis. Deinde oxymel. diur. vbi bullierint artemisia, ruta, mẽtha, purgetur cũ theodoricon, emper. acuata cũ euphor. in parua quantitate, deinde fiat clystere cum succ. bletæ. fem. rut. hierap. & aliis quæ communiter apponuntur. Mũdificetur matrix cum ista decoctione, R. artemisiæ, absinthę, orig. calamẽt. anisi, mara. cimi. spicæ nar. squinan. radi. lil. an. ʒ. 2. pulpæ colocynth. suc. rutæ. ana ʒ. 3. mel. ℔. ß. & vini al. ℔. 1. aquæ ℔. 1. ß. fiat decoctio vsque ad ℔. 1. & ß. & proiic

Cura.

Nota.

Aborsus à ventositate & nimia humiditate.

proiiciantur in matricē in vna vice ʒ.ʒ. Deinde poſt cōple tā mūdificationē ſecurè coëat,& impręgnetur,vtatur dię ta prædicta,& naſturtio agreſti,deinde vtatur iſtis electua riis,ſcilicet dianiſon,diacimini,cuminata alexādrina,dian thos cum muſco,diatrionpipe,diagalan. vel R. zedoariæ, ſpicæ nard.ſem.rutæ,myrrhæ,caſtor.aniſi,mara.ben.aliptæ muſcatæ.an.ʒ.ʒ.conquaſſentur & bulliant in oleo commu ni,addatur cera,fiat vnguentum,& inungatur venter,dor ſum,& latera per modum olei, & per modum vnguenti. Poſtea vtatur iſto electuario,R.zedoariæ, marat.aniſi,ci mi.ſem.naſtur.agreſtis,ameos,cinamo.nucis muſ.caſto.do ronici,rrium generum pipe.cardamomi, gario.an.ʒ.ꝛ.con ſeruæ citrangulorum.ʒ.ı.zuc.q.ſ.fiat electuarium,valet in omnem euentum,ante & poſt,niſi calor eſſet concomitās. Iſta autem valent cum ſit aborſus in primis mēſibus & me diis. Si autem fiat aborſus in vltimis mēſibus,quod ſit pro pter debilitatem,vt dictum eſt,tunc vtatur diæta reſumpti ua nutriente,& ſit tota odorifera, vtatur iſtis electuariis, ſcilicet potione muſcata,pliris cum muſco, dianthos cum muſco,diacitoniten,diambra,lætitia Gal. & apponatur fa ſcia quæ apprehendat totum ventrem de panno ex bomba ce,& aſpergatur puluere maſticis,& thuris.In principio au tem conceptus, bulliant in oleo abſinthium, mentha,ſpic. nar.maſtix,& thus,ſtomachus inungatur.In vltimo autem balneetur & ponantur in bal. mollificatiua, & inungatur cum oleo de vio.& oleo vbi bullierint maluæ, biſmal. Si autem pedes inflentur mulieri prægnanti, abluantur cum aqua vbi bullierit abſint.chamomil.melil.abrotanum,ſpi ca nardi & ſal.Si autem prægnans appetat enormia,diæte tur cum aſſis,frixis & odoriferis,& poſt cibum vtatur piris coctanis,mal.grana.auellanis aſſis, caſtaneis aſſis, ciceri bus aſſis,& fiat emplaſtrū de melliſſa,bugloſſa,ſand. corti ce citri.& corrigatur cum blanditiis. Si autem fœtus eſt mortuus,expellatur per hunc modum,fiāt peſſaria aut ſuf fumigationes.Iſta autem ſunt quę inducunt aborſum,ſiue per ſe,ſiue cum aliis,elleborus niger,pulpa col.elaterium, fel tauri,pix liquida,myrrha,aſſa fœtida,galbanum,caueat tamen ſibi quicunq; ſub pœna æternali, quòd non doceat potionem mortiferam nec aborſum facientem.Intelligen dum,quòd ligamenta à principio ſunt debilia, tenera, ra-

Vnguētum.

Symptomatū remedia.

Si fœtus eſt mortuus.

Clarificatio

ra,quæ

ra, quæ non ad magnitudinem deuenerunt, ideo ex modica occasione rumpuntur, sicut videmus de fructibus in arboribus. In medio autem tempore veniunt ad perfectam magnitudinem & fiunt solida, & ita in hoc tempore possumus cum minori periculo purgare. In fine autem sunt debilia, pro tanto quòd extenduntur & carent nutrimento, cum fœtus totum sibi trahat, sicut patet de fructibus qui per se cadunt, sicut declarat Gal. Secundo notãdum, quòd *Nota.* fœtus potest viuere matre mortua existẽte, saltem per aliquod tempus, nec caret omnino anhelitu, imò fœtus attrahit aërem attractum in arteriis matris, & potissimè viuit quando os matricis manet apertum, ideo matre mortua, aliquod artificium debet fieri vt os matricis stet apertum, & statim venter matris debet aperiri, & fœtus extrahi. & tali artificio, vt dicitur, fuit primus Cæsar extractus, & inde ex illo habuit nomen &c.

De difficultate partus. CAP. XVI.

PArtus quidam est naturalis, quidam innaturalis, & quidã difficilis: & de isto intendimus magis principaliter. *Partus duplex.* Partus naturalis est qui est in fine 7. mensis, aut 9. aut 10. vt plurimum, & debet caput prius exire, & debet tenere faciẽ versus terram. Deinde debet egredi collum, deinde humeri, & debet brachia tenere extensa supra latera. Partus autẽ innaturalis est, quando exit resupinus, aut primo exeũt pedes, aut manus, aut latera. Partus autem difficilis est, quando non potest exire, laborat mater & angustiatur, moratur in illo labore & anxietate longo tempore. Si autem *Causa duplex.* partus est laboriosus & difficilis, hoc est aut propter causas extrinsecas, aut propter intrinsecas. Si propter extrinsecas, sicut est nimia caliditas, aut frigiditas, aut quia obstetrix est indocta, aut quia fuit vulnerata in orificio matricis exterius, & facta est ibi cicatrix & durities, & cũ venit ad partum, illud non est bene dilatabile, aut quia partus est ante tempus naturale, aut quia mater patitur aliquam ægritudinem circa ventrẽ, aut quia est multũ constipata. Si autem fuerit propter causas intrinsecas, hoc est, quia puella concepit ante tempus pubescentiæ, & habet adhuc meatus strictos: aut quia est pinguis, & habet orificium oppilatum: aut quia mulier est nimis delicata & pauida: aut quia fœtus est nimis magnus & grossus, aut quia

est

est nimis tenuis, paruus & debilis, & non potest se iuuare, aut quia est mortuus, aut quia caput est nimis magnũ, aut quia duo capita, aut duo gemelli: aut quia partus est innaturalis & ante tempus naturale: aut quia nimis est dura, aut propter ægritudines matricis: aut quia matrix est parua naturaliter & corrugata, aut quia matrix est sicca siue lenta. Si autem matrix est fortis, & causæ primitiuæ aliæ non apparent, tunc est signũ, quòd partus est difficilis pro

Signa. pter secundinam. Si autem fuerit propter fœtum mortuũ, tunc est magnus dolor circa vmbilicum, se. lenta, discolora tio faciei, fœtidus anhelitus, & ascensus vaporum horribilium ad superiora, immobilitas ventris, instãtia vigiliarũ,

Prognostic. & alia omnia possunt cognosci per indicia. Quando dolor declinat versus inferiora & anhelitus est bonus, partus erit facilis. Masculus cum minori labore egreditur quàm fœmina. Mulieres pingues magis laborant in partu quàm ma-

Curatio. cilentæ. Cum appropinquat tempus partus, balneetur in tina vbi sit malua, bismal. viol. chamom. melil. postea inungatur cum oleo sisamino, oleo amygd. dulc. & pinguedine gallinę. Deinde incedat per loca decliuia, & cum magis appropinquat ad partum, sumat cibũ in parua quantitate, sed multi nutrimenti, sicut est brodium gallinæ pinguis, & sumat vinũ odoriferum. Deinde cum magis approximatur & rumpitur tela prima, & incipit exire quædã aquositas, tunc attrahat anhelitum cũ fortitudine, & ita impellat fortiter versus inferiora, quia talis impulso est magni iuuamenti. Eligatur obstetrix habens manum gracilem & digitos longos, dilatet orificium matricis suauiter cum vngulis, & intromittatur istud pessarium, reddit partum facilem sine timore aborsus. R. hyssopi, lilij, origani, calamenti ana ʒ. ij. terebinth. ʒ. j. cõquassentur & inuoluantur in lana, fiat pes-

Suffumigium. sariũ. Deinde suffumigetur cum alipta muscata. Et cũ ista præcesserint, & adhuc est partus difficilis, fiat sternutatio, & cõprimat se fortiter. Et si mulier est pinguis, iaceat supra ventrẽ suum & flectat genua supra ventrem. Si autem fuerit propter constipationẽ, fiat clystere. Si propter cicatricẽ, non est via nisi cum instrumento chirurgico, cicatrix aperiatur. Si propter partum innaturalẽ, reponatur intus suauiter, vel pedes, vel manus donec veniat secundum naturam. Si propter fœtum mortuum, balneetur in aqua vbi

fit

sit pulegium regale, arthemisia, origanum, calamentum, & fiant ea quæ dicta sunt in cap. præcedenti de aborsu. Et si propter ægritudines, aut propter causas primitiuas notas, reducatur ad temperamentum per contraria, & curetur sicut dicitur in locis suis. Intelligendum, quòd ista confectio reddit partum facilem. R. myrrhæ, castorei, styracis calamitę, cinamomi, sauinæ. ana ʒ. ij. panis zuc. quantum suf. fiat electuarium. Vel cõficiatur cum melle, capil. ve. re. reddunt partum facilem. Et dicitur, quòd si colligatur agrimonia cum oratione dominica, & ligetur in coxa mulieris laborantis in partu, ita quòd radix sit versus superiora, statim expellitur fœtus, ideo oportet habere cautelam, quòd statim remoueatur post partum, quoniam aliter matrix descenderet ad inferiora. Qualiter autẽ, & quomodo baccalarius nouiter genitus debeat regi, hoc dicemus cũ per Dei gratiam tractabimus regimen sanitatis. Intelligendum, quòd mulieres pingues pariunt cum difficultate, & quia sunt oppilatæ & constrictæ, & quia parum habent de calore, & spiritu, ideo quia virtus debilis fœtum bono modo expellere non possunt. Secundo notandum, quòd natus in vij. mense bene potest viuere, quia vij. planetæ iam ibi operati sunt: in viij. autem non, quia debilis videtur, postquam in vij. non oritur, quia oportet expectare vsq; ad ix. & potissimè, quia iterum incipit dominari Saturnus in viij. sicut fecit in primo, & quia Saturnus immobilitat, & inducit quietẽ, cum sit planeta frigidus, & ideo si moueatur, contra inclinationẽ orbis mouetur, & videtur motus symptomaticus non naturalis, quare viuere non potest. In ix. autẽ incipit regnare Iupiter, qui est planeta benеuolus, ideo viuere potest, cum etiam sit fortificatus, &c. Tertio intelligendum, quòd baccalarius nouiter natus statim fler, & clamat propter subitam mutationem ad aërem frigidum, & si sternuret, bonum est, quia fortitudo virtutis significatur. Quarto notandum, quòd mulieres quæ consueuerunt pare re, facilius pariunt quàm quę nõ consueuerunt. Iuxta illud: Assueti assuetos ferre labores, &c. Et propter aliquod, scili cet propter latitudinem meatuũ, nisi forte aliquod supernenerit impedimentum, sicut est strictura meatuum, propter aliquas occasiones, aut nimia fœtus magnitudo, & similia. Quinto notãdum, ꝙ licet aromatica naribus appo-

Superstitio.

Clarificatio.

Apho. 46. partic. 5.

Apho. 49. partic. 2.

sita attrahant matricem ad superiora, tamen quando est ibi fœtus non potest, sed confortant aromatica naribus apposita, reddunt partum facilem, virtutem confortando. Vltimo notandum, quòd si quæratur in quo tempore partus sit facilior. Dico, quòd in vere, propter fortitudinem virtutis, & si diceretur, quòd in æstate partus est facilior propter raritatem, & meatuum latitudinem, dico quòd non sufficit, quia virtus deficit exhalando, &c.

De retentione secundinæ. CAP. XVII.

Secundinas appellant anatomici membranas tres fœtum involuentes in vtero.

REtentio secundinæ inducit multa nocumẽta propter vapores, & fumos retentos, qui aliquando ascendunt caput, aliquando ad cor, aliquãdo inducunt dolorem in toto ventre. Retinetur autẽ propter debilitatem virtutis expulsiuæ. Aut quia san. menstruus retinetur in multa quantitate, aut quia pecus generatum est in matrice, quod appellatur frater lombardorum, de quo faciemus mẽtionem.

In primis igitur prouocetur vomitus: secundo sternutatio: tertio retineatur anhelitus: quarto potetur succus porri, & diureti. sicut est anisum, eimi. & similia: quinto suffumigetur cum semine porri, aut arthemisia, sauina, orig. herba perforata, sinapi, stercore bouino siceo, stercore colũbino, aut cum oculo piscis salsi, aut vngul. equorum, aut ruta, & absint. aut cum spolio serpentis, & ♀ circũcingatur cum aristo. aut cum nasturcio, & ficubus sic. Et ex nominatis potest fieri bal. aut emplastrum, & quòd emplastrum ligetur supra coras. Sexto obstetrix inungat manum suam in oleo de lilio, & intromittat in matricẽ si manus est parua, & paulatinè sine violentia extrahatur. Septimo supponantur ea, quæ faciunt aborsum. Octauo si ex his omnibus haberi nõ potest, dimittatur, quia post aliquos dies natura confortabitur, & expellet eam, aut quasi integram, aut quia conuersam in aquositatem. Vltimo confortemus matricem, cum cibis laudabilibus, & cum electuariis aromaticis, sicut est dianthos cum musco, potio muscata & similia. Intelligendum, quòd vomitus valet in expulsione secundinæ, licet moueatur ad superiora, pro tanto quia est angustiosus, & quia suscitat virtutem expulsiuã partium inferiorum, qua suscitata expellit nociua. Secundo intelligendum secundum Constantinum, quòd secundina & alij panniculi generati sunt antequam ibi veniat san. menstruus. Ex seminibus

Curatio.

bus igitur generatur secundina, & licet caro generetur ex sanguine, quæ magis est necessaria conseruationi fœtus, ideo natura voluit secundinam ex seminibus fabricare.

Tertio notandum, quòd sapientes anatomici ponunt q̃ fœtus inuoluitur quodam panniculo, vbi recipiuntur superfluitates secundæ digestionis, sicut est vrina: & est alter panniculus qui recipit superfluitates tertiæ, sicut est sudor, tunc quæritur quare non est alter, qui recipiat superfluitates primæ digestiuæ, quæ sunt stercora, cũ digestiua prima præcedat. Dico quòd in hoc casu non præcedit, quia fœtus nõ recipit nutrimentum per stomachũ, sed per vmbilicum, vnde ab hepate matris delegatur san. purus vsque ad hepar fœtus mediante vmbilico fœtus, & inde nutritur. Et quia san. purus non habet superfluitates grossas, ideo non sunt ibi feces, quare non fuit ibi tertius panniculus. Aliq autem superfluitates sunt valde paruæ, ideo bene possunt conseruari vsq; ad tempus natiuitatis. Vltimo notandum, quòd sternutatio, vomitus, applicatio odorum & similium iuuat ad expellendum secundinam, & si aliquo modo faciũt descendere matricem, tamen maius est iuuamentum.

De mola matricis. CAP. XVIII.

MOla est quoddam fructum carnis enorme, & quasi fine figura, & vocatur apud quosdam pecus. Alij autẽ vocant fratrem lombardorum. Alij autem arpiam, de nominibus tamen nulla est contentio. Generatur autem mola cum multitudo seminis calidi currit ad matricem cum carentia seminis virilis, ideo nõ potest generari embryo, sed generatur quidam globus enormis, & credunt mulieres esse impregnatæ cum non sint. Mola autem assimilatur impregnationi propter multa. Primo, quia menstrua retinentur. Secundo, quia venter est tumidus sicut si esset embryo: mamillæ indurantur, cadit appetitus, & discoloratur mulier. Signa autem distinctiua sunt ista, quoniam motus non est ordinatus, nec periodalis in mola, nec mouetur de latere ad latus, nisi cum cõpressione, venter est durior quàm in conceptu naturali, pedes sunt molles valde. In conceptu autem embryonis nullum istorum est. Mola vniuersaliter est difficilis curationis: aliquando autem stabilis per 4. annos: Aliquando autem vsque ad finem vitæ, & non recipit curationem: aliquando autem egreditur quoddam

Mola inquit Galen. est caro informis in vtero generata, sic dicta à motus difficultate & granitate quã sentiũt quæ hoc malo mulieres afficiuntur.

Prognostic.

fruſtum carnis enorme, aliquando ſan. multus, aliquando ventoſitas multa. In primis vitet exercitiũ, dormiat ſupra dorſum cum eleuatione crurum & coxarum, prouocet vomitũ. Deinde ſi particularia conueniant, fiat phleborotomia, deinde pharmacia, poſtea vtatur diure. & apponantur ea quæ prouocãt aborſum. Vitet omnia indigeſtibilia & omnia quæ generant ventoſitatem: balneetur & ſtuphetur in aqua decoctionis maluarum & ſimilium mollificantium. Si ex his non curetur, vtatur tali ſyr. Rec. arthemiſiæ, ſauinæ, vtriuſq; calamenti, leuiſti. betoni. germãdreæ, ana ʒ. ij. aniſi, mara. ſquinãʒ. ſpicæ nar. ſpicæ celticę, calami aromati. cyperi, ana ʒ. j. aceti al. ʒ. iiij. mel. ro. lib. j. ß. fiat ſyr. Et purgetur cum theodorico emperiſto. Deinde fiat ſtupha, & ponantur ibi ea quæ ponuntur in ſyr. & balneetur in eiſdem. Deinde ſi iſta non valent, inũgat obſtetrix digitum in oleo petroleo, & concutiat hoſtium matricis. Deinde ſuffumigetur cum myrrha, caſtoreo, & elleboro, & ſi ex his non curetur, teneatur totus ordo procurandi aborſum: & ſi iſta non valeant, requieſcat in pace. Intelligendum, quòd vermes, reptilia, arpia, & frater Lombardorum poſſunt generari in matrice, ſed vermes rarò, quia in inteſtinis generãtur ex ſuperfluitate multum immunda, rariſſimè autem in matrice. Sed aliquod enorme quod poteſt appellari mola, ſeu arpia bene poteſt generari ex ſemine mulieris corrupto & ex ea rẽtia ſpermatis viri, & ex cal. innaturali, naturale tamẽ corpori generato, & frequẽtius vt dicitur generatur in mulieribus Lombardiæ, aut quia magis laborãt quia magis ſunt ſubiectæ, aut propter corruptionẽ nutrimenti ſicut in Apulia, quia dicitur cõmuniter ꝙ Italicæ peſſimè viuunt, ſicut ex fructibus & herbis, ſed bene induuntur, &c. De augmento autem vmbilici, varicibus, gibboſitate, & ſimilibus non curo hic apponere, aut quia rarò accidit, aut quia forte nõ recipiũt curationem, aut quia reſtauratoribus derelinquo, & forte de omnibus iſtis faciam vnum capitulum breue.

Cura.

Syrupus.

Clarificatio.

De podagra, ſciatica & arthetica. CAP. XIX.

Gutta vulgo capitur pro fluxione humoris in iũcturas.

GVtta arthetica, ſciatica & podagra & chiragra, magnã habent amicitiam adinuicem, ſed gutta poteſt locum generis obtinere; quia vt plurimum omnes iſtæ paſſ. generantur per viam rheumatiſmi, & quia rheuma ſtillat ſicut gutta aquæ: ita omnes iſtæ paſſiones poſſunt dici generali nomine

nomine gúttæ, gutta igitur obtinet locũ generis. Aliæ autem quatuor sunt species eius. Arthetica autem potest dici cum currit materia ad iuncturas digitorũ, pedum & manuum, & est ibi tumor aliquando, ideo arthetica ab artubus nomen sumpsit. Sciatica autem appellatur cum materia currit ad ligamẽtum ancharum in loco qui appellatur vertebrum & scia. Ideo quando materia comprehẽsa est in ligamento illo, quod ligat os cum osse, tunc dicitur sciatica passio, licet posset fieri ex mala complexione. Chiragra autem appellatur, cum materia cõprehensa est in ligamentis, & lacertis manuum. Podagra quando materia comprehensa est in ligamentis, & lacertis pedum: non esset magna vis si arthetica obtineret nomen generis sicut gutta, & secundum hunc modum loquendi essent tres species, & duo genera loco vnius. De nominibus tamen nulla est contentio, pro tanto quia magnam conuenientiam habent omnia ista in causis & curis: quare ista omnia possumus sub vno capitulo comprehendere. Causa autem omnium istorum, aut est exterior, aut interior. Si exterior, sicut nimia caliditas dissoluens, aut nimia frigiditas condensans, aut ociũ nimium, aut retentio alicuius quod consueuit fluere, aut exercitium nimium, potissimè post satietatem, aut coitus nimius potissimè post repletionem. Crapula autem est causa huius, & nimia repletio cibi, & potus. Vinum sumptum in ieiunio, & vinum forte sumptum post repletionem cibi, & potus. Euenit autem ista passionibus conualescentibus, & illis qui patiuntur chronicas ægritudines: & euenit in vere propter repletionem, æstate propter dissolutionem, & autumno propter raritatem. Si autem fuerit causa interior, tunc est triplex: aut enim euenit ex parte humoris, aut membri, aut virtutis. Si humoris, sicut est sanguinis abundantia, aut chol. aut phlegmatis, aut melancholiæ, siue sint simplicia, siue composita. Si ex parte membri, quia rarum, laxum, amplum, & dilatatum in suis viis, & foraminibus. Si ex parte virtutis, aut quia membrum debile, siue à natura, vt quia filius podagrici, aut quia debilitatum est per accidens, & ita debilitas particulæ patientis est fortissima causa, & fortitudo virtutis impellentis aliorum membrorum. *Causa.*

Et est intelligendum, quòd tanta humiditas currit aliquando ad iuncturam, quòd vertebrum resilit sciaticis, &

claudicant nisi vrantur. Materia sciaticæ, vt plurimũ continetur in iunctura, deinde vadit ad neruum latum, deinde à toto corpore currit materia ad locũ, præter materiã primam. Intelligendum, quòd in cognitione causæ frequẽter decipimur, vt verbi gratia, pass. iunctura: ũ erit aliquando de causa frigida, & nos opinamur, quòd sit de causa ca. & applicamus frigida, & talia frigida iuuant, aliquando narcotizando, stupefaciendo enim sedant dolorẽ. Ideo quia frigida iuuant, credimus, ꝙ materia sit ca. licet frigida, & ita sumus decepti. Præterea, materia erit aliquando cal. & nos credimus, quòd sit frigida, applicamus cal. & iuuant materiã exhalando, si corpus nõ fuerit plethoricũ. & quia ca. iuuant, credimus ꝙ materia sit frigida, & tamen est cal. & ita sumus decepti. Etiã aliquando materia multa frigida mouetur paroxysmaliter ad iuncturas, & inducit magnum dolorẽ, quia chol. est de facili mobilis, ideo chol. concomitatur & fluit, ita ratione doloris totũ membrũ est cal. rubeum, aliquando cum fe. & vrina colorata intensa, cũ velo citate pulsus, insomnietate, & siti, tunc manifestè videtur nobis, quòd causa principalis sit cal. & tamen est frigida. Sed furia paroxysmi inducit talia symptomata. His igitur modis, & aliis multis decipimur in passionibus artheticis, quia materia continetur interius in neruis, lacertis & ligamentis, & non apparet nobis interius. Cõsideremus igitur in primis locum tactu, si est cal. & si cõplexio, consuetudo, ætas, & aër, & tẽpus anni conueniunt in caliditate, & ita de aliis particularibus: & si sic, probabile videtur, quòd materia sit cal. si locus inueniatur frequenter tactu frigidus, & alia omnia seu plurima particularia conueniant in frigiditate, satis est rationabile, quòd materia sit frigida. Considerentur igitur particularia diligenter in paroxysmo, & ante, & post. Deinde ad signa magis particularia veniam⁹.

Signa.

Particularia signa.

Si autẽ dolor arthetícus fuerit sine grauedine, solũ est ibi mala cõplexio sine materia in causa: Si autẽ cum grauedine, non solum est ibi mala complexio, sed etiam materia: vnde materia aliquando est simplex, aliquando composita: quòd si medicus fuerit diligens, & in applicatione medicaminũ non conferunt nec calida, nec frigida, materia videtur composita: & si ex calefacientibus temperatè dolor augmentetur, corpus videtur esse plethoricum, quare est

aliter

aliter operandū. Deinde ad magis particularia veniamus. Si dolor est magnus, color est rubeus, & dolor est exterius, vel interius, extensiuus, pulsatiuus, & vrina est ru. spissa, pulsus plenus, & quòd magis affligatur in hora matutinali, & complexio est sanguinea, ætas adolescentiæ, vitæ suauitas, tempus vernale, & præcessit gaudium, & multiplicauit cibaria quæ generāt sang. satis est rationabile quòd causa huius passit sanguis. Tamen intelligendū quòd debile signum sumitur à calore vel à colore, quia materia est in interioribus profunda. Si autē dolor est acutus, pungitiuus, multum intensus, & color est citrinus, vrina colorata & tenuis, egestiones cholericæ, pulsus est velox, corpus calidum, & potissimè particula patiens, & ipse cholericus, iuuenis qui cucurrit & laborauit, tēpus est cal. sicut æstas, & præcesserunt ea quæ multiplicant cho. & ita de aliis particularibus certè satis videtur esse rationabile quòd causa huius pas. sit chol. Si autē dolor est modicus, & color non est immutatus, de quo sit curandū, vrina est remissa, spissa, egestiones sunt muccilaginosæ, & est tactu frigidus, & ipse est phlegmaticus, senex, tēpus hyemale, multiplicauit cibaria quæ generant phlegma, & est homo mali regiminis, & dies, tunc bene videtur rationabile ꝙ materia est phlegmatica, & hæc est materia quæ frequentius inducit dolores artheticos & potissimè cum est cruda. Si autē dolor est modicus, & patiens extenuatus, vrina remissa, tenuis, & cū hoc est melancholicus, de complexione, tēpus autumnale, & præcessit regimen multiplicatiuum melancholiæ, & ita de aliis particularibus, tunc materia videtur melancholica, licet rarò accidat ista pas. de materia melancholica. Si autem dolor fuerit extensiuus sine grauedine, & præcessit regimen multiplicatiuum ventositatis, tunc videtur de materia ventosa. Magister primus Hippo. docuit prognosticare: Eunuchi non podagrizant, neq; calui fiunt, & est verum quantum est ex parte coitus, sed hodie vadit aliter negocium, quia eunuchi, mulieres, omnis sexus & omnis ætas multiplicant malum regimen, ideo incurrunt podagram. Secundo possumus prognosticare, quòd omnes istæ pass. sunt hæreditariæ, vt plurimū, & potissimè podagra, sperma enim maculatum est cum sequitur corporis complexionē, ideo sicut lepra est morbus hereditarius, ita & podagra.

Signa mag. Ventosi

6. Apho. 28.

Prognostica.

Tertio possumus prognosticare, quòd dolores arthetici inducunt maciē in membro & tenuitatē. Quarto quòd arthetica confirmata non recipit curationē, potissimè quando est ex humoribus diuersis. Quinto sic, arthetica de materia cholerica in homine qui multū se replet, & mortem subitam inducit. Sexto sic, sciatica & podagra cum sunt curata de facili propter modicā occasionē, reuertuntur propter situm membri & latitudinē meatuum: in aliis autem iuncturis non fit ita de facili recidiua. Septimo sic, inter omnes dolores guttarum, sciaticus dolor maior est. Octauo, dolor artheticus non inducit spasmum, quia non est in chordis & neruis, sed in ligamentis secundum Gal. Nono sic, in podagra bursa testiculorū prolōgatur. Decimo possumus prognosticare sic, quando doloribus iuncturarū superuenit vrina spissa, multa vel subiugalium, aut varices, curatio fit ægritudinis. Vndecimo sic, si à principio succurramus passionibus iuncturarum, de facili fit curatio. Duodecimo sic, aliquando febris curat dolores iuncturarū, & aliquando facit euenire. Circa materiam istam multa sunt consideranda, quoniā si materia est solum ex mala cōplexione, & apponantur solum alterantia. Si est cum materia, quòd digeratur & euacuetur, & si materia est simplex, apponantur simplicia: si cōposita, quòd medicamina componantur, & diuersimodè secundū diuersitatem cōponentiū. Deinde consideremus si materia est frigida, tunc non apponamus medicinas cal. nimis, quoniā traheretur materia ad locum, dato quòd corpus non esset plethoricum: etiam consideremus si materia est cal. tunc nō apponamus medicinas nimis frigidas, quia nimis condensarent materiam, nisi cogeret nos vehementia doloris, tunc ponātur repressa, & quòd parū morentur iuxta conuenientiā particulariū. Deinde debemus considerare de phlebotomia & non fiat in principio, quoniā reddit hu. curabiles, nisi materia esset sanguinea, & & alia particularia conuenirent. Deinde consideremus medicinas laxatiuas, quòd non dentur fortes, & potissimè à principio, & si dentur, quòd saltē dentur in parua quantitate. Et cōsideremus quòd bal. nullo modo fiant aquæ dul. sed in declinatione possunt fieri sulphurea & marina. Deinde cōsideremus cauteria, vnguenta, & emplastra, & nullū locale remediū fiat, nisi corpore mundificato

Arthritis periculosa.

Cura.

Balnea morborum articularium.

tato & bono regimine ſuppoſito, niſi malitia ſymptomatũ coëgerit ad hoc, quoniam ſuperfacientia apponuntur tũc. Præterea confortemus mẽbrum mandans vt non mittat, deinde membrũ cui mandatur vt non recipiat. Diur. enim non cõpetunt in princ. quoniã adurunt ſanguinẽ & faciunt materiam fluere ad locum, & ſi eſſet poſſibile, bonum eſſet quòd vinum omnino auferretur, & quòd loco eius vteretur hydro. multæ cõmixtionis. Repercuſſiua non apponantur corpore multum plethorico exiſtente. Theriaca multũ competit in iſtis paſſionibus, corpore tamen mundificato, & dicit Auic. quòd medicamina debent immutari, quoniã aliquando iuuant vna hora, & alia nocent. Et eſt intelligẽdum quòd vomitus mirabiliter confert in paſſ. iuncturarum, ante cibum, & poſt. Intelligendum quòd cibaria debent vergere ad groſſitiẽ ne humor de facili currat ad locum, non tamen debent eſſe tantæ groſſitiei quòd cauſent eruditatẽ & indigeſtionem. Aduertendum eſt circa iſtam materiã, quòd ſuſpecti ad iſtas paſſ. debent facere phlebotomiam in vere, primo de baſilica. Deinde ſi particularia conueniant ex vena quæ eſt ſubtus cauillam de parte exteriori: poſteat fiat vomitus, deinde detur medicina laxatiua, hoc idẽ fiat in autumno ſi videtur expediẽs. Vitet omnia nimis cal. quia generant chol. & vitet nimis frigida, quia generãt phlegma. Et illa quæ generant melancholiã, & cũ paroxyſmus approximatur, vtatur diæta valde tenui, vitet etiã omnia quæ generant hanc paſſ. quæ ſuperius poſita ſunt. His generalibus viſis ad particularia accedamus.

Diuretica in principio nõ conueniunt.

Phlebotomia.

De curatione cùm materia eſt ſanguinea.

In primis fiat fortis abſtinentia. Vtatur igitur portu. cucu. & melo. hordeato, auenato, auibus cãpeſtribus & vino multum lymphato cum aqua hor. Deinde fiat phlebotomia de ſuperioribus & inferioribus, vt dictum eſt, & vtatur manna, caſſiafi. & tamarind. deinde infrigidetur locus aqua roſ. & ſanda. Poſtea mitigetur dolor cum muccilagine pſylij facta in aceto: vel ſic, decoquantur folia hyoſcyami inter prunas, & ſupra locum doloroſum applicentur.

De curatione cùm materia eſt cholerica.

Detur cibus groſſus, ideo lentes cõpetunt prima aqua abiecta, & caules prima aqua abiecta, faba fracta, & ea quę dicta ſunt in paſſ. ſanguinea. Deinde fiat vomitus, vtatur

iſto ſyr.R.portu.lenti.aqua fon.ana ʒ.iij. ſucc.cucur. ℔.ß. omnium ſand.ana ʒ. j. florum viol. florum nenu.ana ʒ. iij. aquæ roſ.℔.ß.panis zuc.℔.j.fiat ſyr.poſtea purgetur cum electuario de ſuc.roſ.quoniam iſtud medicamen ſuit ſpiri tualiter inuentum propter guttas cal. aut purgetur cum myrob.citri.paratis ſicut oportet,& caſſiaſi.manna , & tamarin. deinde mitigetur dolor ſicut dictum eſt in paſſ. ſan.

Emplaſtrũ leniens dolorem.

Vel ſic,R.ſummitatum papa.al.& ſi non inueniatur,ſumatur ſemen eius vſq; ad ʒ.j.hyoſcyami,pomorũ mandrago. ſummitatum lactu.ana ʒ.ß.opij ℈.ij.butyri vaccini ſine ſale,farinæ ſiliginis,& aquæ ro.q.ſ.fiat emplaſtrum,& tepidũ apponatur loco iuncturæ.Vel fiat emplaſtrum de pane ſiliginis infuſo in lacte vaccarum cum modico opio,& deſuper applicetur. Deinde confortetur membrũ mandans ſic. R.acaciæ,terræ ſigil.boli.arme. pſidiæ, balauſtiæ, ſumach, myrtillorum,omnium ſand.ana ʒ.ij. conficiãtur cum oleo myrtino & cera q.ſ.fiat emplaſtrum, extendatur ſupra alutam & ſupra particulam patientem applicetur, vt materia

Fomentũ.

antecedens non fluat ad locum. Deinde euaporetur materia coniuncta, & fomentetur particula patiens per hunc modum,R.chamomil.melilo. viol. roſ.ana ℔.ß.amygdal. amar.fenu. ſe. lini ana ʒ.j. aceti al. ʒ. iij. & decoquatur in aqua q.ſ.fiat fomentatio , & fiat ter in die , deinde vltimo fiant ventoſæ,ſetones,cauteria,ſanguiſugæ,& ſimilia.

Cura cùm materia eſt phlegmatica.

In primis vtatur vomitu ante cibum & poſt repletionẽ cibi & potus in die,& nocte non.Decoquatur igitur raphanus in aqua vbi ſit acetũ & oleum ſiſaminũ,ſorbeat aquam

Vomitorium ſimile.

& prouocet vomitum cum penna. Deinde fiat clyſtere,R. vtriuſq; centaureæ ana M.ij.ſuc.bleræ ℔.ß.maluæ,biſmal. viol.mercurial.ana M.j.ſal.mel.ana ʒ.ß.furfuris plenã manum,olei vio.ʒ.iij.fiat decoctio ℔.j.& fiat clyſtere. Poſtea digeratur materia per hunc modum,R.chamædreos,chamæpiteos.gẽtia.rutæ ſiccæ,rad.ariſt.ana ℔.ß.gar.cinamo. peoniæ,aniſi,mara.ana ʒ.j. mel.roſ.℔.ij.fiat ſyr.Vel poſſet digeri materia cum his electuariis , potiſſimè in tempore hyemali,R.diatrionpipe.dianiſon.diacimin.dianthos cum muſco.ana ℔.ß.miſceantur, deinde purgetur ſic, R. benedictæ,hermo.ana ʒ. ß. hieralogodion ʒ.iij. miſceantur,vel ſic,R. hermodact.ʒ.j. aloës, agari.pedis coruini, medullæ cartami,

cartami, turbit.an.ʒ.2. pulpæ col.ʒ.1.trium generum pipe. zinz. cinamomi,gario.anisi,bdellij,masti.an.ʒ.2. fo.absint. fol.mẽthæ, suc.caulũ.an.ʒ.3.conficiantur cũ hydromel.q.s. fiat massa,& cũ vti voluerit,accipiat ʒ.ß.aut plus aut minus secundũ conuenientiam particulariũ,fiant pil.& exhibeatur eunti dormitum. Corpore sufficienter mundificato, euaporetur materia coniuncta propter emplastra. R.armoniaci.opo.galb.eupho.an.ʒ.ß.temperentur in aceto fortissimo.Postea acc.ceram,oleum de lilio,& picem naualem q.s.fiat emplastrũ, vel potest resolui materia cum isto oleo, R.casto.sinapis,nucis romanæ,colocynth.assæ.an.ʒ.ß.deinde R.viperam vnam,& vespertiliones 10.deinde R.aristol. costi,radic.lilij.an.ʒ.1.omnia ista bene contrita bulliant in oleo antiquo,& cum isto oleo patiens inungatur.Postea ad resoluendum materiam, fiat fomentatio.R.maioranæ.fo. ru.fo.lauri.ana.M.1.anisi,maru.se.rutę.an.ʒ.2.fecis aceti.℔. 1.aquæ q.s.bulliant simul,& fiant fomentationes. Deinde mitigetur dolor sic,R.mucil.fœnug.& se.lini, caulium recentium.an.ʒ.2.olei ros.olei sisami.ana ʒ.1.ceræ q.s.fiat vnguentũ vel emplastrum.Postea fomentetur membrum mãdans, & membrum cui mandatur. R.sauinæ,nuc.cypressi, ossium adustorum.an. ʒ.1.draga. gum. arabi. masti.thuris. an.ʒ.ß.glutinis pisciũ q.s.fiat emplastrum,deinde fiãt baln. sulphurea, aut aluminosa, aut salsa, & fricetur particula patiens cum sale,& alumine, puluerizatis in sacculo positis,deinde fiant cauteria sicut oportet,& vbi oportet.Diæta sit tenuis quo ad quantitatem.Vtatur igitur frixis & assis, auibus campestribus,riso,vino grosso antiquo cũ multa aqua,& similibus grossis,non tamen in tantũ quòd corrumpatur digestiua.

Emplastrũ.

Victus ratio.

Curatio materiæ melancholicæ.

R.suc.bora.suc.fumi ter.suc.bugloss.suc.scabio. suc.mesissæ,suc.lapatij acuti.an.ʒ.2.chamędreos, chamępitheos, bero.saluiæ,origa.cala.an.ʒ.1.mel.ros.℔.1.fiat syr. Deinde purgetur cũ hieraruf. aut cũ myrob.indis,bellericis,& emblicis,& fiant ea quæ dicta sunt in materia phlegmatica.

Curatio materiæ ventosæ.

Ista autẽ sunt materialia,quę curant materiã ventosam, rad. aristo.gentia. ru.casto. origanum , calamentum, antsum, marathrum , & similia : ex istis fiat fomentatio , aut

vng

vnguẽtum,aut emplastrum,aut oleum. Intelligendũ,quòd theriaca valet in omnibus pas.vt dictum est, corpore tamẽ mundificato. Intelligendum,quòd sciatica passio inter omnes humores plus generatur, & frequẽtius ex phlegmate,& quia multum abundat,& quia fluit ratione suæ humiditatis, & liquiditatis, & quia natura ordinauit phlegma, vt iret ad iũcturas,vt humectaret eas ratione suorum motuum,humor autem calidus,& licet esset magis fluxibilis, nihilominus non fluit ad iuncturas, sed magis dispergitur aut euaporatur,hum. autem melancholicus non fluit cum sit humor grossus, & si causet dolorem sciaticum, hoc est ratione congestionis. Secundo notandum, quòd licet ossa non sentiant nec ligamenta, & ita in sciatica non deberet esse dolor, tamen sentiunt ratione mẽbrorum multum sensibilium cum quibus coniunguntur, ita in sciatica est dolor magnus valde, & potissimè in tempore paroxysmi, ita quòd locus calet & rubet, vbi multi decipiũtur credentes quòd sit materia cal. cum sit possibile quòd sit frigida, sed ratione doloris hu.ca.mittuntur ad locum. Tertio notandum, ꝙ frequentius incurrunt sciaticã & podagrã iuuenes nõ castrati,quàm castrati, quia castrati tardè incurrunt huiusmodi passionem, iuxta illud Hipp.vt dictũ est, Eunuchi non podagrizant &c. quoniam licet isti omnes abundent in superfluitabus,& virtus sit debilior,nihilominus deficit calor & virtus quæ mouebant materiam, & cum hoc non errant isti tãtum in regimine,& potissimè in coitu, qui est fortissima causa passionum iuncturalium,& potissimè immediatè post cibum. Nunc autem mulieres non laborant in coitu,nec eunuchi coëunt,ideo rarò incurrunt pas.iuncturalium. Iuuenes autem nõ castrati sunt fortes & calidi, & acquirunt superfluitates ratione mali regiminis,& ideo dicebat Gal. supra illũ aphorismũ, Eunuchi &c. filij huius temporis viuunt in suauitate, luxuria & gulositate, ideo fiũt podagrici.semen enim coinquinatum est culpa patentum. Quarto notandum,quòd arthetica de materia fri. licet materia sit magis grossa & compacta, & quãtum est ex hoc reddatur curæ difficilioris, quàm si esset de materia ca.cùm calida sit magis exhalabilis, & citius digestibilis, nihilominus aliud est quòd reddit sciaticã de materia cal. difficiliorem ad curandum,quorum vnum est malitia sym

Clarificatio.

Aphor. 28.lib.6

ptom

promatum,& quia humor est cursibilis,de facili currit ad locum ratione dol.& quia econtra cursum particularium, ideo causa est fortis valde,aliter non esset generata de materia cal.Quinto aduertendū, quòd sciatica pas.largo modo accipiendo,potest causari de mala cōplexione sine materia,tunc non est tumor aliquis,nec intus nec extra,tamē hoc est de rarò contingentibus, propriè autem loquendo de sciatica semper est cum materia,cum ista pas.de genere apostematum sentiatur,&c.Sexto intelligendum,ꝙ membrum quod est subiectum,harum pas.scilicet podagra,chiragra,artherica,sciatica, non est neruus, sed ligamentum. Et si dicatur quomodo est ibi tātus dolor.Dico quòd non est ibi per proprietatem, sed per compassionem membrorum cum quibus habent colligantiam.Septimo notādum, quoniam licet plures nerui veniant ad sciaticā,tamen maior dolor est in podagra,licet nō sint tot nerui,quia fluxus humorum est ibi maior,& coarctatio,& compressio maior quare &c. Octauo aduertendum,quòd pas. iuncturalium frequentius , & plus accidit in vere propter hu. qui tunc mouentur, qui in hyeme aggregati erant : secundo in autumno propter inordinationem tēporis & multitudinem fructuum.Nono considerandum,quòd cum huiusmodi ægritudo sit de genere apostematū,& apostemata terminentur,aut per insensibilem euacuationē, aut per saniem, aut per sclirosim:quęro qua istarum terminationum ista apostemata magis terminentur.Dico quòd magis per insensibilem euacuationem,& ad hoc laborant omnes,non per saniem,quia virtus est debilis, & calor qui nō generat saniē, cum sint membra ossuosa, ligamēta frigida & insensibilia. Decimo notandum,quòd lapis potest in iuncturalibus generari,& ratione materiæ phlegmaticæ, & ratione strictu-

Lapidis in iūcturis interdum generatio.

ræ meatuum, licet calor fortis deficiat qui est necessarius ad generationem lapidis,acquiritur tamē calor extraneus sibi sufficiens ratione coarctationis,& ita generatur lapis in vesica, licet sit membrum frigidum. Vndecimo notandum,quòd licet in ægritudinibus chronicis sit inchoandū à debili medicamine,in acutis à forti, tum quia in hoc casu materia est profundata in membro,& remota etiam,cōuenit medicina de se fortis,sicut sunt hieræ magnæ : quia cassiafi.& myroba.parum valent,nisi quòd à principio detur

tur fortis debi. hoc est dictu quòd medicina de se sit fortis, sed detur in parua quantitate. Duodecimo aduertendum vtrum vinum competat cum sit cal. & sicc. & cõfortatiuum & cõsumptiuum, dico quòd à principio corpore existente plethorico nullo modo competit vinum, quia facit humores currere ad locum, & cum hoc ratione indigestionis cõuertitur in acetum, ita percutit neruos: in declinatione autem corpore mundificato bene potest competere in parua quantitate, ideo volunt autores quòd in omni ægritudine neruali abstineant patientes à vino à principio ad minus per 40. dies, imò etiam suspecti omnino abstinere debent, & hoc intelligitur in morbo cõplexionali, quia in morbo communi non haberet locum. Decimotertio aduertendũ, quòd oxymel potest competere in istis pas. dum tamen materia non sit rheumatica, nec nocet acetum, quia sunt in radice cal. vt mel, & quia penetrat & subtiliat, ideo potest competere. Et iuxta hoc intelligendum, quòd in pas. iuncturalium propriè loquendo non est tumor de quo sit curandũ, sed quia materia cõuertit se ad neruos, & loca proxima, tunc apparet ibi tumor, & tũc arthetica posset appelari gutta, ita genus habet duo nomina, vt dictum est. Decimoquarto intelligendum, quòd phlebotomia, & bal. non competunt directè in artheticis pas. quoniam reddunt humores cursibiles, ideo tardemus quantum poterimus, & permittamus materiã maturare. Si autem competat phlebotomia, hoc est quando corpus plethoricum est & pas. est de sanguinea, virtus est fortis, & ita de aliis particularibus. Baln. autem non competit nisi in declinatione, & quòd corpus sit mundificatum, & quòd baln. sint cal. & sicca, vt dictum est. Et iuxta hoc intelligendum, quòd coitus non competit, cũ reddat hum. cursibiles &c. Vltimo intelligendum, quòd in istis pas. propriè nõ est tumor, quia membra in quibus fundatur ista passio, non sunt bene dilatabilia, & si accidat, hoc est, quia humores currunt ad loca vicina, quæ sunt magis dilatabilia, sicut est caro, &c.

Phlebotomia & bal. neũ quando conueniant.

De exitu vmbilici, dislocatione, varicibus & dolore dorsi.

CAP. XX.

Vmbilici prominẽtia Græcè exõ

VMbilicus augmẽtatur propter multas causas, aut propter apostema, quod est sub cute, aut propter rupturam panniculi, aut quia caro est augmentata subtus vmbilicum,

licum, aut quia ibi est humiditas aut ventositas, aut propter hydropisim, & omnes isti modi aut non recipiunt curationem, aut manu chirurgica curantur, ideo restauratobus derilinquo.

phalon dicitur, sit multis de causis quæ fusè apud Paulū recitantur lib. 6.

De dislocatione.

Dislocatio fit aliquando propter spasmum de inanitione, & curetur sicut illud: aliquando fit propter apostema, curetur sicut illud: & causatur ex humiditate lubricante, hoc est vt plurimum, & tunc accipiatur ruta, castoreum, euphorb. pyrethrum, nux cypressani. cimi. bulliant in oleo, & cum illo oleo inungatur frequenter.

De varicibus.

Varices nō recipiunt curationem. Et si curantur, in principio fiat phlebotomia, vomitus, & euacuetur humor cholericus cum fortitudine, fiant cauteria, incisiones, quæ sunt periculosæ, &c.

De dolore dorsi.

Si venerit ex aliis passionibus, curentur illæ prius, & si non, fricetur dorsum fortiter. Deinde inungatur cum oleo de lilio: habet enim oleum de lilio hanc proprietatē, quoniam dol. antiquōs dorsi & capitis curat, & si corpus esset mundificatum, tanto melius.

Proprietas olei de lilio.

De antidotis & medicaminibus, quæ valent in passionibus à capite vsque ad pedes. CAP. XXI.

Digestiuum in pass. frigidis capitis. R. vtriusq; saluiæ, vtriusq; calamenthi, maioranæ, basiliconis, peoniæ, an. ʒ.ʒ. sem. maioranæ, sem. basiliconis, anisi, marathri, an. ʒ.ı. fiat syrup. Medicamen purgans hum. frigidos. R. agarici, turbith. an. ʒ.ʒ. pulpæ coloc. ʒ.ı. masticis, zinzibe. anisi, cinamomi, bdelij, salis gemmæ. an. ℈.ı. conficiātur cum oxymel. diur. & cum vti volueris fiant pil. & accipiat à ʒ.ı. vsq; ad ʒ. secundum conuenientiam particularium, quoniam pulpa col. est forte medicamen valde. Caput purgium, Purgetur corpus, deinde caput sic, Iniiciatur in naribus succus maioranæ tepidus, vel succus mediani corticis sambuci vsque ad duas guttas vel tres. Vel fiat istud compositū, Recipe myrrhæ, nucis muscatæ, nigellæ. ana ʒ.ʒ. salis armoniaci, pulpæ colocyn. ana ʒ. ı. pulueri zentur & conficiantur cum oleo ros. fiant trochisci, & cum vti volueris, distempereturvna modica portio cum lacte mulieris puellam

lam nutrientis, & in naribus iniiciatur. Si autem volumus directius operari, bulliat zinziber in vino albo puro, forti, & istud vinum mane quotidie frequenter per nares superius attrahatur, & si ita facere nequiuerit, ster resupinus, & alter de isto vino tepido proiiciat per nares, si teneat os plenum aqua, tanto melius, &c.

Contra pass. capitis calidæ.

Odoret ro. sandal. camphoram, nenuph. aquam ros. quia materia existens in capite bene digeritur per odores. Deinde vtatur isto syr. R. syr. ro. viola. nenupha. syr. acetosi. ana ℔ß. misceantur. Deinde pur. cum electuario suc. ro. Postea si caput est calidum & non possit dormire, distemperetur farina papa. cum oleo ros. oleo salic. nenupha. aqua ros. lacte mulieris & modico aceti, & pannus duplicatus imponatur fronti & temporibus, de isto medicamine ponatur in foraminibus nariū, & odoret istud medicamen & attrahat anhelitum per nares, quoniam istud facit mirabiliter ad infrigidationem capitis interius in profundo. Deinde si volumus purgare caput, resoluatur camphora, sand. in ace. scil. & oleo ros. & vna gutta vel duæ in naribus instilletur.

Pilulæ ad caput.

Pilulæ capitales & vehementes.

Pilulæ suauiter purgantes caput quasi ab omnibus humoribus sed de phlegmate plus. Rec. turbith. alo. ana ʒ. ß. pulpæ col. diagrydij. ana ʒ. j. masti. zinzib. ani. bdellij, cinamo. fol. absinthij. foliorum menthæ. ana ℈. ij. conficiantur cum hydromel. & dentur ʒ. ij. vel iij. iuxta cōuenientiam particulariū.

Ad melancholiam purgandam.

R. agari. epithy. fol. fenæ, cortic. myrobal. indorum, bene gummosorum ana ʒ. ß. lapi. armeni, nouies abluti ʒ. ij. spicæ nardi, marath. masti. cinamo. fol. absinthij, salis gemmæ ana ℈. j. conficiantur cum oxymel. scil. & exhibeatur ab ʒ ß. vsque ad ʒ. j.

Medicamen ad omnes humores.

R. borag. fumi terræ, absint. liqui. mund. vuarū pas. mūd. ab aril. an. ʒ. j. fiat decoctio, & in decoctione distēperentur corti. omnium myrob. bene gummosorum ana ʒ. iij. fricentur lēto igni, & colētur, colatura detur in aurora vsq; ʒ. 4. & si volumus plus euacuare de cholera, addamus cassiam. & tamarind. & si plus phlegma, addamus turbith, & aloën, si plus de melancholia, addamus agaricum, & lapidē lazuli,

repri

reprimantur iuxta naturas suas, sicut docet Heben Mesue.

Ad dolorem capitis antiquum.

In dolore capitis antiquo, corpore mundificato, & bono regimine suppositio, multum valet oleum de lilio, si caput inungatur. *Curatio.*

Medicamen in pas. oculorum.

In passionibus oculorum, sicut est ophthalmia de materia cal. cum magno dol. R. memir. draga. gummi ara. infusorum, olei rosacei, olei mādrag. albuminis ouorum ana. ʒ. j. conficiantur cum aqua rosacea aut aqua papa. aut cum aqua coriand. & vna gutta oculis instilletur, corpore tamen mundificato.

Medicamen ophthalmiæ.

In ophthalmia antiquata, cum vlceribus, difficilis consolidationis. R. alo. ablut. thutię præparatæ, sarcocol. nutritę, ceruſæ ablutæ. ana ʒ. j. nitri combusti, myrrhæ, draga. combusti. ana ʒ. ß. conficiantur, cum al. ouorum, & aqua ros. fiat collyrium, & vna modica gutta oculis instillet.

Medicamen in doloribus antiquis oculorum.

In doloribus antiquis oculorum R. climię lotæ, æris vsti, ceruſæ lotæ, acaciæ lotæ. ana ʒ. j. opij, lycij, castorei, croci, alo. ana ℈. j. conficiantur, cum muccilagine gummi arab. & aqua ros. fiat collyrium, & vna modica gutta in oculis distilletur. *Climia Barbarorum est cadmia Galen.*

In constrictione lacrymarum.

Medicamen constringens lacrymas, & acuens visum quando causa est calid. & corpus mundificatum, R. tuthiæ præparatæ sicut oportet. antimo. myrrhæ, cadmiæ, auri, & argen. coral. marg. perfora. corti. æris. ana ℈. ij. puluerizentur in vltimo, deinde apponátur camphoræ. ʒ. ß. musci. gra. 6. conficiantur cum aqua pluuiali, vbi temperati fuerint myrtilli, & sumach.

In albugine.

Medicamen quod valet contra albugines, maculas, & albedines. R. cancri marini adusti, pulpæ colocynth. zinzibe. ossis sepiæ, nitri, salis gemmæ, piperis, spumæ maris, corti. ouorum à quibus exiuerunt pulli, stercoris lacertæ viridis, marga. ana ʒ. j. fiat puluis subtilissimus, & modica quantitas oculis instilletur, curat omnem maculam curabilem, si corpus fuerit mundificatum.

Ad corrosionem palpebrarum.

Medicamen contra corrosiones palpe. R. climiæ, arg. ʒ. j. vitrioli ℈. j. conficiantur cum aqua pluui. & modica gutta corrosioni applicetur.

De illu qui videt de longè, & non de propè.

Medicamen quod valet illis, qui vident de longè, & non de prope. R. fellis corui, accipitris, perdicis, gruis, mellis colati. ana ʒ. j. olei de balsamo ʒ. ß. misceantur, & quotidie oculis instilletur.

Medicamen acuens visum.

Collyriũ ad visum clarificandum.

Medicamen quod valet medicis, vt possint videre contenta in vrina, & quòd sciãt bene discernere de coloribus, & valet barbitonsoribus, vt possint percutere in medio venæ, & valet lectoribus & monachis, vt sciant legere literas minutas. R. thutię præparatæ sicut oportet, climiæ auri, & argenti, æris vsti, ceruſæ lotæ, ſpumæ maris, ſalis gemmæ, ſalis armon. trium generum piperis, garioſi. ana ʒ. j. camphoræ ℈. j. conficiantur cum aqua euphragiæ montanæ, & quotidie mane, & ſero oculis inſtilletur, & facit mirabilia in homine boni regiminis, aliter totum gaudium tranſit.

In dolore aurium.

Medicamen contra dol. aurium ex ſanie, & vlcere, Rec. myrrhæ, olibani tri. galb. ana ʒ. ij. ſuc. papa. al. amygd. ama. excor. ana ʒ. j. conficiantur cum ace. fiant trochiſci, & ſi dolor fuerit vehemens. clamoſus, diſtemperetur cum oleo rosacee mulieris, modico opio, & auribus inſtilletur. Et ſi non eſt tãtus dolor, diſtemperetur cũ aceto albo, & infundatur.

Ad dolores aurium antiquos.

Medicamen contra dolores antiquos aurium, cum eſt ibi ſanies. R. capitum mal. gra. & corti. eorum, ariſto. vitrioli, gall. corti. æris, myrrhæ, oliba. aluminis. ana ʒ. ij. conficiantur cum acc. fiant trochiſ.

Ad tinnitum auris.

Medicamen contra tinnitum, & contra paſ. antiquas aurium. Rec. vtriuſque ellebori, caſtorei, myrrhæ, ſem. rutæ, ani. marathri, maſtic. thuris, conficiantur cum aceto, & auribus inſtilletur.

Contra humiditates aurium.

Medicamen contra humiditates ſuperfluas aurium. Rec. ſcoriam ferri, abluatur cum ace. Deinde deſiccetur, & fortiter

titer conteratur,& per hũc modum fiat noues,deinde bulliatur in ace. donec venerit ad ſpiſſitudinem mellis,& vna gutta auribus inſtilletur.

Ad eradicandum verrucas.

Medicamen ad eradicandum verrucas,& excreſcentias, vbicunque fuerint in toto corpore.R. ſalis armon.vitrioli vſti,corti.æris, myrrhæ,ana ʒ.j. fiat pul.& cum aceto fiant trochiſ.& cum vti voluerimus,fricentur excreſcentiæ fortiter,& parum de iſto medicamine deſuper apponatur,iſta tamen operatio fiat poſt euacuationem ratione doloris.

Contra corroſiones dentium.

Medicamen contra corroſiones dentium,& do.R. piperis,pyrethri, lactis tithymalli,galbani,ſtyrac.calamitæ,ana & fiat confectio,& dens illiniatur.

Ad dolorem dentium.

Medicamen contra dolo.dentium pulſantium. R.pulpæ colocynth.aloës,bulliant diu in oleo, & aceto in vaſe ferreo,&vna gutta inſtilletur in aure quę eſt ex parte doloris.

Cauterium in dolore dentium.

Cauterium quod valet in dolore dentiũ, quando omnia medicamina deficiunt,accipe duas acus lõgas de ferro ſeu chalybe & igniantur,& applicentur denti dolenti per concauitatem alicuius calami,& poſtea aliam,ſic,& deinceps.

Ad firmandum,& dealbandum gingiuas.

Medicamen dealbans,& confortans gingiuas.Recipe ſalis gemmæ, miſceatur cum melle, & ligetur in charta, & proiiciatur ſupra prunas, & igniatur ſicut carbo. Deinde extinguatur in vino, & deſiccetur & pulueriz etur. Recipe huius ſalis ſic parati ʒ.ß.myrrhæ,ſpumę maris,cinamomi, nucis cypreſſi,florum ſquinanti,ligni aloës ana ʒ.ij.fiat puluis,& ponatur in ſaculo, fricentur dentes, vel conficiantur cum melle,& illiniantur,&c.

De confortatione dentium.

Medicamen confortans dentes.Rec.maſti.thuris,cornu cerui aduſti,nucis cypreſſi,radi.centaureę,capil.ve.aduſtorum,pulueriz entur,miſceantur, cum mell. cera & oleo, & fiat confectio ad modum vnguenti,& illiniantur dentes.

De antidoto, quæ valent contra paſſ.ſpiritualium. CAP. XXII.

MEdicamen digerens materiam fri.in concauitate pectoris contentam.R.radi.ireos, lilij,hyſſopi. ana ʒ.ij.

prassij.ʒ.ß. fœnicr. liquir.mund.vuarum pas. mund.ab arillis,caricarum dactyl.ana ʒ j.mell.lib.j. fiat syr. Materia digesta,purgetur sic.R.turbith.ʒ.ij.agari. alo. ana ʒ.ß.liquir. mund.zin.zib.al.masti.salis gemmæ, vuarum pas.mund. ab arillis.ana ϑ j. conficiantur cum hydromel. fiant pilu.& exhibeantur cunti dormitũ stomacho vacuo. Si autem materia cal.dominetur in spiritualibus,digeratur sic,R. capil. vene.re.lib.ß.iiij.se. fri.ana ʒ.j.florum nenuph. florum vio. ana ʒ.iij. panis zucca. lib.j.fiat syr. Deinde purgetur sic, florum bora.florum viol.liquir.mundę,vuarum pas.mund. ab arillis. ana ʒ.j.fiat decoctio,& in decoct one distemperentur corti.myroba.citri.bene gummosorum.ʒ.j. stricentur,& colentur,colaturæ addatur cassiæfi.munda.ʒ.j.detur in aurora.Vel purgetur sic,in tempore hyemali. R.reubar. alo.ana ʒ.j.diagrydij ϑ.j.masti.spicæ nar.liquiri.munda.iuiubarum.ana ϑ.j. conficiantur cum syr.viol.fiant pil. & exhibeantur in principio noctis.

Purgatio materiæ cõtĩcæ in thorace.

In principio squinantiæ.

Medicamen quod valet in principio squinantiæ relaxatione vuul. & duarũ amygd.si causa fuerit cal.R.gallarum viridium,sumach,myrtil.pstdiæ,balau.liqui.mund.vuarum pas.ana ʒ.j.conquassentur, & bulliant in aqua pluuiali, & fiat gargarisma. Si autem fuerit causa frig.R.masti. thuris, lada.myrrhæ,liquir.mund. vuarum pas. caricarum.ana ʒ.ij. fiat decoctio in aqua,& fiat gargarisma.

Ad angi-nam morbũ gutturis.

Ad stringendum fluxum humorum.

Medicamen quod valet ad restringendum fluxum hu.cal. à capite ad pectus,& membra subiecta.R. se.papaue.al. coriandri.dragag.infusi,amygd.suc. liquir.ana ʒ.j. conficiantur cum syr.myrti. fiant pil. & teneantur in faucibus hinc inde,potissimè quando dormiet,cum tũc magis fluat rheuma.Et si materia esset fri.R.masti.thuris,myrrhę,nucis cypres.styra.calamitæ,liquir.munda. vuarum pas.iuiubarum. ana ʒ.j. conficiantur cum hydromel. fiant pil. & teneantur in ore,vt dictum est.

Contra asperitatem gutturis.

Medicamen contra asperitatem gutturis.R.draga.gummi arab.infusorum,liquir.mund.& suc.eius, vuarum passa. mund.ab arillis,iuiubarum.ana ʒ.iij.se.papa.al.ʒ.ß. dactyl. myrrhæ,mast. thuris.ana ʒ.j. conficiantur cum hydromel.

fiant

fiant pilu. & teneantur in faucibus.

Contra ſputum ſanguinis.

Medicamen contra ſputum ſan. R. ſe. portul. ſe. papa. al. roſ. ſpodij, coriand. præparati, ſumac, berberis, acacię, myrtill. ſuc. liquir. iuiubarum, vuarum paſ. mund. ab aril. ana ʒ. j. conficiantur cum muccil. dragag. facta in aqua ro. fiant pil. & teneantur ſub lingua, aut ſub faucibus.

Hæ pilulæ tenēdæ ſunt in ore & in tenera ſaliua deglutiēda, non ſpuēda, & tandem glutienda ſunt.

Contra tuſſim ſiccam.

Medicamen contra tuſſim ex ſicci. R. amyg. dul. dragag. gummi arab. candi, penidij, ſuec. liquiri. dactyl. iuiubarum, vuarum paſ. munda. ab arillis. ſe. papa. al. ſe. lini torrefacti. ana ʒ. j. conficiantur cum hydromel. & fiant pilulæ.

Contra tuſſim humidam.

Medicamen contra tuſſim de cauſa frigi. R. hyſſo. ireos, cinamomi, marathri, fiſticorum, amyg. dul. ana ʒ. ij. ſtyra. calamitę, olibani. ana ʒ. j. conficiantur cum hydromel. & fiant pil. hoc etiam poſſunt glutire.

Ad vlcera pulmonis.

Medicamen contra vlcera pulmonis, ſaniem, & ſputum ſang. R. cinamo. coſti, galbani, caſto. melano piperis, macropiper. ana ʒ. iij. ſtyra. calamitæ, liquir. mundæ, drag. ana ʒ. j. opij, croci, ana ʒ. ß. cōficiantur cum hydrom. & fiant pilulę.

Pro ſanguine congelato in pectore.

Medicamen contra ſanguinem congelatum in pectore. R. ireos, hyſſopi, liquir. mundæ, ariſtolochiæ, fœnigræc. ana ʒ. ij. piperis, myrrhę. ana ϑ. j. conficiantur cum hydromel. & fiant pilulæ.

Contra tremorem cordis.

Medicamen contra tremorem cordis. R. florum borag. florum bugloſ. ana ʒ. ij. cinamo. ſpicæ nard. gariofi. doronici, nucis muſc. ana ʒ. j. conſeruæ citrangulorum. ʒ. ß. panis zuc. q. ſ. fiat electuarium, &c.

De antidotis, quæ valent in paſſionibus ſtomachi, hepatis, & ſplenis, & ſimilium. CAP. XXIII.

MEdicamen digerens materiam frigidam in ſtomacho. R. radicis bruſ. aſparagi, graminis. ana ʒ. ij. ſuc. menthæ, ſuc. abſint. ana. quart. j. maioranæ, baſiliconis. ana ʒ. j. mell. roſ. lib. j. fiat ſyr. Materia digeſta purgetur ſic, R. vuarum paſ. mund. ab arillis, florum borag. florum viol. polypodij, liqui. ana ʒ. j. turbith ʒ. ij. aniſi ʒ. ß. fiat decoctio, & in

decoctione temperentur cortices myrob. chebu. ʒ.j.ß. fricentur lento igni, coletur, & colatura detur in aurora. Si autem materia esset cal. digeratur sic R. acetosæ, portu. lactu. ana ʒ.ij. suc. cucur. quart. j. omnium sandal. ʒ. ij. vini malorum grana. ʒ.ij. panis zuc. ℔ j. fiat syrupus. Materia digesta, purgetur sic R. liquir. mund. uuarum pass. mund. ab atillis, florum borag. florum viol. ana ʒ.j. prunorum xxx. fiat decoctio, & in decoctione temperentur corti. myrob. citri. gummosorum ʒ. j. fricentur lento igni, colentur, & colaturæ addatur cassiæ fi. mund. ʒ.j. & detur in aurora.

Si vis habere decoctionem liquidiorem, pone pauciora prunа, vtpote, portio sacchari debet esse tripla, aut quadrupla ad omnia simul.

In passionibus stomachi de causa frigida.

Medicamen contra pass. stomachi, & venarum meseraicarum de causa fri. R. galangæ, nucis muse. cinamo. trium generum piperis, zinzi. gariofi. ana ʒ.ij. anisi, marathri, fiseleos, carui, cimini ana ʒ.j. conserue citrangul. ʒ.ß. panis zuc. q.s. fiat electuarium.

Contra vomitum & singultum.

Medicamen contra vomitum & singultum, R. costi, menthæ, absinth. ros. spicæ nardi, squinanti, masticis, foliorum ros. croci, xylobal. cassiæl. asari ana ʒ.j. & ß. aloës, agari. ana ʒ.iij. fiat pul. subtilis. Tunc R. vini optimi odoriferi, ℔ vj. mel. ℔ j. decoquatur donec medietas sit consumpta, & pulueres prædicti conficiantur cum ista decoctione, addatur panis zuc. q.s. & condiatur ad modum electuarij.

Contra materias frigidas & ventosas.

Medicamen quod digerit materias frigidas ventosas contētas in stomacho, hepate, splene, & intestinis. R. trium generum piperis ana ʒ.ij. zinzi. spicæ nardi, xylob. apij, petro. ameos, marathri, anethi, liquir. absinth. cassiæl. cardamomi, gariofi. cinamomi, croci, cyperi, anisi, fiseleos, aristo. longæ & rot. masticis, asari ana ʒ ß. panis zuccar. q.s. fiat electuarium. & potest appellari diatrionpipereon.

Contra oppilationes hepatis & splenis.

Medicamen quod potest appellari diateub. & valet contra oppilationem splenis, heparis, & ventositatem, R. capil. ve. re. ʒ.ß. costi, croci, cinamomi, spicæ nardi, cassiæl. asari, myrrhæ, squinanti, aristol. long. & rotun. ana ℈ j. mellis q.s. condiatur, potest dari ʒ.j. vel ij.

Contra oppilationem eorundem.

Medicamen quod deoppilat hepar & splenem, & potest appel

appellari dialacca, R. laccæ ʒ.vj. costi, spicæ nardi, reub. xylob. cassiæl. asari, cinamomi, croci, squinanti, masticis, aristol. lon. & ro. gentianæ, marathri, apij, anisi, boli, gariofi. cimini, eupatorij, absinthij, nucis musc. cardamomi, cubebæ ana ʒ. ß. fiat pul. & condiatur cum pane de zuc. q.s. quoniam confectiones quæ sunt cum mel. sunt inepti saporis, liquefiunt, & sunt abominabiles, ideo conficimus vt plurimum cum zuc.

Pro hepate.

Medicamen quod purgat hu. ca. ab hepate, R. reubar. ʒ.ß. laccæ. ro. spo. absint. eupa. squinan. ana ʒ.j. conficiantur cum suc. end. fiant trochis. & cum vti volueris, dentur cum aqua decoctionis end. & scar. Et est intelligendum, quòd trifera sarra. reub. multum valet in hoc casu &c.

Contra dolores stomachi.

Medicamen quod valet contra pass. ventositates & dolores stomachi, hepatis & viscerum, R. absint. marat. ani. ros. amygd. amararum ana ʒ.iij. asari, spicæ nar. squinanti, se. apij, se. endi. se. scar. reub. ana ʒ.ij. fiant trochis. cum succo eupatorij, &c.

In febribus phlegmaticis.

Medicamen quod valet contra periodos fe. phlegmaticarum, R. absinth. squinan. suc. eupatorij, ro. maratri, masti. ana ʒ.iij. ani. dragag. sandal. ci. spodij ana ʒ.j. & ß. conficiantur cum suc. endi. & fiant trochis.

In febribus cholericis.

Medicamen quod valet in acutis. feb. calore hepatis & siti R. ros. ʒ.vj. spo. se. port. iiij. se. frig. mund. suc. liquir. ana ʒ.ij. ami. drag. ana ℈.j. zuc. ʒ.ß. camph. ʒ.ß. fiant trochis. cum muccilagine psyllij.

In feb. chronicis.

Medicamen laxatiuum delens feb. chronicas, R. pul. receptæ hieræpi ʒ.iij. reubati ℈.ß. aloës, myrob. citri, ana ʒ.ij. fol. absinth. fol. eupa. fol. menthæ, laccæ, spicæ nar. squinãti ana ʒ.ß. mel. ros. q.s. condiatur, & detur à ʒ.ij. vsque ad iij.

In hydropisi.

Medicamen euacuans aquam citri. hydropicorum, R. euphor. tithymali, turbith, suc. cucum. asi. ana ʒ.ij. armonia. serap. opopa. bdellij, ana ʒ.j. marathri. se. apij, spicæ nar. cassiæl. ani. masti. ana ℈.ij. conficiantur cum suc. cala-

menti, & mel. q. ſ. fiant pillu. & poſſumus vti ℈. j. & ß. vſque ad ʒ. j. iuxta conuenientiam particularium. Intelligēdum, quòd iſta ſunt medicamina quæ competunt hepati, lacca, ſcolopendria, abſinthi. ſpica nar. end. ſcari. Sed ſpleni competunt cappares, tamariſ. ſquinan. corti. mediani fraxini, & geneſtæ. Cappares autem cum mel. & acc. ita quòd ſit minus de mel. quàm de acc. competunt vtriſque, niſi quòd quantitas debet eſſe maior in ſplene quàm in hepate, cum cibus ſplenis ſit groſſior quàm hepatis, ideo fortiori medicamine indiger. Hæc ſunt quæ dicit Gal. 4. de inge. ſanl. cap. 6. verſus fi. Ad rectificationem autem prædictorū poſſumus addere rad. fœni. petro. ireos, apij, bruſci, aſparagi, graminis, valet etiam aſarum, praſſium, origa. calamentū, cap. ve. re. marathrum, aniſum, ſpica cel. calamus aro. iiij. ſe. fri. ma. & mi. cuſcutæ, coſtus, chamædræos, cinamo. piper lon. liquir. reub. & ſimilia. Medicus igitur diligens poterit ex iſtis materialibus, ex vno, aut ex multis facere ſyrup. electuarium, conditum, troc. pul. vnguentum, olea, emplaſtra, & ſimilia.

Huius temporis medici vtuntur ſucco mediani corticis ſābuci idēq; probè cum Gala.

In fluxu ventris.

Medicamen quod reſtringit omnem fluxum ventris, dum tamen non ſit ex oppilatione, nec rheumate, & quòd corpus ſit mundificatum: & ſi dolor ſit in ſuperioribus, quòd adminiſtretur per ſuperiora: & ſi eſt in inferioribus, quòd iniiciatur per clyſtere: ſi eſt in medio, quòd fiat vtroque modo, & cum hoc poteſt fieri oleum, emplaſtrum, ante & poſt, R. oſſium myrob. aſſorum, ſpodij, carabbæ, & naſtur. ſyluestris, piſidiæ, balau. glandium, ſumac. gra. myrti. gall. paſſu. xylocaractæ, ana ʒ. ij. torrefiant omnia, & temperentur in aceto fortiſſi. Deinde exiccentur in vmbra. Tunc R. hypociſti. ſuc. barbæ hircinę, ana ʒ. iij. galliæ muſ. maſt. ani. aſſi, nucis cypreſſi, capitum granatorum dul. fructus tamari. ana ʒ. ß. conficiantur cum ſyru. myr. fiant trochiſ. & cum vti volueris diſtēperetur vnus cum lacte cocto, & exhibeatur. Et ſi volumus proiicere per clyſtere, decoquatur ſuccus plantagi. in lacte cum adipe renum caprarum, & butyro, diſtemperetur vnus, & iniciatur per clyſtere. Vel in iſtis inuoluatur lana, & applicetur ſupra totum ventrem, ita de aliis ingeniis applicandi poſtquam habemus materialia. Vel fiat iſtud quod valet in omni fluxu,

Xylocaractas vocāt ſiliquas Arabes, quas Graci xyloceratia & vulgus carrobeas.

xu, dum tamen non fit ex oppilatione, R. reub. aſſi. ʒ. ß. omnium myrob. carabæ, coral. al. & rub. ſpodij, ſandar. ſandal. al. & ru. margaritarum, ſem. canabis, ſem. acetoſæ, aluminis, acaciæ, boli arme. ſem. portu. ana ʒ. ij. conficiantur cum muceilagine dragaganti & gummi arabi. fiant trochiſci mediocres in quantitate. Diſtemperetur igitur vnus cum lacte cocto, & exhibeatur.

De antidotis valentibus in paſſionibus ren. & veſicæ.

CAP. XXIII.

MEdicamen quod frangit lapidem renum, R. ſcorpiones, ponantur in olla noua vitreata, cooperiatur & lutetur luto ſapientiæ, ponatur in furno, & pul. reſeruetur, poteſt dari à ℈. j. vſque ad ʒ. ß. & detur cum vino al. Oleum etiam de ſcorpione ſi inungátur renes, ſedat dolorem. Et eſt intelligendum, quòd illud quod frangit lapidem veſicæ, frangit lapidem renum, ſed non econuerſo &c.

In diſtillatione vrinæ.

Medicamen contra diſtillationem vrinæ, R. myrrhæ, maſti. thuris, ſauinæ, caſtorei, nucis cypreſſi, cimini aſſi. ana ʒ. ij. cupularum glandium, hypociſti. boli armenici ana ʒ. j. ceræ q. ſ. & olei myrtini, fiat emplaſtrum. Medicamẽ quod facit hominem fœcundum, R. ſem. rutæ, ſe. ſquil. ſe. cæparum, ſe. bauciæ, ſe. napi, caudæ ſtincorum, ana ʒ. j. zinzib. trium generum piperis, & cinamo. nucis muſ. ana ʒ. ij. panis zucca. quantum ſufficit, fiat electuariũ. Medicamen quod valet contra apoſtema durum matricis, R. medul. cerui & vituli, adip. galli. ſtyr. liquidæ diaquil. ana ʒ. ij. conficiantur cum oleo liſa. aut cum oleo amygdalarum dulcium & fiant peſſaria.

Pro iuncturis.

Medicamen contra paſſ. iunctura. R. corti. omnium myrobalanorum ana ʒ. ß. temperentur in lacte per diem & noctem. Deinde R. aloës, agari. turbit. ana ʒ. iij. liquir. mũd. piperis long. ani. cinamo. ſalis indi. rad. capparis, bdellij, maſti. ana ʒ. j. hermod. quantum omnium, conficiãtur cum hydromel. cum vti volueris accipias à ʒ. ß. vſque ad j. iuxta conuenientiam particularium. Medicamen ſedans dolores iuncturalium, R. radic. lilij, ſem. hyoſcya. ana ʒ. iij. ceruſæ ʒ. j. medul. cerui & vituli. ana ʒ. ij. olei antiqui, & ceræ q. ſ. fiat vnguentum.

Pro decoratione.

Medicamen ad decorandum mulieres, & si fiat gratia virorum tolerabile est, R. radi. lilij, radi. serpentariæ, ana cicerum excorticatorum, risi, amydi, ceruſæ lotæ, saponis gal. lici. ana ʒ. ij. ponantur in olla noua cooperta, decoquantur in furno, deinde puluerizentur, tunc R. dragagan thi, gummi arab. ana ʒ. j. infundantur in aqua de floribus fabarum, tunc R. porcellanas, temperentur in aqua limonum donec possit malaxari, R. boracis ʒ. ß. puluerizentur, omnia ista cum valde modica quantitate axungiæ porci, misceantur cum aqua fabarum, fiat quasi vnguentum, & cum vti volueris, illiniatur tota facies de sero & mane, lauetur cum aqua tepida colaturæ furfuris, & istud medicamen abstergit, mundificat, dealbat, summè & mirificè pulchrificat faciem, reddit ipsam planam, æqualem & gratiosam cuilibet intuenti. Cauendum tamen est, quòd istud fiat gratia virtutis, quoniã aliter punirentur cum inimico. Medicamen ad decorandum. R. limones, scindantur in tres partes vel plures, & decoquantur in vino al. cum vino illo facies abluatur. Medicamen aliud ad decorandum, R. limacias nouas sine testa. ponantur in vase vitreo, & aspergantur pulueres salis gemmæ, & aqua limonum cooperiãtur, & stent in sole donec fiat quasi vnguentũ, illiniatur facies, quia mirificè mundificat. Deinde abluatur cum aqua de floribus fabarum. Medicamen ad rubificandum poma maxil. R. aluminis, brasilij, granorum ex quibus fit persicum rubeum, puluerizentur cum aqua vini distillata, & cum eo plurimùm illiniatur locus quem volumus rubificare: si adderetur valde modica portio aquæ salis armo. distillati, color esset magis fixus & permanens. Caueatur tamen ista aqua, quia omne corpus corrodit, ideo apponatur in paruissima quantitate, quoniam aliter medicamen istud corrumperet, quare ratione proportionis melius est primo. Intelligendum est hic, quòd nos ordinauimus per Dei gratiam capitula, diu est, propter istud opus, si adderentur, hic esset opus perfecti magisterij, scilicet libellus de regimine acutorum morb. libellus de crisi, de criticis diebus, & libellus qui intitulatur tabula ingeniorum, sine istis factum est nihil, & libellus de graduatione &c.

BERNARDI GORDONII DE PHLEBOTOMIA LIBER VNVS.

PRÆFATIO.

HOMO *est princeps, & rex omnium animalium, & ideo incedit capite elevato. Ista est propositio scripta à Gal. secunda particula de iunamentis membrorum in principio. Magnificentia autem huius principatus declaratur in tribus: habet enim corpus humanum triplicem potestatem, triplicem* * *virtutem, & triplicem mensuram, in quibus suus principatus mirificè propalatur. Ista autem triplex potestas est natura sua intellectiua, & natura voluntaria, & natura corporea: custodes autem sunt tres, orbes & sydera, & intelligentiæ diuinæ, & Deus, cuius nomen sit benedictum in secula. Mensura autem est triplex, scilicet temporalis, euiterna, & æterna: & quia ista omnia concurrunt ad constitutionem naturæ humanæ, ideo homo est princeps & rex omnium animalium. Quantum enim ad naturam corpoream, mensura temporis mensuratur. Nobilitas autem huius mensuræ* * *declaratur, cum Christus Dei filius fuit sub patris voluntate natus, mortuus, humatus, & virtute propria fuscitatus: sub ista etiam mensura nobis acquiritur meritum cõgruum & condignũ, cùm præteritis temporibus nulla nobis misericordia, sed sola institia dominaretur. Cauendum est igitur summa diligentia, vt mensura nostri temporis in virtuosis operationibus totaliter expendatur. Natura autem intellectiua quo, vnà cum intelligẽtiis mensuratur: ista autem mensura est præclara, & nullatenus sine aliquo retinetur. Nunc autẽ vnicuiq; datus est angelus ad custodiam, vt, illuminato intellectu, ad contemplãdam maiestatem diuinam velociter rapiatur. Tertia autem mensura, est mensura æternitatis: hac autẽ mensura aliquo modo participatiuè natura humana mensuratur, cũ voluntas humana in ideo diuina claruerit ab æterno. Summa enim diuina clementia voluntatem humanam nulli creaturæ voluit cõmodare, sed sibi soli retinuit, & ibidem per gratiã dignatus est inhabitare. Cum ergo Deus immediatè custodiat volũtatem, & angeli intellectum, & corpora cælestia corpus humanum, patet, quòd magnificentia huius principatus est rutilans & præclara: & ideo ad illam aduertẽs Gal. dicebat, Homo est princeps, & rex omnium animalium: & ideo incedit capite elevato.*

Homo quare sit princeps animalium.

rationem.

Corporis humani mẽsura.

fuit declarata.

Natura intellectiua mensura.

Mensura æternitatis.

Deus immediatè quid custodiat, quid Angeli, et quid corpora cælestia.

In

Sanguis thesaurus corporis humani quare sit candidus et rubicundus.

In corpore autem humano natura recluſit ſanguinẽ pro theſauro, quẽ ordinauit candidum, & rubicũdum, & ex millibus electum. Sanguis enim humanus eſt candidus, cum exit orificia venarum, vt ſit corporis alimentum: & eſt rubicundus, cum in venis & arteriis hepatis & cordis reconditur: & eſt electus ex millibus, cum per multiplicationẽ vaſorũ eſt digeſtus, ſeparatus, & diſtillatus, & decoctus, & ſublimatus: & etiam vſq; ad vnguem potiſsimè, cribellatus. In hoc ſanguine vidi vnum mirabile, quod non eſt ſub ſilentio tranſcũdum: vidi enim apud quaſdam gentes ſanguinem habentem colorem ſubalbidum & ſubcitrinum, ſicut ſi eſſet ſeռum: & vidi hoc in omni ætate illius territorij, & in omni ſexu, & in omni tempore vt plurimum, quod reputaui prodigium magnum: cum vt plurimũ in omnibus, etiam ſub latitudine ſanitatis exiſtentibus hoc ſit verum: & conſiderani, quòd nõ poſſem melius venire in cognitionem huius cauſæ, niſi quòd ordinarẽ vnum tractatum de phlebotomia. Nunc autẽ, cũ recurro ad conſcientiã, hac copulatione reputo me indignum: ſed auſus ſum hoc opus aggredi, confidens de gratioſo lumine Saluatoris: & cum hoc reduco ad memoriam, quòd nõ eſt multum temporis, quo ſcripſi humilibus Liliũ medicinæ, quod ſine liuore & cum benignitate eſt receptum: atq; ideo hoc opus aggredi liberius attentabo: quoniam aliter fortaſsis iſte tractatus poſſet mihi dicere,

Sub lare priuato tutius eſſe puto.

Auctor in quo confidat.

In nomine igitur domini noſtri Ieſu Chriſti hunc tractatum incipio per hunc modum, Primus liber erit de phlebotomia, quia inter omnia inſtrumenta, cũ quibus operatur medicus, non videtur ita miraculosè operari, ſicut cum phlebotomia, quãdo fit ſicut oportet, & vbi oportet. Et cũ hoc ſciri nõ poſsit, niſi cognitio habeatur per ſignũ, & ſigna nõ habeãtur ita bene, ſicut per vrinã, ideo de vrinis in 2. li. aggregabo. Et quia quantitas ſanguinis in phlebotomia recipi non poterit, niſi virtus cognoſcatur, & virtus cognoſci non poſsit ſine ſcientia pulſuum: ideo in tertio libro aliquid de pulſibus cõpilabo. Et quia phlebotomia valet vniverſaliter in regimine corporis humani, & regimen nõ poſsit ſciri ſine regimine ſanitatis: ideo in quarto libro regimẽ ſanitatis ordinabo. Currite igitur virgines, currite ſenes ad hoc grãde ſpectaculum: quoniam & omnis ætas, & omnis ſexus, & omnis ſolertia innata naturam & configurationem ſui corporis hic inueniet iocundam & debitam ſibi manſionem. Inchoatus eſt autem iſte liber in præclaro ſtudio Montis Peſſuli, anno incarnationis domini 1307. die 22. Februarij, Luna celebrante ſynodum cum ſole, verſus ſeptimum gradum piſcium.

Auctor ordinem ſuorum librorum ponit.

Adhortatio. conſignatio nem.

QVID

QVID SIT PHLEBOTOMIA.

CAPVT I.

PHLEBOTOMIA est euacuatio vniuersalis, multitudinem humorum euacuans. Hæc est descriptio Auicen. fen quarta lib. 1. Per phlebotomiam intelligimus apertionē venæ factam cū phlebotomo siue cum lanceola, quę fit per manum restauratoris. Et hoc est quæsitum primū & principale in toto primo lib. Phlebotomia igitur est, quod difinitur seu describitur: & sequitur in definitione (euacuatio) hoc autē est loco generis: quoniam euacuatio est quoddā generale ad omne illud, quod egreditur à corpore siue fuerit per secessum, siue per venas, siue per hęmorrhoides, siue per fluxū sanguinis nariū, & ita de aliis. Nunc autem de euacuatione loquitur Gal. secundo regiminis acutorum in principio versus finem commenti, Euacuatio autem fortis in eo, qui habet egritudinem acutā, est secundū duos modos, quorū vnus est per solutionē ventris, & alius est per phlebotomiā. Patet igitur, quòd euacuatio potest extendi etiam ad ea, quæ egrediuntur per secessum, & per apertionē venæ: & ita euacuatio est loco generis. Et sequitur in descriptione (vniuersalis). Vniuersale ponitur hîc loco differerentię. Quòd autem phlebotomia euacuet vniuersaliter à toto corpore, hoc patet: quoniam venę & arteriæ sunt expansæ per totum corpus, & continuantur ad inuicem per orificia capillaria, & ita ad euacuationem vnius sequitur euacuatio alterius, & ideo, si fiat phlebotomia ex quacunq; vena, totus sanguis poterit expelli: & ita est euacuatio vniuersalis. Et hoc vult Gal. 2. regiminis acutorum super illam partem, Quando dolor ad spatulas & versus finem commenti, & dicit, Postquam scis, quòd euacuatio, ex quibuscunq; locis fuerit, attrahit ex toto corpore animalis, veruntamen id non fit velociter nec æqualiter ex omnibus venis. Patet igitur ex dictis, quòd ex quacunq; parte corporis fiat phlebotomia, dū tamen fiat notabilis, à toto corpore euacuat animalis. Bene igitur dictū est, ꝙ phlebotomia est euacuatio vniuersalis. Et in hoc concordat dictū Gal. sexta particula aphoris. super illum aphorismum, Quibuscunq; phlebotomia aut pharmacia conuenit, & sic inquiens, Phlebotomia autē est vniuersalis medicina omni

Phlebotomia quid sit

Euacuatio quid sit.

Phlebotomia quare sit vniuersalis.

pass

passionis ex plenitudine. Phlebotomia igitur purgat totū corpus. Et hoc est, quod dicit Gal. quarta particula aphoris. super illum aphoris. In pharmacijs talia educere &c. sic inquiés. His enim totū corpus non æqualiter purgatur, sicut phlebotomia intelligitur facere. Et sequitur in definitione (multitudinē) Vbi notandū, quod humores aut abūdāt æqualiter, aut inæqualiter: & si æqualiter, tūc cōpetit phlebotomia, quoniā sola phlebotomia habet respectū directè ad multitudinē. si verò inæqualiter abundāt humores, aut est sanguis abundās, aut humores alij, & si solus sanguis abundat, tūc phlebotomia cōpetit directè, cùm sanguis nō purgetur per pharmacias secundū Haly in techni, sed solū per venarū euacuationē: si alij humores abūdent à sanguine, tunc prius fiat mūdificatio, & mūdificatione facta, deinde fiat phlebotomia. Quòd autē phlebotomia cōpetat in multitudine seu abundātia, hoc testatur Gal. in sexta particula aphoris. super illū aphoris. Dissuriam phlebotomia solū &c. vbi sic dicit, Per phlebotomiā autē soluitur dissuria, si in toto corpore fuerit sanguinis abundātia. Quòd autem multitudini humorū debeatur phlebotomia, hoc testatur Gal. super illū aphoris. 2. partic. Vbi cibus intrat præter naturam &c. Vbi sic inquit, Humorū autem minoratio æqualiter sic fiat cū phlebotomia, propria & certa magis, quàm cum aliqua alia re, & vacuat, non quancumque multitudinem, sed humorum. Ex dictis igitur patet tota natura phlebotomiæ in generali: quoniā phlebotomia euacuat, & vniuersaliter euacuat, & multitudinē euacuat, & nō quācūq; multitudinē, sed multitudinem humorū siue plenitudinis, seu abūdātiā sanguinis. Bene igitur dictū est, phlebotomia est euacuatio vniuersalis multitudinē humoris euacuans.

Humores quomodo abundent, et quid requirant.

De iuuamēto & nocumēto phlebotomiæ in generali. CAP. II.

Phlebotomia quādo & quos iuuet.

PHlebotomia est multum iuuatiua in tēpore sanitatis, potissimè tamen in illis, qui parati sunt ruere ob multitudinē humorū, aut sanguinis abundantiā: quoniā, cùm humorū multitudo euacuata est, natura est magis potens supra residuū, natura autē omnia operatur, medicus verò est minister, & ideo per se potens est in operationē, nisi cū morbus incipit nimis magnificari, & tūc, si adiuuetur, potēs est supra morbū: quoniā natura propinquioribus adiuta superflua resecat & diminuta cōpler. Quòd autē natura

Natura quando indigeat medico.

indig

indigeat auxilio medici, hoc testatur Gal. 1. de interloribus & dicit, Natura non indiget medicaminis auxilio, nisi cum morbo magnificato, nequierit dominari. ideo in humorū multidine multū valet phlebotomia. Hoc autem est multū rationabile: quoniā materia euacuatur, & vena euacuatur, & euaporatur: & ita confortatur virtus animalis, vitalis, & naturalis propter spirituum clarificationem, & ita præseruatur à multis morbis repletionalibus, maximè si fiat post mediū Maij: quoniā tempora præcesserunt replentia, & sequitur tēpus calidū valde, quod si inuenerit corpus plenū, erit timendū de febrib. & apostematibus. Et ita præseruabat multos Gal. à morbis futuris, sicut ipsemet narrat super illum aphorisi. sextæ particulę, Quibuscunq; phlebotomia aut pharmacia competit &c. Sed illi, qui multā phlebotomiā possunt pati, sunt iuuenes pilosi, musculosi, habētes venas latas, & qui replent se carnibus & cibis multum sanguinem generantibus, & in ocio viuunt. Quòd autem phlebotomia valeat in curatione multorum morborū, hoc patet: quoniam quasi miracula medicus videtur facere cū phlebotomia, sicut patet in principio apoplexię, & potissimè sanguineæ, & in squinātia, & synocha, & synocho, & in vehementissimo dolore propter plenitudinem, aut in casu, aut in percussione, & similibus. In istis enim & similibus, q quasi mortui & quasi syncopizātes sunt visi, si fiat fortis phlebotomia, quasi suscitari vidētur, & statim curātur. Vnde patet, quòd phlebotomia est multum vtilis in tempore sanitatis & in curationibus morborum, si fiat sicut oportet & vbi oportet: & hoc particulariter scietur inferius, Sed, sicut phlebotomia est multum iuuatiua, cum fit sicut oportet, ita est summè nocitiua, quando fit vbi non oportet, aut si plus, quàm oportet: & potissimè in illis, qui nimis frequentant: quoniam thesaurus naturæ, scilicet sanguis, amittitur, & calor & spiritus euacuatur: & ita debilitantur membra principalia, vnde disponūtur ad apoplexiā, & tremorē cordis, & hydropem, & ad apestemata, & infectiones cutis, & leprā, & multa similia, quæ si non appareant in tēpore proximo, saltē in senectute apparebunt: & ista potissimè eueniunt illis, qui nimis frequentāt phlebotomiā. Sententia autē huius cap. conuenit dictis Razis 4. Almāsoris cap. de vsu & iactura phlebot. & quomodo debeat fieri.

Phlebotomia quantum valeat in humorum multitudine.

In Maio quare faciēda sit phlebot.

Phlebotomiam multā qui ferāt

Phlebotomia quādo & quibus noceat.

De

De intentionibus, propter quas phlebotomia fit vniuersaliter.

CAP. III.

Phlebotomia propter quas intentiones fiat.

SEx autē sunt causæ, propter quas fit phleborotomia. Aut enim fit propter euacuationem, aut propter distractionē materiæ, aut propter attractionē, aut propter alterationem, aut propter præseruationem, aut propter alleuiationem, & si sunt aliæ causæ, ad istas possunt reduci. Quodlibet autem illorum potest per ordinem declarari. Intentio autē phlebotomiæ primò & principaliter est propter euacuationem: & ideo dicebatur in primo capitulo huius operis auctoritate Auic, quòd phlebotomia est euacuatio vniuersalis multitudinem humorum euacuās. Et hoc est, quod dicit Auicen. quoniam phlebotomia fit propter sanguinis multitudinem, aut propter malitiā eius, aut propter vtrūque: & ideo fit in paratis sciaticæ, podagræ, & artheticæ sanguineis, & in sputo sanguinis, & in fissura venæ, & etiam in synocho & in synocha, & in dolore forti cum plenitudine corporis, & similibus morbis. Hoc autem fit, vt euacuetur sanguinis multitudo, & humorum abundantia. Et hoc est, quod testatur Gal. II. de ingenio sanitatis cap. 2. vltra medium cap. sic inquiens, Oportet nos, si recordatus fueris eorū, quæ superius primitus dixi, phlebotomia occurrere, vt multitudo humorū euacuetur, patet igitur, quod phlebotomia fit propter multitudinē humorum euacuandā. Hæc autem consideratio est multum vtilis: & secundū hoc considerat quantitas euacuationis, & secundario, & frequētia: quoniam, quādo phlebotomia fit directè propter multitudinem, tunc magis quantitas debet extrahi, licet cum hoc debeamus considerare virtutē & cōplexionem & ætatem: & debeamus cogitare quędam cogitata proxima veritati, quantitatē materiæ peccantis, & morbi fortitudinē, & naturā principaliter patientis: quæ omnia discretus medicus debet ponere in statera. Secunda consideratio quare fiat phlebotomia, est distractio materiæ. Vniuersalis enim intētio est in omni apostemate, quòd distraharur materia ad oppositū partis, ad quā declinat, quoniam, postquam volumus apostematis generationē distrahere, debemus materiam ad oppositū trahere, & ita, si materia currat alibi, non magnificabitur propter eius absentiā: & ideo, vbi licitū est apponere, apponātur repercussiua in principio, aut, quādo

Phlebotomia quare fit propter euacuationem.

Phlebotomia fit propter distractionē materiæ.

apostema

apostema sit in * manu dextra, ponatur magnum pondus in sinistra, & econtrario. Nunc autē phlebotomia multum distrahit, & ideo debet fieri in principio de parte opposita: quia fit euacuatio & distractio: & ideo, quantum est ex hoc, in maiore quātitate euacuare possumus. Et si ægritudo esset firmata, dum tamen corpus esset plenum, adhuc expediret facere de parte opposita: quoniam propter corporis dispositionem adhuc erit timendum, quòd adhuc fiet tractus ad locum, nisi phlebotomia multum attraxerit. Si autem ægritudo esset acuta dolorosa, aut in membro nobili aut sensibili, adhuc expediret facere de parte opposita, etiam dato, quòd corpus nō erat plethoricum: quoniam ratione istorum particularium timendum est de motu materiæ ad locum. Magnam ergo vim habet distractio, cùm impediat generationem morbi, aut saltem augmentationem: nihilominus distractio non debet fieri, nisi per vnam oppositionem tantùm siue diametrum. Et propter hoc dicebat Auic. quòd non debet fieri phlebotomia per oppositionem duorum diametrorum. Quòd autem in principio, corpore existente plethorico, ante confirmationem morbi debeat distrahi materia, & fieri phlebotomia per partem oppositam, hoc dicit Galen. 2. regiminis acutorum versus principium commenti super illam partem, Quando ergo dolor ad spatulas, &c. Vbi sic dicit, Quando ergo dolor extenditur versus membra alta, tunc oportet, vt minuamus ex venis, quæ sunt in curuatura manus, per venam scilicet, ex qua possibile est extrahere sanguinem, qui est in membro infirmo, ad contrarium partis, in quam declinat, quantitate multa & cum velocitate. Quòd autem ex opposito & contrario debeat fieri phlebotomia, hoc declarat lucidè Gale. 5. particul. aphoris. super illum aphoris. Posteriora capitis dolent. &c. Non solum intēdit hîc purgationem de locis infirmis, sed materiam per oppositā eis extrahere satagit, quod ex contrario fit. Et ita patet, quòd distractio fit ad oppositum. Et huic concordat, quod dicit Auicen. cap. de phlebotomia, Propter hoc, quòd ad diuersum phlebotomia trahit, natura ventris fluxum retinet. Tantam enim vim habet distractio, quòd Galen. fuit coactus dicere tertia particul. aphoris. super illum aphoris. Aetates quædam ad regionem, &c. Immo vniuersaliter omnia bona econ-

parte

Distractionis vij, vbi fiat et quādo.

Phlebotomia quare attrahat.

tratiò sunt accepta. Tertia consideratio quare fiat phlebotomia est quoniam attrahit: & ideo, quando volumus prouocare menstrua, tunc trahimus sanguinem versus inferiora: modus attrahendi melior est, quòd fiat phlebotomia de saphenis interioribus. Et hoc est, quod dicit Auicen. 1. canone, cap. de phlebotomia, & tertio canone, cap. de curatione menstrui retenti, immo vult, quòd non solum valeat de saphena, sed etiam de curuatura, quæ est sub genu: & ideo valet etiam ventosa facta supra coxas: & hoc etiam est planum: cùm enim phlebotomia faciat euacuare sanguinem à toto corpore ad locum sui foraminis, ideo transiens seu veniens ad orificia venarum, quæ sunt in matrice, oportet vt aperiat ea, & ita fluunt menstrua. Quartò autem fit phlebotomia ad alterandum & infrigidãdum: quãdo enim sanguis est multum calidus in venis, & est coarctatus, & sunt vapores multum calidi, tunc, si fiat phlebotomia, euacuatur ille sanguis calidus & euentatur & euaporatur: &, quia conculcatio remota est, potest melius infrigidari & euentari porificia venarum totius corporis. Infrigidatur igitur sanguis & propter priuationem rei multum calidæ, & quia melius potest euentari & euaporari. Et ideo hoc videns Galen. dicebat super illum aphorismum primæ particul. Quę egeruntur non multitudinem, &c. Cùm enim phlebotomamus vsque ad defectionem in peracutis febribus, refrigeratur statim corpus, & febris extinguitur, plurimis ventres soluuntur, & sudores proueniunt: & multi ab infirmitate perfectè sanantur: & sequitur in litera Galen. In maximo ergo dolore nulla medicina hac melior est & perfectior: phlebotomia enim, cùm euacuat materiã calidam, multum infrigidat. Hoc bene vidit Galc. 9. de ingenio, capite secundo. Primum enim iuuamentum, quod fit ex sanguinis extractione, mutatio corporis est ad contrariã complexionem ex frigore, quod fit propter animi defectionem. Patet igitur, cùm in phlebotomia deficiat calor & spiritus & sanguis & virtus, quòd summè infrigidat: vbi igitur summa est calefactio, competit phlebotomia, cùm summè infrigidat: & hoc totum intelligitur, si virtus tolerare queat. Quòd autem phlebotomia infrigidet, hoc patet per Gale. in eadem nona particula, capite tertio sic scribentem, Vnde fit vtilissimum festinare, quò venarum com-

Phlebotomia quare fiat ad alterandum.

Sanguis vnde infrigidetur.

plexio

plexio custodiri possit à natura secundum " dissolutionem scilicet & refrigerationem. Qui igitur vult refrigerare, vtilis est sibi phlebotomia, aliis particularibus concurrentibus. *ventilationem*

Quinta intentio in phlebotomando est præseruatio: cùm enim aliquis paratus est ad aliquem morbũ repletionalem, tunc summè competit phlebotomia, particularibus concurrentibus: & ita deficit morbus futurus: quia deficiente causa, deficit & effectus. Et propter hoc dicebat Gal. 9. partic. de ingenio sanitatis, cap. 3. iuxta finem, Cùm nullus febricitans ex sola oppilatione ad putredinem deueniat in initio phlebotomatus: propter hoc, si virtus permaneat & ætas non prohibeat, sanguis est extrahendus vsque ad animi defectionem. Patet igitur quomodo aliquis potest præseruari à morbis futuris cum phlebotomia. Phlebotomia igitur præseruat generationem morbi futuri, &, si generatus est, quòd non ita augmentetur. Et ideo non solum competit phlebotomia, vbi est abũdantia, sed etiam vbi non est. Et hoc est, quod dicit Galenus vndecima particula de ingenio sanitatis versus finem, Quapropter phlebotomamus sana membra: Et sequitur statim, cùm continuat materiam de purgatione facta per phlebotomiam, Et non solum in plenitudine corporis, verum etiam, eo temperato existente, propter magnitudinem morbi: nam dolor & calor membri tumefacti sunt causa attractionis materiæ ad apostema. Et ita dictum Galen. deberet bene memoriæ commendari. Quòd autem phlebotomia præseruet à morbis futuris, manifestatur in casu & percussione & obuiatione: quoniam, si phlebotomentur, non incurrunt apostemata: &, si non phlebotomentur, incurrunt, cùm sanguis vadat ad locum percussionis ratione doloris, & attractionis, & malæ complexionis, & debilitatis membri. Et ad ista adducebat Auicennas tertio canone de cura sodæ ex casu, Fiat phlebotomia de cephalica, aut vena nigra, vel hepatica, vt apostema prohibeatur. Et dicit Auicennas primo canone, capitulo de phlebotomia, Quibus percussio accidit aut casus, fiat phlebotomia: quoniam quandoque minuuntur, timendo ne eis accidat apostema. Ex his autem omnibus possumus considerare, quòd phlebotomia est multum vtilis & necessaria in via præseruatiua. Sextò & vltimo fit phlebotomia propter alleuia- *Phlebotomia quomodo præseruet.* *Phlebotomia fit propter alleuiationem.*

tionem, vt natura sit magis potens supra residuum: & ideo in hyposarca & febribus putridis facimus phlebotomiam, licet non sit necessaria, vt natura sit magis potens supra residuum. Et hoc testatur Galen. vndecimo de ingenio sanitatis, capite nono sic scribens, Oportet igitur necessariò non solum venam inscidi in synocha, verùm etiam in omni putredine febris, nisi aliquid contrarium extiterit, sicut est virtus & ætas. Nam natura corporis regitiua ex eis, quibus aggrauabatur, alleuiata, facilè ei, quod remanet, dominatur siue dominabitur, digerens digerenda, & expellens expellenda. Et ista dicta Gal. multum excusant medicum, cùm facit phlebotomiam, vbi necessitas notabilis non apparet. Hoc idem testatur Auicen. cap. de phlebotomia, sic inquiens, Multoties phlebotomia fit in febribus, licet non sit necessaria, vt natura supra materiam fortis fiat. Patet igitur, quòd phlebotomia facta propter alleuiationem est multum vtilis. Et istæ sex intentiones sunt multum vtiles medico, & in sciendo & in operando: cùm multi credant, quòd phlebotomia fiat solum propter euacuationem. Et, si fuerint aliæ intentiones, ad istas poterunt reduci.

De regulis obseruandis in phlebotomia faciendo.

CAPVT IIII.

REgulæ autem & præcepta, quæ debent obseruari in phlebotomia, sunt multa valde. Præceptorum autem, quædam sunt affirmatiua, & quædam negatiua, & quædam declaratiua. Ista autem materia tractata est à Raze septimo Almansoris & quarto: & ab Haly 9. practicæ lib. Regum: & cum hoc ab Auicen. 1. Canone capit. de phlebotomia: & insuper à Galen. in multis locis valde: quoniam ista fuit Galen. consuetudo, quòd rarò voluit totam materiam aggregare in vno loco. Oportet igitur istos canones aggregare secundum intentionem doctorum. Regulæ autem sunt numero sex, sed sexta continet trigintanouem auctoritates Galen. & aliorum, quæ sunt multum vtiles. Prima regula est ista, Nullus audeat phlebotomare, nisi habeat visum bonum & acutum, & quòd non vtatur aliquo officio mechanico laborioso: & quòd vtatur semel in septimana pillulis aureis aut myrabolanis chebulis, vt visus sit bene acutus: & quòd ponat in oculis suis tuthiam ignitam

Regulæ seruandæ in phlebotomia.

Phlebotomator quibus instructus esse debeat.

tam & paratam, ſicut oportet: & quòd poſtea lauet oculos cum aqua euphragiæ montanæ: & quòd phlebotomus ſit bene acutus, & terſus, & politus: & quòd locus ſit luminoſus: & quòd ſciat diſcernere inter venam & arteriam: &, ſi arteria percutiatur, quòd portet ſecum iſtud medicamentum, Rec. aloës, maſticis, thuris, ſanguinis draconis, pilorum leporis minutiſſimè contritorũ, ana qu. ſuf. condiantur cum oleo mirtillino ad modum emplaſtri, vt fluxus nimius reſtinguatur. Habeat etiam propter ſyncopem aquã roſaceam muſcatam, ſaccharum roſatum, dianthum cum muſco, diamargaritum, & ſimilia: & ſit munitus omnibus aliis, quibus indiget. Hæc eſt doctrina Haly 9. lib. Regum, & Razis 4. Almanſoris. Secunda regula eſt, quòd nullus audeat phlebotomare, niſi morbo bene cognito, nõ ſolum in genere, ſed in ſpecie: quoniam, ſi cauſam ignoras, quomodo curas? ſicut ſcribitur in paſſionario. Et ad hoc aduertens Galen. 9. de ingenio ſanitatis cap. 2. dicebat, Tunc me dici concordati ſunt in minuendo ſanguinem: ego autem illud non laudo: eò quòd primitus notitiam febris certificare volebam. Tertia regula eſt, quòd nullus phlebotomet puerum, niſi de licentia parentis: nec ſeruum, niſi de licentia domini, ſecundum Haly nono libr. Regum. Quarta regula talis eſt, Licet multa conſideranda ſunt in phlebotomia, ad quatuor potiſſime aduertere debemus, quæ ſunt: ætas ſcilicet, quòd ſit iuuentutis: virtus, ſcilicet quòd ſit fortis: tempus, ſcilicet quòd ſit vernale, ſicut dicit Razes: & conſuetudo. Et dicit Razes, Conſuetudo enim maxima pars eſt ſcientiæ, per quam dinoſcitur quantum ſanguinis & quando ſit extrahendum. Quinta regula eſt, Si aliquis ſudet propter humorum plenitudinem, crapula non exiſtente, quòd fiat phlebotomia. Et nota iuxta hoc, quòd licet competat phlebotomia, ſi tamen ſupernenerit fluxus ventris, aut aliquid aliud impediens, quòd ſuſpendatur phlebotomia aut omnino dimittatur, ſecundum Auicen. 3. capit. de phlebotomia in fine. Sexta regula conuenit cum dicto Gal. in de ingenio ſanitatis, & de regimine ſanitatis, & ſuper libr. aphoriſ. & ſunt quaſi tabulæ ad declarandum præcedentia & ſequentia: & ſubſunt canones numero trigintanouem, quorũ primus eſt apud Gale. lib. 6. de ingenio ſanitatis cap. 2. vbi ſic loquitur de neruis

1 *Arteriæ percuſſæ remedium.*

2

3 *Pueri quomodo phlebotomandi.*

4 *In phlebotomia ad quæ aduertere oporteat.*

5

6 *Canones 39 ſeruãdi in phlebotomia.*

1

vulneratis, ne apostementur. Tutius verò fuerit, vt quis totum corpus sanguinis missione inaniat, vtique si virtus fuerit fortis: sed tamen, si mali fuerint in eo humores, eũ
2 pharmacia euacuetur. Secunda propositio scribitur à Galen. 8. de ingenio sanitatis cap. 4. vbi loquens de ephemera cum oppilatione, sic dicit, Phlebotomare non audemus, si puer est infirmus aut senex, si autem fuerit mediæ ætatis, & virtus fortis, venam inscidimus, licet nulla significatio
3 in venis demonstretur. Tertia propositio sumitur à Gal. 9. de ingenio sanitatis, cap. 2. vbi loquitur de cura synochæ, & fuit superius allegata: & dicit, Tunc medici concordati sunt in minuendo sanguinem, ego autem illud non laudaui, eo quòd primitus notitiam febris verificare volebam.
4 Quarta propositio sumitur à Gal. eodem cap. vbi sic ait, Tunc certificaui, quòd vena esset inscidenda, antequam materia putrefieret. Cùm ergo minuas, extrahe sanguinẽ vsque ad animi defectionem: quia bene scio ratione & experimento huic febri phlebotomiam conuenire, cùm virtus eam ferre poterit. Primum enim iuuamentum, quod fit ex sanguinis detractione, mutatio corporis est in contrariam complexionem ex frigiditate, quæ fit propter defectionem: aliud etiam oritur ex ea iuuamentum: ventris enim solutio & vomitus cholericus defectione sanguinis prouocatur, in multis etiam corpus madefit sudore: quæ omnia in hoc iuuene à me curato apparuerunt citò, quare
5 febris extincta est. Quinta propositio scripta est à Gal. in eodem cap. versus finem, vbi sic ait, Cùm nullus febricitãs ex oppilatione sola ad putredinẽ deuenerit in initio phleborotomatus: propter hoc, si virtus permaneat & ætas non prohibeat, sanguis est extrahendus vsque ad defectionem: si autem horum alterum non fuerit, minues secundũ quod virtus fuerit fortis: quia, si vena in his febricitantibus non incidatur, incidunt in malignam molestiam & timorem.
6 Sexta propositio scripta est à Gal. 9. de ingenio sanitatis cap. 1. versus principium, vbi loquens de cura synochæ sic dicit, Quæ autem sunt dicẽda, modò principaliter dicam. Si autem huiusmodi febricitantes vis curare vel sanare, venam inscide: eis autem, quibus humores prohibita dissolutione augmentantur, & calor in eorum corporibus est coadunatus, confert sanguinem secundum posse virtutis

detra

detrahere. Septima propositio scribitur à Gal. in eodem cap. paulò infra, vbi sic dicit, Vnde fit vtilissimum phlebotomiam facere, quò venarum complexio custodiri posset à natura secundum *dissolutionem videlicet & refrigerationem, quas à phlebotomia sumpsit, & natura quidem confortata humoribus, vt solet, dominetur. Octaua propositio scribitur à Gal. in eodem cap. 1. vbi sic ait, Tu verò vtere, quæ solitus sum facere & quæ vidisti, non curans de numero dierum, sed virtutem infirmi perquirens, vtrum fortis fuerit: insecide tunc venam, nõ solum in quinto die, sed in quocunq; die eum inueneris. Nona propositio scribitur à Gal. in eodem primo capitulo paulò pòst, vbi ait, Curatio autem in synocho vtilissima est duobus modis, phlebotomia & aqua frigida, phlebotomia quidem semper, si virtus sufferat, aqua verò frigida non semper, sed cũ in pulsu & vrina signa coctionis apparuerint. Decima propositio scribitur à Gale. in eodem capit. versus finem, vbi ponit ea, quæ prohibent phlebotomiam & quæ præcipiũt, & sunt multum vtilia, licet longa: & dicit ibidem, Sicut in hoc loco naturalem dixi præuidere euacuationem, sic inquirenda est natura corporis, ætas, & aëris cõplexio: quoniam in prolibus corpus propter ætatem dissoluitur, & propter aërem calidum & siccum, si ita inueniatur, & sic etiam consideranda est regio, maximè infirmi: item dissoluuntur corpora, quibus naturalis adest humiditas, maximè tamen, si fuerint cum caliditate, rara: etiam corpora, in quorum ore stomachi sæpe dominatur cholera, & corpora, habentia os stomachi *defectum naturaliter, vel vltrà, quàm oporteat, sensibile. Hæc enim accidentia contraria sunt phlebotomiæ. Significationes autẽ, quòd phlebotomia conueniat, sunt durities & spissitudo corporis, &, vt totum dicamus, difficulter euaporabilis, & frigiditas & humiditas aëris. Vnde verum est, quòd quædam sanguinem mittendum esse adhortentur, & quædam sint contraria, cùm intentio nostra non sit alia in phlebotomia, nisi euacuatio: hæc autem, quæ dixi, prohibent euaporationem & dissolutionem, illa autem adiuuant & facilem eam reddunt. Vndecima propositio scribitur nono de ingenio sanitatis cap. 5. vbi sic habetur, Nonne vides in phlebotomia (quam superius diximus esse faciendam vsq; ad

7 *ventilationem*

8

9

Synochus quãdo phlebotomia &

10 *quãdo aqua frigida curetur.*

imbecillis

Phlebotomiam quæ prohibeant, & quæ significent.

11

animi defectum in synocha ex oppilatione, vt febris extinguatur,& intentio mitigetur) non parũ nocere, si plus, quàm oportet, vel non, secundum quòd conuenit, sanguis extrahatur? Noui namque duos homines mortuos &c. Et paulò inferius sic scribitur, Si plenitudo grauat, virtutem parum suffocans, tunc purgatio & phlebotomia moderata non nocent, sed iuuant, cùm auferãt id, quod vires aggrauabat: quòd si, vt affectus sanetur, multa purgatio conueniat, & virtus ex ea deficiet, & non solum nocebit, sed etiam magnam inferet molestiam. Cùm igitur in synocha, quæ fit ex pororum oppilatione, plurima virtus custodita inueniatur, ideo phlebotomia in ea est conueniens, in aliis verò morbis est molesta, veluti si humores in corruptionem sunt mutati. Et sequitur paulo pòst, Dico ergo, quòd, cum phlebotomia non sit nisi sanguinis detractio, non est necesse minui, nisi quod oportet, & quantum oportet, illud scilicet, quod naturam non adiuuat. Sanguis autem fit non iuuans duobus modis: aliquando enim mutatur qualitatiue, corpus secundum quod solet non nutriẽs, aliquando verò quantitatiue, naturam aggrauans, & arterias & venas extendens, oppilans, atque corrumpens: atq; hæc quidem corpora phlebotomia adiuuantur, tanquam vno ex his, quibus corpus euacuatur & inanitur, alia verò corpora iuuantur ex phlebotomia, quòd humorum vehementiorem impetum ad diuersam partem reuocet, vel per propinqua deriuet: postulat autem semper virtutem fortẽ, vt euacuationis sufferat quantitatem. Ad hæc igitur respicientes, phlebotomiam facimus, aliâs semel, aliâs bis, vel ter, vel sæpius. Duodecima propositio scripta est à Gal. 11. de ingenio sanitatis cap. 2. vbi loquens de curatione febris putridæ sic dicit. Aliquando corpus *constringitur, & pori oppilãtur, & humores subsunt multi & viscosi, in his oportet nos, si recordatus fueris eorum quę superius dixi, phlebotomia occurrere, vt multitudo humorum euacuetur. Decimatertia propositio scribitur à Gal. 11. de ingenio sanitatis cap. 7. & eius verba sunt multum notabilia, quæ sic habent, Virtus igitur si fuerit fortis, festinanter venam insecidas, si crapula non præcesserit, aut stomachus non bene cibum digesserit: si autem virtus debilis extiterit, aut ætas ad hoc incõueniens fuerit, suspende phlebotomiam.

Sanguis quot modis vitietur.

12

coarctatur.

13

Vena quãdo sit inscidenda, & quãdo non.

Verùm

Verùm iam dixi, quòd hæc febris non contingit, nisi crassis & calidis natura: sed, si puero nondum tredecim annos habenti contigerit, non phlebotomes, cùm natura puerorum, qui calidi sunt & humidi, per se facile dissoluatur: si autem puer vltra tredecim annos extiterit, vide figuram eius, nam, si macilentus fuerit & spissus & durus carne, minuatur, si verò non, phlebotomiam cauebis. Item quantitatem sanguinis extrahendam sic cognosces: si æger ætate fuerit *viginti annorum, & corpus molle carne, & venæ subtiles, aut nunquam phlebotometur, aut, si necesse fuerit, parum detrahatur, non autem erit phlebotomandus, si æstas fuerit & regio calida: si vero æger fuerit *spissus, calidus & siccus, plurimum sanguinis est extrahendum. Etenim, si oppilatio vel putrefactio non fuerit, æger ad qualitatem naturalem reduceretur, ipso phlebotomato: sed quoniam oppilatio & putrefactio non possunt curari cum phlebotomia, sed cum alia medicina, necesse est tantum sanguinis *dimittatur, quòd virtus sufficiat vsque in illud tempus, quo illa medicina fuerit data. Decimaquarta propositio scripta est à Gal. vndecima particula de ingenio sanitatis, cap. 9. vbi sic dicitur, Cùm pauper incepit habere sanitatem, diues econtrario ægritudinem habebit: nam, si initio pauper phlebotomatus fuerit, in quinta die crisis apparebit, si autem tardauerit, in septima crisis erit: diuites verò, quia maioris sunt plenitudinis, & non dissoluitur illa plenitudo propter delitias & quietem, si in principio morbi non fuerint phlebotomati, sed cataplasmatis mollitiuis in exterioribus fuerint vsi, apostema aliquod in iecore, vel ventriculo vel loco vicino contrahent, alij quidem in quarto die, alij in quinto, omnes autem in sexto. Et sequitur, Oportet igitur venam inscidi non solum in synocha, verum & in omni putrida febri, nisi aliquid contrarium extiterit, sicut est virtus & ætas: nam natura corporis regitiua ex eis, quibus aggrauabatur, alleuiata, facile ei, quod remanet, dominabitur, digerens digerenda, & expellens expellenda. Decimaquinta propositio scripta est à Gale. 12. de ingenio, cap. 1. vbi loquens de medicatione accidentium, sic dicit, Si vena inscidatur, aut dentur laxatiua in pleuritide, non medicabitur accidens, sed morbus. Et sequitur paulo pòst, Quidam medicus quinquagena-

Puer quãdo sit phlebotomãdus, & quando non.

triginta

densus carne.

relinquatur. 14

In febre putrida quare sit vena inscidenda. 15

rius, infirmus effectus, passus est in vna nocte nimium dolorem in dextro tempore, virtus tamen erat fortis: tunc in eadem nocte inscidit venam, non expectans, quòd ab aliquo alio fieret: citò quidem dolor quieuit, sed tamen
16 diu malum habuit colorem. Decimasexta propositio scribitur duodecima particula de ingenio, cap. 2. vbi Gal. loquens de syncope in principio, sic dicit, Phlebotomia verò, si ea, qua virtus non dissoluitur, fuerit quantitate, non dico quòd sit actio in accidente, sed in morbo auferendo. Et sequitur paulo pòst, De quibus, si vena inscidatur, non euadunt sine magna molestia, licet etiam eis conueniat: nam non possunt sustinere pharmaciam, neque phlebotomiam.
17 Decimaseptima propositio scripta est à Gale. 15. de ingenio sanitatis, vbi loquens de cura phlegmonarum sic dicit, Quapropter phleborotomamus sana mẽbra: nam, si in manibus infirmitas fuerit, crura scarificamus, si verò in vno crure existat, scarificatio in altero fiet. Hæc enim significatio à plenitudine sumitur, sicut à malis humoribus monstratur corpus esse purgandum. Vnde, si medicus purgare obliuiscatur, aut æger fuerit pauidus, apostema augmentabitur, sanieque creabitur. Et sequitur paulo pòst, Et non solum in plenitudine corporis, verumetiam eo sano existente, purgatio confert, propter magnitudinem morbi: nam dolor & calor membri calefacti sunt causa attractionis materiæ ad apostema, licet corpori superfluitas humorum non fuerit.
18 Decimaoctaua propositio scribitur à Gal. 15. de ingenio, cap. 4. vbi docens curare apostemata per euacuationem sic dicit, Plenitudinem autem curamus cum phlebotomia, frequenti balneo, fricatione, exercitio, atque medicina dissolutiua, & maximè cum abstinentia cibi. Mali humores curantur, si purgetur vnusquisque cum eo, quod sibi confert: hoc ergo inspicias, & vtrum melius fuerit, impende. Sed, si febricitauerit æger, non poterit purgari per exercitium, neque per calida epithemata, neque per fricationem, neque per balneum,
19 verùm per phlebotomiam, & abstinentiam cibi. Decimanona propositio scripta est à Gal. decimotertio de ingenio, capi. 6. versus principium, vbi sic dicit, Nam puerum non audebis minuere, nisi cùm adolescens fuerit, & tunc sanguis, qui in hepate coadunatur, per phlebotomiã euacua

Membra sana quando scarificentur.

Doloris & caloris actio

Plenitudo quomodo curetur.

Humores mali quomodo curẽtur.

euacuatur de dextra manu in basilica vena: nam hæc vena est iuncta venæ concauæ recto itinere: quæ si non apparuerit, inscide mediam, vel cephalicam, ista non apparente: quantitas autem minutionis sit secundũ quantitatem plenitudinis. Item caue ætatem, naturam, & tempora anni, & regionem, atq; consuetudinem: & magis omnibus virtutem infirmi. Et sequitur paulò pòst, vbi loquitur de ore & palato, Diuiditur inscisio venarum: nam, si hæc membra in tumuerint, cõgruit cephalicam inscidere: si verò hepar, aut pectus, aut pulmo, aut cor, basilica erit inscidẽda: in vuula verò vel squinantia primitus manus vena, & deinde vena sub lingua inscidatur: in collo, vena, quæ est in manu inscidatur, & vena frontis: in renibus autem & matrice si tumor extiterit, crura inscidantur vel saphena: sed tamen in dextra manu propter hepar, in sinistra propter splenem. Vicesima propositio scripta est à Gal. 3. de ingenio sanitatis, cap. 9. vbi docens curare apostema cerebri sic dicit, Causa nimij motus est calor, causa verò alienationis sunt corrupti humores: ideoq; in his erit vena inscidẽda, si virtus permiserit: & sanguis, prout expedit, extraharur, si aliud non obstiterit: & vniuersaliter, si corpus multis malis humoribus & crudis plenum non extiterit, aut puer nõ fuerit, aut tempus & regio calidissima aut frigidissima non fuerint. His enim non existentibus, phlebotomia vtiq; conueniẽs erit. Vicesimaprima propositio scripta est à Gal. 11. de ingenio, vbi dicit, Extentio propter plenitudinem existẽs cum phlebotomia curatur. Et sequitur paulò pòst, vbi loquens de inscisione arteriarũ propter capitis dolorem & similia sic ait, Et aliquando mandatur ab arteriis & venis, cum ex defectione sua humores ab omnibus venis fluunt ad illas venas, quæ apparent in temporibus: sed tũc inscides eas, & partes inscisas separabis, vt caro in medio vulnere generetur: sed tamen, si hoc extiterit in venis interioribus, nequaquam in eis fieri poterit, & ideo passio difficilis erit ad curãdum: si autem fuerit in exterioribus, poterimus etiam eas cõfortare cum confortatiuis, non curantes de inscisione. Item aliquando contingit propter fumum de capite salientem & arteras implentem, contra quem bonam medicinam medici inuenerunt, inscidentes eas venas. Oportet igitur vt caput radas: deinde tange arterias quæ sunt post auric

20

Motus nimij & alienationum causa.

21

Arteria quomodo et quãdo sunt inscidendæ.

auriculas, & eis quæ sunt in fronte & temporibus, & calidiorem magis pulsantem inscidas: paruam autem arteriam, quæ est sub cute, securius inscides, sicut fecimus in crure eius, qui varices habebat. Quidam medicus ante nos existens solicitus erat trahere arterias, super lacerto temporum inuolutas, magnam partem ab eis abscindens: vnde, vtrisque extremitatibus contractis, caro in eo loco, in quo prius arteria fuerat, generabatur: sed hoc in paruis arteriis parum pulsantibus fieri potest. Nam si fuerint magnæ & fortiter pulsantes, bonum erit, si ligentur, & maxima pars ab eis abscindatur: ea tamen sit ligatio, quæ non citò putrefiat, sed permaneat: deinde caro generetur. Et sequitur, In vena verò inscidenda non erit de hac ligatione curádum: sed antiqui olim venas in quocunque loco dilatabantur, siue in testiculis siue in crure, varices appellabãt,

22 Vicesimasecunda propositio scribitur à Gal. 14. particula de ingenio sanitatis, capitulo secundo, vbi loquẽs de phlegmone, & comparans inter se phlegmonen & herysipelatem sic ait, Vnde sicut in illo competit phlebotomia, sic in

23 isto pharmacia. Vicesimatertia propositio scripta est á Gale. decimatertia particula de ingenio, capitulo quinto, vbi loquẽs de corporibus opplatis, inquibus est multa humorum dissolutio inducens tumorem, sic ait, Cura est totius corporis purgatio, sicut est phlebotomia, pharmacia, fricatio, &c. Et sequitur paulò post. Verùm, quia hęc passio vtplurimum iuuenes inuadit, vtilis erit phlebotomia, cum ætas illorum ad hoc conueniat. Scio enim iuuenem quendam à me in tribus diebus extitisse curatum, postquàm eum phlebotomaui. Et sequitur postea, cum loquitur de curatione carbunculi, herysipelatis, & phlegmones, Quibus omnibus nihil adeo iuuat, vt phlebotomia, si recorderis eorum, quæ dixi in fluxionibus: quoniam, si sanguis extrahatur vsque ad defectionem, vtilissimum erit,

24 modò contrarium per hoc non appareat. Vicesimaquarta propositio, siue propositiones & auctoritates multæ scriptæ sunt à Gal. 2. particula de regimine sanitatis, vbi dicit, Cum imbecilli verò virtute nunquam erit minuendum, moderatè verò purgandum. Et sequitur postea, Si contingat, quòd sanguis sit paucus, & bonus, alij autem humores plurimi, abstinẽdum erit à phlebotomia: si verò hi quidem

Tumores calidos phlebotomia plurimũ iuuat.

Phlebotomia quando sit facienda & quando non.

dem humores fuerint pauci,& sanguis plurimus,audacter erit phlebotomandum.Et sequitur postea,In corpore laborioso,cum est sanguis bonus paucus,crudi verò humores plurimi,neq; est phlebotomandum,neq; purgandum,neq; exercitandum,neq; mouendum omnino neq; balneãdum: quia phlebotomia bonum sanguinem euacuaret, malũ verò,qui in primis manet venis,quæ sunt inter hepar & intestina,& meseraicę appellãtur,in totum corpus attraheret. Et sequitur pòst,Rursus labor, cum sine exercitio cõsistit, multitudinem ostendit tendẽtem solidas partes animalis: & oportet,cùm sanguinis fuerit multitudo,vel venam inscidere vel scarificare crura: sed si sanissimæ fuerit homo naturæ,de quo nobis hic est sermo,possumus etiam(vt diximus)& alio modo euacuare hanc solam multitudinem, sed si prauæ fuerit naturæ, in quo videlicet vel in cerebro vel in instrumentis respirationis superfluitas fuerit, maximum malũ erit,si sanguinis detractione omissa,alia vacuã dixerimus vtamur. Quòd si inflãmationis labor fuerit propter doloris magnitudinem,& cũ caliditate magna secum in tumorẽ musculos eleuauerit,durare nõ poterit duobus diebus,immo ne paucis quidem horis,quin confestim vehementiss. intulerit febrim, nisi aliquis superueniens sanguinẽ detraxerit:quia calidissimus est talium laborum sanguis,& multa eius indigẽt euacuatione fere omnes,qui ab hoc labore occupãtur,multi eorũ quoq; febriunt, etiam si sanguinem effuderint venę.Itaq; neq; blandiri neq; parum auferre oportet,sed velociter euacuere,& vsque ad animi defectionem ducere,si nihil aliud prohibeat. Melius verò fuerit bis eodem(si fieri potest)detrahere:ac prius quidem ita euacuare, vt interim homo non deficiat:secundò verò ne defectionẽ timere oportet. Si enim priori euacuatione dissoluatur homo , non feret secundam:in hac verò siquis patiatur quid tale,facilè restaurabitur. Nõ phlebotomati verò,ita dispositi,bona fortuna indigẽt vt saluentur:& nõ saluabũtur,nisi secundũ aliquẽ aliũ modũ sanguinem emiserint.Et non vult aliud Gal.ex his omnibus suis verbis,nisi q̃ qui patiũtur dolorem tensionis & inflammationis debeãt phlebotomori:alioqui fortuna erit,si euaserint. Vicesimaquinta propos.scripta est à Gale.1.par.Aphor.super illũ Aphor.Vẽtres hyeme & vere natura calidissimi sunt &c.

Labor sine exercitium quid indicet, & quid requirat.

Inflammationis labor quid requirat.

25

vbi

vbi dicit, quòd vulgus expertũ rei veritatẽ purgat sanguinem in fine veris & ante initiũ æstatis. Calida enim æstate superueniẽte, maximũ periculũ se subire timent, si se non purgauerint. 26. propositio scripta est à Galen. 1. partic. Aphoris. super illũ aphoris. Quæ egerũtur, non multitudinem &c. vbi sic dicit. Cum enim phlebotomamus in acutis febribus vsq; ad defectionẽ, refrigeramus statim corpus, & febris extinguitur, vt plurimum ventres soluuntur, & sudores fluunt, & multi perfectè ab infirmitate sanantur. 27. propositio scribitur à Gal. secunda particula Aphoris. super illum aphoris. Si ex ęgritudine quis surgens cibũ accipiat &c. vbi sic dicit, Hippocr. autẽ in hoc loco & in multis aliis humores multos phlebotomia innuit esse minuẽdos. 28. propositio scribitur à Gal. 2. partic. Aphoris. super illum aphoris. Vbi indigentia, non oportet laborare, vbi sic dicit, Phlebotomia & pharmacia ieiunantibus sunt nociua. 29. propos. scribitur à Gal. 2. partic. Aphoris. super illum aphoris. Vbi cibus intrat præter naturã &c. vbi sic dicit, Humorum autem minoratio æqualiter fiet cum phlebotomia, propria & certa magis, quàm cum aliqua alia re. 30. propositio scripta est à Gal. 4. partic. Aphoris. super illũ aphoris. In pharmaciis talia educere oportet &c. vbi sic dicit, His enim totum corpus non æqualiter purgatur, sicut phlebotomia facere intelligitur. 31. propositio scribitur à Gal. quinta partic. Aphoris. super illum aphoris. Posteriora capitis dolenti in fronte rectè insecta vena iuuat. Vbi per totum commẽtum Gal. docet, quomodo phlebotomia fiesi debeat per partẽ oppositam. 32. propos. scribitur à Gal. 5. Aphoris. super illum aphoris. Quibuscunq; dolor à dorso in cubitos &c. vbi sic dicit, Phlebotomia valet propter cõmunes totius corporis purgationes. 33. propositio scribitur à Gal. sexta partic. Aphoris. super illum aphoris. Dolorem oculorum meri potio soluit. Vbi dicit, Oportet ergo inuestigare, si corpus humoribus sit plenũ, atq; tunc phlebotomia adhibeatur: si verò vnus humor & idem malus redundauerit, pharmacia vtendũ erit. 34. propositio scribitur à Gal. 6. particula Aphorismorum super illum aphorismũ, Disuriam phlebotomia soluit, vbi sic dicit, Et verò phlebotomia disuria soluitur, si toti corpori adsit sanguinis abundantia. Tricesimaquinta propositio scribitur à

Vulgus sanguinem mittit in vere.

26 27 28 29 30 31 32 33 34 35

Gal.

Gal. sexta particula Aphorismorum, super illum aphorism. Quibuscūque phlebotomia aut pharmacia conuenit, &c. vbi sic dicit, Phlebotomia autem est medicina vniuersalis omni passioni de plenitudine. 36. propos. scribitur à Gal. septima particula Aphorismorum, super illum aphorism. Strāguriam & disuriam vini potio &c. vbi sic dicit, Nocet enim vinum apostemati, si corpus non fuerit plenum de sanguine grosso: tunc enim est phlebotomia soluendum. Tricesimaseptima propositio scribitur a Gal. 1. particula Regiminis acutorum Hippoc. super illam partem, Quando ergo dolor ad spatulas &c. Vbi sic dicit, Quando ergo dolor extenditur versus membra alta, tunc oportet vt ex venis minuamus, quæ sunt in curuatura manus: ex vena scilicet, per quam possibile est attrahere sanguinem, qui est in membro infirmo, ad contrariam partē, in quam declinat: idque quantitate multa cum velocitate: & quādo extenditur versus membra inferiora, oportet vt fiat euacuatio per mundificationem cum medicinis. Et sequitur paulò pòst, Propter hanc causam præcipit Hippo. vt euacuetur sanguis, qui multiplicatus est, per phlebotomiam venæ, quæ vocatur Basilica, quæ est in curuatura manus: quod est, quia in curuatura manus sunt venæ multæ, quas est de consuetudine phlebotomare. Et sequitur postea, Hippo. ergo præcipit hanc venam phlebotomare (basilicā scilicet in curuatura) antequam continuetur & vniatur cū vena, quæ oritur ex vena veniente ad manum ex parte spatulæ: sed quando hæc vena fortassis non apparuerit, tunc minuatur loco eius vna venarum intrinsecarum, quas dixi venire ad brachium: & quando non apparet aliqua harum venarum intrinsecarum, tunc minuatur vena, quæ generatur ex continuatione duarum venarum obliquarum: & quoniam possibile est, vt in quibusdam horis hæc vena non appareat, sed appareat vena ex parte spatulæ, tunc oportet, vt eam phlebotomes, postquàm scis, quòd euacuatio ex quibuscunq; locis facta attrahat ex toto corpore animalis, quamq; neq; æquè celeriter neq; æqualiter ex omnibus venis. Nos autem conamur & studemus, vt id quod est de sanguine apostematico, velocius euacuetur, quàm ex reliquis mēbris: & propriè in ægritudinibus acutis: & inuenimus illud in phlebotomia venæ, quæ vocatur basil

36

Vinū quando apostemati noceat.

37

Basilica nō operante, quæ vena inscidi debeat.

basilica: multóq; magis, quando sanguinis redundantia ad partes superiores colligitur, aut superiores thoracis partes
38 sunt affectę. Triceſimaoctaua propositio scribitur ab Haly tertia particula Techni, super illam partem, Euacuationes verò per phlebotomiã &cætera. vbi sic dicit, Veruntamen quod non cõtigit tibi, est, vt euacues cum euacuatione sorti ex venis: & maximum est, quòd vsus phlebotomiæ est iuuatiuus, quando causa est intra venas, scilicet quando in corpore est dispositio, quæ vocatur repletio, & ætas & hora & virtus *adiuuat. Et sequitur postea super illum canonem Gal. *Immoderata repletio &c. vbi sic dicit Haly versus finem commenti, Et sanguis, qui est in venis, non est purus: sed humores omnes simul, quos vincit massa sanguinis: & melior euacuatio in hac specie ægritudinis, est phlebotomia: &, si non toleraret eam ætas, & tempus, & virtus, tunc ventosæ & scarificatio super calcaneum sunt meliores, &c. Et sequitur postea super illum canonem, Euacuantur verò sufficienter pharmaciis, &c. Vbi sic dicit Haly, In phlebotomia verò & ventosis non est intentio, euacuatio sanguinis puri, sed euacuatio multitudinis: quæ est, cùm omnes humores sunt additi secundum proportionem, phlebotomia tamen euacuat multitudinem humorum ex magnis venis, & scarificatio & ventosa euacuant multitudinem sanguinis ex venis paruis. Triceſimanona propositio scribitur à Gal. in lib. de Criticis diebus, vbi sic dicit, Non præcipimus statim phlebotomare, vt *intret balneum, & vt cibetur sine custodia & abstinentia: sed nos præcipimus eum iacere super lectum suum, & cibamus eum cibo subtili.

admittit.

Inueterata verò.

Phlebotomia vnde euacuet, & vnde scarificatio. 39 *ingrediatur*

De his, quæ impediunt phlebotomiam, vt non fiat.

CAP. V.

Phlebotomiam quæ impediant.

MVltæ sunt causæ, quæ impediunt phlebotomiã, quarum prima sumitur ex parte humorum, secunda ex parte virtutis, tertia ex parte morbi, quarta ex parte accidentium, quinta sumitur ex parte complexionis, & ætatis, & habitudinis, & regionis, & temporis, & consuetudinis, sexta sumitur ex parte dispositionis stomachi, & viscerũ: istas autem conditiones per ordinem prosequemur. Dico igitur quòd natura & dispositio humorum est prima causa, quare non debet fieri phlebotomia: quando scilicet humor

Humorum dispositio quãdo prohibeat phlebotomiam.

mor est nimis grossus, viscosus, adhærens: aut frigidus: aut crudus: aut aquosus: aut nimis subtilis. Et ita sunt quinq; impedimēta ex parte humorum. Grossities enim & viscositas impediūt phlebotomiā faciendā: quoniam non exit, nisi pars subtilior & clarior: & cū phlebotomia magis ingrossat, inuiscat, & infrigidat. Et hoc videtur esse secundū intentionem Aui. qui sic dicit pri. can. fen quart. ca. 4. versus principiū, Si viscosi & frigidi fuerint humores, fortasse minutio grossitiē & viscositatē augmentabit: incipiendum ergo erit à ventris solutione: Frigiditas etiā humorum impedit cùm phlebotomia magis infrigidet. Et hoc est, quod dictum est per Auic. immediatè, & dictum est à Gal. in de interioribus, vbi sic ait, Nam, si credas passionem ex frigido & sicco, sanguinis minutio de eo malum erit. Cruditas etiā impedit: quia tunc magis incrudescit, cùm phlebotomia infrigidet, & virtutem digestiuā debilitet, & ideo in cruditate humorum non cōpetit phlebotomia. Et hoc est, quod dicit Auic. 1. cano. fen 3. cap. 16. de medicatione lassitudinis, vbi sit ait, Quòd si cognoueris, ꝙ bonus sanguis in corpore sit paucus, & crudi humores sunt superabundantes, fac eos quiescere. Et etiam in cruditate humorū præcipit Gal. vt nō fiat phlebotomia, sicut dictū est superius in 24. propositione, & est scriptū secūdo de regimine sanitatis. Idē etiā dicit Aui. fen quar. li. 1. ca. de phlebotomia. Aquositas etiā humorum impedit phlebotomiā, sicut paret in hydrope, in qua nō debet fieri phlebotomia, nisi timor fuerit de suffocatione, aut prouenerit propter retentionē menstruorū & similium. Et hoc est, quod dicit Auic. lib. 3. c. de hydrope. Subtilitas etiā humorū impedit phlebotomiā, vt cū dominatur cholera rubea, praua, sola, simplex, & singularis: quia, si fieret phlebotomia, tūc auferretur frenum choleræ secundū. Aui. Et ideo ait Aui. cap. de phlebotomia, ꝙ in febre vehemētis inflammationis nō debet fieri phlebotomia: & est verū, cùm est de cholera prædicta. Gal. tamen lib. 1. Aphor. super illū aphor. Quæ egerūtur nō multitudine, &c. vult, ꝙ in febribus, etiā vehementis inflammationis, debeat fieri phlebotomia: sed non est contrarietas: quoniā Gal. intellexit hoc, quādo illa febris erat cum forti obstructione. Et ita patet, ꝙ grossities, viscositas, frigiditas: & cruditas: aquositas: & nimia materiæ subtilitas sine oppilatione fuit vna de primis causis,

Grossities humorum quare impediat phlebotomiam.

Frigiditas humorum quare impediat phlebotomiam.

Cruditas humorū quare impediat phlebotomiam.

Aquositas humorum quare impediat phlebotomiam.

Subtilitas humorum quare impediat phlebotomiam.

quare phebotomia nõ debeat fieri. Et est cõsideratio sumpta ex humoribus. Secunda autẽ causa, quæ impedit phlebotomiã, est virtutis debilitas: quoniã phlebotomia summè debilitat virtutẽ, cùm euacuetur calor & spiritus & sanguis, qui est materia & nutrimentũ omnium membrorum: & cum hoc alij humores, qui cum eo sunt. Et ideo, si virtus esset debilis & fieret phlebotomia, magis debilitaretur, & esset timendũ de syncope, aut de morte, aut de aliquo terribili accidente. Quare thesaurus totius considerationis est cõsideratio sumpta ex virtute. Quoniam secundum Gal. in regimine, sublimior omniũ consideratio sumpta est ex virtute. Et ideo, quãdo præcessit aliqua causa vel multæ debilitates virtutẽ, nõ debet fieri phlebotomia: & ideo nõ debet fieri post vomitũ, aut ventris fluxum, aut nimiũ sudorẽ, aut post colicam, aut spasmũ, aut timorem, aut longas egestiones, aut post coitum, aut nimium balneũ, aut vigilias, aut iram, aut solicitudinem, aut laborẽ, aut fatigationem, & ita de aliis omnibus, quæ virtutẽ exterminant. Et in hoc concordat Gal. 9. de ingenio cap. 3. & est seriò scriptũ in antecedente cap. propositione 10. Et Razes idem dicit 7. Almãsoris, & Auic. lib. 1. fen 4. cap. de phlebotomia. Tertia consideratio in phlebotomia sumitur ex parte morbi. Morbus enim siccus est febris, quæ est aut continua aut interpolata: & si interpolata, nullo modo debet fieri phlebotomia in principio, etiamsi interpolata esset ex sanguine, quod possibile est, sicut docet Gal. 9. de inge. sanit. cap. 3. versus princ. licet sit quæstio litigiosa non vno tantũ modo. Et ratio dicta est, quoniam phlebotomia reddit humores *cursibiles: & ita, si fieret in principio interpolatarum febriũ, de simplici fieret duplex, & de duplici continua. Et hoc est, quod docet Auic. cap. de phlebot. versus prin. vbi sic dicit, Et debes scire, quòd dum istę ęgritudines timentur & nondũ in eas conciderint, concedatur eis sanguinis minutio: & cũ in eas inciderint, in earũ principiis penitus phlebotomia dimittatur: quia humores subtiliarẽtur, & eos per corpus fluere faceret, & sano sanguini commisceret: & etiã est, quòd nihil euacuaretur ex eo, quod oporter. Si autem fuerit febris continua, & indiguerit phlebotomia, nullo alio impediente, fiat in principio: sed in hora, in qua quiescit maximè, vel in qua minus cõfligitur. Auic. dicit, In febre autem sanguinea necesse

Virtutis debilitas quare impediat phlebotomiam.

Febris diuisio.

Febris interpolata cur vena sectionẽ non admittat in principio.

fluxibiles.

Febris continua phlebotomiam sequitur.

ceſſe eſt, vt euacuatio fiat cum minutione nō ſuperflua in principio, &c. Quarta cōſideratio in phlebotomia ſumitur ex parte accidentium: in tempore enim paroxyſmi & afflictionis nō debet fieri phlebotomia: quoniā natura eſt tota impedita circa digeſtionem materiæ, aut eius euacuationē: & ideo reuocaretur natura à ſua operatione. Et hoc eſt, quod dicit Auicen. cap. de phlebot. vbi ſic ait, Phlebotomia quoq; & euacuatio nō eſt facienda in die motus ægritudinis: quia eſt dies requieſcēdi, & inquirendi ſomnū, & dies cōmotionis ægritudinis. Et, cùm ægritudo eſt habens criſim, in cuius tēpore eſt longitudo, nullo modo ſanguis multus eſt minuendus, ſed, ſi poſſibile fuerit, quies eſt faciēda: quòd ſi non fuerit poſſibile, vt quies fiat, ex eo parū minuatur, & in corpore ſanguinis theſaurus recondetur. In tēpore etiam fluxus menſtrui nō debet fieri phlebotomia, niſi menſtrua nimis fluerēt, & vellemus reſtingere per phlebotomiam diuerſiuam: attamē, ſi ægritudo eſſet periculoſa & plenitudo multa, & menſtrua fluerent ſed in parua quantitate, tunc in tali caſu faciēda eſſet phlebotomia: primò de brachio, propter vniuerſalem purgationē: poſtea de ſaphenis, propter particularem, & vt menſtrua non ceſſarent, ſed magis fluerent. Aliter enim (qui expectaret criſim fieri per menſtrua, cum ſint pauca, & ægritudo periculoſa, & corpus plethoricum) timēdum eſſet de apoplexia & morte ſubitanea: & ideo in tali caſu phlebotomia eſt facienda, non obſtante modico fluxu menſtrui. Et hoc videtur de intētione Auic. cùm dicit, Prægnans præterea & menſtruata non minuantur, niſi propter multam neceſſitatem, ſicut neceſſitas eſt retinendi fortè ſanguinis ſputum, cùm virtus eſt 'conueniens', &c. Quinta conſideratio in phlebotomia fienda eſt ex parte complexionis, ætatis & habitudinis, & regionis, & temporis, & conſuetudinis. Iſta omnia, & diſpoſitiones eorum impediunt phlebotomiam propter tumorē virtutis, ſicut primò eſt complexio melancholica, quæ habet parum de ſanguine calido, ſpiritu, & calore: & in talibus, quantum eſt ex hoc, nullo modo competit phlebotomia: ſed, ſi competeret ex aliqua neceſſitate, fieret modica aut quaſi nulla. Aetas etiā impedit, ſicut eſt ætas pueritiæ: quia cōpoſitio eſt rara ante annos quindecim, & ideo timēdum eſſet de ſyncope. In decrepita etiam ætate vltra annos 60.

Accidētia quæ phlebotomiā prohibeant.

Paroxyſmus quare prohibeat venæ ſectionem.

Menſtruis fluentibus, quādo phlebotomia fieri debeat.

fortis.

Complexio melācholica quare prohibeat phlebotomiam.

Aetas pueritia quare impediat phlebotom.

propter debilitatē virtutis non est facienda phlebotomia, nisi esset magna necessitas, & quòd constaret de virtute, & quòd etiam fiat modica. Habitudo etiam impedit, sicut in extenuato macie, aut raris albis laxis, aut finteticis: quoniam in talibus virtus est debilis, & ideo suspendenda est phlebotomia. Regio etiam nimis calida aut nimis frigida impedit, cùm vtrobiq; virtus sit debilis. Tempus etiam nimis calidū aut nimis frigidum impedit phlebotomiā propter eandem causam. Consuetudo etiā impedit: quia timendum est de syncope propter abominationem, & timorē, & suspectionē: & ideo est dimittenda, nisi virtus fuerit fortis, & necessitas valde magna, & patiens animosus. Et omnes istæ causæ possunt reduci ad virtutē. De compositione autem patet per Auic. cap. de phlebo. vbi sic loquitur de phlebotomia senū, Non fiat phlebotomia, nisi cōfisus fueris de amplitudine venarum, &c. quare patet, quòd illis debet fieri phlebotomia, qui habent venas latas. Et hoc est, quod dicit Razes 4. Almans. Ex his patet, quòd phlebotomia non debeat fieri in his, qui habent venas strictas, quia illi sunt frigidi in complexione. Igitur in phlegmatica & melācholica complexionibus non debet fieri phlebotomia, cùm habeant venas strictas & angustas, nisi fortè grandis cogat necessitas: & tunc debet fieri in parua quantitate. Compositio igitur est consideranda, sicut & complexio. De ętate autem dicit Auic. cap. de phlebot. Et in ætate, quæ est minor duodecim, & in ætate senum, quanto magis poterit, caueatur ab ipsa. De habitudine autem patet per Auic. cap. de phlebotomia, vbi sic dicit, In corporibus quoq; fortis maciei, & raris albis laxis, & citrinis, sanguinem non habentibus, à minutione, quantò plus poteris, tibi cauere debes. De temporibus & regionibus dicit Auicen. Tibi quoq; cauere debes in hora vehementis frigiditatis, & in regionibus fortis frigiditatis, & in hora fortis caloris. De cōsuetudine dicit Auicen. Syncope præterea accidit in prima minutione, cùm subitò aduenit ei, qui non consueuit. In omnibus etiā prædictis negat Razes in 7. Almansor. fieri phlebotomiam. Sexta verò consideratio eorum, quæ impediunt phlebotomiam, sumitur à dispositione stomachi & viscerum: & hīc sunt multa consideranda, scilicet quòd stomachus non sit cibo repletus, nec loca sibi vicina: quia tunc cibus crudus

Habitudo quæ impediat phlebo.

Regio quæ impediat phlebotom.

Consuetudo quare impediat phlebotomiam.

Phlegmatici & melācholici quare non sunt phlebotom.

Stomachus quādo vena sectionem prohibeat.

traherę

traheretur ad membra: & ꝙ nõ fit cõstipatio in viscceribus: quia, si tunc fiat, magis constringuntur, & maior fit cõstipatio: & ꝙ nõ fit nausea, nec vomitus, nec fastidium: quia tũc materia, quę est extra venas, traheretur ad venas: & ꝙ os stomachi non sit multum sensibile. Auic. autem multũ vtiliter & seriò tractat istam materiã cap. de phlebo. & ideo in fulcimentum dictorũ hîc apponitur. A minutione quoq; tibi cauere debes super cibi repletionem, ne materiã tunc ad venas trahas, loco eius, quod euacuasti: & oportet etiã, vt ab ea caueas in repletione stomachi, & intestinorũ facta ex fece iam exsiccata, & propinqua: immo in euacuãdo eam (fecem) stude: & illud quidem, quod est in stomacho, & in eo, quod ei vicinatur, vomitu: & quod est in intestinis inferioribus, cũ eo quo poteris, &, si nõ alio modo, saltẽ clysteri. Caue prẽterea tibi ne satietatẽ nauseatiuã habentẽ phlebotomes, sed prolõga vsquequo eius satietas nauseatiua digeratur. Et tibi etiã caue ne subtilitatẽ sensus oris stomachi, aut ipsius debilitatẽ phlebotomes, & infelicem ex generatione choleræ rubeæ in ipso: huiusmodi namq; sibi cauere debet ab audacia in minuẽdo, & propriè, cum est ieiunus. Sensus verò subtilitatẽ oris stomachi habentẽ dinoscens, propterea ꝙ mordicatiua traiicere ei nocet. Et habentẽ oris stomachi debilitatẽ cognoscens ex desiderij ipsius debilitate, & doloribus oris stomachi: & habentẽ os stomachi aptum receptioni cholerę rubeę, & multã in eo generationẽ ipsius cholerę dignoscens ex præseruãtia nauseæ ipsius, & propterea ꝙ choleram quaq; hora vomit, & ex oris ipsius amaritudine. Istis namq; cùm phlebotomati fuerint, oris stomachi præseruatione nõ prẽmissa, accidet inde timor magnus, & quãdoq; moriũtur inde. Subtilitatẽ verò sensus habenti, & debilitatem buccellę mũdi panis in rob acetoso, bonũ habente odorem, infusæ, sunt dandæ: &, si fuerit debilitas complexionis frigidæ, sunt intinctæ in aliquo, quod sit, sicut aqua cum zuccaro cum alefeniati, hoc est cum speciebus aromaticis, aut syr. mẽthæ muscato, aut miua muscata: postea minuatur. Aptitudinem vero generationis cholerę habẽs est mundãdus, dãdo in potu ei multitudinem aquę calidę cum syr. acetoso: postea dentur ei buccellę panis ad manducandum, deinde fiat, vt parumper quiescat, postea minuatur. Properandum prætera est, vt, quod ex bono sanguine re-

Cibi repletio quare phlebotomiã prohibeat.

Sensus subtilitas stomachi vnde cognoscatur.

Stomachi debilitas vnde cognoscatur.

Stomacho debili et subtilis sensus quid exhiberi conueniat.

solutum fuerit, restauretur, & si fuerit fortis, cum assatura carnis, quæ sit super prunas: quoniam, si digeritur, nutrit multùm & bene, veruntamen oportet, quòd sit pauca, quoniam stomachus propter phlebotomiam est debilis. Vltima verò consideratio est sumpta à corporis dispositione, vt si fuerit ebrius, nullo modo debet phlebotomari, nisi esset periculum suffocationis, vt de apoplexia & squinantia & similibus, sed tunc seruetur per vigintiquatuor horas: in somno quoque aperiri vena non debet.

Ebrius quando sit phlebotomandus & quãdo non.

De tempore & hora, in qua debet fieri phlebotomia.

CAP. VII.

CIrca istam materiã cadunt quatuor conditiones, quarum prima cadit circa tempora anni, secunda circa quadrans lunæ siue lunationis, tertia circa horas diei, & quarta circa aëris dispositionẽ. De primo agitur sic, Tempus est duplex, quoddam necessitatis, & quoddam electionis. Circa tempus necessitatis, non cadit lex, nec doctrina: quia in omni tempore & in omni hora, siue de die siue de nocte, vbi est magna necessitas (sicut in pleuritide, & synocho, & apoplexia, & squinantia, & similibus,) poterit fieri phlebotomia, quia tunc nihil potest resistere propter periculum & timorẽ mortis futuræ. Si autẽ fuerit tempus electionis, sicut in sanis ad præseruandum, tunc debemus eligere tempus anni magis temperatum: & ita fiet in autũno: quoniam autumnus est temperatus, comparando ipsum tam ad æstatẽ, quàm ad hyemẽ, & cum hoc est temperatus quantum ad æqualem eleuationẽ solis in circulo obliquo æqualiter, sicut in vere, licet autumnus in alijs sit distẽperatus. Et ideo, quantum ad temperamentum, summè competit phlebotomia à medio veris vsq; ad principiũ æstatis: quoniam secundũ Gal. cum humores sunt congregati in hyeme, in æstate veniente esset timendum de febre, aut apostemate, aut ruptura venæ, & similibus, nisi sanguis minueretur. Et ideo quasi regulariter, nisi aliud impediret, omnis homo quolibet anno, dato etiã quòd non multùm indigeret, deberet facere phlebotomiam ab anno 16. ferè vsq; ad 50. vel 60. post medium Maij in temperata quantitate, & ita esset sibi præseruatio magna ab ægritudinibus æstiualibus. Et hoc totũ bene vidit primus magister Hip. in Aphorismis, cum dicebat, Quibuscunque phlebotomia

Tempus est duplex.

Tempus necessitatis quare legẽ nõ habeat.

Autũnus quomodo sit tẽperatus.

Phlebotomia quãdo summè cõpetat.

aut

aut pharmacia &c. Et hanc sentẽtiã optimè intellexit Gal. prima particula Aphoris. super illum aphorismũ, Ventres hyeme & vere &c. Versus finẽ commenti, vbi sic dicit, Caterum quòd ex plurimo alimento oblato, quod non solum bene in ventriculo concoquatur, sed etiã in venis & toto animalis corpore, vnũquodq; animal multò carnosius redatur, & plus sanguine abundet, habent homines satis ipsa experientia cõpertum, non in seipsis tantũ, sed etiam in iumentis. Nam ante æstatis initium, circa vltimã veris partem, se & illos phlebotomant, in memoriã reuocãtes quibus capiantur morbis, quando subitò calor æstiuus superuenerit. Nam hic adeo sanguinẽ extendit & diffundit, ac quodam modo ebullire facit, vt, quod antea moderatũ fuerat, non possit ampliùs in venis contineri, sed vel disrũpat ipsas vel excedat, & quãdo impetum fecerit in aliquã corporis partem aliis debiliorẽ, in ipsa vel inflammationem vel eryſipelas, vel aliquem alium morbum operetur: quæ omnia Hipp. in aphorismo isto testatur &c. Hoc etiã vidit Gal. super aphoris. allegatum 6. partic. Quibuscunq; phlebotomia &c. in principio cõmenti, vbi sic dicit, Palam est intelligendum, quòd hoc debet attinere sanis, qui tamen, nisi corpora purgauerint, non diu erunt sani. Oportet ergo in veris initio hos purgare cum phlebotomia, si de plenitudine teneantur, vel cũ solutione & vomitu, si de corruptis humoribus. Diu enim multos huiusmodi custodiui, qui tamen antea singulis annis ægrotarent. Multis quoq; podagricis & artheticis, qui nõ tam fortiter laborarent vt eorũ digiti *petrescerent, hoc modo subuenimus, & venturas passiones distulimus. Similiter sustulimus quoq; à quibusdam sanguinis spuitionem, epilepsiã, &c. hoc modo purgationis, phlebotomia igitur vniuersalis est medicina omni passioni de plenitudine. In hac etiã opinione est Auic. 1. cano. cap. de phlebot. versus princi. vbi sic dicit, Nã istis melius est, vt in vere minuantur. Et dicit iterum in 1. cano. fen 4. doct. 2. cap. 6. Nulla autem res est ita custoditiua ab ægritudine veris, quemadmodũ phlebotomia. Auic. etiam fen 3. doct. quint. in prin. cap. dicit, In veris quidẽ principio succurrendum est ad minuendũ. Secunda consideratio versatur circa quadrans lunæ, vbi notandũ est, quòd sapiẽtes Astrolog. conueniunt in hoc & Gal. 3. de diebus criticis,

Calor æstiuus quantum possit.

Phlebotomia præseruatiua quãtum prosit.

poros habe rent

Quadræ lunæ sūt quatuor, & earum temperamenta.

quòd quatuor sunt quadræ lunæ, duæ in ascendendo, quarum prima extendit se vsq; ad septem dies, & est calida & humida, & assimilatur veri, secunda verò ascendit vsq; ad 14. diem, & est calida & sicca, & assimilatur æstati: in descēdendo autem sunt duæ aliæ, quarū prima extendit se vsq; ad 21. diem, & est frigida & sicca, & assimilatur autumno: vltima quidem extendit se vsq; ad finem lunationis, & ista est frigida & humida, & assimilatur hyemi. Quia igitur

Quadræ lunæ quomodo phlebotomiam variant.

quatuor sunt quadræ lunę, & complexiones quadrarū assimilantur quatuor temporibus anni: ideo, sicut phlebotomia fit diuersimodè secūdum diuersitatem temporum, ita secundum eundem modum diuersificabitur phlebotomia secundum partes quadrarum iuxta proportionem temporum. Sed, si vellemus comparare quadras lunæ ætatibus, tunc phlebotomando iuxta naturam ætatum sequeremur

Mulieres iuuenes quādo habeant menstrua, & quando senes.

opus naturæ: nunc autē mulieres iuuenes habēt menstrua in luna iuuene sen noua, & veteres in veteri, & mediæ in mediis, igitur iuuenes sen adolescentes phlebotomamus in prima quadra, & magis adultas in secūda, & incipientes senescere in tertia, & senes in quarta quadra. Iuxta illud.

Luna vetus veteres, iuuenes noua luna requirit.

Inferius autem adhuc faciemus aliquam mētionem de illa materia. Tertia consideratio huius capituli cadit circa horas diei. Vnde diuersificanda est phlebotomia iuxta

Sānguis qua hora sit euacuandus.

horas diei: quoniā, si volumus sanguinem euacuare, eligimus horam magis temperatā, & in qua sanguis magis dominatur: & hæc est hora matutinalis vsque ad horam tertiam: &, si sanguinem cholericū velimus euacuare, est hora vltra tertiam: &, si sanguinē melancholicum, vltra nonam: &, si phlegmaticum, versus vesperas, quoniam meliùs euacuabimus humorem, quem intēdimus, si in hora, qua mouetur humor vnusquisque, fiat euacuatio. Simpliciter tamen loquendo horam magis temperatā debemus eligere. De illa autem hora loquitur Auicen. cap. de phlebotomia, & dicit, Scito præterea, quòd phlebotomia habet duas ho-

Hora electa quæ sit. Hora necessaria quæ sit.

ras, scilicet horam electam, & horam necessariam: & hora electa est, quæ est in lumine diei, & post digestionis cōplementum, & expulsionem superfluitatum: & hora necessaria est hora, qua fieri oportet, & quæ tardari non potest, & in qua res prohibita non attenditur. Et dicit alia litera

super

super illam partem, In lumine &c. Id est à principio tertiæ vsque ad finem quartæ, licet secundum alios, à principio secundæ vsque ad tertiam. Quarta consideratio cadit circa aëris dispositionem, Cùm aliquis vult facere phlebotomiam, eligat aërem purum & mundum: quoniam complexio corporis sequitur dispositionem aëris secundum cursum. Cùm igitur aër est mundus, & humores sunt mundi, & virtus est fortis, tunc si fiat phlebotomia, natura fortis retinet bonum & dimittit malũ abire: si autem aër fuerit spissus & corruptus, vitetur phlebotomia, quia inficeretur sanguis qui est in venis, cũ aër sit subtilior quàm sanguis, & ideo subtilitate sua subintraret per foramen phlebotomiæ, non obstante sanguine, qui egreditur. Et ideo aër spissus & nebulosus non est eligendus: quia talis dispositio aëris est pestilentialis secundum Auic. Nam can. quar. tractatu quarto loquens de febre pestilentiali, & ponẽs signa pestilentiæ sic dicit, Et quãdo multiplicatur auster & subsolanus aliquibus diebus mensis (Septembris:) & quoties videris turbiditatem aëris & nebulositatem eius, & æstimaueris pluuiam & inueneris eum puluerulentum siccum non cum pluuia, tunc scias quòd complexio hyemis erit corrupta. Cùm igitur aër turbatus sit signum pestilentiæ, nullo modo (vt mihi videtur) eligendus est aër spissus & turbatus in phlebotomia, sed aër mundus & clarus, qui autem contrariũ fecerit, in se corruptus est, postquam corruptũ elegit: attamen in æstate eligatur ventus septentrionalis, vt temperetur caliditas aëris: & in hyeme debet eligi ventus australis, nõ quòd sit dispositio melior, sed quia temperatur magna frigiditas aëris, & potissimè in regionibus multùm frigidis. Et hoc videbatur sapere Auic. capitulo de phlebotomia, cùm dixit, Recordare præterea eius, quod diximus de euacuatione in hyeme cum medicina, quòd dies, quæ est eligenda, sit austrina: quoniam similiter est in phlebotomia. Patet igitur ex dictis Auicennæ, quòd tempus austrinum simpliciter non est eligendum, sed vt in hyeme calefiat aër: præterea quando est dispositio austrina cum aëris claritate, & sine nube, & sine aëris spissitudine & turbiditate, & talis dispositio est bona in hyeme. Et, si esset dispositio aëris turbata & nebulosa, & facienda esset phlebotomia, rectificetur aër domus cũ igne, suffumigiis

Aër quis eligẽdus sit in phlebotomia.

Vētus quis eligẽdus sit in phlebotomia.

factis cum storace calamitide, ambra, ladano, & similibus: aut, si aër esset mundus in hyeme & septentrionalis, tunc rectificetur cum igne & pannis, & ante phlebotomiã vtatur exercitio. Nos autem loquimur de phlebotomia præseruatiua, & de tali videtur, quòd phlebotomãdus poterit se exercitare. Omnibus igitur consideratis, iudicio meo in phlebotomia dies pura & clarissima eligatur.

Quantum sit de sanguine extrahendum, & vtrum vulnus debeat fieri magnum, & vtrum liceat dormire post phlebotomiã, & de quo latere debeat fieri, & vtrum frequenter debeat fieri, & vtrum sit iteranda eodem die, & vtrum competat in tertiana, & vtrum ante phlebotomiam competat balneum. CAP. VII.

Sãguis quã tũ detrahi debeat.

CIrca istud cap. cadunt octo cõsiderationes, quarũ prima est, Quantũ de sanguine sit extrahendum. Quantitas autẽ euacuationis fit secundum dispositionẽ necessitatis, & constantiam virtutis. Si autẽ necessitas magna fuerit, sicut est in repletis in vltimo, & in squinantia, & in fortissimo dolore, & pleuritide, & similibus, quantitas magna valde debet extrahi propter periculum suffocationis: &, si virtus poterit tolerare, fiat fere vsq; ad syncopẽ, sicut in synocho. Si autem plenitudo fuerit multa, & necessitas vehemens, & virtus debilis, fiat frequenter & in parua quantitate: frequenter quidẽ propter necessitatem, sed parũ propter virtutem. Si virtus fuerit fortis & necessitas modica, extrahatur mediocriter & tardè: tardè quidẽ, quia non est necessitas, sed mediocriter, quia virtus est fortis. Si autem vtrumq; conueniat, scilicet necessitas, & fortitudo virtutis, fiat multum, & multis vicibus, ratione necessitatis: &, si vtrumq; disconueniat, fiat parum & tardè. Et ita patet, quomodo certa regula dari non possit, nisi secundum dispositionem necessitatis & virtutis. Et hoc est, quod dicit Gale. 9. de ingenio sanitatis, vbi docet phlebotomiam fieri vsque ad defectionem, si virtus tolerare queat, & fuit superiùs allegatum cap. 4. in regula quarta & quinta. De quantitate autem sanguinis extrahendi concordat Razes cum his, quæ dicta sunt, 7. Almãsoris, cap. de minutione versus finẽ, vbi sic dicit, Sanguinis autẽ mensura, qui est extrahendus, oportet vt sit secundũ vsum & secundũ dispositionẽ, cuius causa phlebotomia exercetur, atq; secundum virtutem. Qui autem calidum apostema patitur, vt pleuritidem

aut

aut ei similes ægritudines, cum phlebotomatur, mutationem coloris à propria dispositione attendere debet. Apostemate autem carēs cùm phlebotomatur, non debet hoc in suo sanguine obseruare, cum totus eius sanguis sit æqualis. In habentibus quoque apostema calidum, cùm phlebotomantur, si sanguinis tardauerit mutatio, & timor destructionis virtutis affuerit, sanguis est restringendus, nec est expectandum donec sanguis mutetur &c. Secunda consideratio cadit circa magnitudinem apertionis vulneris in phlebotomia. Vnde, quando humores sunt grossi, & virtus fortis, apertura debet esse magna, aliter melius esset, quòd non fieret phlebotomia: quoniam sanguis subtilis & bonus exit, quando foramen est paruum, & sanguis grossus & corruptus remanet. Et ideo, cōmuniter loquendo, melius est facere magnam aperturam, cùm hodie homines communiter sint mali regiminis, & tunc exit melius sanguis corruptus: & si virtus fuerit debilis, extrahatur parum, & post aliquot dies iterum. Si autem sint subtiles, & virtus debilis, foramen debet esse paruum: quoniam tunc citò esset timendum de syncope, propter velocem & subitam sanguinis & caloris euacuationem. Cum hac autem sententia concordat Auicennas in primo canone, capitulo de phlebotomia, vbi sic dicit, Amplius phlebotomia stricta est magis virtutis conseruatiua, sed tamen subtilem & clarum sanguinem fluere facit interdum, & spissum & turbidum retinet: ampla verò velociter est ad syncopen, & magis operatiua in mundificando, & tardior ad consolidandum: sed tamen est *dignior ei, qui secundum præseruationem phlebotomatur, & in crassis seu pinguibus: & amplam quidem efficere in hyeme est dignius, ne congeletur sanguis: & angustam efficere in æstate est dignius, si necessarium fuerit. Hanc quoque sententiam tenet Haly 9. Practicæ libri Regum, vbi dicit, Si qui phlebotomatur, duplicatione eget bis aut ter, percussionem expedit facere longam: quoniam, si sic fiat, non citò solidabitur. Et sequitur paulò pòst, Et cùm qui phlebotomatur, puer est aut pusillanimus, percussionem fac paruam & strictam, quò velocius vena solidetur: & si materiam à loco ad locum trahere volueris, percussionē fac strictè, & sanguinē per horam fluere fine. Tertia cōsidera-

Apertura in phlebotomia quando debeat esse magna, & quando parua.

conueniētior

tio.

tio, quæ cadit circa istam materiam, est, Vtrum phlebotomatus debeat dormire. Circa quod est intelligendū, quòd dormire non debet: quoniam in somno calor & spiritus & humores ad interiora reuertuntur, & redduntur ex hoc cursibiles ratione aggregationis, & tunc postea remittuntur ad loca debilia: atque ita timēdum esset de apostemate, aut de aggrauamine alicuius membri debilis, & potissimè cum exteriora sentiuntur contracta, propter retractionem spirituum & caloris versus interiora, & superfluitates ibi remanentes, & plus ipsa (membra exteriora) grauantes & debilitantes: & potissimè in illis, qui habent neruos debiles: in talibus non competit somnus, tamen, si consueuerint dormire de die, dormiant per duas horas vel per tres propter naturę recreationem. Et huius opinionis fuit Gal. 9. de inge. cap. 2. vbi sic dicit, Post duas autē horas minutionis, cibum aliquantulum dedi, iubens vt quiesceret & dormiret: in quinta autem hora reuersus sum ad eum, & inueniens eum cum graui somno, tetigi eum, & non sensit &c. Auic. autem cap. de phlebotomia sic dicit, Inter phlebotomiam quoq; & secundationem dormire, prohibet, ne cum sanguine expellantur superfluitates, quæ attrahuntur: propterea quòd humores in somno ad corporis profundum trahātur. Et sequitur paulò pòst, Ex dormitione verò phlebotomiæ propinqua plerumq; accidit in membris confractio. Ex his patet, quòd qui est paratus ad aliquam ægritudinem, aut qui habet aliquod membrū debile, aut neruos debiles, dormire non debet post phlebotomiam: qui autem ista non habuerit, & consueuerit, post tres horas vel quatuor dormire poterit. Quarta consideratio cadit circa latus, de vtro nimirū phlebotomia debeat fieri. Circa quod distinguendum est, quòd aut loquimur de sanis aut infirmis, & in sanis in vere & æstate (quia humores calidi dominantur) debet fieri de parte dextra: quia humores tunc ibi calidiores sunt propter heparin autumno autē & hyeme debet fieri de parte sinistra, cum tempus sit frigidum, & in parte sinistra humores frigidi dominētur propter splenem. Et de hoc stat versus, *Aestas, ver dextrant, autumnus hyemsque sinistrant.* Si autem loquamur de ægris, aut corpus est plethoricum, aut non: & si fuerit plethoricū, semper debet fieri de parte oppositā, nisi materia esset venenosa, sicut

Phlebotomatus vtrū dormire possit.

Phlebotomia de vtro latere fieri debeat.

Aegri de vtro latere sunt phlebotomandi.

in

in anthrace: quia ita traheretur materia venenosa ad mẽbra interiora nobilia: sed tunc, si necesse fuerit, fiat bis de eadem parte: aut ægritudo esset confirmata, & quòd nõ timeremus de aduentu materiæ antecedentis ad locũ: quia tunc posset fieri de eadem parte, licet esset securius primò facere in hoc casu de parte oppositа, & postea de eadem, postquã corpus esset plethoricum. Si autem corpus nõ fuerit plethoricũ, tũc ęgritudo aut est fortis & intẽsa, aut non: & si sic, fiat de parte oppositа: quia alioqui ratione doloris & malitiæ morbi traheretur materia ad locum. Si autem ægritudo nõ fuerit malitiosa, nec corpus plethoricũ, semper fiet de eadẽ parte. Et de ista oppositione loquitur Hip. in illo aphoris. Posteriora capitis dolenti &c. & Gal. idẽ docet per totum commentũ. Et Auic. lib. 3. cap. de curatione sodæ absq; materia versus mediũ sic dicit, Et minutio veną, quę est in fronte: ipsa nãq; est vena, cuius phlebotomia plurimùm ægritudines capitis extirpat. Et oportet quidẽ, vt in hoc doloris pars attendatur: nã, si fuerit lateris posterioris, vena, quę est in latere anteriori, minuatur: cùm autẽ in parte oppositа desinat vena, ventosas loco phlebotomię pone. Quinta consideratio cadit circa frequentiã phlebomiæ. Circa quod est intelligendũ, quòd quando necessitas phlebotomandi est magna, & virtus nõ potest tolerare, tũc euacuandũ est parum ratione virtutis, & frequenter ratione necessitatis. Si autẽ etiã fuerit bonæ habitudinis, & habuerit venas latas, & vtatur multis carnibus & cibis multum sanguinem generantibus, & viuat in otio, tunc etiam frequẽter est minuẽdus, & propter virtutẽ, quæ poterit tolerare: & propter sanguinis abundantiã, quæ multiplicata est ratione virtutis & bonitatis digestionis: & propter multitudinẽ ciborũ multiplicantiũ sanguinem: & ratione otij: aliter enim timendũ esset, aut de erepatura venæ, aut de subita suffocatione virtutis. De illa autẽ frequẽtia loquitur Auic. 1. can. fen 3. doct. 2. cap. 7. de regimine comestion. vbi sic dicit, Amplius, qui multã consueuit comedere carnem, si otiosus fuerit, phlebotomia ei reiterari debet. Sexta consideratio cadit circa secundationẽ phlebotomiæ in eadem die. Circa quod est intelligẽdũ, quòd, quãdo est magna necessitas (vt in squinãtia, & synocho, & dolore inflãmatino sparularum, & similibus) tunc, virtute forti existente, in eadem

Phlebotomia quando sit frequentãda.

Phlebotomia quãdo sit iterãda.

dē die est secūdanda: sed debet esse maxima cautela, quòd semper aperiatur vena cum lanceola: quoniam aliqui percutiunt cum vngue, & tunc & exit sanguis subtilis & bonus, & remanet corruptus: quod potest probari: quoniam, si iterum percutiatur cum phlebotomo, sanguis apparebit corruptus: & si percutiatur cū vngue, apparebit subtilis & clarus. De ista autem secundatione loquitur Auic. cap. de phlebot. & dicit, Et in horum secundatione non est fiducia habenda sine percussione. Septima consideratio circa hoc cadit, Vtrum competat phlebotomia in tertiana. Ista consideratio habita est superius (cap. 5.) in illa parte, vbi tractabatur de febribus cōtinuis & interpolatis. Vnde dictū est, ꝙ in continuis potest fieri phlebotomia in principio, nisi quòd seruetur hora maioris quietis. In interpolatis autē nō debet fieri aliquo modo, vt dictū est prius: (cap. 5) quia redderetur sanguis fluxibilis ad minerā, & de simplici tertiana fieret duplex, aut de duplici fieret continua. Nunc autem hoc signāter agitur de tertiana, propter errores, qui frequenter accidūt. Si autē ita fuerit, ꝙ tertiana fuerit sola, simplex, singularis, de cohlera rubea subtili, & vrina fuerit tenuis, & cholorica, & alia particularia cōueneriat, tūc nō fiet phlebotomia: quia frenū remoueretur cholerę, & ita magis acueretur. Si autē esset tertiana notha, cū spissitudine vrinę, & plenitudine venarū & fortitudine oppilationis, tunc posset fieri phlebotomia post tertiam vel quartā accessionem. Quando autem vrina est ignea subtilis, & cholera subtilis dominatur, tunc timenda est phlebotomia. Et de hac materia loquitur Auic. lib. 3. cap. de curatione febr. putrida. in generali: & dicit, Et oportet, vt obserues in omnibus illis dispositionē virtutis, quæ si fuerit fortis, & fuerit illud, quod vincit, sanguis, aut fuerit cum humore, qui vincit, sanguis, tunc phlebotomia est magis cōueniens: & propriè, cùm vrina est grossa rubea, nō citrina, nō ignea, ex qua timeretur apud phlebotomiā victoria cholerę & acuitas eius. Et sequitur paulò pòst vnū nobile verbū de phlebotomia, ꝙ sic habet, Et cōsiliū meū est in phlebotomia, vt dimittatur quantū est possibile: si autē possibile nō fuerit, tūc multiplicatio numeri est melior multiplicatione quātitatis. Scribit quoq; Auic. lib. 3. cap. de cura sodę sine materia versus fin. & dicit, Cura autem factæ (sodæ) ex materia

Phlebotomia vtrum competat in tertiana.

Tertiana interpolata quare phlebotomiā nō requirat in principio.

cho

cholerica hæc est. Nam, si cum ea vides aliquãtulũ motum sanguinis, cura est, vt sanguis parũper euacuetur. Octaua consideratio cadit circa balneum. Balneũ autem nõ debet fieri ante phlebotomiã, nisi materia esset grossa viscosa, vt subtiletur & meliùs euacuetur. Et hoc est, quod dicit Auic. cap. de phleboto. cum ait, Balneatio quoq; antequam fiat phlebotomia, plerumq; difficilẽ facit minutionẽ: propterea quòd cutem ingrossat, & eam lenificat, & ad labendum aptam efficit: nisi phlebotomandus multam sanguinis habuerit grossitiem.

Balneũ an fieri debeat ante phlebotomiam.

De cognoscenda corporis dispositione ex sanguine educto per phlebotomiam. CAP. VIII.

CIrca istam materiam est intelligendum, quòd dispositio corporis potest cognosci per sanguinem solum quadam coniectura proxima veritati: scilicet per colorem, saporé, odorem, subst antiam, & modũ egrediendi, & alia similia: quę videbimus in capitulis specialibus seu particularibus. Et hoc videtur rationabile: quoniam distincti omnes humores sunt in massa sanguinea. Quod enim supernatat spirituosum & quasi croceũ, est cholera: & quod est album, est phlegma: & quod est feculentum, est melancholia: & liquor, est *aquositas: residuũ autem est sanguis: & secundum quod illa dominantur in sanguine extracto, possumus iudicare de corporis dispositione. Vnde licet omnes humores sint mixti, ita vt videatur vnus humor, nihilominus distincti sunt omnes, & secũdum suas formas & secundum situ, & secundum suos motus, & secundum suas operationes: & si quodlibet istorũ declararetur, timeo prolixitatem: & fortè aliquo modo esset extra propositum. Ecce tamen quod dicit Auic. 1. cano. cap. de humorib. versus fin. Inquit Galille, qui dixit, quòd humor naturalis solummodo est sanguis, & alij humores sunt superfluitates, quibus non egetur, non dixit verum. Si enim solus sanguis esset humor, qui membra nutriret, omnia in suis complexionibus & essentiis similia forent: os autem carne durius non existit, nisi quia sanguis, cui substantia dura melancholica fuit admista, ipsum nutriuit: neque cerebrum mollius est carne, nisi quia sanguini, qui ipsum nutriuit, substantia mollis phlegmatica fuit admista. Ipsum quoq; sanguinem aliis inuenimus admistum humoribus, qui

Corporis dispositio quo modo per sãguinem cognoscatur.

vrina

Sanguis solus quare membranõ nutriat.

ab

ab eo separantur. Cum enim extrahitur & steterit in vase, seu firmatus fuerit in vase, visu discernitur, & separatur in partem quę est sicut spina, & est cholera rubea, & partem quæ est sicut fex & res turbida, & est melancholia: & partē quæ est sicut albumen ouorum, & est phlegma: & partem aquosam, quę est aquositas, cuius superfluitas in vrina euacuatur. Aquositas namq; non est ex humoribus, neq; est nisi ex eo quod bibitur, & non nutrit, neq; est necessaria, nisi in nutrimenti attenuatione & penetratione. Humor namque est quòd ex eo quod bibitur & comeditur, est nutriēs. Haly quoq; 1. lib. Regum suæ Theoricæ cap. fin. loquitur de ista materia, & dicit, Non igitur hi separantur à sanguine humores, vt purus superfit, nihil aliorum habēs mixtū: sed videtur mēstruus sanguis: quidā rubeus & clarus, quod fit, cùm illi miscetur cholera rubea: quidā autē rubeus & paululū subniger & spissus, cùm cholera nigra est illi immixta: aut super se spumā habens natantem, cùm phlegma est admixtum: alius autē tenuis, propter immixtā illi aquositatem. In sanguine quoq; phlebotomiæ eadem videntur. Et hoc est signum nō esse sanguinem totū vnum idemq;, quamuis intuenti vnus esse videatur. Ex his patet, quòd sanitas perfecta perficitur ex humorum temperie: & quòd ex intemperie causatur ægritudo. In massa igitur sanguinea relucet virtus, complexio, & operatio membrorū, tam consimilium quàm officialiū. Manifestum est igitur, quòd per sanguinis dispositionem poterimus deuenire in cognitionem totius corporis. Si autem velimus deuenire in cognitionem membrorum interiorum, nos quærimus ea, quæ egrediūtur à corpore, sicut est vrina & egestio, & cùm ista sint superfluitates & sanguis non: ideo meliùs & certiùs possumus deuenire in cognitionem naturæ membrorū interiorum per sanguinis dispositionē. Sanguinis autem dispositio potest discerni per visum, per tactum, per gustum, & per olfactum, sicut dicetur. Vtilissimū igitur signum videtur esse sumptum à sanguinis dispositione per phlebotomiam facta, licet medici vt plurimum sint negligentes in aspiciendo sanguinem extractum per phlebotomiam.

Aquositas quid sit.

Sanitas per fecta vnde perficiatur.

Mēbra interiora vnde cognoscantur.

De cognoscenda sanguinis dispositione per calorem. CAP. IX.

Sāguis quo modo cognoscatur.

IN primis, phlebotomia facta, accipiatur scutella, & suauiter sanguis diuersis sitibus struetur, & si apparuerint diuersi

diuersi colores secundum diuersitatem situum, malũ: sicut diuersificari videmus colores in collo columbæ, secundum diuersitatem situum, & motus capitis & colli: & sicut videmus in panno æstiuo, qui apportatur de Taurisio, cuius color apparet modò blaueus, modò rubeus, modò medius, modò aliter, secundum quod vestis aliter & aliter situatur. *gnoscitur per colorẽ.*

Et si talis diuersitas coloris apparuerit secundũ diuersitatem situs vasis, in quo est sanguis, malum: quoniam diuersitas præter naturam humorum significatur: quare indiget mundificatione secundũ diuersitatem augmẽti humorum. *Colorum diuersitas, in sanguine, malum.*

Nunc vlterius vnus color consideretur, qui, si fuerit subrusus, aut rufus, aut subrubeus, aut rubeus, bonum est: quoniã temperamentum significatur. Si autem color fuerit remissus, vergens ad pallorem aut quandã subalbedinem, malũ: quoniam cruditas & indigestio significatur. Si autem color fuerit rubicundus, aut valde rubeus, malum: quoniam nimia caliditas significatur: si autẽ spumosus, & ϕ nõ procedat ex modo * cadendi, malũ: quoniam ventositas, grossities, & viscositas significatur: si autem fuerit liuidus, viridis, & niger, pessimũ: quoniam adustio & mortificatio significatur: &, si fuerit color cineritius, malũ: quia adustio quasi terminata videtur: & hoc nõ est, nisi cum habitudine extenuata. Si autem in habitudine satis laudabili apparuerit color, sicut seuum, pessimum: quoniam putredo, corruptio, & indigestio significatur, & quòd humores ad perfectã sanguinis formam nõ venerint. Et non apparet sanguis in tali colore, nisi in homine mali regiminis, aut tẽpore pestilenziali, aut in febrib. pestilentialibus corruptiuis, aut in parassismis ad febres, & cacochimias, & corruptiones. Et talis sanguis apparet sæpe in Mõtepes. viuũt enim ibi homines vt plurimũ in otio & in multitudine cibi & potus: & ideo corrũpitur digestiua, & cibus nõ transmutatur ad veram formam humorũ. Talis igitur color vniuersaliter corruptionẽ significat. Et in inuestigatione huius coloris fui sedulus inquisitor apud phlebotomatores: & vt plurimum inueni talem sanguinem apud istã gentem. Cùm igitur apparuerit color subcineritius aut subalbidus, aut sicut color seui aut fungi, mutetur dieta & regimen: & mũdificetur corpus frequẽter, sed in parua quantitate. Si autem color apparuerit omnino sicut lac, vltimata indigestio & cruditas significa- *Colores boni & mali in sanguine qui sunt.* *fluendi* *Color sanguinis, sicut seuum, vbi apparet.* *Color sanguinis, sicut*

lac, quid indicet.

tur, similiter in omnibus illis coloribus, vergentibus ad quandam albedinem. Considerandum est igitur, vtrum talis color venerit propter vltimatã aduſtionem, aut propter frigiditatẽ: & ad hoc debemus diſpoſitionem corporis conſiderare: quoniam, ſi habitudo corporis fuerit extenuata, & febres & labores & anguſtiæ præceſſerint, & color vergat ad quandam citrinitatem, & vrina non eſt tenuis, talis color videtur venire ratione aduſtionis: & tales ſunt paratiſſimi ad lepram, & maniam, & ſimilia. Si autem prædictis coloribus * rememoratis iſta nõ adfuerint, tunc magis attendatur ſuper indigeſtionem, & frigiditatem, & corruptionẽs: & ideo diſpoſiti ſunt huiuſmodi ad febres, apoſtemata, & ad hydropem. Curentur igitur diuerſimodè ſecundũ diuerſitatem particularium. Color igitur ſanguinis cum ſumma diligentia cõſideretur. Si color ſanguinis fuerit rubeus nõ clarus, dominium ſanguinis ſignificatur: ſi autem fuerit rubeus clarus, aut vergens ad rubedinẽ, dominiũ choleræ ſignificatur: &, ſi fuerit albus, dominiũ phlegmatis ſignificatur cum ſanguinis paucitate. Sed iſta albedo eſt duplex: aut enim eſt pura, & ſignificat cõplexionem humidã phlegmaticam: aut eſt mixta cum pauca viriditate, & eſt ſicut color ſtagni: & tũc ſignificat frigiditatẽ & humiditatem mixtam cum humore melãcholico. Si autẽ ſanguis fuerit niger aut fuſcus, ſignificat frigiditatem vehementẽ: & potiſſimè, ſi illa nigredo non fuerit pura: ſed fuerit ſicut quædam liuiditas obſcura: ſi autem color fuerit niger, purus, & lucens aliquantulum, ſignificat aduſtionem. De coloribus autem, qui apparent in ſanguine, multi Doctores tractauerunt. Auic. enim in 1. can. cap. de humoribus verſus princ. ſic dicit, Sanguis vero natura calidus exiſtit & humidus, cuius duæ ſunt ſpecies, naturalis & innaturalis. Naturalis autem eſt, cuius color eſt rubeus, malo carens odore, & eſt valde dulcis. Nũc autem Haly Theoricæ lib. 1. Reg. c. fin. dicit, Et naturalis quidem ſanguinis complexio eſt calida & humida: & qui ex eo eſt in arteriis, liquor eius tenuis eſt, & color in ruborem clarũ vergit, & ad flauorem: qui autem eſt in venis, temperatum habet liquorem inter groſſitiem & tenuitatem: & color eius eſt rubeus plurimi ruboris, ſapor dulcis, & odor minimè fœtidus, &, ſi eductus fuerit, citò coagulatur: huiuſque ſanguinis generatio ex temperantia eſt

caloris

* remiſſis

Albedo ſanguinis duplex.

Sanguis naturalis qualis ſit.

Sanguinis venalis & arterialis differimen.

caloris hepatis. Nunc autem Galen de crisi loquens de vrina dicit, Et neq; est possibile, vt sit sanguis in colore choleræ, & si cõse quatur finem, ad quem possibile est ipsum pernenire, propinquitatis coloris rubei clari: & cum sequatur cholera huius eiusdem coloris finem, quem ipsam cõsequi est possibile: sed cholera est propinquior ipsi colori rubeo claro, & sanguis proculdubio est propinquior colori rubeo non claro. Et illud ideo: quoniam non color rubeus venarum est medius inter colorẽ sanguinis naturalem & inter colorem cholerę naturalẽ. Et si quęratur, quare color, sicut senum, magis appareat in superficie. Dico quòd idem posset quęri de omni alio colore: quoniam color talis apparet secundũ dominium illius humoris. Et quia humor crudus aut adustus aliquãdo vincit in tota massa, ideo seipsum manifestat, & alios colores obfuscat, sicut patet in sanguine naturali: quoniã tota massa videtur in superficie rubea, propter eius dominiũ, licet omnes alij humores sint admixti. Malus autem color quantò plus se profundat, tantò deterius: & si color fuerit bonus, tantò melius: in fundo autem semper est color niger, cùm melancholia semper petat fundum ratione suæ terrestreitatis.

Color, sicut senum, quare magis appareat in superficie sen.

Color niger quare semper sit in fundo sang.

De modo egrediendi sanguinis. CAP. X.

CIrca modũ verò egrediẽdi sanguinis cadunt quatuor conditiones. Prima talis est, quòd phlebotomia facta, & foramine facto satis magno, nihil exeat de sanguine, aut valde parũ, aut guttatim: & dico, quòd hoc est propter quatuor causas, quarum prima est sanguinis multitudo: vnde conculeatur & ingurgitatur, & ratione multitudinis opplatur foramen, & ideo non exit. Et signum huius est, quod post aliquantulam moram aliqualiter exit guttatim, acsi vena percutiatur cum digito & vngue. Et inungatur foramen cum oleo, nam tunc satis exit, & filũ manifestũ facit. Secũda causa, quare nõ exeat, potest esse sanguinis grossities: cuius signũ est, quia tunc nullo artificio potest bene exire. Et tunc debet subtiliari sanguis cum oxymelle diuretico, aut oxysaccharo simplici aut cõposito, & dieta subtilissima & in actione & passione: & quòd balneetur, & pòst phlebotometur, largo tunc foramine facto. Tertia causa, quare non egrediatur, potest esse paruitas sanguinis: quod discernitur, quia macer est & extenuatus. Et tũc competit dieta re-

In phlebotomia cũ magno foramine quare sanguis non exeat.

Sanguis grossus subtiliari debet, antequam educatur.

sumptiua & enutriēs: & postea fiat phlebotomia, si indigue rit. Quarta causa, quare non exeat, est timor & pusillanimitas, aut quia non cōsueuit. Et tunc competit vipa panis in vino, & aspersio cū aqua rosacea & vino aromatico, & etiā verba consolatoria, & similia. Et possumus addere quintam causam, quæ est paruitas foraminis: & illa est manifesta. Et tunc iterum percutiatur cum phlebotomo: quia talis strictura foraminis nō competit, quia pars subtilior exit. Melius igitur esset dimittere, quàm guttatim fluere. Secunda consideratio, quæ cadit circa modum egrediendi, est vt tangatur sanguis cum digito cùm actu fluit: &, si fuerit frigidus, restinguatur: &, si calidus & multum subtilis, vergens ad quandam subalbedinem, restingendus est: quia tunc esset timendum de syncope, aut ratione nimiæ subtilitatis, aut ratione eruditatis. Si autē fuerit multum calidus cum substantia grossa, aut mediocri, & colore mediocri, tunc permittatur multum fluere, virtute constante, & pulsu pleno, & vrina rubra & spissa: quia multitudo humorum significatur, qui iam parantur vel parati sunt ad corruptionem. Tertia consideratio, quæ cadit circa modum egrediendi, est quòd vna gutta ponatur super vnguem, & si citò defluxerit significatur, quòd sanguis est nimis aquosus, & ideo restingendus: & si nullo modo fluxerit, nimia grossities significatur: & tunc parū est extrahendum, donec fuerit subtiliatus. Si autē gutta mediocriter remaneat, bonitas sanguinis significatur, & mediocriter fluere permittatur. Deinde vna gutta proiiciatur in aquam, & si non diffundatur, sed citò cadat ad fundum, nimia grossities significatur: & si supernatet, nimia aquositas significatur: & si medio modo descendat, bonum. Quarta consideratio, quæ cadit circa modum egrediendi, est quòd statim, phlebotomia facta, vnum granum salis proiiciatur in sanguine & si citò liquefiat, bonum: & si non poterit liquefieri, malum, quia signum dispositionis est ad lepram.

Sanguis fluens quare digito sit tangendus.

Sanguinis gutta ponenda supra vnguem.

Sanguinis gutta proiicienda in aquam.

Salis granū in sanguinē proiiciendū.

De odore, sapore, & icore sanguinis, & cita eius coagulatione.

CAPVT XI.

Circa istā materiā cadunt quatuor cōsiderationes, quarū prima est circa saporē, qui in sanguine naturali est dulcis. Quòd autē inueniatur alterius saporis, hoc est propter illud, quod secum est admixtū ex humoribus, aut propter

Sanguinis sapor naturalis.

pter eius alterationem. Si enim sibi admisceatur phlegma, vergit ad insipiditatem: & si cholera sibi admisceatur, sua dulcedo vergit ad amaritudinẽ: & si melancholia, ad pontis citatem: & si phlegma acetosum, vergit ad acetositatẽ. Patet igitur quomodo diuersificatur sanguis ex parte saporis. Haly enim 1. lib. Reg. Theor. cap. fin. dicit ꝙ sapor sanguinis est dulcis. Et sequitur pòst, Eiusq; sapor aut inclinatur ad amarũ, & est signum multæ cholerę sibi adiunctæ: aut in salsuginem, & est signũ phlegmatis adiuncti secum. Secunda cõsideratio cadit circa odorem. Phlebotomia facta, sanguis debet odorari: & si odor fuerit grauis aut fœtidus, malum: quoniam corruptionem & putrefactionem significat. Et tunc debet mundificari cum mãna, cassiafistula, & tamarindis, & similibus: si autẽ nullus malus odor appareat, bonum. Haly enim dicit in loco prius allega. ꝙ odor sanguinis est minimè fœtidus. Et parum pòst dicit, Quòd si fuerit fœtidus, putredinẽ significat. Tertia cõsideratio cadit circa icorem, scilicet circa illam aquositatem, quæ supernatat in sanguine: si enim nimia aquositas fuerit in sanguine, cũ multum quieuerit, indigestio & nimius potus significatur. Minuatur igitur cibus & potus, & fortificetur exercitium. Si autem ille icor siue aquositas fuerit modica, minoratio & paruitas cibi significatur, & ideo regatur per cõtrarium: &, si medio modo se habuerit, bonum est. Est hîc aduertendum, quòd icor & vrina debent esse eiusdem coloris: cuius ratio est. Quoniã icor, postquam fecit iuuamentum in toto corpore, trahitur à renibus, & mittitur ad vesicam secundum Gal. 4. de Iuuamentis. Cautela igitur sit ista, Perforetur sanguis postquam quieuerit, & aggregetur aquositas: & tunc excoletur suauiter, vt sanguis non admisceatur, & ponatur in vrinali: & accipiatur tunc vrina recens præcedentis noctis, & comparentur illæ duæ vrinæ: &, si similes inuentę fuerint, bonum: quia sanitas & bonitas regiminis significatur: si autem discõuenerint, malum: quia diuersitas regiminis significatur: rectificetur igitur regimen iuxta diuersitatem causæ præcedentis. Quarta consideratio cadit circa sanguinis citam & velocem coagulationem. Si enim sanguis, facta phleboromia, nimis citò coaguletur, malum est: quoniã nimia grossities & terrestreitas significatur: si autẽ nimis tardè, pcius est: quia aquositas nimia significatur,

ralis et innaturalis.

Sanguinis odor grauis, malum.

Icor nimius in sanguine quid significet.

Icor & vrina eiusdem coloris esse debent.

Sanguinis cita coagulatio et tarda quare sit malum.

& indigestio, atq; dispositio ad lepram. Et ita oportet dare diuersa remedia, secundum diuersitatē causarum: si autem medio modo coaguletur, & condensetur, bonum est. Et de hoc dicit Haly loco prælegato, Qui, si eductus fuerit, nō nimis citò coagulatur: huiusq; sanguinis generatio ex tēperātia est caloris hepatis. Sāguis igitur terrestris & grossus citò coagulatur & cogitur, quia in sanguine apparent sensibiliter fila & pili, vnde citò coagulatur. Et hoc videbatur sentire Gal. 2. de Elementis, vbi sic dicit, Et in sanguine quidē sensibiliter vidētur fila currere cū eo, & quādo retra hūtur illa fila, nō coagulatur: & sanguis quidē, à quo remouentur illa fila, est diuersus in colore suo &c. Gal. nō intellexit, q; per artificiū remouerentur illa fila, sed fuit modus loquēdi: quoniā, quādo remouētur siue proiciūtur (id est quādo nō sunt in sanguine nec apparēt) tunc nō citò coagulatur sanguis ille. Quia ex priuatione filorum naturaliter, significatur quod sanguis nō est grossus nec terrestris.

Sāguis grossus quare citò coagulet.

De substantia sanguinis. CAP. XII.

Sanguinis substantia quomodo examinetur.

CVm sanguis est coagulatus, tunc cū ligno subtili pau latinè debet frāgi & inscidi: &, si nimis facilè cedat, malum, quia aquositas & indigestio significatur: &, si nimis resistat, malū, quia nimia grossities & viscositas significatur: si autē medio modo se habeat, bonū. Et tunc vlteriùs debemus cōsiderare, num color superficiei se profundet, & si color superficiei sit laudabilis: si profundauerit se vsq; ad spissitudinē duorum vel triū denariorū paruorū, secūdum sanguinis quantitatē, tūc est bonū, sed, si color superficiei fuerit malus, tunc quantò plùs se profundauerit, tantò est deterius: in fundo autē in quocunq; color debet esse niger naturaliter, cū melancholia locū infimū naturaliter obtineat: quoniā cholera supernatat sanguini, deinde sequitur phlegma, sicut spuma, & in fundo melancholia. Et pro tāto dicunt Alchimistæ, q;, cùm sanguis destillatur, primò venit quædā aquositas: & deinde, quod pertinet choleræ, & pòst, quod pertinet phlegmati, & pòst, quod pertinet sanguini: & vltimò, quod pertinet melācholię. Cū igitur frangitur sanguis, & in fundo apparet nigredo, non debet aliquis terreri: quoniā hoc est sanguini naturale, nisi ille color nimis ascēderet vsq; ad superficiē. Per subtātiā igitur sanguinis & eius dispositionē possumus prædicere: Quoniam,

Color superficiei sanguinis est cōsiderāda.

Sanguinē destillant Alchimistæ.

niã, quando videmus sanguinẽ subtilẽ rubeũ, prædicimus, & talis debeat esse ingeniosus & subtilis, quia bonitas sanguinis & bonitas digestionis in hepate & corde significatur: quando autẽ sanguis apparet grossus aut nimis aquosus cũ colore remisso, significat illũ habere grossam intellectũ, & rudẽ siue materialẽ, quoniã humores grossi & terrestres dominãtur, aut aquosi crudi. Et ideo scribit Gal. 3. de interioribus, & humidũ est in cõfusione animę in secũdo gradu, & frigidũ in primo: & vbi est cruditas, ibi est nimia humiditas accidentalis & frigiditas. Patet igitur quomodo per sanguinis dispositionẽ poterimus fideliter deuenire in cognitionẽ totius corporis, nedũ etiã in cognitionẽ motũ naturaliũ & similiũ &c. De ista autẽ materia loquitur Arist. 11. de Animal. versus princ. cũ dicit, Et sanguis calidior maioris sensus est, & cõuenientior intellectui, quàm frigidior, & similiter dico in parte concipienti: sanguis verò spissus est pluris ciborũ corpori, & minoris sensus, &c. *Sanguinis substantia quid prædicet.*

De cõsideratione, qua cadit circa sanguinis ablutionẽ. CAP. XIII.

ACcipiatur sanguis non nimis recens, nec nimis antiquus, sed in quadã dispositione media, & aliquantulũ fit coagulatus, & tũc coletur per pannũ lineum mundũ, & ligetur, & abluatur paulatinè pannus in aqua mũda seu in multis aquis mundis, donec nihil apparuerit nigredinis, & tũc pannus aperiatur, & quod ibi inuenietur, digitis extrahatur: &, si inueniãtur corpora arenosa, terrea, nigra, aspera, stridẽtia, malũ, quoniã adustio & lepra significatur: &, si illa cõtenta fuerint carnosa, filosa, alba, & de facili tractabilia, bonũ, quoniã, secundũ Gal. in Prognost. sanguis incipit dealbari in venis, & ideo ex talibus corporibus in sanguine nullus terreatur, quia naturale est: sed si illa carnositas, licet alba, in nimia esset quãtitate, malũ, quoniã nimia pinguedo significatur: si autem fuerit parua, malũ, quia nimia extenuatio significatur: si autẽ fuerit media, bonũ, quoniã mediocritas significatur. Valet igitur in probatione ipsorũ, licet certissima signa leprę accipiãtur à supercilijs, & oculis, & naribus, & tota facie, sicut dictum fuit in lilio. *Sãguis quo modo sit abluendus, & abluens quid significet.* *Lepra signum.* *Lepra signa rude sumuntur.*

De diebus Ægyptiacis, & Calendis, & lunationibus, & similibus, quæ considerantur in phlebotomia. CAP. XIIII.

CIrca istam materiã tria sunt cõsideranda. Et quia nullus magistrorũ pertractat istã materiã (cuius saltem

notitia peruenerit ad nos) videtur quædã curiositas de illis pertractare. Aliqui enim dicũt, quòd dies Aegyptiacos debemus obseruare in phlebotomia facienda, pro tanto, quia in Calendario scribuntur: & dicũt ad hoc, quod aspectus est maleuolus illa hora. Intelligendum pro isto, quòd dies Aegyptiacos penitus non debeamus obseruare: quoniam illa percussio siue plaga non fuit naturalis, nec ex aliquo aspectu orbis, sed fuit supernaturalis: & etiã non fuit vniuersalis, sed quantũ ad particularem populum Pharaonis, qui morabatur in Aegypto. Quod patet: quia illa persecutio nõ cadebat super Iudæos ibi existentes, nec super illos, qui erãt in Græcia, & ita de aliis regionibus: ꝙ patet, quia sacra scriptura non facit mentionem, nisi de illis, qui morabantur in Aegypto, & etiam non de omnibus, sed de subditis naturaliter Pharaoni. Et ideo, cùm illa plaga fuerit supernaturalis, finita illa operatione, rediit aspectus ille bonus ad materiã præiacentẽ: si aliquod materiale corrumpens fuerit, ibi, sicut scala regia, cursu suo peracto rediit in præiacentẽ materiam, sicut volunt Doctores sacræ scripturæ. Sic trãsiit omnis ille aspectus maleuolus & cessauit etiã ab Aegyptiis, præda reddita & populo dimisso. Quod patet: quia nullus dixit ibi tunc esse talẽ aspectum maleuolum. Si igitur persecutio fuit supernaturalis, & in populo determinato, & in tẽpore determinato, & totum illud transiuerunt, dico, quantum mihi accurrit de præsenti, quòd nihil de illis debeamus obseruare circa phlebotomiam, nec circa aliquã operationem applicatã corpori humano. Præterea, si aspectus esset maleuolus exnunc, sicut extunc, quare plus obseruatur in phlebotomia, quã in aliis operationibus medicinalibus? Quoniam aspectus esset ita maleuolus in medicina laxatiua, & in ventosis, & in sanguisugis, & scarificationibus, & insisionibus artificialibus, & ita de aliis, & tamen homines non obseruant, nisi in phlebotomia: & etiã sacra scriptura in hoc casu nullã facit mentionẽ de phlebotomia. Patet igitur, ꝙ nulla obseruatio est habẽda: & ex hoc, ꝙ scribũtur in Calendario, nullus debet moueri, quoniã Ecclesia seruat & scribit ad memoriã tantùm, non propter aspectũ maleuolũ. Gratianus etiã in Decreto nõ præcepit obseruari dies Aegyptiacos. Error igitur & curiositas cõsistit in obseruatione illorũ dierum.

Dies Aegyptiaci an sint obseruandi in phlebot.

Sed

Sed quia multi errores cadũt circa operationes medicinales, ideo, si Barbitõsor dicat patiẽti, aut aliquis alter curiosus, quod sit dies Aegyptiaca, tunc medicũ oportet prolongare: quia si aliquid mali accideret, totũ medico imputaretur. Vbi tamen esset necessitas, nihilominus phlebotomia faciẽda esset: nec aliquo modo dies Aegyptiacos obseruare deberemus, nisi propter malũ iudiciũ vulgariũ, & hoc in phlebotomia electiua: nã penitus nullã habent efficaciam.

Calendæ an sint obseruãdæ in phleb.

Secunda cõsideratio cadit circa Calẽdas, & quintas, & numeros determinatos in mẽsibus: sicut est prima dies, & ita de aliis. Aliqui enim dicũt se habere aliquos libellos apocriphos, qui tractãt de phlebot. secundũ istum modũ, ꝙ qui fuerit phlebotomatus in talibus Calẽdis, aut tali die mensis, non infirmabitur illo anno, & ꝙ in tali, fortè morietur. Illa autẽ nullo modo sunt obseruãda: quoniã aspectus orbis benevolus aut malevolus non habet ita generalẽ, & fixã, & determinatã influentiã, cùm influentia varietur secũdum diuersitatẽ sui motus, & cõcursus diuersorũ aspectuũ & diuersorũ radiorum & ascendentiũ, & ita de aliis: & ita non possunt cõcurrere determinatè semper in Calendis cuiuslibet mensis, aut in die, aut in quintis. Cùm igitur quinta dies, aut Calendæ nõ habeant hoc de se, sed propter influentiã orbiũ diuersam, & esse nõ possint in talibus determinatis, ideo talia obseruare est ignorãtia pura, & curiositas, & malicia: quia illa (quãtũ ego possum apprehẽdere) nullo modo sunt obseruãda.

Lunatio num sit obseruanda in phleb.

Circa tertiũ, scilicet lunationẽ, est aduertendũ, ꝙ fortè bonũ esset obseruare in phlebotomia electiua, ꝙ nõ fieret rectè in plenilunio: quoniã aspectus nõ est bonus, quantũ ad phlebotomiã, quia nimiã humiditatẽ inducit. Et dicit Gal. 3. de criticis, ꝙ corpora mortuorũ tunc citiùs putrefiũt. Et dicũt experti, ꝙ arbor inscisa in plenilunio nõ est bene duratiua: immo etiã vites tũc putatæ satis citò cõcauantur, & putrefiũt: & mella collecta in plenilunio numquã erũt bene sapida: & panni tũc abluti putrefiũt: & multa similia. Bonũ ergo erit (vt videtur) 14. lunationẽ obseruare in phlebotomię faciendo, nisi magna & eminẽs fuerit necessitas: & tamẽ medicina laxatiua tũc est bona. Cõueniũt etiã in hoc sapiẽtiores Astronimi, ꝙ phlebotomia non fiat, luna existẽte in geminis: quia aut nihil exiet, aut vena bis percutietur, aut æger morietur. Mihi ta

Phlebotomia quo tempore luna non sit facienda.

mẽ accidit, ꝙ ego numeraueram horã, in qua luna præcisè erat in geminis, postea volui facere phlebo. mihipsi in illa hora, sed nõ eram memor: & tũc, quando totum fuit paratum, ego fui illius horæ recordatus, sed tamẽ feci phlebotomiam, & nunquam melius fuit mihi de aliquo. Vtrũ autem verũ sit, in isto cap. non audeo perfectè asserere, cùm nondum inuenerim auctoritatẽ alicuius magistri in medicina, & ideo istud 13. cap. lectoris industriæ derelinquo.

Venarũ diuisio.

De venis, ex quibus consuetũ est phlebotomare. CAP. XV.

VEnarum, quædã sunt à collo superiùs, & quædam in brachiis & manibus, & quędã in pedibus. In venis autem, quæ sunt in collo superiùs, non debet fieri phlebotomia, nisi præcesserit phlebotomia de basilica, vt nõ trahatur materia ad superiora versus collũ. Ipsum igitur collũ, ibi phlebotomádo, cõstringatur mediocriter cũ manutergio, vt venæ meliùs appareant, sed patiens debet tenere illud manutergiũ, seipsum stringendo bono modo, quantũ poterit tolerare. In vertice capitis est vena, quæ phlebotomatur propter vlcera capitis, & pustulas, & apostemata. Deinde in fronte inter duo supercilia est vena, quæ minuitur propter dolores capitis antiquos: deinde in temporibus, propter passiones oculorũ: propter idem quoq; arteriæ tẽporum aliquando phlebotomantur. Venæ & arteriæ temporum aliquando inscinduntur & remouentur, & inter duas partes caro generatur, propter fortissima rheumata currẽtia ad oculos. Retro aures sunt venæ tres paruæ, quę phlebotomãtur propter passiones auriũ, & propter fumos ascẽdentes à stomacho ad caput. Et dicit Auic. auctoritate Gal. ꝙ illi, qui dicunt, Quando aliquis phlebotomatur de venis, quæ sunt post aures, si generabat filiũ, postea nõ generabit: sed nõ est verum. Et sunt arteriæ retrò post aures, quę sunt periculosę: quia tardè cõsolidãtur. Et sunt in angulis oculorũ venę, de quibus fit phlebotomia, propter causam cõiunctã in passionibus oculorũ: & nõ debet fieri profundatio in illis venis, quæ sunt in angulo oculorũ versus nares, quoniã timendũ esset de fistula: immo quęlibet parua pustula ibi nota generat fistulã, nisi desiccatur statim ibi apponãtur, quia locus est valde humidus, sicut fuit recitatum vel tractatũ in Lilio. Auic. dicit hoc, 1. cap. de *Garab. Et sunt venæ in summitate nariũ, de quibus fit minutio in phrenitide, & passionibus capitis. Et sub lingua sunt

Vena colli quando & quomodo phlebo.

Vena frontis quando minuatur. Venæ tẽporum quãdo minuendæ, & inscindendæ.

Vena in angulis oculorũ, quando minuatur.

**Garab. id est fistula in angulis oculorum*

venæ,& labiis,& gingiuis, in quibus fit phlebotomia propter squinãtiam,& similes passiones oris. Et est vena inter mentonem & labiũ inferius,de qua fit minutio secundum Auicen.propter fœtorẽ anhelitus. Et omnes istæ venæ debent phlebotomari ex transuerso,ne phlebotomũ profundetur:quia timendũ est de osse aut lacertis:& fierent strabositates,cùm fiunt de angulis oculorum:& de aliis,dolor capitis,& similia accidentia mala.Sunt etiã duæ venę,quæ apparent in collo,quando collũ bene inflatur. & vocantur *Guidegy : & debent phlebotomari in principio lepræ,& passionibus pectoris, & dyspnœa , & etiã in raucedine, vt dicit Auic.sed non in principio. Secundæ venæ sunt in brachiis:& omnes veniunt à magno puncto pectoris,sicut declarauimus in Lilio auctoritate Gal.cap.1.de peripneumonia : & sunt tres principales, scilicet cephalica,basilica,& mediana:sed quælibet habet multos ramos,& ideo multæ nominãtur,sed principales nõ sunt,nisi tres. Cephalica igitur minuitur,propter mẽbra,quæ sunt à capite superius& basilica,propter pectus, & omnes partes inferiores:& mediana,propter mẽbra,quæ sunt inter vtrasq;. Sed si passio fuerit in inferioribus, & nõ inueniatur basilica , melius fit de mediana, quã de basilica. Modus igitur est iste,Ligetur brachiũ per quatuor digitos supra cubitũ:sed ligatura nõ debet esse nimis fortis, quia timendũ esset de apostemate: neq;nimis laxa,quia nõ flueret sanguis:fit ergo mediocris: deinde fricetur fortiter brachiũ,& potissimè in pinguibus & habentibus venas strictas:aut calefiãt ab igne,aut abluãtur cũ aqua calida,donec appareãt visu & tactu, & tũc fiat phlebotomia.In cephalica minus est de timore,quã de aliqua alia:ex mediana autẽ fiat cũ cautela:quia subtus aut à latere est neruus.Caueatur igitur ne neruus tangatur:quia timendũ esset de spasmo,iuxta illud Gal.in Techni,Nerui verò & tendonis punctura &c.Et si cõtigerit neruũ pungi, fiat phlebotomia de parte opposita:deinde mica panis calidi triticei in vino ponatur intincta,& desuper apponatur quod est magnũ remediũ:& si hoc nõ iuuerit, tũc apponatur medicamen de resina terebintina,& euphorbio:& aloẽ, & similibus:& si hoc quoq; nõ iuuerit,vltimo loco cauteri fetur,corpore tamẽ prius purgato & mũdificato.In basilica etiã est timor:quia subtus aut in latere est arteria.Diligent

lorum domesticis.

**Guidezi.*

Vena brachij tres.

Cephalica quando minuatur &c.

Mediana quare ni mendo fit cũ cautela.

Basilica minutio.

gẽtissimè ergo aduerte, vt arteria nõ pũgatur: & cognoscitur, quia sanguis salit inundãdo & saltando: & tũc desuper ponatur medicamen, quod fuit superius positũ in principio lib. cap. 4. de aloë, & pilis leporũ minutissimè tritis, & similibus. Et dicit Auic. & phlebotomia arteriarũ non cõpetat nisi quãdo ægritudines malę sunt in mẽbro cordi vicino, propter sanguinẽ calidũ subtilẽ. Fit etiã phlebotomia de vena seu arteria, quæ est inter pollicẽ & indicẽ: & fit de vena propter ægritudines oculorum & capitis: sed de arteria fit propter passiones hepatis & diaphragmatis. Et dicit Auic. auctoritate Gal. & multũ confert: & Gal. inuenit hoc somniando. Fit etiam phlebotomia de vena, quæ est inter auriculare & medicũ: & valet in passionibus splenis. Phlebotomia etiã, quæ fit de parte dextra, valet in passionibus hepatis. Et licet quælibet phlebotomia, quantum est de se, æqualiter attrahat de parte quæ est in medio pectoris, tamen nihilominus vena, quæ est in parte dextra, habet colligantiã cũ venis capillaribus, quę procedunt de hepate in parte dextra: & ita dico de sinistra. Et licet dextrum & sinistrũ æqualitet euacuent, quantũ est ex magnis venis: nõ tamen æqualiter hoc faciũt, quantũ est ex venis capillaribus. Et ita dextrũ plus valet in parte dextra, & sinistrum in sinistra: & hoc declarauimus cap. de pleuritide in Lilio. Circa tertias venas est intelligendũ, quòd quando volumus phlebotomare de saphenis, tunc ligemus tibiã supra cauilã per duos digitos: & tũc fiat phlebotomia de saphena interiori propter passiones matricis, & mẽstrua prouocãda, & similia membra interiora: & si volucrimus euacuare à renibus, & iũcturis exterioribus, & hamis, tũc fiat de saphena exteriori. Et phlebotomia de vena pedis, quę est inter pollicem & alium digitũ, valet etiã in passionibus capitis. Et phlebotomia facta de istis partibus, plus debilitat, quã de brachio, secundũ Auic. Multę præterea sunt aliæ venę, de quibus fit phlebotomia, sicut sunt venę supra ventrẽ in parte hepatis & splenis, & sunt etiã in coxis, & multis aliis partib⁹, quas tamen ego nõ posui: quia aut materia nõ venit ad me, aut quia nõ fit cõmuniter, ideo discretioni lectoris relinquo.

motiua

Vena pollicis quando minuatur.

Phlebotomia de parte dextra quare valeat in malis hepatis.

Saphenæ quando & quomodo minuendæ.

De syncopizantibus in phlebotomia, & de dieta phlebotomatorum. CAP. XVI.

ALiqui timẽt phlebotomiã, aut quia non cõsueuerũt, aut quia sunt pusillanimes, & ita de aliis causis. Et ta

les antè debent sumere saccharũ rosatũ, aut vipã panis in vino, & similia: & si tũc incurrãt syncopen, nõ est timendũ, quia talis syncopis parũ consueuit durare. Fricẽtur igitur extrema, & phlebotomãdus vocetur nomine proprio, & aspergatur aqua ros. & eius os aperiatur cũ ligno, & detur ei brodiũ gallinæ. Poterit etiã dari pliris cũ musco, aut saccharũ ros. & similia. Dicta autem phlebotomatorũ vniuersaliter debet esse tenuis: & q̃ seruetur dieta duobus vel tribus diebus: & multa consimilia, quæ cadunt circa istã materiam: sed dimitto propter breuitatem.

Syncopisantibus in phlebotomando quid faciendum.

Phlebotomatorũ dieta.

De ventosis, propter quam intentionem fiant. CAP. XVII.

VEntosæ fiũt propter aliquã septẽ intẽtionũ: aut enim fiũt, vt euacuẽt: aut vt sanguinẽ subtilem de venis capillaribus trahãt: aut vt calefaciãt: aut vt vapores vẽtosos consumãt: aut vt ab interioribus ad exteriora trahant: aut vt distrahãt, & fluxũ cessare faciãt: aut vt membrũ ad suũ locũ redire faciãt, aut vt dolorẽ cedẽt. Primũ potest sic declarari. Per vẽtosam intelligo vas vitreũ cũ stricto orificio & amplũ inferius & rotundũ: & tunc accipiũtur stuppæ cãnabinæ minutissimè carpinatæ & multũ raræ, & ponũtur interius in vase: & tũc accipiatur stipes paleę siliginis, aut alterius rei leuiter ardentis, & incẽdatur: & sic accensa palea apponatur stuppæ sic præparatæ in vẽtosa: & cũ stuppa fuerit accẽsa, ponatur subitò vẽtosa supra locũ, quẽ volumus vẽtosare. Et quia ignis ibidẽ cõsumit aẽrẽ, & natura nõ patitur vacuum, suauiter adhęrẽt sic vẽtosæ, & attrahũt, & faciũt quandã tuberositatẽ in carne: & debẽt ibi stare, donec cadãt per se, & tunc iterũ debẽt applicari: & ita, si indigerimus, debemus facere multis vicibus: & tũc, si voluerimus scarificare, cum subtili rasorio tuberositatẽ illã debemus minutim inscidere in multis partibus, & tunc iterum vẽtosam desuper cum igne superius applicare, & hoc multis vicibus, donec tantùm habuerimus de sanguine, quãtum volumus. Talis enim vẽtosa attrahit sanguinẽ, & euacuat à toto corpore suo modo. Cum enim venæ & arteriæ habeant colligantiã ad inuicẽ per venas suas capillares, de quacumque parte fit sanguinis euacuatio, à toto corpore fit secundum Gal. in Regimine, dum tamen quãtitas aliquo modo notabilis fuerit extracta. Et ideo, cũ est necessitas euacuandi sanguinem, nec possumus, nec audemus propter ætatẽ, aut

Vẽtosæ quæ de causa applicentur.

Vẽtosa quid sit & quomodo sit applicanda.

Ventosa à toto corpore euacuat.

aut tempus, aut quia patiēs timet, & ob multa similia, tūc facimus ventosas: quia in vētosis nō est tātū de timore, sicut in phlebotomia. Hoc autē possumus confirmare auctoritate Haly 3. partic. Techni, super illam partē, Euacuationes verò per phlebot. &c. dicens, Quicunq; ergo chymus est, cū quo adduntur omnes ipsi, donec impleātur venæ & vasa. Ideo curatio eius est per phlebotomiā: & si nō fuerit possibile ob horā præsentē & ætatē, tūc curatio fiat per vētosas: & quātò vētosæ sunt propinquiores calcaneis, tāto sunt vtiliores. Et inferius super illā partē, Immoderata verò repletio indiget euacuatione &c. ait. Et melior euacuatio in hac specie ægritudinis est phlebotomia: & si nō tolerat eā ætas & tēpus & virtus, tūc vētosa & scarificatio sup calcaneos sunt meliores. Ista quoque fuit intentio Rasis 7. Almans. vbi loquēs de vētosis sic dicit, Ventosæ sanguinē nō nisi ex paruis venis & in carne dispersis trahūt: ideoq; sicut phlebotomia, virtutē nō debilitāt, licet corporis minuāt repletionē. Patet igitur, & prima intētio, propter quā fuerūt vētosę inuētę, est sanguinis & humorū euacuatio, & repletionis minoratio. Secunda autem causa, propter quā fiūt vētosæ, est sanguinis subtilis euacuatio. Cùm enim euacuatur sanguis, qui est in venis capillaribus circa cutim, & in illis venis nō possit capi nisi sanguis subtilis propter strictūrā meatuum: ideo si velimus sanguinē grossum euacuare, extunc nō poterimus: quia ibi non est: & si esset ibi, nō posset exire propter grossitiem. Fit igitur ventosa directè propter sanguinē subtilē. Sed ponamus, & grossus est in extremitatibus, & indigeamus vētosis: tunc debet præcedere balneum, vt subtiliet illos humores, aut fomētatio cū aqua calida, aut fricationes multæ, & tunc fiat vētosa. Hoc autem potest confirmari auctoritate Auicen. 1. canone cap. de Ventosis, vbi sic dicit, Ventosæ cutis partem magis mūdificant, quàm phlebotomia: & plus extrahunt sanguinem subtilē, quàm grossum. Et ipsarū quidē iuuamētum in corporibus grossis, habentibus grossum sanguinē, est parūm: quoniā ex istis nō extrahunt sanguinē, sicut oportet: immo quia ex eo vehementer est subtilis & cum difficultate, & in mēbro ventosato debilitatem efficiunt. Et sequitur paulò pòst, Et oportet quidem, vt à ventosis sibi quilibet caueat post balneū: nisi cui' sanguis fuerit grossus: quoniā ipse se-

Vētosis quādo vtendū.

Vētosæ virtutē minus debilitant quàm phlebotomia.

Vētosæ sanguinem tenuem euacuant.

prius

prius balneari debet, & vna hora morari, & postea vētosas apponere. Tertia intētio est, vt calefaciāt: quādo enim aliquis locus est infrigidatus, & nō potest bene suā operationē perficere, & macrescit, & nō potest bene suū nutrimētū immutare, tunc cōpetunt vētosæ sine scarificatione, vt calefiat locus: quoniā vētosę calefaciūt ratione violētæ attractionis, & ratione ignis. Quòd autē vētosæ calefaciāt, hoc possumus declarare auctoritate Gal. 3. de interioribus, vbi sic dicit, At citra vllā scarificationē ventosæ positæ, solius excitā dicaloris gratia vtiles esse putātur: quoniā attrahūt ad se humorē ex imo, id quod aridę dispositioni plurimum aduersatur. Quarta intētio, propter quā fiunt vētosæ, est vt vaporē vētosum consumant. Et ideo in iectigatione, & doloribus vētris vel intestinorū & similiū, corpore mūdificato, cōpetunt vētosæ supra ipsum locū: quoniā calefaciūt, & cōsumunt, & attrahūt, & ventū euaporare faciunt: sed sine scarificatione debēt esse secundū Auic. Et hoc est, quod dicit Gal. 12. de ingenio sanit. versus fi. vbi sic ait, Dolor autē qui fit ex vētositate, propriā habet medicinā: nā ventosa sępe erit ponēda cū igne, quę multū valet. Vbicūq; enim fuerit vētositas sola sine materia, vētosa apposita sanat: si autē cū materia fuerit cōmixta, quietē habebit infirmus ex ventosa, tamē postea dolor iterū redibit: quod erit sibi magnū signū in cognoscēda causa doloris &c. Quinta intētio est, vt attrahāt. Aliquādo enim materia apostematis est in interioribus, aut in aliquo mēbro nobili, & volumus trahere ad exteriora, vt medicamē possit melius applicari, & quòd diuertatur materia à mēbro nobili ad mēbrum ignobile: & tūc, corpore prius mūdificato, vētosam supra locū applicare debemus De ista materia loquitur Gal. 13. de ingenio sanitatis cap. 8. vbi sic inquit, Similiter vētosa quidē bona est in attrahēda materia ab interioribus ad exteriora. Atque ideo in hyeme nō est faciēda, sed purgare tūc corpora oportet, si fuerit necesse. Auic. etiā tractat istam materiam particularius loquēs de vētosa, dicēs, Et quādoq; ponitur, vt apostema profundū ad exteriora trahatur, idq; ideo, vt medicamētū ad ipsum peruenire possit: & quādoq; requiritur, vt apostema ad aliud mutetur mēbrum, quod ignobilius in vicinitate existit. Sexta intentio est, vt trahatur materia ad oppositū, atq; ita faciat cessare fluxū: quoniam vbi materia currit ad vnā partē, iā distrahitur à suo oppositō.

Vētosæ calfaciunt.

Vētosæ flatum consumant.

Vētosæ attrahunt.

Vētosæ trahit materiā in oppositū

ventosam

Et hoc est, quod dicit Hippocr. 5. partic. Aphoris. Mulieri, si velis menstrua retinere, *sitiã maiorem mamillis appone, id est, subtus mamillas, sicut dicit Gal. ibidẽ, & etiã 3. de ingenio sanit. cap. 8. Et dicit similiter, In omni fluxu sanguinis in oppositis locis ponatur vẽtosa. Septima intẽtio est, vt reuertatur mẽbrum ad locũ suũ. Et ideo valet in ruptura inguinis, si ponatur supra ventrẽ, & valet in exitu vertebri à scya, si ponatur in oppositio loco: & valet in dolore colico, clystere precedẽte: & valet in fluxu doloroso mẽstruorũ, & potissimè in iuuenculis, quę nõ consueuerũt habere mẽstrua. Et omnia ista tangit Auic. per ista verba, Et quando (ventosa) requiritur propterea, vt membrũ ad suũ locum naturalẽ reducatur, à quo remotũ fuit: sicut in ruptura inguinis: quãdoq; requiritur, vt dolor sedetur, sicut cùm superponitur vmbilico in dolore colico vehemẽter cogente, & in ventositatibus vẽtris, & in doloribus matricis, qui accidunt apud morum menstruorum, & propriè in adolescentibus: & super laxitatẽ partis exterioris coxæ, sicut fit in sciatica, & cum timetur ossis exitus à iuncture, &c.

Ventosa mẽbrũ ad suũ locum reducit.

De loco, vbi cõuenienter vẽtosa consueuerũt poni. CAP. XVIII.

Vẽtosæ quãdo ponãtur in occipitio.

VEntosæ consueuerunt apponi in occipitio: & tunc valẽt specialiter propter ęgritudines oculorũ, & capitis, & faciei, & ita de aliis. Sed si aliquis habuerit memoriã debilẽ, virandę erunt: quia timendũ esset de corruptione memorię. Rarò igitur fiant in occipitio, & nõ multum continuentur. Et esset bonum, ꝙ corpus prius esset mundificatũ, antequã ventosæ fierent. Si igitur corpus fuerit mundificatum, & ægritudo, potissimè tamen oculorũ, parua, & caput forte, & memoria sana, bene poterunt fieri, nõ tamen multùm cõtinuari. Istã materiã tangit Gal. 13. de ingenio, ca. 8. vbi sic dicit, Itẽ si ponatur (ventosa) in occipitio, attrahit sanguinẽ ad oculos descendentẽ, purgato primitus corpore: nam si plenũ fuerit, vẽtosa apposita, caput implebitur. Auic. autẽ sic loquitur cap. de ventosis, Ventosæ autẽ, quæ *nocte superponuntur, obliuionẽ hęreditare faciũt veraciter, sicut quidam dixerũt: quoniã posterior pars capitis est locus cõseruationis (id est memoriæ) quẽ ventosæ debilitant. Et paulò pòst ait, Quidã præterea dixerunt, ꝙ vẽtosæ positæ in summitate frontis, aut capitis, conferunt permistioni rationis & vertigini, & tardãt canos, quẽadmodum

Nocta, vena est in collo.

dixe

dixerunt. In hoc verò consideratio est habēda: nā quandoque illud in aliquibus operātur corporibus, & nō in aliis: quonā in plurimis corporibus festinare faciunt canos, & impediunt intellectū: & conferunt ægritudinibus oculi. Et hæc quidē est maior earū vtilitas. Patet igitur ex dictis intentio auctorū: fiat igitur, sicut dictū est in princ. cap. Haly autē 9. suę Practicę dicit, Et, si quidē passio in capite æstuat oculis & his similibus, ventosas ponere expedit in capitis puppi: sitq; earū insicsio, vt spissum nō trāsgrediatur cutis: si autē passio fuerit proxima huic capitis loco, collo vētosa apponatur. Secūdus locus potest esse anterior pars capitis: & non debet poni iuxta supercilia secundū Haly, sed superius in alto loco: & valet corpore mundificato in passionibus capitis, & potissimè partis oppositæ: tamē si aliquis haberet caput debile, & potissimè partē anteriorē, & haberet imaginationē corruptā, aut rationē læsam, vitāda esset pro tanto, quia debilitat illas partes, & potissimè, si nimis cōtinuātur. Auic. autē de ista materia sic dicit, Plurimi autem hominū abhorrent apponere ventosas in antetioribus capitis, & reperiuntur in hoc sensum & intellectū impediri. Tertius autē locus possunt esse aures, & super omnia loca carnosa fistulata, corpore mūdificato: quoniā ventosa cum igne trahit materiā vētosam, sanioſam, & aquosam ad exteriora. Et de hoc dicit Haly 9. Practicæ lib. Reg. cap. 8. vbi sic ait, Sed & super aures (vētosam ponimus) cùm in eis fistula est, aut sanguinis decursus multus: locamus autem in ventosa autē, & sugimus, sicq; sanguinē attrahimus & educimus. Et, cū fistulæ quædā in mēbro carnoso apparēt, estq; intus sanies inclusa, ventosam apponimus. Quartus verò locus, vbi cōsueuerunt apponi ventosæ, est sub *mentone, corpore prius mūdificato: & valet in passionibus capitis, & oculorū, & faciei, & dentiū, & omniū membrorū superiorū: & in istis nō est periculū. Et de hoc sic dicit Auic. Ventosæ quoq; sub mētone positę prosunt dētibus & faciei, & gutturi, & mundant caput & mandibulas. Quintus verò locus sunt sparulę: & valēt in passionibus capitis, & oculorum, & omniū partiū superiorū, & valde in squinātia, & in passionibus pectoralibus: sed, si nimis cōtinuarentur, & aliquis haberet stomachum debilē, aut esset paratus ad tremorem cordis, possent nocere illis mēbris, debilitando partes illas

Vētosa quā dam fronti ponatur.

Vētosaquādo ponatur ad aures.

**mento*

Vētosaquādo ponatur in mento.

Vētosa quādo ponātur in sparulis.

& neruos & lacertos. Et de hoc sic dicit Aui. Et hę quidē vētosæ, quæ alchael superponūtur & inter duas spatulas, cōferūt ægritudinibus pectoris sanguineis, & spasmo sanguineo, & asthmati sanguineo: sed stomachū debilitant, & cor dis tremorem generāt. Sextus locus est, qui est subtus mamillas: & valet in cōstringendo fluxū nimiū menst. Et nullo modo ponātur super mamillas: quia timeretur apostema, & nimia profundatio, & vehemēs dolor, & ꝙ vētosa non posset extrahi. Et si erraretur in talibus, tūc secundū Aui. debet embrocari locus ille cū aqua calida, & pannus madefactus calidus circūquaq; apponi. De hoc loquitur Gal. 5. parti. de inge. ca. 3. vbi sic dicit, Dū nimis mēstrua abūdauerint, aut de vulua nō secūdū naturā sanguis exiuerit, ab inferiori ad superius diuertatur, ponēdo magnā vētosam sub mamilla, quod ab Hipp. est inuentū. Gal. etiā 13. de inge. ca. 8. sic dicit, Virgini si menstrua manauerint, vētosa ponatur ad mamillas: in illo tamē loco vbi ora venarū matricis cōiunctē locantur. Septimus locus est hypochōdria: & talis ventosa restringit sanguinē à naturalibus fluentē, eò ꝙ trahat ad partem oppositam. Et hoc est, quod dicit Gal. 5. partic. de ingenio, cap. 3. vbi sic ait, Si mulier, sanguine de naribus multū fluente, ventosa in latere (id est, hypochondrio) ponēda est: sed tamen, si fluxus de nare dextra manauerit, ponenda est super hepar: si verò de sinistra, supra splenē: si autē de vtrisque. & in hepate & in splene magnę vētosæ apponātur, &c. Et Gal. etiā dicit 8. cap. 13. parti. de ingenio, Si verò sanguis fluat per nares, vētosa ponatur sub hypochondriis: similiter in omni fluxu sanguinis in oppositis locis ponatur, quibus vena, per quam sanguis manauerit, cōiuncta est. Et est propositio vniuersalis & notabilis multum. Octauus verò locus est vmbilicus & vēter. Et de hoc dictū est in antecedenti cap. in 7. intentione iuxta fin. cap. Nonus locus esse possit pecten & inguina. Et de hoc loquitur Gal. 13. de ingenio, cap. 8. vbi sic dicit, Quemadmodū rursum sanguinem, si ita est opus, attrahimus: sicut fecimus in mēstruis deponendis, ponentes ventosam in pectine & inguine: & de hoc intendit Gal. cùm volumus derluare fluxum ad loca proxima: quia de oppositis locis fecerat mentionē. Decimus locus sunt renes. Vētosæ positæ supra renes, siue supra finem spinæ dorsi, valent in morbis, qui sunt in partibus inferioribus,

Vētos. quādo ponantur subtus mamillas.

Vētosæ quādo ponantur in hypochōdriis.

Vētosa quādo ponatur in pectine.

ribus,corpore mũdificato:eò quòd trahãt materiã ad partem oppositã.Et de hoc sic dicit Auic. Et ventosæ renibus superpositę,cõferunt ægritudinibus coxarũ,& earũ scabiei & bothor,podagrę,& hęmorrhoidibus,& elephãtię,& ventositatibus vesicę & matricis, & pruritui dorsi. Vndecimus locus sunt crura versus partẽ interiorẽ. Et ventosa in illis partibus posita aperit mẽstrua, & valet in morbis partium superiorum:eò ꝙ trahat materiam versus inferiora.Et de ista materia loquitur Razes 7.Almansor. vbi sic dicit, Illa (ventosa)quæ in cruris pulpa ponitur, * replectionẽ vehementer minuit:& antiquis doloribus,qui in matrice,aut renibus,aut vesica fiũt, confert:& prouocat mẽstrua:corpus tamen plerunq; macrescere facit,syncopé que ex ea accidere consueuit. Quibus autem pustulæ & carbunculi accidere solent,auxilium præbent.Et dicit Auic.Et ventosæ, quæ cruribus superponũtur, sunt minutioni propinquę,& mundificant sanguinẽ,& prouocant mẽstrua:& ei quidem,quæ ex mulieribus existit alba & laxa & rara,habẽs sanguinem subtilem,ventosæ in cruribus positæ sunt meliores, quàm phlebotomia,quæ in saphena fit. Duodecimus locus sunt cauillæ:& valet in prouocatione mẽstruorum, & in passionibus membrorum superiorũ:eò quòd trahant materiam versus inferiora.Et de hoc tractat Haly 9.Practicæ li.Reg. vbi sic dicit,Ponitur quoque ventosa inter duas cauillas,& prodest distorsionibus & debilitati & fissuris pedum, adustioniq; eorum, & quæ ad eos fit materiei decursui,ac podagræ, sanguinem quoq; deponit menstruum Et Auic. sic dicit,Et ventosę quidẽ positæ super duo aschadab(id est,cauillas)conferũt prohibitioni mẽstruorũ,& sciaticę,& podagrę.Multa quoq; alia sunt loca,in quibus ponũtur vẽtosæ, sicut sunt brachia & curuatura, quę est sub genu,& ita de aliis:sed per ista diligẽs inspector poterit sufficiẽter habere.

Vẽtosa.quã do ponũtur supra renes.

Vẽtosa quã do applicentur cruribꝫ.

**oppilationẽ*

Ventosa quibus melior quàm phlebotomia.

Vẽtosa quã do applicentur cauillis.

De sanguisugis. CAP. XIX.

SAnguisugæ secundum Auic.valẽt in passionibus intercutaneis,& valent in vlceribus fraudulentis,melancholicis,liuidis,corruptis:& valent in apostematibus,quę sunt retro aures,& ad perfectam maturitatẽ peruenire non possunt:& ita de aliis apostematibus prolixis in exterioribus apparentibus:& vniuersalibus infectionibus,& corruptionibus:& attrahunt magis à profundo,quàm vẽtosę. Eligã-

Sanguisugæ in quibus passionibus valeant.

Sanguisuga quæ sint eligenda & quomodo applicanda & remouenda.

tur autem sanguisugæ habentes paruum caput, & de aquis mundis: & euitentur, quæ habent magnũ caput, & quę sunt nigræ, aut virides, aut diuersorũ colorum: & teneantur aliquibus diebus in aqua dulci, & irrorẽtur cũ sanguine agni aut hœdi: &, cùm applicare volueris, fricetur locus cum sanguine agni, vt citius adhęreant: &, cùm volueris remouere, cum seta caudæ equinæ poterunt remoueri, aut cum aceto tepido, aut aqua salsa, aut aloë: & deinde abluatur locus in vino puro calido & melle: etiam vẽtosa poterit apponi. Et, si sanguinis fluxus non cessauerit, aspergatur locus puluere gallæ combustæ, & mastice, & aloë, & sanguine draconis.

De cauterijs. CAP. XI.

* *coquendo Cauteria quare fuerint inuẽta.*

DE cauterijs loquitur Haly 9. partic. Practicæ lib. Reg. cap. 68. quod sic incipit, Quæ* coquendi sit cura, *locis* quibusdam est necessaria. &c. Intelligendũ igitur, quòd humiditates, aquositates, & sanies abundãt aliquando in tantum, ꝙ cõsumi nõ possunt cum medicaminibus, (dico autẽ medicamina, quæ sunt calida in quarto gradu, sicut sunt calx viua, euphorbiũ, viride ęris, arsenicũ sublimat. sulphur viuũ, & ita de aliis) & tũc indigemus calido & ficco in vltimo, quod est ignis. Et propter hoc fuerũt inuenta cauteria

Cauterium de ferro.

ignita, vt finiẽt humiditatẽ superfluã. Fit autẽ cauterium de ferro siue de chalibe, quod est optimum: quia calefactio vltima in eo melius discernitur, & quia nõ liquefit citò, &

de argento.

quia calor ignis diu durat. Secundò fiũt cauteria de argento, sed nõ sunt ita bona: quia ratione albedinis, vltima calidi tas nõ bene discernitur: &, quãdo venit ad illã, citò liquefit. Et fiũt etiã cauteria de auro, quæ nõ sunt ita vtilia: quia

de auro.

ratione ruboris eius naturalis calefactio vltima nõ bene discernitur: & quãdo venit ad illã, citò etiã liquefit. Attamen aliqui dicũt, quod ignis eius leuius toleratur. eligatur ergo in nobilibus & delicatis, auro assuetis: & curetur, vt in calefactione auri cauteriũ sit bene calidũ, non tamẽ in tãtum, ꝙ

de ligno.

liquefiat: & tũc applicetur. Fit etiã cauteriũ de ligno, scilicet de corde quercus: quod prius debet rotũdari, & deinde calefieri in vltimo, non tamẽ fieri debet ignitus carbo: sed in quo casu valeat, inferius docebo. Aliqui autẽ sunt timidi, & nõ possent sustinere cauteriũ (tale actuale) & tunc R.

Cauterium potentiale quomodo fit

piperis, euphorbij, arsenici, cantharidũ an. q. v. puluerisentur & distemperentur cum aceto acerrimo, ita ꝙ remaneat spissum,

spissum,& tunc imponatur in capsula cerea, & signetur locus,quem volumus cauterisare, & ita ponatur capsula supra locum,vt medicamen tangat cutem, postea ligetur, & stet ibi per totam noctem,& in crastino inuenietur vesica, quæ perforari debet cũ acu, & tunc exibit aquositas:& ponatur ibi acus,ita vt caput acutum sit versus carnem, & ligetur:deinde poterit vuluus magnificari paulatinè,sicut vo lueris,cum pila parua rotunda acuta, & ponantur supra pilam folia hederæ, & panni duplicati, & deinde ligetur sicut oportet, & bis quotidie mundificetur:& ita aquositates & vlcera mundificentur. Attamen intelligendum est, quòd cauteria debeant fieri,corpore prius mundificato. Aliquando tamen accidit,apostema esse maturũ,& tamẽ cutis non rumpitur, sicut accidit in inguinibus & similibus locis: & tunc,si sanies remaneret,esset timendum de fistula:patiens quoque aliquando est timidus,& non permittit, quòd cutis aperiatur cum cauterio(actuali) nec cum sagittella,sed tunc dicatur ei, quòd sit emplastrum maturatiuum, quod apponitur,licet sit ruptiuum:& sit tale,R. calcis viuæ,arsenici,ana q.v.misceantur cum sapone Iudaico, id est,cum sapone molli,& ponatur de eo parum supra locum,qui magis est mollis & magis rubet,& ligetur:& satis citò cutis rumpetur,& sanies educetur. Loca autem, in quibus solent apponi cauteria,sunt multa:sed incipiamus à capite. Accidit aliquando quod rheuma sit ita acutum,& antiquum, & malitiosum, quòd curari non possit, & quòd inducat diuersa symptomata,secundũ quod fluat ad diuersa loca,sicut sunt passiones oculorum, dentium, & pectoris, & principium phthisis,& dolor stomachi,& fluxus ventris:sed tunc præcipiatur tenuissima dieta, & vigiliæ:& odoret patiens ladanum,masticen,& ambrã,& thus:& fiant tuelli,qui ponãtur in naribus die ac nocte:& fiant pillulæ,quæ ponãtur in ore die ac nocte:& purgetur cum hiera picra:& sacelletur caput cum sale & milio:& tunc radatur caput,& fiant quinq; cauteria,quorum vnũ sit in commissura anteriori, & vnum in posteriori, & duo in lateribus, & vnum in vertice capitis:& teneantur aperta,donec humiditas fuerit cõsumpta: cauteria autem debent habere caput rotũdum ad modum ossis mirobalanorũ. Secundò fiant cauteria in temporibus, cum ministrant malam materiam oculis:& tunc findantur

appiicãdum & quando.

Cauterium quando capiti sit applicandum.

Cauteria quãdo tem-

Poribus applicanda & quando lachrimali oculi.

venæ & arteriæ temporum, & ligentur, & extrahantur, & deinde cauterisetur locus. Tertiò fit cauterium in lachrimali oculi versus nares, cùm locus est fistulatus: sed primò mundificetur caput, & spõgia intincta in aqua rosarum ponatur supra oculum, & cauterisetur locus vel bis, vel ter, vel amplius: & videatur, an os sit sanum, &, si fuerit nigrũ, radatur & cauterisetur, tamen, vt meliùs possit cauterium subintrare, aperiatur locus cum tenta facta de medulla sambuci, aut de radice aristologię. Et similiter poterit fieri in aliis locis fistulatis: sed post cauteriũ tenta, in qua sit licium, donec ceciderit eschara: deinde abluatur quotidie cum aqua agrimoniæ destillata, aut cũ succo eius tepido, & deinde poterit poni tenta, in qua fuerit vnguentum fuscum cũ litargirio & pulnere agrimoniæ. Et est summè cauendũ hoc, vt, vbicunq; fuerit fistula, quotidie ministretur tenta, ne foramen nimis claudatur: quoniã, si neglecta fuerit tenta, claudetur foramen exteriùs, & remanet fistula interiùs. Vigilate igitur. De fistula satis diximus in Lilio.

Cauterium quando facici applicãdũ & quomodo.

Quartus locus est facies. Aliquãdo enim in facie & in aliis locis sunt excrescentiæ & tuberositates enormes, & similia, quæ tota debent euelli cũ nouacula, & quia multæ venæ & arteriæ insciduntur, timendũ est de nimio fluxu: & tunc cauterisetur cũ cauterio aliquantulum incuruato, vt tangat cũ latere suo. Et modus debet esse, quòd cauterium ignitum debeat poni desuper, quasi labendo, & quasi inungendo, & nõ currat aliquo modo in vno loco, sed quasi discurrat, & potissimè, quando est prope oculũ. Et habeãtur multa cauteria simul ignita, vt modo fiat cum vno, & statim cum alio: quoniã aliquando oportet apponere multis vicibus. Et ideo in istis omnibus oportet, quòd restaurator sit bene doctus & expertus. Quintus locus est collum,

Cauterium quomodo collo sit applicandum.

vbi propriè ponuntur setones. Habeantur igitur tenaculæ latæ, in medio perforatæ: & trahatur pellis, quæ est in medio colli, & tunc in illa pelle bene eleuata ponantur tenaculæ, & fortissimè cõstringantur, & tunc habeatur ferrum longum, cui in altero capite sit foramen, & in foramine nodulus, altera autẽ pars capitis huius ferri sit ignita, & subitò transeat foramen tenaculorũ: & trahatur totum ferrum vltra, vt nodulus transeat, & tunc remaneant tenaculæ, & nodulus remanebit in cute colli, & nodetur in capitibus

suis,

fuis, vel poteſt ligari verſus frontem, & trahatur tandem hinc inde, vt oculi & caput mundentur. Sextus locus eſſe poteſt iuncturæ humerorum, & ancharum, & genuum, & pedum, & manuum propter artheticam. Purgetur igitur primo corpus, & cum mundatum fuerit, ſicut oportet, tũc habeatur cauterium cum vno capite, aut cum pluribus capitibus, & iuncturæ cauteriſentur in circuitu. Et hîc oportet habere diuerſa cauteria, ſecundum diuerſitatem iuncturarum, & multitudinem materiæ. Septimus locus eſt ſupra ſtomachum, & hepar, & ſplenem, & ſubtus vmbilicum, & in vmbilico, propter duritiem mẽbrorum, & propter hydropiſim. Et iſta omnia debent fieri cum cauterio de quercu, ſuperiùs nominato, vt non tranſeat vltra cutẽ: ſed in hydropicis fiant quinque cauteria, & ſupra vmbilicum, & ſubtus per quatuor digitos, hinc inde. Sed notandum, quòd ſi poſt pleuritidem malè curatam perforentur loca, quæ ſunt inter coſtas, propter fiſtulam tunc non intromittatur ferrum ignitum, ſed tenta de radice ariſtologiæ. Octauus locus poteſt eſſe pecten, propter rupturam ſiphac. Notetur igitur didimus, & fiat cauterium rectè ſupra didimum vſque ad os pectinis: ſed fiat cum magna cautela: quoniam quidam reſtaurator, volens ibi facere cauterium, perforauit inteſtinum, vnde patiens mortuus eſt, & oportuit fugere reſtauratorem, quòd patiens nobilis erat. Et ideo adinuentus eſt aliter modus. Corrodatur igitur caro, quæ eſt ſupra pectinem, & didimus ipſe notetur, & fit ibi magna concauitas, & poſtea regeneretur caro dura calloſa, ita quòd ratione pori duri generati inteſtinum, cuius ſiphac erat ruptum, cadere non poſſit. Et ita iſtis duobus modis poteſt curari ruptura in qualibet ætate. Nonus locus eſt burſa teſticulorum, vbi fiunt ſetones, propter herniam aquoſam, & etiam hydropiſim. Decimus locus eſt in tibia ſubtus genu, & in parte ſuperiore brachij: & nõ debet fieri in muſculo, nec lacerto, ſed in capite lacerti, aut in fine, vt ſuperflua poſſint melius ibi currere. Item cauteria debent teneri aperta ad minus per quadraginta dies. Item non debent fieri, niſi corpore prius mundificato.

Cauterium quando fit in iuncturis applicandum.

Cauteria quando applicẽtur ſupra ventriculum, iocur &c.

Cauterium quomodo & quando pectini applicandum.

Cauteria quãdiu debeãt manere aperta.

BERNARDI GORDONII
LIBER DE VRINIS.
PROOEMIVM.

Dilexi veritatis scientiam inuestigare, existimans nullam esse neq; meliorem hominibus neq; ditiorē posse ssionē. Ista ꝓpositio scribitur à principe medicorum Gal. 7. de ingenio, cap. 1. Innuit enim nobis Gal. viam & modū, per quem possumus nos in via disponere ad beatitudinē. Modus autē est, studere in veritate: iuxta illud, quod scribitur in Ioanne, Ego sum via, veritas, & vita. Qui ergo studet in veritate, disponit se ad beatitudinē: nunc autē beatitudo est vltimū elegibilium, & optimū bonorum, sicut scribitur 1. Ethicorum, hoc autē non potest esse, nisi deus. Qui igitur studet in veritate, ad Deū & beatitudinē se disponit. Dictū autē Gal. concordat cū veritate, scilicet cum illo sermone decoratissimo, qui scribitur Esdræ 4. Veritas manet, & inualescit inæternum, & viuit, & operatur in sæcula sæculorū. Et ad ista aduertēs Gal. dicebat, Dilexi veritatis scientiā inuestigare. Quòd autē beatitudo acquiratur per inuestigationē veritatis, quantū est possibile in via, hoc potest manuduci per hunc modū, Omnis operatio virtuosa, procedens ex libero arbitrio, cum gratia gratum faciente, disponit ad beatitudinē: sed inuestigare veritatis scientiā est operatio virtuosa, ex libero arbitrio, cū gratia gratum faciente, quare studiū veritatis est summa dispositio ad inquirendum lumen beatitudinis gloriosum. In maiori propositione sunt tria declaranda. Primum est de operatione virtuosa: Quòd autem acquiratur felicitas ex operatione virtuosa, hoc satis patet ex 1. & *4. Ethic. Quòd autē liberū arbitriū sit ibi necessariū, hoc patet: quia nullū violentum est perpetuū, & quia beatitudo est perpetua, oportet ꝙ ex libero arbitrio procedat, & potissimè cùm obiectū voluntatis sit bonū, & nō quodcunq;, sed optimū. Sed tertiū, scilicet gratia gratū faciens, est cōpletiuum. Et ideo Apost. ait, Si linguis loquar angelorū, charitatē autem non habeam, nihil sum. Patet igitur maior propositio, quod operatio virtuosa &c. Probatur minor, quæ erat, ꝙ studere in veritate sit opus valde virtuosum: quia Prouerb. 23. scribitur, Veritatem

Beatitudo quomodo acquiratur.

4 decimo

tatē eme: nunc autē sapiēs nō doceret veritatē emere, nisi veritas procederet à virtute, quare inuestigare veritatē est operatio virtutis. Et, ꝙ ista operatio procedat ex libero arbitrio, patet: quia postquā est tanta libertas liberi arbitrij, ꝙ ad oppositā moueatur, si tantū intellectus representauerit voluntati bonū vnum, nō pictū, nō calumniatū, statim liberū arbitriū mouebitur ad illud: iuxta illud Arist. Omnia bonū appetūt naturaliter, quare operatio decora, & potissimè cōtinuata, ex habitu virtutū procedit, & ita ex libero arbitrio. Quòd autē talis operatio sit cū gratia gratum faciēte, hoc exquisite sciri nō potest: quia nullus scit nūc, vtrū sit dignus odio, vel amore, cōiecturando tamē possumus aliquo modo scire: Quando enim aliquis studet in veritate, gratia virtutis, & incessanter, & delectabiliter, satis est possibile, ꝙ nō potest fieri sine gratia gratū faciēte. Ex dictis igitur patet, ꝙ qui studet in veritate, multū ad beatitudinē se disponit: &, quia omnes operationes animæ corpori sunt cōiunctæ secundū Arist. 1. de Anima, ideo ad hoc vt fiat perfecta operatio, oportet ꝙ sit corporis perfecta dispositio & bona: hæc autē dispositio bona, est sanitas, cùm sit pars naturalis hominis. Et ideo dixit Gal. 3. de morbo, quod sanitas est naturale quale, operationē faciens: quia sanitas corporalis multū facit ad inuestigationē veritatis. Sanitas igitur corporalis nullo modo est negligenda, cùm anima separata quodāmodo impediatur, ne ad summū rapiatur cælū, cùm suo proprio careat corpore, vt dicit Aug. lib. 12. de Genesi ad literā, cap. vlt. Hoc etiā declarat lucidè resurrectio gloriosa. Bona igitur dispositio corporis in præsenti vita, multū disponit ad fœlicitatē: &, quia bona corporis dispositio non perfectè agnoscitur sine scientia vrinarū, ideo est multùm vtile, aliquid de vrina aggregare: &, quia in partic. præced. dictū est de phlebot. cum omnibus suis appēdiculis, ideo de vrinis aliquid hîc dicamus, cum auxilio Dei. In primis igitur dicem⁹, quid sit vrina, & quomodo generetur: deinde de coloribus vrinarū, cùm color sensui primò se offerat: deinde de substantia: deinde de regionibus: deinde de qbusdā cōditionibus particularibus, quæ debēt obseruari in iudicio vrinæ: deinde de multitudine, & paucitate: deinde de significatis resultātibus ex colore & substātia, & hinc addemus cautiones & præseruationes, & supplebimus, si quæ omisimus in lilio, & specialiter

dicemus de hemitriteis, de quibus parũ diximus in lilio. causa breuitatis: deinde dicemus de cõtẽtis, & in quolibet ca. inseremus aliquam dubitationẽ iuxta modulũ nostræ potentiæ: Et autor saluationis & salutis prosperet iter nostrũ.

BERNARDI GORDONII DE VRINIS TRACTATVS, IN QVO conditiones quæ obseruandæ in vrinæ iudicio, & modus præsagiendi ex vrina, enucleantur.

Quid est vrina, & quomodo generetur. CAP. I.

VRina est colamentũ sang. & cęterorũ humorũ de naturæ actionibus natũ. Ista pars scripta est ab Isaac versus principiũ libri de vrinis. Circa istã materiã intelligendũ est pro fundamẽto, q; vrina in natura sua propria nõ est aliud nisi quædam species aquæ, ideo de natura sua inquantũ vrina est alba, transparẽs, peruia, subtilis & clara sicut aqua: igitur nulla substantia actiua nec aliquis radius potest eã colorare, nec aliqua substãtia passiua variare, nisi aliquid substãtialitatis notabiliter cũ ea misceatur. Et istud fundamẽtũ valebit ad multa, licet multi dicant cõtrariũ, istud tamẽ declarabitur suo loco. Modus autẽ per quẽ generatur vrina, tangitur à principe medicorũ Gal. 4. de iuuamẽtis mẽbr. versus princ. Sẽ tẽtia ergo Gal. est hęc: Versus collum à parte posteriori est quidam canalis magnus, qui oritur ab ore, & terminatur vsq; ad orificiũ stomachi, & vocatur œsophagus, & per illã viã transit cibus & potus vsq; ad stomachum: tunc cessant duæ virtutes, attractiua. s. & expulsiua: & duæ vigorãtur. s. cõtentiua, & digestiua. Et cũ cõpleuerit digestiua, tũc operatur pars inferior stomachi nullo iubente secundũ Gal. 3. de virtutib. natur. & tunc trãsit massa ptisanaria ad ieiunũ, duodenũ, & ad omnia intestina: & cum omnibus intestinis sint venæ meseraicæ alligatæ præterquã longanoni secundũ Auic. tunc per venas meseraicas trahitur totũ benignũ vsq; ad hepar. Nihilominus secundũ Gal. in de virtutib. naturali. intestina & venæ meseraicæ virtute hepatis, habent quandã virtutẽ sanguificã, vt natura in via non remaneat ociosa. Cũ ergo cibus sic paratus & dispositus, venit ad simã hepatis, tũc fit ibi bullitio, digestio & humorũ genera-

tio. Et exẽplificat Gal. 4. de iuuamentis membr. in musto, vbi est spuma, fex, aquositas & vinum. Et ita est de humoribus: est aliquid spumosum quod supernatat, & aliquid crudum semicoctum sang. in potentia, & est phlegma, & est quoddã feculentũ grossum, quod est melancholia, & sang. purus. Aquositas autem, quæ est vrina, nõ videtur generari nisi ex sola segregatione aliorum humorũ & lõga, primo de crisi: aliquando appellant eum humorẽ subtilem, aquosum, & aliquando aquam. Post humorum autem generationem, superfluum choleræ trahitur à chisti fellis, quæ rectè iacet supra substantiam hepatis: & superfluum melancholiæ incarceratur cum splene in parte sinistra. Et aliqua portio phlegmatis vadit ad pulmonem, nõ propter necessitatẽ, sed propter iuuamẽtum secundum Isaac. Aquositas autem penitus tota remanst vt iuuet penetrare sang. & humores per venas angustas, quæ sunt in gibbo hepatis, vbi sang. recipit formã & naturã perfectioẽ, cuius color assimilatur lumini cœlesti secundũ Gal. 4. de iuuamen. mẽbr. Tũc vltrius vadũt omnia simul vsq; ad chilim venam, & ibi aliqua portio à renibus trahitur, & alia vadit cũ san. vsq; ad cor & totũ corpus. Et cũ aquositas cõpleuit iuuamẽtũ, iterum reuertitur ad venã chilim, & in hac reuersione cum ea miscẽtur humores dominãtes, & sic iudicat, qvrina quãtũcunq; digesta penitus nõ nutrit secundũ doctrinã Gal. super regim. in 2. parte. Multotiẽs accidit in capite & partibus &c. ad vnã columnã. Deinde renes attrahunt aquositatẽ cum aliqua portione sang. & hum. vt inde nutritãtur. Deinde vadit hæc vrina per poros vretides seu meatus vsq; ad collũ vesicæ. Et licet nõ habeãt nisi vnã tunicã, ibi tamẽ est quasi duplex, & appellatur à Gal. illud foramẽ diagonale. Et quia vrina est mordicatiua, mordet pelliculam, & illa semipelliculа quasi dilatatur & descendit obliquè inferius vsq; donec sit intus vrina, tunc ascendit superius & impletur tota vel quasi. Et quoniã tunc grauatur, expellitur ad exteriora. Sed in vesica extra non potest apparere illud foramen propter subtilitatem semipelliculæ, quoniam statim incuruatur & coadunatur ad extra. Tamen in vtentibus bono regimine non potest apparere vrina talis qualis est secundum suam naturam, quin semper aliquid naturaliter & substantialiter cum ea admisceatur, quod ipsam alio colore

color

coloret: licet suus color naturalis nõ sit propriè color, sed quędam transparentia. Et ratio prędictorum patet, quoniã terminus vrinæ naturalis & principium generationis suæ, est terminus vltimus complemẽti generationis humorum secundum Galen. 1. de crisi. Cum ergo aliquis est boni regiminis sicut oportet, tunc vrina apparet digesta. In debilibus senibus, pueris gulosis, & vtentibus malo regimine & potissimè crapuloso, apparet vrina talis qualis est secundum naturã suam, ideo est alba, tenuis, tota nuda & expoliata totaliter à bonitate. Ex his autem bene constanter satis patet, quòd vrina non acquirit formam substantialem in corpore, sed solũ ex alia segregatione: ideo liquor qui supernatat sanguini in phlebotomia, nihil aliud est quàm vrina, sicut diximus in tractatu de phlebotomia. Nullus ergo debet mirari, si per vrinam primo & principaliter cognoscuntur dispositiones hepatis & venarum, & per consequens totius corporis. Per vrinam ergo poterimus cognoscere dispositionem sanitatis, ægritudinis, & neutralitatis. Ex his igitur patet arrogantia, & ignorantia quorundam, qui dedignãtur iudicia vrinarum, & eã nauseãt. Sed diligẽs vrinę inspectio manifestat qualiter homines dispositi sunt secundũ Theophilũ. Et ideo aduertens Isaac in diffinitione sua dicebat, ꝙ vrina erat colamentum, quasi dicat quòd in corpore de se nullam acquirit naturã nec transmutationem, sed solum ex colamento & separatione aliorũ. Et addit, sanguinis. Licet omnis hum. intendatur à natura, sang. tamen primo & principaliter, & ibi abundat in maiori quãtitate, ideo dicit, sanguinis. Sed quia vrina non est colamẽtum solius san. sed etiã aliorum hu. ideo subdit, & cæterorũ hu. Et quia hæc colatio nõ fit per artificiũ, sed virtus regitiua est illa quæ hum. generat, separat, diuidit, ideo subiũgebat Isaac, de naturæ quidẽ actionibus natum. Circa materiam de vrinis posset quis dubitare, vtrum de vrina possit esse sciẽtia. Et quę possent aliquẽ mouere, duo sunt. Primum scilicet, de sensibilibus non est sciẽtia, cũ omnis sciẽtia sit de vniuersali: vrina est sensibilis, quare &c. Secunda ratio, quoniã omnis scientia est de intransmutabili, cum vniuersale sit intransmutabile. Vrina est transmutabilis, quia vna & eadem & secundũ se non diuersificata, diuersa significat, vt patet in vrina alba, & sic de aliis, quare &c.

Theophilus tractatum scripsit de vrinis.

An de vrina possit esse scientia.

Opp

Oppositum patet, quia causam habet, & principia, & de talibus est scientia, quare &c. Solutio, dico q̃ vrina aut considerat̃ absolutè, aut relatiuè. Si absolutè, sic de ea nõ est scientia: si relatiuè, aut per cõparationem ad causas aut ad sensata. Si per comparationẽ ad causas, hoc est duobus modis. Quoniã vrina comparatur ad suas causas prout ab eis contrahit essentiã, esse & quidditatẽ, & entitatẽ, & sic pertinet Metaphysico. Si autem vrina cõparetur ad sua causas prout ab eis contrahit esse transmutabile, motum & mutationem: sic pertinet naturali. Si autẽ vrina cõparetur quo ad significata, hoc est duobus modis, aut absolutè, & indeterminatè, & ita de vrina non est scientia. Si autẽ determinetur cum determinatione, & certa limitatione, sic de ea est sciẽtia. Sicut, verbi gratia, alba & tenuis, potest significare crapulam, hydropisim, oppilationes, & similia. Et sic absolutè continuãdo qui hoc nouit, modicum nouit. Si autem cõtinuetur cum signis digestionis, & specificis certis & determinatis, vtpote sicut multa crapula, & sit multa, frequens micta, diabetẽ, & sic de aliis. Sic dico q̃ de vrina est scientia, & non quælibet, sed medicinalis, sicut videbitur quæstione secunda. Tunc ad primã dico, quòd eadẽ res sensibilis est, dum sentitur: & intelligibilis, dum intelligitur: & sic de ea est scientia, non vt est in sensu, sed in intellectu. Ad secundum dico, quòd si vrina fuerit bene determinata, specificata, & disposita, non est variabilis, nec transmutabilis, nec diuersa significat, sed quid certum & determinatũ. Quare concluditur quòd non sufficit habere scientiam de vrinis vagam & confusam, sed certam, & determinatam, sicut erit infra per totum Deo duce manifestum.

De coloribus vrinarum. CAP. II.

Vrinarũ colores varij.

COlor vrinæ quidã est qui significat tẽperamẽtũ, & quidam distẽperamentum. Color qui significat temperamentum absolutum, est color ruffus iuxta dictum Aegidij,

In ruffum vergens puri color amulus auri.

Color ruffus similis colori auri.

Et intelligo per istũ colorẽ, nõ colorẽ auri puri, quod est massa, quia talis color vergit ad rubeũ obscurum, si ascẽdit ad 24. gradationes, sed intelligo colorem auri prout est in auratura scyphorũ argenteorũ politorũ, tersorũ, & talis color subruffus, spẽdidus, clarus, & multũ rutilans. Vel possumus intelligere nõ aurum purum, cum est in massa, sed cũ

est

est purum in aliquo artificio, cum bene politū est, tersum & lucidum, talis color potest appellari ruffus. Vrina ergo ruffa in mediocri substantia, significat tēperamentum optimum. Illum autē colorem significantem tēperamētum vocat Isaac in vrinis suis. cap. de colore vrinæ, versus principium, citrinum, per hæc verba, Iste color est mediocris inter subcitrinum, & igneum. Et subiungit post ad 7. lineas, ꝙ color naturalis, citrinus est & clarus. Et subiūgit in seq. cap. in prin. Hanc cōplexionem habentes, vrinā in colore, & liquore tēperatam habēt citrinam, claram, vel mediocrē inter citrinam & igneam. Quod ergo Aegidius vocat ruffum, Isaac vocat citrinum, clarum, igneum. Illum autē colorem significantē tēperamentum, vocat Gal. 1. de crisi citrinum, tinctum aut rubeum clarum. Et est intelligēdum, ꝙ ille color diuersimodè appellatur secundum diuersitatē linguarum, quod & aliqui appellāt citrinum tinctū, aliquādo Gal. appellat ruffum, subtilē, ita ꝙ vnus, & idē color secundum diuersitatē linguarum, aliquādo dicitur citrinus, aliquādo ruffus tinctus, aliquādo rubeus clarus. Et de colore citrino faciēs mentionē Gal. 1. de crisi cap. de vrinis, ad duas columnas, dicit talia verba, Et medici quidē nomināt hunc colorē nomine quod significat in lingua Græca ruffum, quod tēdit partū ad rubedinē. Et illud quod nominant liuidum, & nomināt eum etiā nomine citri, quod significat in lingua eorū tinctum, subtile, simile citro & colore choleræ citrinę, quē diximus. Et est color quē aliqui nomināt ex nomine ipsius cholerę: & quādoq; medici nomināt hāc cholerā his tribus nominibus, & rememorāt in libris suis eā. Patet igitur ex dictis, ꝙ medici appellāt aliquando vnū, & eundē colorē citrinum clarum, aut citrinum subtilē, aut ruffum clarum, aut rubeum tinctum seu clarum. Color ergo qui tēperamētum significat absolutum, potest dici citrinus intēsus, aut ruffus tinctus. Iste ergo color qui vergit ad rubedinē purum, tēperamentum significat absolutè acceptum. Intelligendum, ꝙ vrina temperata nō inuenitur nisi in corpore temperato, & hoc est quod dicit Gale. 1. de crisi cap. de vrina, versus principiū, per hæc verba. Et nō oportet quidē vt quæramus vrinā, quæ est in summo bonitatis digestionis, nisi in illo qui est in vltimo sanitatis, & hæc vrina declinat ad citrinum tinctum, & ad rubeum clarū. Sed

Gale. vocat flauum, & subflauum.

tamen

tamen ad citrinum tinctum decliuior est quàm ad rubeū clarum &c. Hæc autē vrina licet forte nō inueniatur, nihilominus tamen præponēda est sicut regula, & directio omnium vrinarum: quoniā secundum elōgationē aut propinquationē ad istam erit iudicādum &c. Sed debemus ponere tanquā directiuam vrinā, quæ est naturalis, quælibet secundum naturam cōplexionis, ætatis, regionis & aliorum particularium, & in animo informati debemus iudicare de lapsu secundum quod plus vel minus distat. Omne enim iudicium erit æstimatiuum. Colorum igitur quidā significant temperamentum, quidam distemperamentum. Colorum autem significantium distemperamentum, quidam sunt simplices, quidā cōpositi, secundum quod dicit Isaac, cap. de diuersitate colorum vrinæ extra naturam. Quidam ergo est color albus, spissus, lacteus, & attestatur supra dominium phlegmatis. Quidam niger, & attestatur supra melancholiam. Quidam rubeus clarus, & attestatur supra choleram. Quidam rubeus nō clarus, & attestatur supra sang. Color autem sanguinis secundum Gal. 1. de crisi, nō potest venire ad claritatem choleræ. Colorum autem compositorum quidam significat æqualem compositionem, aut inæqualem. Si æqualem, sic sunt quatuor: sicut est color citrinus, qui significat æqualem commixtionem secundum viā vicinitatis choleræ & phlegmatis. Et est color russus igneus, qui significat æqualem commixtionem choleræ & sanguinis, vnde spissitudo datur ex parte sang. & igneitas ex parte choleræ, russedo ex parte vtriusque, & Isaac vocat istum colorem igneum. Color rubicundus significat æqualem mixtionem melancholiæ & sanguinis: ideo quia sanguis incipit aduri, & in melancholiam transmutari: & Isaac vocat istum colorem purpureum. Et est color charopos, quem Isaac vocat cineritium, quia significat æqualem commixtionem phlegmatis & melancholiæ. Omnes autem alij colores significant inæqualem mixtionem, sicut est vitellinus, qui assimilatur vitellis ouorum, non propriè vitello, quia vitellus habet magis colorem rubeum, sed vitello mixto cum albumine suo, & talis color trahitur ad quandam albedinem. Et ita color vitellinus significat inæqualem mixtionem phlegmatis & choleræ: sed plus est ibi de phlegmate, & ita accipiunt colorem vitellin

Color lacteus. Color niger.

Colores quatuor caliditatem significantes.

tellinum illi, qui appellant eum subcitrinũ. Sed illi qui magis propriè appellant colorem vitellinum similẽ vitello, intelligunt per colorem vitellinum colorem intẽsum. Et ita videtur Gale. intelligere in prognost. super illam partem,

Hippo. prognostic. 39. lib. 2. Laudabilis est vomitus &c. vbi dicit sic, Multotiens enim vides cholerã expelli vomitu, & procedere inferius, & est rubea, clara, grossa, & est illa quam quidam hominum nominant similem vitellis ouorum. Ita accipit hæc pro colore intenso. Color autẽ intensus, æqualis citrinitatis, significat sanitatẽ: sicut dicit Gal. in prognosticis super illã partem, Cùm vrina clara, & citrina fuerit &c. Et dicit, Color

Pregno. 31. lib. 2. vrinę naturalis est ęqualis citrinitatis, quod est, quia aduẽtus eius est à potibus, qui bibuntur postquã admiscetur eis de cholera quãtitas parua. Si autem plus fuerit de cholera quàm de phlegmate, tũc erit citrinus intẽsus. Colores etiã qui fiunt significantes inęqualem mixtionem sunt cyanos,

Colorũ multiplicatio ex albo, & nigro. charopos, œnopos, liuidus, & viridis. Colores autem qui possunt multiplicari ex albo & nigro, possunt esse, quasi infiniti, sicut numeri, figuræ & successiones intellectuũ ad intellectum: sed ars reducitur ad compendiũ, ideo cõmuniter loquẽtes reducũt ad 19. Primus ergo erit albus, clarus, subtilis, diaphanus, sicut aqua, & nõ est propriè color, sed susci pit omnes. Primus ergo color est lacteus. Deinde glaucus ex modica admixtione cholerę cũ aquositate. Nõ causatur ergo iste color ex aliquo radio melãcholiæ vel aliqua eius alteratione, sicut opinatur Aegidius. Quod patet, quia si modicum choleræ quæ est in aure, misceatur in aqua fontis in vrinali, causabitur color glaucus. Color ergo glaucus causatur ex modica admixtione choleræ cum aquositate, sicut dicit Gal. 1. de crisi, cap. de vrina: ideo color glaucus non attestatur supra melancholiã, nisi valde per accidens, inquantũ indigestio, & oppilatio significatur: & quia melancholia posset oppilare, & indigestionẽ facere, ideo per accidẽs posset supra melancholiã attestari. Deinde sequitur color subalbidus, & pòst pallidus, deinde subcitrin⁹: & omnes isti colores significãt indigestionẽ, & significant ꝙ ægritudo est in principio. Intentio autem Gal. in lib. suo de crisi est, ꝙ totũ illud tẽpus in quo digeritur de materia, aut occultè digeritur, est ægritudo in principio: & quando manifestè, est in augmento: & quando cõpletè, tunc est in

ſtatu. Signa autem ablatæ digeſtionis ex parte vrinæ, ſunt vrina alba & tenuis: occultæ autē, ſunt lacteus, glaucus, pallidus, ſubpallidus, & ſubcitrinus, & omnis ſubſtātialis quæ ſit à colore remiſſo. Si ergo iſta apparuerint longo tēpore, longum morbum ſignificant, ſi modico, breuem. Quoniam tempora ægritudinis ſecundū Gal. ſunt proportionalia adinuicem. Si enim principium ægritudinis eſt longum, tota ægritudo erit longa: ſi eſt breue, tota ægritudo erit breuis.

Signa enim manifeſtæ digeſtionis ſignificant augmentū, & hoc, cum apparet color laudabilis: ſtatus autem ſignificatur ex ſigno completo, hoc quando cum colore & ſubſtantia laudabili apparet hypoſtaſis laudabilis. Et hoc patet, quia natura nō procedit ordinatè niſi primo det colorem, deinde ſubſtantiā, deinde hypoſtaſim, ideo nulla hypoſtaſis nec aliqua ſubſtantia cum coloribus remiſſis poteſt ſignificare augmentū & minus ſtatum. De iſta tamen materia videbimus in quibuſdam quæſtionibus. Poſtea veniunt colores qui ſignificant caliditatem vehementem, tamen ſecundum plus & minus, ſicut eſt color citrinus, ſubruffus, ruffus, ſubrubeus, & rubeus. Deinde veniunt colores qui ſignificant aduſtionem inchoatam, ſicut ſubrubicundus & rubicundus. Præterea veniunt colores qui ſignificant aduſtionem mediatā, ſicut cyanos, œnopos, liuidus, viridis & charopos, tamen diuerſimodè ſignificant ſecundum quòd approximantur albo vel nigro. Deinde venit color qui ſignificat aduſtionem completam, & eſt niger, ſicut in albo eſt multitudo luminis, ita in nigro eſt paruitas luminoſitatis. Ita diuerſi colores generantur, ſecundum quòd lumen diuerſimodè irradiat diaphanum, aut opacum. Circa materiam præcedentem dictum fuit, ſi de vrinis poteſt eſſe ſcientia. Hoc autē dubitabitur, ſuppoſito quòd ſit ſcientia, vtrū ſit medicinalis, & vtrum liber ſeparatus poſſet fieri de vrinis. De primo videtur, quòd non ſit ſcientia medicinalis: quia tunc aut erit res naturalis, ſicut elementum, vel econuerſo, & ſic de aliis: aut erit res non naturalis, ſicut aër, cibus, & ſic de aliis: aut erit morbus, aut cauſa morbi: tamen nullum illorum eſt: quare videtur quòd ſcientia de vrinis non ſit medicinalis. Oppoſitum patet per omnes medicos. Dico quòd de vrinis tractant diuerſi artifices, & diuerſimodè, ſicut viſum eſt. Sed de vrina hoc tractat medicus in-

Signa manifeſta coctionis quando apparent.

quantum est declaratiua sanitatis, ægritudinis & neutralitatis. De vrina autem quadrupedum non tractat medicus: sed deceptores apportant aliquando, vt illudant medicum.

Cautela qua medici vulgarium imposturas possint deprehendere.

Et docet cautela quòd non decipiatur, quia vrina hominis apparet magis spissa de propè quàm de longè, & quanto magis elõgatur, apparet magis clara, de vrinis aliorum animalium non est ita. Vnde,

De propè spissa magis hominis tibi micta videtur.
Non liquor alter inest, cui talis regula detur.

De vrina ergo hominis potest esse scientia medicinalis: si enim significat sanitatem, continebitur sub rebus naturalibus: si autem significat ægritudinem, continebitur sub rebus contra naturam: & si neutrum, sub rebus non naturalibus. Quoniam signum secundum Gal. in Techni, nõ solum dicitur de corpore, sed de causa & signo: tunc licet nõ sit res non naturalis, aut naturalis, aut contra naturã principaliter, tamen inquãtum dispositio rerum naturalium & non naturalium, & contra naturam, dignoscitur per vrinã. Et iuxta hoc quæritur, si de vrinis potest fieri liber separatus. Videtur q̃ non, quia de aliis superfluitatibus nõ est liber separatus, quare, &c. Dico quòd de vrina possumus loqui triplicit̃er: aut in generali, & ita scientia de vrinis non separatur à scientia aliorum signorum: aut specialiter, & sic non separatur ab eo quod significat: aut specialissimè, tunc hæc scientia considerat genera, species & differentias. Et si sic, aut tũc determinatur de tota vrina, & sic traditur scientia de vrina per modum capituli: ita determinauit Auic. & quidam alij. Aut non determinatur de toto, sed solũ de vrina hominis cum quibusdam aliis: tunc potest fieri libellus particularis, & sic determinauit Theophilus, Aegidius & quidam alij: & nõ est simile de aliis superfluitatibus. Quoniam vrina attestatur supra membrũ principale, quod est hepar, & per consequens supra totum corpus, & potissimè quando est seb. sicut dicit Gal. quare libellus separatus potest fieri de vrina, licet non fit de aliis superfluitatibus.

De substantia vrinæ. CAP. III.

DE substantia vrinæ pertractat Gal. 1. de crisi. Substãtiæ autem vrinæ reducuntur ad quinque. Est enim vrina subtilis absolutè, spissa absolutè, & mediocriter spissa, mediocriter tenuis, & est æqualis: & si substantia æqualis fuerit

rit cum colore citrino, intenso, significat dispositionem naturalem. Omnes autem aliæ significant indigestionem secundum Gal. Nunc autem sicut dictum est, nec color nec substantia dantur aquositati, nisi per illud quod substantialiter admiscetur. Siccitas autem potest esse causa per accidēs ꝙ nihil admisceatur, & ita erit causa tenuitatis per accidens, quoniam etiā hu. sicci continentur in hepate ratione hepatis, aut aliorū, tunc talis hu. grossus oppilat. ita nihil potest eliquari, & remanet tenuis. Humiditas autē posset inspissare multiplicando hu. qui multiplicati reddūt vrinam spissam. Et ita caliditas per accidens posset inspissare multiplicādo hu. qui multiplicati reddunt vrinā spissam: & ita caliditas per accidens posset colorare multiplicādo hu. calidos: & ita frigidū remittere hu. frigidos multiplicādo. Si ergo vrina fuerit alba & tenuis, ablationē digestionis significat: & cruditatē in vltimo, & ꝙ natura est ita debilis, quòd nō potuit aliquid permiscere per quod posset colorare aut substantiare, ita vltimum digestionis significat. Aliquando autem est ita ꝙ vrina mingitur tenuis, postea cum quieuerit, inspissatur, & significat aliqualem digestionē occultam. Natura enim aliquā substantiā miscuit cum aquositate, & cū hoc ventū, & vētus impellit illam modicā substātiā per totum corpus vrinæ, ideo apparebit tenuis. Sed vēto exhalato, illa substantia aliquo modo coadunatur, & nō apparet aliquo modo substātiata. Deinde venit vrina quæ mingitur spissa, & remanet spissa, significat aliqualē maiorem digestionē, quoniā natura fuit potens perturbare, sed non segregare, ideo ventū & quandā perturbationem significat. Deinde venit vrina quę mingitur spissa, & postea cum quieuerit, facit aliquam residentiam, illa melior est omnibus supradictis: significat quòd natura quasi fuit potens digerere, segregare, & satis in modico tēpore cōplebit. Omnes tamē istæ vrinæ significāt ægritudinē esse in principio, & potissimè quādo sunt cum colore remisso, sed tamē plus & minus. Quoniam vrina quę mingitur spissa, & postea attenuatur, magis approximat ad augmentū: vrina quæ mingitur tenuis, & remanet tenuis, est magis elōgata: & aliq mē dio modo se habent. Si ergo manēat longo tempore, longū morbum significant. Signa autem ablatæ digestionis, nō significant, secundum Gal. nec salutem, nec perditionem, sed

Vrina alba, tenuis, aquosa.

Vrina substantia multo modo variat.

morbi longitudinem: & si virtus sit fortis, saluari potest in longo tempore: & si debilis, morietur. Mediocritas vero in substantia cum colore laudabili, significat augmentum, & ꝙ natura manifeste incipit digerere: & talia significant statum proximum, & salutem, si continuentur: quoniam secundum Gal. signa digestionis vbicunq; bona. De signis autem crisis non est sic: ꝙ si veniant ante signa digestionis, mala sunt: si post, bona. Vrina ergo grossa significat humiditatem, nisi venerit per viam liquefactionis. Vrina tenuis, paruitatem, aut grossitiem, aut viscositatem, aut virtutis debilitatem significat. Medicus autem accipit grossum & subtilem pro substantia, licet substãtia sit materia, & forma, aut compositum ex his. Et de hoc faciemus mentionẽ in quadam quæst. Posset aliquis dubitare, si certius signum sumatur ab vrina, aut ab egestione: videtur quòd ab egestione, cum sit certius, & magis veridicum: quod patet, quia si fluxus fuerit coloratus colore intenso, significat morbũ, quia fluxus est causa morbi, quia cholera. Si fluxus est cum colore remisso, significat morbum & causam, quia humor frigidus.

Crisis ante signa coctionis semper mala, post verò bona.

Dolor autem capitis per vrinam nõ significatur nec conceptus, nec quartana, & sic de aliis multis, quare, &c. Oppositum videtur, quòd vrina supra dispositionem hepatis & venarum attestatur secũdum Gal. & supra totum corpus, cum febris adest. Dico quòd signum sumptum ab vrina est certius & magis generale: primo quia à mẽbro principali deciditur, egestio vero non, & quia à purioribus vel à puritatibus eliquatur, sicut sunt hum. egestiones autem non, & quia ad totum corpus mediãtibus venis & arteriis: egestio autẽ non, quia per plura, per colorem, substantiam, aut per hypostasim, & alia contenta, egestio autem non. Ideo licet in vno particulari posset habere certitudinem maiorem, in multis tamen deficit, & sic nõ est de vrina, quare, &c. Dubitaret aliquis à quo accipitur certius signũ, vel à pulsu, vel ab vrina. Et videtur quòd à pulsu, quia supra nobilius mẽbrum, ꝙ fit in corpore, attestatur. Oppositum videtur, quia vrina super dispositionẽ totius attestatur, cum vadat ad totum per venas, ideo, &c. Dico quòd cum quæritur de pulsu & vrina, aut quærimus de his in generali, aut in speciali. Si in generali, nulla est quæstio, cum cõparatio debeat cadere inter illa quę sunt eiusdem speciei: sed ista sunt diuersarum

Vrina vbi morbus intra venas constituit, verax est.

specie

ſpecierũ, quare, &c. Si autẽ quęrimus in ſpeciali, hoc eſt tripliciter, quia aut nos quærimus quę iſta ſciẽtiarũ ſit medico magis vtilis in cognitione, aut prognoſticatione, aut operatione. Et tũc poſſet dici, ꝙ ad omnia iſta, plus eſt vtilis vrina, quia nobilis, magis nota & magis certa, cum liquidè videamus colorẽ, ſubſtantiam & contenta. In pulſibus autem fortè ſunt duo, quæ nullus mortalis potuit cognoſcere niſi ſolus Gal. Primũ eſt conſtrictio pulſus, ſecundum eſt ordinatio pulſus. Cognoſcere autem per tactũ, quòd ſit ita naturalis ſicut in tonis diuerſis, cum conſequẽter cauſatur vna melodia: ita naturalis ex diuerſis percuſſionibus cõueniẽtibus vnus ordo: hoc eſt valde difficile, aut forte impoſſibile, niſi ſoli Gal. quia habuit tactum delicatiſſimũ cum ingenio claro. ideo ſicut dicit Gal. 1. de criſi, Hipp. nõ determinauit de pulſu, aut propter ſui difficultatẽ, aut quia ignorauit. Patet igitur, ſcientiam de pulſu eſſe difficilem valde. Sciẽtia autẽ de vrina eſt valde nobis domeſtica & familiaris, quare in omni agibili magis ſubtili, ſaltim vt cõſequẽs, vt in plus loquendo. Et ſi quæritur, quid eſt illud per quod melius deuenimus in cognitionem virtutis naturalis, vel pulſus, vel vrina: dico ꝙ vrina, quia vrina per ſe atteſtatur ſupra ipſam. Pulſus autẽ nõ niſi per accidens: per vrinã autem cognoſcimus materiã peccãtem, formam introductã in illa materia, & cum hoc etiam particulam patientẽ. Per vrinam etiam cognoſcimus diſpoſitionem ægritudinis, ſanitatis & neutralitatis, quod bene patet intuenti ſcientiam vrinarum. Per vrinam enim exquiſitè cognoſcimus tempora morborum, ſcilicet principium, augmentum, ſtatum declinationem, & cum hoc cognoſcimus longitudinem morbi, iudicium mortis & vitæ. Et ratio dictorum eſt, quia virtus naturalis eſt quæ curat morbos ſecundũ Gal. in de criſi. Et quia vrina atteſtatur ſupra diſpoſitionẽ hepatis & virtutis naturalis: ideo vrina perfectius quàm pulſus atteſtatur ſupra diſpoſitionem virtutis naturalis. Et cum hoc ſi aliqua extrinſeca immutent corpus hominis ab extra, citius, melius & facilius per vrinam diſcernuntur quàm per pulſum, potiſſimè quia pulſus non eſt ita ſenſibilis, nec habemus etiam cui comparemus ſecundum quod dicit Conſtantinus in theorica ſua. Si autẽ quæramus ex quo melius veniemus in cognitionem virtutis vitalis, vel per pulſum,

In pulſu ſunt duo nulli cognita.

Vrina perfectius declarat naturalem virtutẽ quàm pulſus.

vel per vrinã: Dico quòd per pulsum, cum pulsus immediatè attestetur supra dispositionem virtutis vitalis, ideo de morte, vita & hora mortis melius & securius iudicatur per pulsum, quàm per vrinam. Quia cor est membrũ quod primo viuit, & vltimo moritur, secundum Arist. In multis autem morbis sumus decepti per vrinam. Ponamus quòd tẽpus sit pestilentiale, aut materia venenosa, tunc natura non audet inuadere materiã, & apparebit vrina laudabilis quo ad omnia: & hoc enim est, quia natura non egit supra materiã morbi, sed supra materiã cibi, tunc medicus iudicabit illum euasurum, & cum crisi subito morietur, & causa virtutis debilitatæ in pulsu semper manifestabitur. Similiter accidit in quartana, cũ aliquis est boni regiminis, à principio apparent signa digestionis, & aliquis iudicabit per hoc tẽpora morbi, cũ tamen nõ sit ita. Similiter in hydropisi & in ægritudinibus, quæ sunt extra venas, videmus vrinas laudabiles, & tamen moriuntur. Pulsus autem indicat virtutis constantiam in radice expulsis erroribus eorũ quæ possent immutare pulsum. Et propter hoc dicitur,

Vrina quã do fallaces.

Vrina fraudes aperit discretio pulsus &c.

quo ad quædam ergo pulsus est certior, & quo ad quædam, certior est vrina &c.

De regionibus vrinæ. CAP. IIII.

REgiones vrinę sunt quatuor. Prima regio est circulus, & attestatur supra dispositionẽ animatorum, sicut est caput. Secunda regio vocatur aërea, & est regio vrinæ, quę immediatè est sub circulo, & quasi proportionabiliter loquendo durat à circulo versus fundum quasi per duos digitos, & à parte latitudinis versus medium quasi per alios duos digitos: designatur supra dispositionẽ spiritualiũ seu vitalium, sicut est pectus & totum elibanum eius. Tertia regio, est regio personata, incipit à superficie vrinæ, in medio constituendo quasi quendam circulum paruum, quasi imaginatiuum, & durat vsq; quasi aliquantulum vltra medium vrinæ, ex ea attestatur supra regionem nutritiuorum, sicut est stomachus, hepar, & similia viscera. Quarta regio, est fundus vrinæ, cum sit cũ omni suo ambitu quasi à medio inferius vsq; ad fundum, attestatur supra digestionem generatiuorũ, sicut sunt renes, vesica, matrix, & similia membra inferius situata. Quando ergo aliqua apparẽt

in

in istis partibus, attestantur supra sibi similes regiones. Ideo illa sunt cum diligentia consideranda, non solum propter morbum, sed etiam propter particulam patientē, cum sit magna pars curationis habere notitiam particulæ patientis. Attamen ista verba aliquando mihi visa fuerunt fabulæ. Ideo frequenter fabulaui contra istū versum,

Et similis simili seruit, regio regioni.

Quia secundum hunc modum, videntur regiones ordinari secundum intellectum, quod est omnino impossibile. Attamen nunc victus sum propter experientiam, & recordor de dicto Auic. Experimentū enim in hoc transit rationem, quòd malus cibus vsitatus melior est bono cibo non vsitato: & experimento magis credendum est, quàm rationi, cum contradicunt. Nunc autē ea quæ videmus sensibiliter & sine defectu, sunt ista, vel saltim vt plurimum sunt vera. Quando spuma, aut grana apparent in circulo, significant rheuma. Circulus grossus & niger, dolorem capitis significat. Licet non sit necessariū in quolibet rheumate, aut quolibet dolore ista apparere. Dicamus ergo sic: Spuma apparens in circulo, aut est spumosa, aut granosa, aut ampullosa, aut alba, aut crocea. Spuma grossa, ventositatē significat multam & grossitiē. Subtilis autem, significat ebullitionem. Ampullosa, significat dolorem renum. Crocea, calefactionem hepatis. Alba, frigiditatem hepatis. Granulosa, stillicidium rheumatismi. Dum tamen illa non veniat ratione agitationis & motus. In epilepsia apparet circulus viridis, aut plumbeus: niger, significat dolorē capitis. Ita per circulum, & dispositionē circuli, deueniemus nos in cognitionē ægritudinis capitis. Et talis experientia lōga facit credere ꝙ circulus deseruit dispositioni animatorum. Secunda regio est aërea, & deseruit virtuti vitali, vbi manifestē possumus videre experimento sensibili, ꝙ si sub circulo appareant granula minuta, aut conglutinatio multa granorū in quadā nube, quasi si esset suo modo loquendi quædā stella comata cum quadā parua cauda, & appellatur nubecula spiritualis: aut descendēdo, talis coadunatio granorū vocatur nubecula spiritualis. Tale enim contentum, exquisitè significat supra structurā pectoris, tussim, & stillicidium rheumatis ad pectus: sed grana per se significant hoc dato, quòd nō essent sic coadunata: quæ quidem

Signa à cōtentis in vrina.

granula per debilē motum aliquando reuertuntur ad circulum, aliquando descēdunt sub circulo, & tale experimē tum docuit, quòd illa est regio spiritualium. Illa autē nubecula spiritualis rarò apparet, & si appareat, homines non curant, & si curent, statim mouetur circulando ad oppositū. Quare oportet, quòd manus & vrina sint in quiete qui vult apprehendere, tamen qui vult aduertere, bene est apprehēsibilis, quia satis est magnæ quātitatis. Tertia, est regio perforatorū, vbi apparent duo, quæ sine errore significant vomitū, nauseam, & motum euomendi ex repletione stomachi, & sunt quædam grana quasi aurea scintillantia, quasi se mouentia superius & inferius. Aliud signū est quędam vnctuositas, vel rotunditas ad modum cuiusdā lineæ semicircularis, vergens ad quandā subalbedinē: & illis nō est error, quia motus nauseatiuus ex mala dispositione stomachi prouocatur, & talia mouēt hominē, quòd illa regio seruit stomacho & partibus vicinis. De inferiori autem regione nullus dubitat, & de contentis in illis locis dicetur suo loco. Sed tamen ista dicta sunt ad manuducendū, quòd possibile est quòd regiones sint in vrina, & quòd seruiunt regionibus corporis. Ratio etiā aliquo modo posset assignari. Circulus enim non appropriatur vrinæ inquantum vrina, sed inquantū aquositas. Aqua enim, succi, & omnes liquores habent circulū, seu partē eminentē in lateribus. Hoc enim de proprietate aquæ, quòd procedit rotundando, & globosando, sicut & cuiuslibet generis. Sed alia quæ apparent in circulo sunt magis propria naturæ humanæ. Illæ autē regiones ordinantur aliquo modo propter duo, primo ratione nutrimēti, quia partes superiores nutriūtur ex leuiori, inferiores ex grauiori, & mediæ medio modo. Ideo partes hum. quę veniunt à cerebro, ascendunt altius, quæ à pectore post, quæ à stomacho & hepate post, & quæ à partibus inferioribus, situantur in fundo. Spiritus etiā & calor naturalis sunt quodāmodo causa, ideo vrina non est boni iudicij nisi sit bene cooperta, vt spiritus exhalare nō possit. Spiritus ergo aliquo modo ordinat partes, & hoc patet, quia postquā exhalauit calor, vrina nō est boni iudicij, ideo postquā transiuit hora vna, nō est boni iudicij secundum Auicennam. Quòd autē spiritus habeat aliquo modo regimen, hic patet, quia pes abscissus mouetur aliquo

Vrina debet seruari cooperta vt bene iudicetur.

tem

tempore. Et auditum est, quòd verbū conceptum post abscissionem capitis proferebatur: spiritus alicuius viri maleuoli lædit pueros, aues, menstruata inficit speculum, & lupus facit hominē raucum. Non est ergo inconueniens, si calor & spiritus qui sunt cum vrina, cum ambo sint extra & simul, & sint bene cōseruati, si ad tēpus habent regimē, experimentum ergo si ratio deficeret, vincit rationē, quòd contenta & apparentia in diuersis regionibus vrinę, supra diuersa attestantur. Quoniā quando apparent alia quæ dicta sunt, talia habent significata, vt dictū est. Sed econuerso non est verum, quòd quandocunq; insunt dispositiones, quòd appareant necessario talia signa. Quando ergo vrina est omnino tenuis, tunc illa regio posset discerni quòd erit significatiua, & quando vrina est omnino spissa, regionum non est significatiua, quia tanta est confusio, quòd regi & regulari non potest, sed sicut ordinatio est confusa, supra confusionē totius attestatur. Tremorem autem circuli lectoris industriæ relinquo, magis enim arbitror tacendum quàm loquendum. Quæritur vtrum vrina sit nuncius fallax. *Quæstio.* Videtur quòd sic, quia aliquando in morituris apparet vrina sicut sanorum, & ita vna & eadē vrina significat salutem & mortem. Oppositū dicit Theophilus, scilicet quòd vrina est nuncius nō fallax. Dico quòd vrina ad hoc quòd sit veridica, requirit multas cōditiones, quas oportet eum diligentia pertransire. Oportet enim discurrere per res naturales, non naturales, & contra naturam: & omnibus perfectè examinatis nullus cadet error. De cōditionibus obseruandis fiet capitulū singulare infrà. Et dico, quòd si in graui morbo appareat vrina sanorū, pessimū est, quia significatur, quòd natura non agit in materiam morbi, & ita est signū mortale: per adiuncta ergo omnis æquiuocatio auferetur. Vnde vrina alba de se significat indigestionē, secundum adiuncta, modo crapulam, modo laborē nimium, & ita de aliis, & ita in omni signo multū valent indicia patiētis, aut assistentiū, iuxta illud Damasc. Super omnia nō pudeat patientem interrogare &c. *Vrina alba præsagia.* Quæritur vtrum vrina sit colamentum. *Quæstio.* Videtur quòd non, quia sanguis, succi & similia possunt colari, & tamen non sunt vrina, quare. Oppositum dicit Isaach. Dico quòd vrina est substantia quædā: ideo licet sit colamentum, hoc tamen est substantiale, non

accidentale,& est factum ab intus ordine naturæ. Est ergo vrina quædam substantia aquosa, colata à sang. & aliis hum.in corpore humano actione naturæ. Ideo non valet, quòd dicitur de sanguine,& succis qui colantur,quare &c. Vrina non est colamentum accidentale, sed substantiale: ideo in diffinitione potest poni colamentum,quia hoc colamentum est quoddam quod vrina nominatur.

De conditionibus obseruandis in iudicio vrinæ. CAP. V.

Conditiones obseruandæ quæ sunt in vrina iudicio.

CONditiones quas debemus obseruare in iudicio vrinarum,vt nullus error intercedat,sunt istæ. Prima est, quòd vrinale sit de vitro mundo claro,aliter si vas esset immundum,aut color vitri croceus, aut vrinale nimis grossum & materiale, impediret iudicium vrinæ.Secunda conditio,quòd accipiatur vrina noctis, & quòd antè dormierit:quòd si multas fecerit, seruetur quælibet in suo vase. Tertia conditio est, quòd in domo patientis inspiciatur primo vrina quãdo est facta,secundo post aliquantulã horam ad videndũ si faciat residentiã,& post aliam horã iterum,propter diuisionẽ regionũ & contentorũ, & ꝙ omnia ista sint facta infra vnam horã naturalem, scilicet ꝙ homo posset iuisse per vnã leucã huius patrię:quia post vnam horam,nullius est iudicij secundũ Auic.ideo vrina portata ad domũ medici nõ est boni iudicij propter residentiam, nec de extra villã,quia timendũ est,ꝙ hora pertrãsiet. Quarta conditio,ꝙ non respiciatur in Sole, nec in loco nimis luminoso,nec nimis obscuro, & si respiciatur cũ lumine,cauendũ est,ꝙ radius rectus candelæ non cadat supra vrinale.Sit ergo locus bene luminosus:& secundũ hoc oportet, ꝙ medicus sit bonæ visionis,aliter deciperetur in colore, substantia, & contentis. Quinta conditio, cadit in hoc,ꝙ patiens in die præcedente nõ ieiunauerit in pane & aqua, aut aqua tantum, quoniam immutaretur iudicium.In his omnibus intendimus,ꝙ nulla res extrinseca immutauerit eam,& si fecerit,quòd nos sciamus quid fuit in causa. Intendimus etiam quantũ possumus, vt nos sciamus naturã illius cuius vrinã videmus, vt sciamus quantũ distat à naturali,& secundũ hoc scimus iudicare de lapsu. Sexta cõditio,quòd sciatur cõplexio eius,cuius est vrina, quia cholerici,& sanguinei habent vrinã magis intensam, phlegmatici & melancholici magis remissam.Si ergo in frigidis de

Tẽperatura illius cuius vrina est, medico etiã cognoscẽda.

com

complexione appareat vrina tincta, febr. posset significari quantū est ex hoc, quia multum distat à naturali. In calidis autē de cōplexione nullus lapsus significaretur. Si autē in calido de cōplexione febricitet, & sit vrina remissa, longus morbus significatur, ideo malū signum, quia multum distat à naturali. Nullus ergo bene potest iudicare de vrina, nisi sciat cōplexionē, quoniā oportet scire quantū distat à naturali, ita oportet intelligere in omnibus aliis. Septima cōditio, q sciamus sexum, quia quantum est ex hoc, masculi naturaliter habēt magis intensam, & fœminæ remissiorē: oportet ergo scire dispositionē naturalē. Octaua conditio est, q nos sciamus ætatem. In pueris enim lactentibus, vrina nō habet certitudinē, quia color est immersus in humiditatibus multis. In adolescētia autē & potissimè in iuuentute, sunt vrinæ coloratę propter acumen colorū. In senectute sunt valde remissæ. Sciamus ergo naturalia, & secundum hoc iudicemus de lapsu, quia in puero febricitante, aquosa, mala est, cū digestiua sit fortis: & in sene ignita, pessima, quia fortis est ignis qui in aqua nō extinguitur. Nona cōditio, sumitur à tēporibus anni, quia in æstate debēt esse coloratæ, hyeme remissæ, & in aliis tēporibus mediocriter: modica ergo intēsio vrinę in hyeme potest significare sc. quod nō erit in æstate. Decima cōsideratio sumitur à regionibus. Habitātes in regionibus calidis, habēt vrinas magis tinctas: & habitantes in regionibus frigidis, magis remissas: & secundū illa poterimus iudicare de lapsu. Vnde cima cōditio sumitur ex diæta, aliqui enim comedūt cibaria ca. sicut allia, cæpæ, piper &c. ex talibus tingitur vrina. Aliqui comedunt lactucas, & similia, & vrina remittitur. Et est aduertendū etiam q quædā mutant vrinā colorādo, sicut est rheubarb. cassiafi. vinū grossum rubeū, & ita de aliis, & vinum albū remittit, & sic de aliis. Quare ab omnibus talibus mutātibus ab extra, medicus debet cauere vt nō iudicet de interioribus quod est ab exterioribus. Duodecima cōsideratio sumitur ab officio, vt ab arte quā homo exercet. Piscatores enim habēt vrinā remissam, & scriptores, sed faber & laboratores vinearū & agrorum habēt intensam. Decimatertia consideratio sumitur ab accidentibus animæ: quia ira colorat vrinam, gaudium temperatum vrinam reddit tēperatam, & tristitia distemperatam.

Decimaquarta cõsideratio sumitur ab abstinentia: illi enim qui multum abstinent, & ieiunant, habent vrinam coloratam: qui faciunt cõtrarium, remissam. Decimaquinta cõsideratio sumitur à vigiliis. Vigilię intendunt vrinã, sed somnus remittit. Decimasexta sumitur à labore, omnis labor immoderatus, coitus, & similia, multum intensam reddunt vrinam. Et si nimis cõtinuentur, remittunt propter vltimatam debilitatem virtutis. Decimaseptima sumitur à balneo: frigidum si nimis cõtinuetur, remittit: sed balneũ aquæ calidæ à principio intendit, sed si nimis cõtinuetur, remittit. Decimaoctaua sumitur ab habitudine corporis: extenuati habẽt vrinã coloratam, pingues verò remissam. Decimanona intelligendum, ꝙ quædam sunt passiones, in quibus vrina debet esse remissa, & tunc est intensa, quædã in quibus debet esse intensa, & est remissa, & ita fallunt iudicia medici, nisi medicus aduertat diligenter. In complexione ergo cholerica, & ægritudine cholerica secundum Auic. apparet vrina remissa, cum deberet esse intensa. Sicut verbi gratia, ponamus, quòd gibbus hepatis sit oppilatus, & partes quæ sunt extra venam chilim & renes, & ponamus ꝙ via quæ vadit ad intestina sit multũ dilatata, tunc cholera quæ debet ire ad vias vretides vel vrinales, vadit ad tota intestina, & inducit fluxum ventris, aut excoriationem intestinorum, & ita remanet vrina remissa. Aut ista cholera vadit ad stomachum, & inducit nauseam & vomitum: aut vadit ad totum corpus, & inducit icteritiã: aut in feb. acuta rapitur ad cerebrũ, & inducit phrenesim. Licet ergo complexio sit calida, & morbus sit calidus, nihilominus quotiescunque cholera dimittit vias vrinales, & vadit ad alias partes, vrina est remissa. Diligẽter ergo aduertendũ, & ecõuerso in cõplexione frigida & morbo frig. apparet vrina multũ colorata, cũ debet esse remissa, sicut in debilitate hepatis. Quãdo enim virtus segregatiua est debilis, tunc hu. eliquantur sine digestione, & apparet vrina quæ si lotura carnis secundum Auic. Et pro tãto in hydropicis licet de causa frig. & sine febr. apparet aliquãdo vrina multum colorata: ideo non est arguendũ propter hoc, ꝙ talis hydropisis sit de causa calida. Coloratur etiam vrina propter nimium dolorem, potissimè quãdo dolor declinat versus vias vrinales, cũ natura mittit sang. & hu. Et coloratur etiam

Affectus à cholera ad varias corporis partes trãsmissa diuersi.

Vrinæ in quibusdam affectibus non semper fidendũ: illa enim medicos inter-

etiam in fortí oppilatione pori, per quē cholera vadit ad inteſtina, ideo in cholica & fortí oppilatione, apparet vrina intēſa. Ad iſta ergo omnia debet Medicus aduertere, ne decipiatur in iudicio vrinarū. Pro tanto ſcriptum eſt, diligēs vrinæ inſpector aptus natus eſt fieri nuncius nō fallax. Talis ergo cōſideratio eſt diligens inſpectio. Vigeſima cōſideratio ſumitur ab vrinis prægnantium. Vrinæ prægnātium ſunt clarę, variæ: & à principio apparet quaſi quædam lana carpinata, & etiam apparent quaſi quædā grana aſcendentia, & deſcendentia, & in fine vrinæ eſt quaſi atramentum & ſordities ſicut dicit Auic. Vigeſimaprima cōſideratio ſumitur ab vrinis quadrupedum. Differentia eſt inter vrinam hominis & quadrupedum omniū & liquores alios, ſuccos, cōfectiones, hydromel & ſimilia. Quoniam vrina hominis de propè eſt magis ſpiſſa, & ſi elōgetur manus cū vrinali, videbitur magis clara. In aliquo alio non eſt ita, & hoc fuit dictum ſuprà in quadam quæſtione. Quæritur vtrum vrina ſolum à ſan. eliquatur. Videtur quòd ſic, quia non eliquatur, nec vltra gibbum verſus venam chilim, tūc verſus ſimam fuerunt omnes alij humo. à ſang. eliquati. Contrarium dicit Iſaach, quòd eliquatur à ſang. & aliis humor. ſecundum quod dictum fuit ſuprà. In ſententia dico, quòd vrina eliquatur à ſang. & aliis hu. Hoc fit duobus modis. Primo in ſima, ſicut & alij humo. omnes ibidem generantur, & ſuperflua incarcerantur, ita vrina ab omnibus eliquatur, ſed nondum potuit ſeparari, quia adhuc fuit neceſſaria, vt iuuaret ſangui. ad penetrandum per anguſtas venas hepatis, quæ in gibbo eius ſunt, & cum hoc vadit ad totum corpus, vt ſuperius fuit dictum. Sed notabiliter apparet eius eliquatio, cum à renibus attrahitur, & deſcendit ad veſicam. Tunc reſpondeo & dico, quòd ita fuit vrina eliquata à tota maſſa, ſed nōdum apparuit, quia adhuc erat iuuatiua, & cum hoc alij humo. non fuerunt omnino eliquati, ſed tantùm ſuperflui, nec tantum, quoniam & à tota maſſa ſeparantur, quia neceſſitatem, & vtilitatē habent ſecundum Auic. Vrina autem ſolum iuuamentum, quoniam penitus non nutrit, dato quòd ſit digeſta, ſicut dictum eſt ſuprà autoritate Gal. in regimento ſuper illā partem, Multotiens autem capite &c. Et iuxta hoc notandū, quòd vrina aliquando atteſtatur toti maſſæ: quando enim eſt tuſſa, ſpiſſ

dum decipere ſolet.

Cautela, qua medici, quadrupedum animalium, aliorumq; vrinas & liquores, ab vrina hominis poſſint diſcernere.

Quæſtio.

Vrinæ eliquatio à ſanguine, & aliis humoribus.

Hippo. 47. morborum acutorū lib. 2. & Gale. in cōmento.

ſpiſſa & confuſa, ſupra dominium omnium humo. innaturalium atteſtatur. Quando autem ruffa, rutilans, aurea ſupra omnes atteſtatur ſecũdum diſpoſitionem naturalium. Quando autem eſt lactea, ſupra omnes humo. atteſtatur ſecundario, ſed principaliter ſupra dominium phlegmatis, ſcilicet quòd phlegma dominetur in tota maſſa. Si autem fuerit color rubeus, ignitus, & tenuis in ſubſtantia, principaliter ſupra choleram, & ſecũdario ſuper totam maſſam, & aliquando omnes valde remiſſi. Si autem color niger cum ſubſtantia ſpiſſa apparuerit, ſignificatur dominium melancholiæ, & ita apparet quomodo vna vrina, & multa ſupra totam maſſam atteſtatur, & quomodo per ſe, & quomodo per accidens.

De multitudine, & paucitate vrinæ. CAP. VI.

Vrinæ multiplicatio ſepẽ de cauſis accidit.

VRina multiplicatur vna ex ſeptem cauſis: Primo ex multitudine cibi & potus. Cibus enim & potus neceſſario habent multa ſuperflua, quando in quantitate multa ſumuntur. Illud autem ſuperfluũ oportet quod aliquo modo expellatur & conſumatur. Et pro tanto ſunt aliquãdo aliqui cholerici ita calidi, & licet accipiant multũ cibũ, nihilominus nõ habent multa ſuperflua, quia calor fortis totum cõſumit, & ſi nõ ſic, oportet quòd cõſumatur per longam abſtinẽtiã, & ſic nõ oportet & euacuetur per vias vrinales: & vrina multa vno modo poteſt atteſtari ſupra multitudinem cibi & potus, & ſi nõ ſic, oportet quòd vapor ſuperfluus reſudando colligatur inter ſiphac & mirach, & ita cauſatur hydropiſis: Secunda cauſa poteſt eſſe multitudo humorum in corpore. Quãdo enim multa aquoſitas & humores ſunt aggregati in venis, & toto corpore, natura aliquando fortificatur, & mittit illam multitudinẽ ad veſicã, & ita vrina multa poteſt atteſtari ſupra multitudinẽ humorum in venis, & toto corpore. Tertia cauſa poteſt eſſe criſis, natura enim per viam criſis expellit hu. ſuperfluos ad veſicã per motũ velocẽ, & ſubitũ, & ita multiplicatur vrina. Quarta cauſa poteſt eſſe liquefactio totius corporis: quãdo enim fe. eſt fortis liquefactiua, & vrina eſt multa, & nõ ſequitur alleuiatio, ſed magis aggrauatio, tunc liquefactio ſignificatur, & tũc eſt cum quadã vnctuoſitate. Quinto apparet vrina multa, vt in diabetica paſſione. Aliquãdo enim renes ſunt ita calidi, quòd attrahunt totã aquoſitatẽ

ab

ab hepate, antequã vrina sit digesta, tunc est alba, tenuis & multa, sicut est in crapula. Sexta causa potest esse vsus diureticorum, sicut est litõtripon, pimpinella, aut chelidonia agrestis, aut vinũ album, & multa consimilia, quæ multiplicant vrinã. Septima causa potest esse pauitas expulsionis aliarũ superfluitatũ, iuxta illud quod dicitur, tria sunt quæ augmentata se diminuũt, diminuta se augmẽtant, sicut est sudor, egestio & vrina. Etiam apparet pauca, propter septẽ causas. Vna propter paruitatẽ cibi & potus. Secunda causa potest esse multitudo euacuationis per alias regiones, sicut est egestio, sudor, & sic de aliis: ideo pauca & turbata, fluxũ vẽtris significat. Tertia causa potest esse oppilatio viarũ vrinalium, vt in calculosis. Quarta causa potest esse nimius calor consumens in fe. acutis, quod est signum mortale. Quinta causa potest esse mortificatio virtutis expulsiuæ, vt in proximis morti. Sexta causa potest esse nimiũ acumen humo. causans stranguriam. Aliquando etiam causatur stranguria ex paralysi vesicę, & ita paruificatur vrina, & ista constituit septimam causam. Quæritur vtrum vrina sit superfluitas. Videtur quòd nõ; quia à natura intenditur, & natura nihil agit frustra. Oppositum videtur, quòd nunquã nisi superfluum expellitur. Dico quòd sine dubio vrina secundum se, quoddam superfluum est, sicut sereatus, egestio & sudor, ita & vrina. Et pro tãto est superflua prorsus, quia non nutrit: & est superflua, quia postquam peregit iuuamẽtum, tanquam superfluum expellitur, nihilominus à natura intenditur. Sed primo, vt humo. mundentur, vrina tanquam quoddam superfluum ab eis separatur, non quòd generetur directè, ita quòd formam substantialem accipiat, vt dictum est, sed solùm recipit quandam generationem per aliorum separationem. Deinde secundo natura intendit, vt faciat humo. penetrare ad totum corpus, ideo non sequitur, quòd licet intendatur à natura, quòd propter hoc non sit superfluum, quoniam non intenditur per se, sed per accidens, & ita non est in egestionibus. Quæritur, vtrum vrina sit corpus simplex. Videtur quòd sic, quia vrina non nutrit, & nullum simplex nutrit, quare vrina erit corpus simplex. Oppositum patet, quia valet in hydropisi: sed aqua simplex non valet in hydropisi, & cum hoc minimè putrefieret, quoniam simplicia non putrefiunt, &

Vrina minutio septẽ de causis.

Quæstio.

Quæstio.

cum



pitis præsentem aut futurũ significat vtplurimũ. Et dictorũ est, quia talis vrina significat indigestionem, ationem, & ebullitionẽ, & ad istã sequitur fumi ele ad caput, qui dolorem capitis causat. Attamẽ nõ est , vbi est dolor capitis, quòd inde appareat talis vri- ia dolor capitis potest prouenire à causa extrinseca Vina, & à causa priuata, & etiam à mala complexione ateria, & potest venire à stomacho, & ecõuerso. Non tur necessarium, vbi quãdo apparet talis vrina, quòd olor capitis. Primo, quia patiens habet forte caput, ditur à quolibet frigido. Secundo, quia possibile òd in vrina sit fumus consumptus. Tertio, quia talis atio potest prouenire per viam crisis & mundifica- , & ita non causaretur dolor capitis, sed potius au- r. Ideo ponebatur in fine canonis, vtplurimum. rtio sic, licet quandoq; in vrina feb. signum digestio- anifestæ appareat in quarta die, crisis fiet in septima, dictũ fuit superius autoritate Gal. Occulta signa dige is significãt principium, manifesta augmentũ, & com- statum, vt dictũ est. & quia tempora morbi sunt pro- nalia, & cum hoc loquitur canon ille in euasuris, quando manifesta signa digestionis apparent in quar- vpote quia color laudabilis, & substantia laudabilis, olum ista, sed etiam quædam de completis vel con- is, sicut est nubes rubea aut alba, tunc significatur crisis ptima, quia postquam in quarta die manifestè natura inatur morbo, satis est rationabile, quòd in tanto tem- e completè dominabitur, & hoc erit in septima. Non necessarium, quòd ista signa appareant, & potissimè in is morbis: quoniam ratione breuitatis morbi, signum ltum sufficeret, sicut est mutatio coloris, aut substan- um appareant in quarta, & hoc quando materia sub- pauca, calida, velocior motus, vnde magis significa- hoc ex velocitate motus, quàm ex signo digestionis. oniam solus color, aut substantia sola sunt signa occul- ed quando conueniunt, sunt manifesta. Magis ergo vi- ur, quòd signa digestionis completę appareant in quar- sicut est color laudabilis, & hypostasis laudabilis, quia ic non retardabitur crisis vsque ad septimam, sed fiet in quartę diei, vel in principio quintę, propter hoc Hipp.

Hippoc. 71. prog. lib. 4.

morbi longitudinem: & si virtus sit fortis, saluari potest in longo tempore: & si debilis, morietur. Mediocritas vero in substantia cum colore laudabili, significat augmentum, & ꝙ natura manifeste incipit digerere: & talia significant statum proximum, & salutem, si continuentur: quoniam secundum Gal. signa digestionis vbicunq; bona. De signis autem crisis non est sic: ꝙ si veniant ante signa digestionis, mala sunt: si post, bona. Vrina ergo grossa significat hu. multitudinẽ, nisi venerit per viam liquefactionis. Vrina tenuis, paruitatem, aut grossitiem, aut viscositatem, aut virtutis debilitatem significat. Medicus autem accipit grossum & subtilem pro substantia, licet substãtia sit materia, & forma, aut compositum ex his. Et de hoc faciemus mentionẽ in quadam quæst. Posset aliquis dubitare, si certius signum sumatur ab vrina, aut ab egestione: videtur quòd ab egestione, cum sit certius, & magis veridicum: quod patet, quia si fluxus fuerit coloratus colore intenso, significat morbũ, quia fluxus est causa morbi, quia cholera. Si fluxus est cum colore remisso, significat morbum & causam, quia hu. frigidus.

Crisis ante signa coctionu semper mala, post verò bona.

Dolor autem capitis per vrinam nõ significatur nec conceptus, nec quartana, & sic de aliis multis, quare, &c. Oppositum videtur, quòd vrina supra dispositionem hepatis & venarum attestatur secũdum Gal. & supra totum corpus, cum febris adest. Dico quòd signum sumptum ab vrina est certius & magis generale: primo quia à mẽbro principali deciditur, egestio vero non, & quia à purioribus vel à puritatibus eliquatur, sicut sunt hum. egestiones autem non, & quia ad totum corpus mediãtibus venis & arteriis: egestio autẽ non, quia per plura, per colorem, substantiam, aut per hypostasim, & alia contenta, egestio, autem non. Ideo licet in vno particulari posset habere certitudinem maiorem, in multis tamen deficit, & sic nõ est de vrina, quare, &c. Dubitaret aliquis à quo accipitur certius signũ, vel à pulsu, vel ab vrina. Et videtur quòd à pulsu, quia supra nobilius mẽbrum, ꝙ sit in corpore, attestatur. Oppositum videtur, quia vrina super dispositionẽ totius attestatur, cum vadat ad totum per venas, ideo, &c. Dico quòd cum quæritur de pulsu & vrina, aut quærimus de his in generali, aut in speciali. Si in generali, nulla est quæstio, cum cõparatio debeat cadere inter illa quę sunt eiusdem speciei: sed ista sunt diuersarum

Vrina vbi morbus intra venas constituerit, verax est.

specie

ſpecierũ, quare, &c. Si autẽ quęrimus in ſpeciali, hoc eſt tripliciter, quia aut nos quærimus quę iſta ſciẽtiarũ ſit medico magis vtilis in cognitione, aut prognoſticatione, aut operatione. Et tũc poſſet dici, ꝙ ad omnia iſta, plus eſt vtilis vrina, quia nobilis, magis nota & magis certa, cum liquidè videamus colorẽ, ſubſtantiam & contenta. In pulſibus autem fortè ſunt duo, quæ nullus mortalis potuit cognoſcere niſi ſolus Gal. Primũ eſt conſtrictio pulſus, ſecundum eſt ordinatio pulſus. Cognoſcere autem per tactũ, quòd ſit ita naturalis ſicut in tonis diuerſis, cum conſequẽter cauſatur vna melodia: ita naturalis ex diuerſis percuſſionibus cõuenientibus vnus ordo: hoc eſt valde difficile, aut forte impoſſibile, niſi ſoli Gal. quia habuit tactum delicatiſſimũ cum ingenio claro. ideo ſicut dicit Gal. 1. de criſi, Hipp. nõ determinauit de pulſu, aut propter ſui difficultatẽ, aut quia ignorauit. Patet igitur, ſcientiam de pulſu eſſe difficilem valdè. Sciẽtia autẽ de vrina eſt valde nobis domeſtica & familiaris, quare in omni agibili magis ſubtili, ſaltim vt cõſequẽs, vt in plus loquendo. Et ſi quæritur, quid eſt illud per quod melius deuenimus in cognitionem virtutis naturalis, vel pulſus, vel vrina: dico ꝙ vrina, quia vrina per ſe atteſtatur ſupra ipſam. Pulſus autẽ nõ niſi per accidens: per vrinã autem cognoſcimus materiã peccãtem, formam introductã in illa materia, & cum hoc etiam particulam patientẽ. Per vrinam etiam cognoſcimus diſpoſitionem ægritudinis, ſanitatis & neutralitatis, quod bene patet intuenti ſcientiam vrinarum. Per vrinam enim exquiſitè cognoſcimus tempora morborum, ſcilicet principium, augmentum, ſtatum declinationem, & cum hoc cognoſcimus longitudinem morbi, iudicium mortis & vitæ. Et ratio dictorum eſt, quia virtus naturalis eſt quæ curat morbos ſecundũ Gal. in de criſi. Et quia vrina atteſtatur ſupra diſpoſitionẽ hepatis & virtutis naturalis: ideo vrina perfectius quàm pulſus atteſtatur ſupra diſpoſitionem virtutis naturalis. Et cum hoc ſi aliqua extrinſeca immutent corpus hominis ab extra, citius, melius & facilius per vrinam diſcernuntur quàm per pulſum, potiſſimè quia pulſus non eſt ita ſenſibilis, nec habemus etiam cui comparemus ſecundum quod dicit Conſtantinus in theorica ſua. Si autẽ quæramus ex quo melius veniemus in cognitionem virtutis vitalis, vel per pulſum,

In pulſu ſunt duo nulli cognita.

Vrina perfectius declarat naturalem virtutẽ quàm pulſus.

vel per vrinã: Dico quòd per pulsum, cum pulsus immediatè attestetur supra dispositioñem virtutis vitalis, ideo de morte, vita & hora mortis melius & securius iudicatur per pulsum, quàm per vrinam. Quia cor est membrũ quod primo viuit, & vltimo moritur, secundum Arist. In multis autem morbis sumus decepti per vrinam. Ponamus quòd tẽpus sit pestilentiale, aut materia venenosa, tunc natura non audet inuadere materiã, & apparebit vrina laudabilis quo ad omnia: & hoc enim est, quia natura non egit supra materiã morbi, sed supra materiã cibi, tunc medicus iudicabit illum euasurum, & cum crisi subito morietur, & causa virtutis debilitatæ in pulsu semper manifestabitur. Similiter accidit in quartana, cũ aliquis est boni regiminis, à principio apparent signa digestionis, & aliquis iudicabit per hoc tẽpora morbi, cũ tamen nõ sit ita. Similiter in hydropisi & in ægritudinibus, quæ sunt extra venas, videmus vrinas laudabiles, & tamen moriuntur. Pulsus autem indicat virtutis constantiam in radice expulsis erroribus eorũ quæ possent immutare pulsum. Et propter hoc dicitur,

Vrinæ fraudes aperit discretio pulsus &c.

quo ad quædam ergo pulsus est certior, & quo ad quædam, certior est vrina &c.

Vrinæ quãdo fallaces.

De regionibus vrinæ. CAP. IIII.

REgiones vrinę sunt quatuor. Prima regio est circulus, & attestatur supra dispositioñe animatorum, sicut est caput. Secunda regio vocatur aërea, & est regio vrinæ, quę immediatè est sub circulo, & quasi proportionabiliter loquendo durat à circulo versus fundum quasi per duos digitos, & à parte latitudinis versus medium quasi per alios duos digitos: designatur supra dispositioñe spiritualiũ seu vitalium, sicut est pectus & totum clibanum eius. Tertia regio, est regio personata, incipit à superficie vrinæ, in medio constituendo quasi quendam circulum paruum, quasi imaginatiuum, & durat vsq; quasi aliquantulum vltra medium vrinæ, ex ea attestatur supra regionem nutritiuorum, sicut est stomachus, hepar, & similia viscera. Quarta regio, est fundus vrinæ, cum sit cũ omni suo ambitu quasi à medio inferius vsq; ad fundum, attestatur supra digestionem generatiuorũ, sicut sunt renes, vesica, matrix, & similia membra inferius situata. Quando ergo aliqua apparẽt in

in istis partibus, atteſtantur ſupra ſibi ſimiles regiones. Ideo illa ſunt cum diligentia conſideranda, non ſolum propter morbum, ſed etiam propter particulam patientē, cum ſit magna pars curationis habere notitiam particulæ patientis. Attamen iſta verba aliquando mihi viſa fuerunt fabulæ. Ideo frequenter fabulaui contra iſtū verſum,

Et ſimilis ſimili ſeruit, regio regioni.

Quia ſecundum hunc modum, videntur regiones ordinari ſecundum intellectum, quod eſt omnino impoſſibile. Attamen nunc victus ſum propter experientiam, & recordor de dicto Auic. Experimentū enim in hoc tranſit rationem, quòd malus cibus vſitatus melior eſt bono cibo non vſitato: & experimento magis credendum eſt, quàm rationi, cum contradicunt. Nunc autē ea quæ videmus ſenſibiliter & ſine defectu, ſunt iſta, vel ſaltim vt plurimum ſunt vera. Quando ſpuma, aut grana apparent in circulo, ſignificant rheuma. Circulus groſſus & niger, dolorem capitis ſignificat. Licet non ſit neceſſariū in quolibet rheumate, aut quolibet dolore iſta apparere. Dicamus ergo ſic: Spuma apparens in circulo, aut eſt ſpumoſa, aut granoſa, aut ampulloſa, aut alba, aut crocea. Spuma groſſa, ventoſitatē ſignificat multam & groſſitiē. Subtilis autem, ſignificat ebullitionem. Ampulloſa, ſignificat dolorem renum. Crocea, calefactionem hepatis. Alba, frigiditatem hepatis. Granuloſa, ſtillicidium rheumatiſmi. Dum tamen illa non veniat ratione agitationis & motus. In epilepſia apparet circulus viridis, aut plumbeus: niger, ſignificat dolorē capitis. Ita per circulum, & diſpoſitionē circuli, deueniemus nos in cognitionē ægritudinis capitis. Et talis experientia lōga facit credere ꝙ circulus deſeruit diſpoſitioni animatorum. Secunda regio eſt aërea, & deſeruit virtuti vitali, vbi manifeſtè poſſumus videre experimento ſenſibili, ꝙ ſi ſub circulo appareant granula minuta, aut conglutinatio multa granorū in quadā nube, quaſi ſi eſſet ſuo modo loquendi quædā ſtella comata cum quadā parua cauda, & appellatur nubecula ſpiritualis: aut deſcendēdo, talis coadunatio granorū vocatur nubecula ſpiritualis. Tale enim contentum, exquiſitè ſignificat ſupra ſtrictura pectoris, tuſſim, & ſtillicidium rheumatis ad pectus: ſed grana per ſe ſignificant hoc dato, quòd nō eſſent ſic coadunata: quæ quidem

Signa à cōtentis in vrina.

granula per debilē motum aliquando reuertuntur ad circulum, aliquando deſcēdunt ſub circulo, & tale experimē tum docuit, quòd illa eſt regio ſpiritualium. Illa autē nubecula ſpiritualis rarò apparet, & ſi appareat, homines non curant, & ſi curent, ſtatim mouetur circulando ad oppoſitū. Quare oportet, quòd manus & vrina ſint in quiete qui vult apprehendere, tamen qui vult aduertere, bene eſt apprehēſibilis, quia ſatis eſt magnæ quātitatis. Tertia, eſt regio perforatorū, vbi apparent duo, quæ ſine errore ſignificant vomitū, nauſeam, & motum euomendi ex repletione ſtomachi, & ſunt quædam grana quaſi aurea ſcintillantia, quaſi ſe mouentia ſuperius & inferius. Aliud ſignū eſt quędam vnctuoſitas, vel rotunditas ad modum cuiuſdā lineæ ſemicircularis, vergens ad quandā ſubalbedinē: & illis nō eſt error, quia motus nauſeatiuus ex mala diſpoſitione ſtomachi prouocatur, & talia mouēt hominē, quòd illa regio ſeruit ſtomacho & partibus vicinis. De inferiori autem regione nullus dubitat, & de contentis in illis locis dicetur ſuo loco. Sed tamen iſta dicta ſunt ad manuducendū, quòd poſſibile eſt quòd regiones ſint in vrina, & quòd ſeruiunt regionibus corporis. Ratio etiā aliquo modo poſſet aſſignari. Circulus enim non appropriatur vrinæ inquantum vrina, ſed inquantū aquoſitas. Aqua enim, ſucci, & omnes liquores habent circulū, ſeu partē eminentē in lateribus. Hoc enim de proprietate aquæ, quòd procedit rotundando, & globoſando, ſicut & cuiuſlibet generis. Sed alia quæ apparent in circulo ſunt magis propria naturæ humanæ. Illæ autē regiones ordinantur aliquo modo propter duo, primo ratione nutrimēti, quia partes ſuperiores nutriūtur ex leuiori, inferiores ex graniori, & mediæ medio modo. Ideo partes hum. quę veniunt à cerebro, aſcendunt altius, quæ à pectore poſt, quæ à ſtomacho & hepate poſt, & quæ à partibus inferioribus, ſituantur in fundo. Spiritus etiā & calor naturalis ſunt quodāmodo cauſa, ideo vrina non eſt boni iudicij niſi ſit bene cooperta, vt ſpiritus exhalare nō poſſit. Spiritus ergo aliquo modo ordinat partes, & hoc patet, quia poſtquā exhalauit calor, vrina nō eſt boni iudicij, ideo poſtquā tranſiuit hora vna, nō eſt boni iudicij ſecundum Auicennam. Quòd autē ſpiritus habeat aliquo modo regimen, hic patet, quia pes abſciſſus mouetur aliquo

Vrina debet ſeruari cooperta vt bene iudicetur.

tem

tempore. Et auditum est, quòd verbũ conceptum post abscissionem capitis proferebatur: spiritus alicuius viri maleuoli lædit pueros, aues, menstruata inficit speculum, & lupus facit hominẽ raucum. Non est ergo inconueniens, si calor & spiritus qui sunt cum vrina, cum ambo sint extra & simul, & sint bene cõseruati, si ad tẽpus habent regimẽ, experimentum ergo si ratio deficeret, vincit rationẽ, quòd contenta & apparentia in diuersis regionibus vrinę, supra diuersa attestantur. Quoniã quando apparent alia quæ dicta sunt, talia habent significata, vt dictũ est. Sed econuerso non est verum, quòd quandocunq; insunt dispositiones, quòd appareant necessario talia signa. Quando ergo vrina est omnino tenuis, tunc illa regio posset discerni quòd erit significatiua, & quando vrina est omnino spissa, regionum non est significatiua, quia tanta est confusio, quòd regi & regulari non potest, sed sicut ordinatio est confusa, supra confusionẽ totius attestatur. Tremorem autem circuli lectoris industriæ relinquo, magis enim arbitror tacendum quàm loquendum. Quæritur vtrum vrina sit nuncius fallax. *Quæstio.* Videtur quòd sic, quia aliquando in morituris apparet vrina sicut sanorum, & ita vna & eadẽ vrina significat salutem & mortem. Oppositũ dicit Theophilus, scilicet quòd vrina est nuncius nõ fallax. Dico quòd vrina ad hoc quòd sit veridica, requirit multas cõditiones, quas oportet eum diligentia pertransire. Oportet enim discurrere per res naturales, non naturales, & contra naturam: & omnibus perfectè examinatis nullus cadet error. De cõditionibus obseruandis fiet capitulũ singulare infrà. Et dico, quòd si in graui morbo appareat vrina sanorũ, pessimũ est, quia significatur, quòd natura non agit in materiam morbi, & ita est signũ mortale: per adiuncta ergo omnis æquiuocatio auferetur. Vnde vrina alba de se significat indigestionẽ, secundum adiuncta, modo crapulam, modo laborẽ nimium, & ita de aliis, & ita in omni signo multũ valent indicia patiẽtis, aut assistentiũ, iuxta illud Damasc. Super omnia nõ pudeat patientem interrogare &c. *Vrina alba præsagia.* Quæritur vtrum vrina sit colamentum. *Quæstio.* Videtur quòd non, quia sanguis, succi & similia possunt colari, & tamen non sunt vrina, quare. Oppositum dicit Isaach. Dico quòd vrina est substantia quædã: ideo licet sit colamentum, hoc tamen est substantiale, non

accidentale,& est factum ab intus ordine naturæ. Est ergo vrina quædam substantia aquosa, colata à sang. & aliis hum.in corpore humano actione naturæ. Ideo non valet, quòd dicitur de sanguine,& succis qui colantur,quare &c. Vrina non est colamentum accidentale, sed substantiale: ideo in diffinitione potest poni colamentum,quia hoc colamentum est quoddam quod vrina nominatur.

De conditionibus obseruandis in iudicio vrinæ. CAP. V.

Conditiones obseruandæ quæ sunt in vrina iudicio.

COnditiones quas debemus obseruare in iudicio vrinarum,vt nullus error intercidat,sunt istæ. Prima est, quòd vrinale sit de vitro mundo claro,aliter si vas esset immundum,aut color vitri croceus, aut vrinale nimis grossum & materiale, impediret iudicium vrinæ.Secunda conditio,quòd accipiatur vrina noctis, & quòd antè dormierit:quòd si multas fecerit, seruetur quælibet in suo vase. Tertia conditio est, quòd in domo patientis inspiciatur primo vrina quãdo est facta,secundo post aliquantulã horam ad videndũ si faciat residentiã,& post aliam horã iterum,propter diuisionẽ regionũ & contentorũ, & ꝙ omnia ista fiant facta infra vnam horã naturalem, scilicet ꝙ homo posset iuisse per vnã leucã huius patrię:quia post vnam horam,nullius est iudicij secundũ Auic.ideo vrina portata ad domũ medici nõ est boni iudicij propter residentiam, nec de extra villã,quia timendũ est,ꝙ hora pertrãsiet. Quarta conditio,ꝙ non respiciatur in Sole, nec in loco nimis luminoso,nec nimis obscuro, & si respiciatur cũ lumine,cauendũ est,ꝙ radius rectus candelæ non cadat supra vrinale.Sit ergo locus bene luminosus:& secundũ hoc oportet, ꝙ medicus sit bonæ visionis,aliter deciperetur in colore, substantia, & contentis. Quinta conditio, cadit in hoc,ꝙ patiens in die præcedente nõ ieiunauerit in pane & aqua, aut aqua tantum, quoniam immutaretur iudicium.In his omnibus intendimus, ꝙ nulla res extrinseca immutauerit eam,& si fecerit,quòd nos sciamus quid fuit in causa. Intendimus etiam quantũ possumus, vt nos sciamus naturã illius cuius vrinã videmus, vt sciamus quantũ distat à naturali,& secundũ hoc scimus iudicare de lapsu. Sexta cõditio,quòd sciatur cõplexio eius,cuius est vrina, quia cholerici,& sanguinei habent vrinã magis intensam, phlegmatici & melancholici magis remissam.Si ergo in frigidis de

Tẽperatura illius cuius vrina est, medico etiã cognoscẽda.

com

complexione appareat vrina tincta, febr. posset significari quantū est ex hoc, quia multum distat à naturali. In calidis autē de cōplexione nullus lapsus significaretur. Si autē in calido de cōplexione febricitet, & sit vrina remissa, longus morbus significatur, ideo malū signum, quia multum distat à naturali. Nullus ergo bene potest iudicare de vrina, nisi sciat cōplexionē, quoniā oportet scire quantū distat à naturali, ita oportet intelligere in omnibus aliis. Septima cōditio, q sciamus sexum, quia quantum est ex hoc, masculi naturaliter habēt magis intensam, & fœminæ remissiorē: oportet ergo scire dispositionē naturalē. Octaua conditio est, q nos sciamus ætatem. In pueris enim lactentibus, vrina nō habet certitudinē, quia color est immersus in humiditatibus multis. In adolescētia autē & potissimè in iuuentute, sunt vrinæ coloratę propter acumen colorū. In senectute sunt valde remissæ. Sciamus ergo naturalia, & secundum hoc iudicemus de lapsu, quia in pueto febricitante, aquosa, mala est, cū digestiua sit fortis: & in sene ignita, pessima, quia fortis est ignis qui in aqua nō extinguitur. Nona cōditio, sumitur à tēporibus anni, quia in æstate debēt esse coloratæ, hyeme remissæ, & in aliis tēporibus mediocriter: modica ergo intēsio vrinę in hyeme potest significare se. quod nō erit in æstate. Decima cōsideratio sumitur à regionibus. Habitātes in regionibus calidis, habēt vrinas magis tinctas: & habitantes in regionibus frigidis, magis remissas: & secundū illa poterimus iudicare de lapsu. Vnde cima cōditio sumitur ex dieta, aliqui enim comedūt cibaria ca. sicut allia, cæpæ, piper &c. ex talibus tingitur vrina. Aliqui comedunt lactucas, & similia, & vrina remittitur. Et est aduertendū etiam q quædā mutant vrinā colorādo, sicut est rheubarb. cassiafi. vinū grossum rubeū, & ita de aliis, & vinum albū remittit, & sic de aliis. Quare ab omnibus talibus mutātibus ab extra, medicus debet cauere vt nō iudicet de interioribus quod est ab exterioribus. Duodecima cōsideratio sumitur ab officio, vt ab arte quā homo exercet. Piscatores enim habēt vrinā remissam, & scriptores, sed faber & laboratores vinearū & agrorum habēt intensam. Decimatertia consideratio sumitur ab accidentibus animæ: quia ira colorat vrinam, gaudium temperatum vrinam reddit tēperatam, & tristitia distemperatam.

Decimaquarta cõsideratio sumitur ab abstinentia: illi enim qui multum abstinent, & ieiunant, habent vrinam coloratam: qui faciunt cõtrarium, remissam. Decimaquinta cõsideratio sumitur à vigiliis. Vigilię intendunt vrinã, sed somnus remittit. Decimasexta sumitur à labore, omnis labor immoderatus, coitus, & similia, multum intensam reddunt vrinam. Et si nimis cõtinuentur, remittunt propter vltimatam debilitatem virtutis. Decimaseptima sumitur à balneo: frigidum si nimis cõtinuetur, remittit: sed balneũ aquæ calidæ à principio intendit, sed si nimis cõtinuetur, remittit. Decimaoctaua sumitur ab habitudine corporis: extenuati habẽt vrinã coloratam, pingues verò remissam. Decimanona intelligendum, ꝙ quædam sunt passiones, in quibus vrina debet esse remissa, & tunc est intensa, quædã in quibus debet esse intensa, & est remissa, & ita fallunt iudicia medici, nisi medicus aduertat diligenter. In complexione ergo cholerica, & ægritudine cholerica secundum Auic. apparet vrina remissa, cum deberet esse intensa. Sicut verbi gratia, ponamus, quòd gibbus hepatis sit oppilatus, & partes quæ sunt extra venam chilim & renes, & ponamus ꝙ via quæ vadit ad intestina sit multũ dilatata, tunc cholera quæ debet ire ad vias vretides vel vrinales, vadit ad tota intestina, & inducit fluxum ventris, aut excoriationem intestinorum, & ita remanet vrina remissa. Aut ista cholera vadit ad stomachum, & inducit nauseam & vomitum: aut vadit ad totum corpus, & inducit icteritiã: aut in feb. acuta rapitur ad cerebrũ, & inducit phreneſim. Licet ergo complexio sit calida, & morbus sit calidus, nihilominus quotiescunque cholera dimittit vias vrinales, & vadit ad alias partes, vrina est remissa. Diligẽter ergo aduertendũ, & ecõuerso in cõplexione frigida & morbo frig. apparet vrina multũ colorata, cũ debet esse remissa, sicut in debilitate hepatis. Quãdo enim virtus segregatiua est debilis, tunc humiliquantur sine diuisione, & apparet vrina qua si lotura carnis secundum Auic. Et pro tãto in hydropicis licet de causa frig. & sine febr. apparet aliquãdo vrina multum colorata: ideo non est arguendũ propter hoc, ꝙ talis hydropisis sit de causa calida. Coloratur etiam vrina propter nimium dolorem, potissimè quãdo dolor declinat versus vias vrinales, cũ natura mittit sang. & hu. Et coloratur etiam

Affectus à cholera ad varias corporis partes trãsmissa diuersi.

Vrina in quibusdam affectibus non semper fidendũ: illa enim medicos inter-

etiam in forti oppilatione pori, per quē cholera vadit ad inteſtina, ideo in cholica & forti oppilatione, apparet vrina inteſa. Ad iſta ergo omnia debet Medicus aduertere, ne de cipiatur in iudicio vrinarū. Pro tanto ſcriptum eſt, diligēs vrinæ inſpector aptus natus eſt fieri nuncius nō fallax. Talis ergo cōſideratio eſt diligens inſpectio. Vigeſima cōſideratio ſumitur ab vrinis prægnantium. Vrinæ prægnātium ſunt claræ, variæ: & à principio apparet quaſi quædam lana carpinata, & etiam apparent quaſi quædā grana aſcendentia, & deſcendentia, & in fine vrinæ eſt quaſi atramentum & ſordities ſicut dicit Auic. Vigeſimaprima cōſideratio ſumitur ab vrinis quadrupedum. Differentia eſt inter vrinam hominis & quadrupedum omniū & liquores alios, ſuccos, cōfectiones, hydromel & ſimilia. Quoniam vrina hominis de propè eſt magis ſpiſſa, & ſi elōgetur manus cū vrinali, videbitur magis clara. In aliquo alio non eſt ita, & hoc fuit dictum ſuprà in quadam quæſtione. Quæritur vtrum vrina ſolum à ſan. eliquatur. Videtur quòd ſic, quia non eliquatur, nec vltra gibbum verſus venam chilim, tūc verſus ſimam fuerunt omnes alij humo. à ſang. eliquati. Contrarium dicit Iſaach, quòd eliquatur à ſang. & aliis humor, ſecundum quod dictum fuit ſuprà. In ſententia dico, quòd vrina eliquatur à ſang. & aliis hu. Hoc fit duobus modis. Primo in ſima, ſicut & alij humo. omnes ibidem generantur, & ſuperflua incarcerantur, ita vrina ab omnibus eliquatur, ſed nondum potuit ſeparari, quia adhuc fuit neceſſaria, vt iuuaret ſangui. ad penetrandum per anguſtas venas hepatis, quæ in gibbo eius ſunt, & cum hoc vadit ad totum corpus, vt ſuperius fuit dictum. Sed notabiliter apparet eius eliquatio, cum à renibus attrahitur, & deſcendit ad veſicam. Tunc reſpondeo & dico, quòd ita fuit vrina eliquata à tota maſſa, ſed nōdum apparuit, quia adhuc erat inuatiua, & cum hoc alij humo. non fuerunt omnino eliquati, ſed tantùm ſuperflui, nec tantum, quoniam & à tota maſſa ſeparantur, quia neceſſitatem, & vtilitatē habent ſecundum Auic. Vrina autem ſolum iuuamentum, quoniam penitus non nutrit, dato quòd ſit digeſta, ſicut dictum eſt ſuprà autoritate Gal. in regimento ſuper illā partem, Multotiens autem capite &c. Et iuxta hoc notandū, quòd vrina aliquando atteſtatur toti maſſæ: quando enim eſt ruffa, ſpiſſ

dum decipere ſolet.

Cautela, qua medici, quadrupedum animalium, aliorumq; vrinas & liqueres, ab vrina hominis poſſint diſcernere.

Queſtio.

Vrina eliquatio à ſanguine, & aliis humoribus.

Hippo. 47. morborum acutorū lib. 2. & Gale. in cōmento.

ſpiſſa & confuſa, ſupra dominium omnium humo. innaturalium atteſtatur. Quando autem ruffa, rutilans, aurea ſupra omnes atteſtatur ſecũdum diſpoſitionem naturalium. Quando autem eſt lactea, ſupra omnes humo. atteſtatur ſecundario, ſed principaliter ſupra dominium phlegmatis, ſcilicet quòd phlegma dominetur in tota maſſa. Si autem fuerit color rubeus, ignitus, & tenuis in ſubſtantia, principaliter ſupra choleram, & ſecũdario ſuper totam maſſam, & aliquando omnes valde remiſſi. Si autem color niger cum ſubſtantia ſpiſſa apparuerit, ſignificatur dominium melancholiæ, & ita apparet quomodo vna vrina, & multa ſupra totam maſſam atteſtatur, & quomodo per ſe, & quomodo per accidens.

De multitudine, & pauſitate vrinæ. CAP. VI.

Vrinæ multiplicatio ſæpẽ de cauſis accidit.

VRina multiplicatur vna ex ſeptem cauſis: Primo ex multitudine cibi & potus. Cibus enim & potus neceſſario habent multa ſuperflua, quando in quantitate multa ſumuntur. Illud autem ſuperfluũ oportet quod aliquo modo expellatur & conſumatur. Et pro tanto ſunt aliquãdo aliqui cholerici ita calidi, & licet accipiant multũ cibũ, nihilominus nõ habent multa ſuperflua, quia calor fortis totum cõſumit, & ſi nõ ſic, oportet quòd cõſumatur per longam abſtinẽtiã, & ſic nõ oportet & euacuetur per vias vrinales: & vrina multa vno modo poteſt atteſtari ſupra multitudinem cibi & potus, & ſi nõ ſic, oportet quòd vapor ſuperfluus reſudando colligatur inter ſiphac & mirach, & ita cauſatur hydropiſis. Secunda cauſa poteſt eſſe multitudo humorum in corpore. Quãdo enim multa aquoſitas & humores ſunt aggregati in venis, & toto corpore, natura aliquando fortificatur, & mittit illam multitudinẽ ad veſicã, & ita vrina multa poteſt atteſtari ſupra multitudinẽ humorum in venis, & toto corpore. Tertia cauſa poteſt eſſe criſis, natura enim per viam criſis expellit hu. ſuperfluos ad veſicã per motũ velocẽ, & ſubitũ, & ita multiplicatur vrina. Quarta cauſa poteſt eſſe liquefactio totius corporis: quãdo enim fe. eſt fortis liquefactiua, & vrina eſt multa, & nõ ſequitur alleuiatio, ſed magis aggrauatio, tunc liquefactio ſignificatur, & tũc eſt cum quadã vnctuoſitate. Quinto apparet vrina multa, vt in diabetica paſſione. Aliquãdo enim renes ſunt ita calidi, quòd attrahunt totã aquoſitatẽ

ab

ab hepate, antequã vrina sit digesta, tunc est alba, tenuis & multa, sicut est in crapula. Sexta causa potest esse vsus diureticorum, sicut est litõtripon, pimpinella, aut chelidonia agrestis, aut vinũ album, & multa consimilia, quæ multiplicant vrinã. Septima causa potest esse paruitas expulsionis aliarũ superfluitatũ, iuxta illud quod dicitur, tria sunt quæ augmentata se diminuũt, diminuta se augmẽtant, sicut est sudor, egestio & vrina. Etiam apparet pauca, propter septẽ causas. Vna propter paruitatẽ cibi & potus. Secunda causa potest esse multitudo euacuationis per alias regiones, sicut est egestio, sudor, & sic de aliis: ideo pauca & turbata, fluxũ vẽtris significat. Tertia causa potest esse oppilatio viarũ vrinalium, vt in calculosis. Quarta causa potest esse nimius calor consumens in fe. acutis, quod est signum mortale. Quinta causa potest esse mortificatio virtutis expulsiuæ, vt in proximis morti. Sexta causa potest esse nimiũ acumen humo. causans stranguriam. Aliquando etiam causatur stranguria ex paralysi vesicę, & ita paruificatur vrina, & ista constituit septimam causam. Quæritur vtrum vrina sit superfluitas. Videtur quòd nõ, quia à natura intenditur, & natura nihil agit frustra. Oppositum videtur, quòd nunquã nisi superfluum expellitur. Dico quòd sine dubio vrina secundum se, quoddam superfluum est, sicut screatus, egestio & sudor, ita & vrina. Et pro tãto est superflua prorsus, quia non nutrit: & est superflua, quia postquam peregit iuuamẽtum, tanquam superfluum expellitur, nihilominus à natura intenditur. Sed primo, vt humo. mundentur, vrina tanquam quoddam superfluum ab eis separatur, non quòd generetur directè, ita quòd formam substantialem accipiat, vt dictum est, sed solùm recipit quandam generationem per aliorum separationem. Deinde secundo natura intendit, vt faciat humo. penetrare ad totum corpus, ideo non sequitur, quòd licet intendatur à natura, quòd propter hoc non sit superfluum, quoniam non intenditur per se, sed per accidens, & ita non est in egestionibus. Quæritur vtrum vrina sit corpus simplex. Videtur quòd sic, quia vrina non nutrit, & nullum simplex nutrit, quare vrina erit corpus simplex. Oppositum patet, quia valet in hydropisi: sed aqua simplex non valet in hydropisi, & cum hoc minimè putrefieret, quoniam simplicia non putrefiunt, &

Vrinæ minutio septẽ de causis.

Quæstio.

Quæstio.

cum

& cum hoc in auibus nõ generarentur plumæ ex ea. Dico quòd vrina potest duobus modis considerari: aut in se, & simpliciter: & in natura sua, qualis apparet in crapulatis.

Vrinæ considerationis duobus modis.

Et tũc dico, ꝙ est corpus simplex sicut aqua, quæ apud nos inuenitur, & talis vrina nõ valet in hydropisi, nec talis putrefieret, vel tardè, sicut consimilis aqua, nec ex tali aqua: nec ex tali simpliciter generantur plumæ in auibus, ideo malum signum est, ꝙ vrina stet multis diebus, quòd nõ putrefiat. Alio modo cõsideratur vrina, prout eliquatur, post perfectam digestionem humorũ, & talis nunquam est simplex quin humores cum ea sint admixti, & talis habet illas tres proprietates prædictas. Præterea intelligendum est, quòd aliquod est mixtũ duobus modis. Vno modo, quòd ex mixtione resultat vna forma, quæ non sit aliquid de cõponentibus, & sic vrina non est corpus mixtum, etiam illa quæ eliquatur post perfectam hu. digestionem. Secũdo modo dicitur aliquid mixtum, quia aliqua aliena substantia est ei adiuncta. Et sic omnia elementa quæ videmus, & palpamus, sunt mixta: & ita vrina posset esse mixta, quia talis mixtio non est vera mixtio per resultationem formæ ex miscibilibus. Vrina autem simplex est, aut quia non est mixta mixtione vera, sed mixtione associata, & talis vrina posset habere proprietates prædictas.

De prognostificatione per vrinam. CAP. VII.

Aphor. 69. partic. 4.

PRimus magistrorum omnium Hipp. docuit prognosticari in aphoris. & ex dictis suis talis canon potest resultare: Quandocunque ita est in febre, & sine febre, quòd vrina apparet pauca, grossa & globosa, & postea venit multa, mediocris in substantia, bonum est. Si in principiis morborum vrina appareat multa & tenuis, postea mediocris in colore, substantia & quantitate, bonũ est. Et ratio dictorum est, quoniam vrina in principio significat indigestionem, multitudinẽ materiæ, oppilationem & modicam victoriam naturæ supra materiam, sed quando fit talis mutatio versus medium, hoc est bonum: quia victoria naturæ significatur, & accessus ad dispositionẽ naturalẽ, & hoc est bonum. Ideo regula generalis potest elici, quòd quandocunq; mutatio fit ab extremis versus mediũ, & à malo ad bonum, hoc est optimum. Secundo possumus prognosticare per dicta Hipp. Vrina turbida, confusa, & spissa, dolorem

Apho. 70. partic. 4.

rem capitis præsentem aut futurũ significat vtplurimũ. Et ratio dictorũ est, quia talis vrina significat indigestionem, perturbationem, & ebullitionẽ, & ad istã sequitur fumi eleuatio ad caput, qui dolorem capitis causat. Attamẽ nõ est necesse, vbi est dolor capitis, quòd inde appareat talis vrina, quia dolor capitis potest prouenire à causa extrinseca primitiua, & à causa priuata, & etiam à mala complexione sine materia, & potest venire à stomacho, & ecõuerso. Non est igitur necessarium, vbi quãdo apparet talis vrina, quòd adsit dolor capitis. Primo, quia patiens habet forte caput, non læditur à quolibet frigido. Secundo, quia possibile est, quòd in vrina sit fumus consumptus. Tertio, quia talis perturbatio potest prouenire per viam crisis & mundificationis, & ita non causaretur dolor capitis, sed potius auferretur. Ideo ponebatur in fine canonis, vtplurimum.

Tertio sic, licet quandoq; in vrina seb. signum digestionis manifestæ appareat in quarta die, crisis fiet in septima, sicut dictũ fuit superius autoritate Gal. Occulta signa digestionis significãt principium, manifesta augmentũ, & completa statum, vt dictũ est. & quia tempora morbi sunt proportionalia, & cum hoc loquitur canon ille in euasuris, tunc quando manifesta signa digestionis apparent in quarta, vtpote quia color laudabilis, & substantia laudabilis, non solum ista, sed etiam quædam de completis vel contentis, sicut est nubes rubea aut alba, tunc significatur crisis in septima, quia postquam in quarta die manifestè natura dominatur morbo, satis est rationabile, quòd in tanto tempore completè dominabitur, & hoc erit in septima. Non erit necessarium, quòd ista signa appareant, & potissimè in acutis morbis: quoniam ratione breuitatis morbi, signum occultum sufficeret, sicut est mutatio coloris, aut substantiæ, cum appareant in quarta, & hoc quando materia subtilis, pauca, calida, velocior motus, vnde magis significatur hoc ex velocitate motus, quàm ex signo digestionis. Quoniam solus color, aut substantia sola sunt signa occulta, sed quando conueniunt, sunt manifesta. Magis ergo videtur, quòd signa digestionis completę appareant in quarta, sicut est color laudabilis, & hypostasis laudabilis, quia tunc non retardabitur crisis vsque ad septimam, sed fiet in fine quartę diei, vel in principio quintę, propter hoc Hipp. *Hippoc. 71. prog. lib. 4.*

non ponebat signa completa, sed approximantia, sicut est nubes rubea. Tamen secundū Gal. dies indicatiuæ sequentes sicut xj. & xvij. non sunt ita fortis virtutis, quia natura procedit semper debilitando. Ideo oportet, quod ante longè appareant, vt si crisis debeat fieri in decimaquarta, oportet quòd signa digestionis manifestæ appareāt in septima: postea quòd vadant continuando & meliorando in nona vel vndecima, & in diebus intercidētibus. Et si crisis debet fieri in vigesima, oportet ꝙ signa appareant in nona: quia semper oportet quòd sit tantum tempus secundum intentionem Gal. à principio morbi vsque ad signa manifestæ digestionis, quantum à principio apparitionis signorum manifestæ digestionis, vsque ad tempus crisis. Et ad hoc quòd illud verificetur, oportet quòd signa continuētur, & quòd nullus error intercidat. & quòd ille qui prognosticat continuè regat. Quoniam scientia prognosticationis, & curationis sunt annexæ adinuicem secundum Gal. in prognost. super illā partem, Vrina nimis rubea cum sua simili Hipp. &c.

Hippoc. 28. prog. lib. 2. & Gale. in commento.

Et seruantur omnia illa, quoniam non solum sunt vtilia in vrina, sed in sputo. Quarto possumus prognosticare iuxta dicta Hippoc. Quando aliquis patitur apostema ex ventositate, si superueniat vrina multa, liberationē significat apostematis. Cuius ratio est, quoniam natura nititur ventositatem cum suo humore mittere ad vias vrinales, quod ex multitudine significatur, ideo in omni morbo, quando superuenit vrina multa, cum alleuiatione patientis, bonum, quoniam bonitas, & fortitudo expulsiuæ significatur. Quinto vrina multa, & spissa superueniens in febribus laboriosis, si appareat in die nuntiatiua, significat liberationē apostematis, quod debet generari in extremitatibus, sed in longo tempore fieret: quoniam citius terminaretur, si fieret per fluxum sanguinis narium. Intelligendum, quòd in febre in qua agitatur homo, mouetur, inquietatur, & est mali decubitus, ratione motus, humores mouentur ad extrema, & faciunt ibi apostemata, sed tamen præseruari potest. Quoniā si materia est frigida, quòd purgetur per vias vrinales: & si est calida, quòd purgetur per sanguinis euacuationem. Sexto sic, quando in vrina apparet sanguis, aut contentum grossum, trumbosum, quasi esset sanguis coagulatus, filloſus, aut si sanies appareat, ruptura venæ aut vl-

Apho. 80. & 81. particul. 4

ceratio

ceratio significatur, siue in renibus siue in vesica, siue in viis vrinalibus,& discernitur particula patiens,quia ibi est ægritudo, illud est valde planum. Septimo sic, quando in vrina sana, contenta, carnosa apparent, vlceratio renum significatur.Et si contenta sicut pili appareant,hu.grossi,& viscosi in concauitate renum significantur:si autē vrina est innaturalis', à venis procedit. istud comprehendit totam intentionem Hipp.& Gal.in sententia. Octauo sic, quando aliquis multum mingit, parum assellat,& econuerso, illud valet ad hoc,quoniam ille qui parum assellat,& multū vrinat,debet vitare diureti.sicut vinum album, petrosil. brodium cic.& sic de aliis,debet vti oleribus tritis,borag,spinachiis,mercur.maluis,& sic de aliis,& ficubus,porris, pipere grossiter confractis,cassiafist.in principio mensæ,prunis,& similibus lenientibus, & mollitiuis : econuerso qui multum assellat,vitet lubricatiua,& vtatur diure.& similibus. Nono sic,Hippo. cum iam dictis docuit prognosticare,7.particula aphoris. Quando in feb.continuis adparent contenta ad modum tritici grossi confracti, mortem aut longum morbum significat. Decimo sic,Quando hypostasis est lata inferius, acuta superius & rubea, acutam ægritudinem significat. Tenuitas enim seu acumen hypostasis & color rubeus,materiam significat cholericam abundare. Vndecimo sic, Quando vrinæ sunt distantes, ita quòd hodie apparēt vnius dispositionis,& cras alterius, & ita deinceps,hum. turbatio significatur, quoniam natura non est potens vniformiter agere propter diuersitatem materiæ. Duodecimo,docuit Gale.prognosticare per vrinam,primo de crisi ad duo folia.Vrina nigra non est indigesta tantum, sed significat perditionem. Vrina vero quæ est al.& subtilis, quam nominauimus aquosam, non est indigesta tantum.& sequitur pòst ad duas columnas cum dimidia,Et similiter est res in vrina. Nam cum vrina est similis vrinæ sanorum, significat quòd est virtus sufficiens venarum & instrumentorum, quæ sunt de genere eorum : & quando est minus digesta,significat debilitatem eorum.Et illa quæ est in vltimo, Contrariæ vrinæ sanorum, ipsa tunc penitus nō est digesta,& significat debilitatem plurimam venarum & instrumētorum omnium homogeneorum eius.Et quandoque cum hoc est quòd significat malitiam ægritudinis

Aphor.31. partic.7.

Aphor.33. partic.7.

Hippo. 33. Prognostic. lib. 2. & Gal. in commento.

dominantis in illis locis, tunc ipsa significat perniciem significatione in vltimo fortitudinis. Et sequitur, Sed vrina significat digestionē in venis & in instrumētis quæ sunt de genere earū. Et sequitur, Sic video quòd in vrina reperiuntur significationes significantes dispositionem renū, vesicæ & viarū quæ sunt inter eos & virgam. Et ad rectificandum omnia iudicia vrinarum dicebat Hipp. in prognost. Cauendum est tamen ne vesicæ vitio capiaris. & post ad duo folia ponit Gal. cap. de vrina, & dicit, Dico ergo ꝙ melior est vrina quæ similior est vrinæ sanorum. Quæ verò non est ita, aut significat quòd digestio nō sit tantū, aut significat cum hoc perditionem. & sequitur pòst ad vnam columnā, Vrina vero quæ est in vltimo elongationis à digestione, est deterior omnibus ipsis. Et hæc quidē vrina est similis aquæ secundum verificationem & perfectationē. & sequitur pòst ad mediā columnam, Vrina etiā quæ ex subtilitate & albedine sua cōsecuta est, vt sit sicut aqua, est mala superfluè. Et illud prēterea quòd nocumentum in ea fit singulare, tamen significat debilitatē virtutis in vltimo fine. Et sequitur pòst ad vnam columnā, cum dicit, Terminus vrinę naturalis est principium horæ in qua sanus secutus est finem digestionis confirmatæ in corporibus quæ sunt secundū meliores dispositiones sanitatis. Et sequitur pòst quasi ad duas columnas, Et laudabilior omnibus speciebus vrinarū est illa quæ est boni coloris, in qua est nubes alba, leuis, æqualis, aut residēs in fundo vasis, aut natās in summo eius, aut pendens in medio ipsius. Et sequitur pòst, ad 6. lineas, Sed illa quę significat perditionē, est illa in qua res est residens similis corticibus seminis tritici fracti à petalis, aut furfuris: & vrina nigra, fusca, viridis & fœtida. Et sequitur in linea duodecima, & dicit etiam, Deterior vrinæ species in viris & mulieribus est vrina nigra, & deterior in pueris est aquæ similis. Et illud propterea, quòd puerorū vrina naturalis est spissior. Et vrina complexionis naturalis est propinquior ad ruffedinem tinctam. Et omnis res cōtraria rei naturali significat perditionem. Decimotertio docet prognosticare Auic. per vrinam in 1. cano. de vrina, cap. 2. in fi. Maius autem aut plus quod vrina significat oleagina est, ꝙ in die 4. indicat ęgrum, in 7. morituū, in ægritudinibus valet acutis. Et sequitur post ca. 7. Vrina mali coloris, malum

Hipp. 38. progn. lib. 2.

Vrina omniū peßima est nigra, vt vult Hippo. 31. prognost. lib. 2.

Auicenna, secunda primi.

signifi

significat, quantum plurima fuerit, tanto magis erit salutis nuncia. Et cum intrinsecata fuerit, plus malitiam significabit, sicut nigra & grossa. Vrina diuersarum dispositionum quæ quandoq; mingitur pauca, quandoq; multa, & quãdoque retinetur, est significatio pugnæ & laboris naturæ, & est significatio mala. Vrinæ multitudo in acutis ægritudinibus, cum non post ipsam aduenit requies, est significatio hecticæ & spasmi ex inflammatione. Quæritur vtrum vrina vadat ad singulas partes corporis. Videtur quòd non, quia aut iret vt sanguinem portaret ad penetrandum, aut nutriret: sed nullo istorum. Non enim est necessarium, vt vadat propter penetrationẽ, quia cholera facit hoc: nec propter nutritionẽ, quia prorsus non nutrit, cũ nõ sit corpus mixtũ, quare vrina ad singulas partes corporis non penetrabit. Oppositum videtur in ichore, in phlebotomia: cum ichor nõ sit aliud quàm vrina, vt superius fuit dictum. Dico sicut superius fuit dictum in sententia, quòd quando san. & hu. vnà cum aquositate venerit ad venam cauam, maior pars aquositatis vadit ad renes per viã attracti, & altera portio vadit cum sang. & hu. ad totum corpus secũdum intentionem Gal. 4. de iuuamen. memb. Modus autem est iste, quoniam membra attrahũt san. & hu. vt nutriantur: & quoniam vrina est cum illis, ideo secundario attrahitur illud quod cum eis est, & hoc est aquositas: sicut magnes attrahit rubiginem, quæ est in ferro, vel paleam, vel filũ. Potest per se attrahi, quoniam natura nõ attrahit solum per se illud quod vult, sed etiã illud sine quo non posset fieri intentio. In medicatione quando natura attrahit vt alteret, & eadẽ etiam virtus attractiua operans, non propter finem duo facit & quodlibet per se. Quoniã opus naturæ est opus intelligentiæ: & quia san. non posset ire ad mẽbra nisi prius subtiliaretur ab aquositate, vt inde reddat ipsum subtilem & liquidum, ideo secundum istum modũ loquẽdi, sicut attrahitur san. per se, ideo aquositas gratia finis, quoniam aliter non fieret nutritio. Etiam possumus dicere ꝙ à vacuo attrahitur, sicut & hu. Posset etiam dici quòd aliquo modo impellitur, cum quælibet pars impellat partem quæ iuxta se est tãquam sibi superfluum. Possumus etiam dicere, quòd aliquo modo per se mouetur non motu graui, sed motu proprietatis quam acquirit à membris. Nos enim videmus

Vrinæ multitudo in acutis præsagium. Quæst.

Sanguis ad quãlibet corporis partẽ penetrat mediante aquositate vrinali.

ꝙ ferrum acquisita influẽtia magnetis per se mouetur ad magnetẽ: ita mouetur nutrimentum ad mẽbra, & ita vrina cũ operatio finalis nõ posset fieri sine ea. Dicamus ergo, ꝙ vrina aliquo modo vadit per viam attracti & per se motu & impulsu. Et cum arguitur: Dico ꝙ cholera iuuat aperiẽdo & vrina subtiliando. Et cũ hoc licet cholera sit subtilis nimis, tamen est calida. Ad secundum dico, ꝙ non vadit vt nutriat, sed vt penetrare faciat. Quære ab aliquibus de vrina, vtrũ generetur in venis aut in renibus, aut in gibbo hepatis, hoc est in parte sua inferiori. Et dubitant non solum de loco, sed de natura, vtrũ scilicet generetur ex chylo, vel ex chymo. Dico ꝙ omnia illa superius in sententia sunt manifesta per dicta Gal. ideo intelligendũ quòd vrina non recipit generationẽ, quia per formã nouam non acquiritur, sed sua generatio est aliorũ segregatio. Et ita largo modo loquendo de sua generatione, vrina generatur ex chylo tanquam ex materia antecedente, & generatur ex chymo tanquã ex materia coniuncta. Nunc autẽ locus suæ generationis est vbi hu. generantur in simo hepatis, quare & vrina primo ibi generabitur, & primo ab aliis separabitur. Posset etiã dici, ꝙ in gibbo, cum ibi etiã vlterius fiat maior aliorũ digestio, & per consequens in venis, sed manifestatiuè magis in renibus. Vrina ergo primo & principaliter in simo hepatis generatur, sed manifestatiuè in renib⁹.

Argumentum.

Gal. de vsu partium.

Vrinæ prima generatio.

De coloribus remissis cum substantia vergente ad spissitudinem, & de curatione materiæ phlegmaticæ. CAP. VIII.

Vrinæ color variis modis mutatur.

COlor vergens ad remissionẽ cum substantia vergente ad spissitudinẽ, dominium phlegmatis naturalis significat sine seb. Remissio est in ista vrina, ratione indigestionis: indigestio, ratione frigiditatis: & spissitudo, ratione humiditatis substantialiter admixtæ cum aquositate. Ideo talis color vergit ad lacteũ vel glaucum vel subpallidũ vel subcitrinum, secundum diuersitatẽ graduum indigestionis, & secundum diuersitatẽ admixtionis phlegmatis, & diuersitatem specierum eius, de se autem non significat nisi abundantiam phlegmatis. Possibile tamen esset quòd hæc esset seb. sed hoc non discernitur per vrinam. Accidentia autem quæ communiter consueuerunt sequi indigestionẽ & abundantiam phlegmatis sunt, grauedo stomachi, parui tas sitis, nausea & paucitas appetitus, fastidium, somnus

Symptomata superuenientia in indigestione.

grauis

grauis cum apparitione aquarum, grauitas oculorum, & capitis, ociũ, pigritia, tardus pulsus & mollis, malitia memoriæ & intellectus, quoniam secundum Gal. in de interioribus, part. 3. ad duo folia, Frigiditas est in confusione animæ in primo gradu, humiditas in secundo, ideo tales animæ sunt hebetes & de facili conuertibiles. Curationi talium summè competit abstinentia: quia tales cibum & potum secum portant. Phlegma enim hora necessitatis conuertitur in sanguinẽ secundum Gal. Vitent ergo omnia humida, aquosa, omnes fructus, omnia olera, omnes pisces, brodia, vitella & offas. Vigiliæ competunt eis, exercitium, assa & frixa. Digeratur materia cum his quæ calefaciunt, deficcant, & ea quæ habent aspectum ad stomachũ, cum sit particula pat. Consideremus igitur diserasiam & particulam pat. Vitent etiam potissimè à principio ea quæ multum sunt calida, vt materia nõ recipiat ebullitionem, & per consequens nec putrefactionẽ. In primis igitur ponatur hyssopus, quoniam calefacit, & deficcat in tertio gradu. Phlegma autem est frigidius, quod sit in corpore, ideo cõpetit ex primis qualitatibus, & cũ hoc subtiliat, & quia phlegma est grossum, viscosum, & ventosum, ideo cõpetit ex secundis, & etiam cõpetit ex tertiis virtutibus, quia euacuat hum. crudos. Cùm ergo multa sint iuuamenta, & nullum nocumentũ, faciamus de hyssopo basim. De talibus autem possumus ponere in magna quantitate secundũ Hebẽ Mesue. R. hyssopi. ℔ ß. Secũdo loco ponatur mentha, quoniam est cal. & sic. in secundo gradu secundum Auic. & habet proprietatem confortandi stomachum, & præseruãdi à putrefactione, sedat nauseam phlegmaticam, confortat appetitum, & subtiliat, ideo mirificè cõpetit, cum humiditatem habet superfluam secundum Auic. ideo minuitur quantitas eius, ponantur ergo ʒ. iiij. Tertio loco ponitur absinthium, calidum enim est in primo gradu, ficcũ in secundo, & habet multas species. Sed subalbidus non cõpetit in hoc casu, cum habeat virtutes multũ remissas: absinthiũ ergo stypticat, aperit, laxat, & confortat ratione stypticitatis, sed laxat, & aperit ratione amaritudinis: ideo q̃ nõ est amarum, non cõpetit hic, sed quia stypticum ratione suæ terrestreitatis, licet stypticitas conferat, multa tamen non, & potissimè quando illa fundatur in substantia

Curatio. Humoris phlegmatici coctio.

Ratio medicamenti cõponendi.

Absinthium ponticum omnium aliorum præstãtissimũ.

terrestri, minuitur igitur quantitas, & quia est abominabi le ratione amaritudinis, ideo iterum minuimus: ponantur igitur ʒ.iij. Quarto loco ponitur calamentũ, est autẽ cal. & sic. in tertio gradu, & quia non cõfortat, & est virtutis exiguæ, ideo minuamus per cõparationẽ ad basim, & ponantur ʒ.ij. Deinde possunt poni semina aromatica cal. & sic. sicut est se fœniculi & anisi, quia nimis aperiunt & subtiliant per cõparationem ad materiam existentẽ in stomacho, ideo minuamus & ponamus cuiuslibet ʒ.ß. sed quia omnia ista sunt cal. reprimamus cum rosis, & ponamus ʒ.j. ratione repressionis, & quia cõfortant & aromatizant, addamus aliam ʒ.j. & ita erunt duæ: & si tempus est æstiuum, cõficiantur cum pane de zuc. si est hyems, conficiantur cũ melle. R. igitur hyssopi ℔.ß. menthæ hortensis ʒ.iiij. absinthij habentis folia viridia ʒ.iij. calamen. ʒ.ij. anisi, marathri. ana ʒ.j. rosarum rub. electarũ ʒ.ij. panis zucc. ℔.j. fiat syru. Ex istis etiam posset fieri electuariũ, aut conditũ, aut oleum, aut emplastrum, aut decoctio cum modico mellis ad modum apozematis, si pauper fuerit: & si est indignantis naturæ, remoueatur absinthiũ, ponatur loco eius cortex citri. cortex enim citri est cal. in primo gradu, & sicc. in tertio. Odor etiam citri secundũ Auic. rectificat corruptionem aëris, & pestilentiã, & ita in cõpositione medicaminum debemus considerare materiam peccantẽ, discrasiam & particulam pat. Et quia secundum eleuationẽ discrasiæ debet eleuari medicamen, ideo oportet quòd sciamus eleuationẽ medicaminis in quo gradu & in qua meta, & si non exquisitè, saltem aliqua coniectura proxima veritati. Et indigemus ad hæc quòd recurramus ab libellũ nostrũ de gradibus, vbi perfectè tradita est natura gradua tionis. Vt igitur aliquo modo approximetur, oportet per intellectum resoluere vsq; ad primas doses, & qualitates, quæ sunt vnius generis, ponere in vna acie, & alias in alia acie, tunc cõparemus secundũ viam duplic. iuxta canones dictos in libello de gradibus. Ponamus igitur, verbi gratia, ꝙ prima dosis hyssopi in quinto climate sint ʒ.iij. tunc igitur cum sit in hac R. ℔.ß. hyssopi, erunt duæ primæ doses: ex prima igitur dosi habuit octo portiones caliditatis & vnã frigiditatis, & ex secunda tantundẽ: habemus igitur sexdecim portiones caliditatis vincẽtes, & duas medietates

Semina aromatica.

Hic syrupus concoquit & roborat membra nutritiua.

Dosis medicinarũ tam simplicium quàm compositarum, variat pro

tes frigiditatis. In secundo loco venit mentha, ponamus igitur quòd iiij.ʒ. sint sua prima dosis, ad hoc vt primo suo incursu possit calefacere vsq; ad secundum gradum: habebit igitur quatuor partes caliditatis & vnã frigiditatis: cõ iungamus cum prædictis, in acie calidorũ sunt partes 20. sed in acie frigidorum non sunt nisi partes tres. In tertio loco venit absinth. ponamus quòd prima dosis sit ʒ.iij. tũc tenebit duas portiones calidi & vnam frigidi, & si coniungamus cum aliis, erunt 22. partes caliditatis, & 4. frigiditatis. In 4. loco venit calamentum, vt suppositio quòd ʒ.ij. sint sua prima dosis, habebimus 8. portiones caliditatis & vnã frigiditatis, coniungamus, erunt portiones caliditatis 30. & frigiditatis 5. In 5. loco sunt semina, ponamus quòd dosis cuiuslibet sit ʒ.j. tunc erũt duæ primæ dosis, & ita ex marathro cum sit in secundo gradu, habebimus 4. partes caliditatis, & vnam frigiditatis. Nunc autẽ anisum cum sit in tertio gradu, suppositio quòd ʒ.j. sit sua prima dosis, reddet nobis octo portiones caliditatis & vnam frigiditatis, si coniungamus, habebimus quadragintaduas portiones caliditatis, & septem frigiditatis. In sexto loco sunt rosæ, & suppositio, quòd ʒ.j. sit sua prima dosis, sic quòd sint ibi ʒ.ij. habebit quatuor portiones frigiditatis, & duas caliditatis: coniungamus, & ita erunt 44. portiones caliditatis, vndecim frigiditatis. Sed ponamus, quòd cõficiantur cum zuccaro, ponatur igitur zucca. ℔.j. nunc autẽ zuccarũ habet primum gradũ in caliditate, ponamus igitur, quòd iiij.ʒ. sint sua prima dosis, tunc erunt tres dosis primæ, & ita habemus ex prima dosi duas partes caliditatis, & vnam frigiditatis, de secunda tantundem, de tertia similiter, & ita habebimus sex portiones caliditatis, & tres frigiditatis. Coniungamus, & erunt portiones caliditatis quinquaginta, & frigiditatis 14. Aqua autem licet sit frigida secundũ Gal. 1. de simplici medicina, non tamen graduabimus: cõpositiua enim est cibi, & medicinæ secundum Gal. in regimento. Et ita cum sit materia confectionis cum calid. erit calida, & cum frig. frigida. Relinquamus igitur eam quantum est de præsenti. Ad hoc igitur vt videamus gradum resultantem sequendo viam duplicem, videamus in qua portione sunt qualitates vincentes cum victis. Patet quòd plus sunt, quàm duplum, quia sic non essent nisi vigiuti portiones

naturam morbi, ætatis, habitudinis, climatis & huiusmodi aliorum.

caliditatis: tunc si ita esset, perfectè esset cal. in primo gradu: nec sunt quadruplum, quia sic essent quinquaginta sex, & tunc perfectè essent in secundo & tertio gradu. Quia igitur plus est quàm duplum, & minus quàm quadruplū, ideo erit medicamen calidum inter primum gradum, & inter integritatem secundi gradus. Auic. autem si haberet plus quàm sex portiones, qualitas excedens esset perfecta in secundo gradu, quia proportio esset quadrupla. Diuidamus gradus 28. in tres partes, & prima pars det primam metam, secunda secūdam, & tertia tertiam. Quia quodam modo, licet non in toto deficit vna portio, erit tamen medicamen cal. vltra secundā metam secundi gradus aliquantulum versus principium tertiæ metæ, tunc tale medicamen erit bene proportionatum, quia dictum est, quòd non debebit esse nimis calidum, neq; nimis frigidum. Ista autē graduatio est satis grossa, & hęc sufficiet propter iuuenes, quoniam exquisitè, & in puncto tradita est doctrina in libello de graduatione, ideo intelligendum est hæc, quòd primā dosim oportet minuere apud habitantes in quarto climate, & addere apud habitantes in sexto & septimo: nec dico quòd illæ sint propriæ doses, sed quodammodo approximantur: nec dico quòd syrupus sit graduatus in vltimo perfectionis, sed per quandam approximationē, & est intelligendū, quòd si syrupus conficeretur cum melle, calidi tas plus ascenderet. Et est intelligendū, quòd sicut dictum est de graduatione qualitatum actiuarum, ita graduatio passiuarum tacet locū dupli & subdupli. Et vlterius intelligendū, quod in sequentibus, ergo non intendo medicamē graduare, quia forte esset mihi multū onerosum, & vobis tædiosum, sed hoc quod dixi est sicut exemplum positum, cùm doctrina graduationis in se non sufficit, iuxta tamen modū dictum in libello. Breuior tamen & facilior modus graduandi propter iuuenes est ille, quantumcunq; recepta sit longa, excogitatur quædā coniectura primæ dosis, tunc videamus de illa simplici medicina in quo gradu est: & tunc si est in magna quantitate, resoluetur vsq; ad suas primas doses: & si erit circa suā dosim, quòd videmus si sint consimiles aliæ in illa recepta citra primam dosim, & coniungamus ista, & erunt loco vnius dosis, tunc resoluemus per intellectum, & ponamus omnes proportiones

cali

caliditatis in vna acie, & frigiditatis in alia, siccitatis in alia & humiditatis in alia, tũc cõparemus si proportiones caliditatis sint æquales integrè & frigiditatis similiter, tunc erit verè temperata. Si autem vna qualitas excedat aliã, videamus si qualitas excedẽs excedat in secunda proportione, tunc erit verè cal. in primo gradu: & post cõsideretur in alio, si qualitas excedens sit in secunda proportione, & si sit cal. integrè, est in secundo gradu. Si autem caliditas excedens sit in dispositione media inter duplum & quadruplum, tunc gradus potius erit inter primũ & secundum: hoc est dictum, quòd non habet integritatem secũdi gradus. desit igitur vna meta vel minus, si erit possibile, & talis graduatio sufficeret, dato quòd exquisitè non haberetur meta graduum. Si autem fuerit in proportione ampla, tũc erit in tertio gradu, & si fuerit inter 4. & 8. erit citra integritatem tertij gradus, & idem dico de quarto. Si autem in proportione 16. tũc erit in quarto, & si erit inter 8. & 16. & erit citra integritatem 4. gradus. Et hoc sufficeret, qui plenius habere non posset. Scientia autẽ graduationis est multum vtilis. Vnde ponamus, quòd in medicãdo non habeo medicamen nisi in 4. gradu, tamen nõ indigeo illo gradu: tunc si parum volumus remittere, addamus eisdem, sed citra gradum. Et si multum addã oppositæ speciei, & citra gradum, quoniam si in eodem gradu aliquid apponetur, & esset oppositarũ qualitatum, & in eisdem dosibus esset totum temperatum, & reducens ad hoc ergo sibi debet cauere. Materia digesta purgetur sic, R. benedictę 3.2. hierapic. 3.3. esulæ, mastices, an. 3.1. fiant pil. & tribuantur stomacho ieiuno eunti dormitum. Intelligendum quòd illæ duę medicinæ euacuant phlegma, sed benedicta euacuat magis ab inferioribus, & hierapic. magis à superioribus: & quia stomachus est quodammodo in medio, ideo ambæ fuerũt posite. Sed quia hierapic. habet magis aspectũ ad stomachũ, ideo fuit ibi plus 3.1. sed quia illæ medicinæ sunt faciles, & per se parum ducerent, ideirco fuit ibi esula pro acumine. cum etiam euacuaretur phlegma, & mastix fuit pro freno esulæ. Et quia ea quę sunt in antidotario sunt optimè composita, ideo circa laudes nõ insisto, & intelligo, quòd nullus audeat operari cum bona cõsciẽtia sine Heben Mesue, quare me rationibus reddendo in cõparatione medicinarum

Deiectiuũ pharmacũ. Hæc duo phlegmati euacuando dicata sunt.

pauc

pauca dicam, quia ex illo potest optimè extrahi, quare, &c.

Quæstio. Quæritur vtrum vrina decidatur à cibo vel à potu: videtur quòd à cibo, quia vrina est colamentum hu. humores generãtur à cibis, quare & vrina. Oppositum videtur, quoniam simile à simili generatur, sed potus est similis vrinæ, quare videtur quòd à potu decidatur vrina. Dico quòd ab vtroque. Materia enim vnde generatur, videtur esse vapor aquosus: nunc autem in omni cibo est aliquid aquosum, ideo est ibi vrina in potentia: nihilominus quãto cibus est magis humidus, plus est ibi de aquoso: & quanto magis est siccus, est minus de aquoso. Nullus tamen est quin teneat aliquid aquosum, ideo in hydropisi damus omnia sic. cal. & assa, vt minus apprehendant de aquositate, & pro tãto possibile est vrinam fieri in vtentibus solo cibo, aut ratione potus præcedẽtis, cuius aquositas erat adhuc in venis, quæ paulatinè eliquatur vsque ad renes: aut ratione aquositatis vaporosæ, quæ erat in cibo. Et per hoc patet solutio ad obiecta. Dico quòd à cibo eliquatur, cum cibus sit etiam homogeneus, & in cibo est aquositas, & ità à quocũq; decidatur, siue à cibo, siue à potu, semper à suo simili eliquatur, cum vrina non sit nisi quædam species aquæ, sicut frequenter dictum est superius, &c.

Hydropi quæ conueniunt.

De coloribus remissis ab albo vsque ad remissum citrinum cum substantia spissa, & seb. & de cura seb. phlegmaticæ. CAP. IX.

ISti colores remissi, cum substantia spissa, possunt significare febr. de materia phlegmatica, signum est, quia pulsus est mollis, & inordinatus. Et si est interpolata, incipit cum modica frigiditate, multa æstuatione, & terminatur cum modico sudore, & quadam falsa quiete, & forte modica aut nulla est interpolatio. Nunc autem species phlegmatis sunt multę sicut est phlegma naturale, & de isto etiã agimus hic: & est phlegma dulce, phlegma salsum, phlegma vitreum, & sic de aliis. Et de istis dicemus infrà. Et secundum diuersitatem specierum, diuersificantur signa, accidentia & alia. Diuersificantur etiam accidentia secundũ diuersitatẽ loci, vbi putrefit materia. Aliquando enim materia phlegmatica, grossa, viscosa, multũ adhęrens, purrefit in stomacho versus loca propinqua cordi, & est tantæ perniciei, ꝙ interficit inter 4. paroxysmos. Et est febr. phlegmatica, quędã quę vocatur diurna, quędã nocturna, & illa est valde mala:

Symptomata variant pro materia in diuersis locis putrefacta.

mala: & est quædam quæ affligit de quinto in quintũ diẽ, aliquando interpolat longiora tempora: & sunt quædam cum calore & frigore, & quædam cõpositæ, sicut patet in hæmitritæo, de hoc faciemus mentionẽ infrà, & secundũ diuersitatẽ omnium istorũ, vrina est colorata plus aut minus, & similiter plus spissa aut minus, & diuersificatur vrina in febr. phlegmaticis secundũ diuersitatẽ tẽporũ ipsius morbi. Ingenium autem curandi morbos secundũ Gal. 2. de ingenio, sumitur aliquãdo à morbo, aliquando à causa, aliquando ab accidentibus, & similiter etiam ab omnibus. Oportet igitur considerare eleuationẽ discrasiæ, materiã peccantem, putredinem, & omnia similia. Cum igitur materia fuerit viscosa, ideo putrefactio est fortis, & oppilatio tunc apparet plus insistere in putredine, & remotione oppilationis, quàm in discrasia, cum feb. nõ sit multum intensa nec in remotione accidentiũ, cum nõ sint cõmuniter loquendo multũ intensa, cõparando ad cholericã vel sanguineam. Apponamus ergo in primis ea quæ sunt calida versus principium graduum, sic R. radic. brusci, asparagi, gramin. apij. an. ℥. 2. & si est feb. tẽperentur in aceto fortissimo, si nõ esset feb. in vino al. & sint ibi per diem & noctẽ, deinde apponamus aliqua frigida, cũ paucis cali. R. igitur end. scar. cicor. polit. capil. ve. an. ℥. 4. deinde apponamus aliqua ca. ideo R. scolop. eupato. absinth. fol. menthæ, lupuli, an. ℥. 1. deinde apponamus se. diure. & aperitiua, tunc Recipe sendi. scar. se. melo. se. brusci, an. ℥. 4. deinde ponamus aliqua confortantia. R. ro. rub. elect. rasuræ ebo. florum buglo. cor ticum citrang. coriand. infusi in ace. ana 3. 3. panis zuc. lib. 1. mell. ℥. 3. fiat syr. lib. 1. & ß. apponantur prædicti aceti ℥. 3. nisi strictura pectoris, aut nimius sensus stomachi, aut nimia debilitas, & intestinorum vacuitas impediret, & conseruetur ille syrupus mentaliter sicut pupilla oculi, quoniam paucis additis, aut subtractis potest cõpetere in omni materia grossa, & in omni oppilatione, & potissimè in feb. chronica. sit ergo pro thesauro. Deinde purgetur sic. R. agari. aloës, acori, turbith. an. ℥. 1. esulæ. ℈. pulpæ colocyn. pondus gran. 6. salis gem. & masticis, zinzi. fol. mẽthæ, fol. absint. bdellij, vuarum pas. mund. ab arillis. an. ℥. ß. conficiãtur cum syrupo ro. fiat massa, & post 9. dies suæ confectionis, vel plus coniecturauimus, quòd medicina fuerit fermen

Syrupus aperitiuus confortans.

Dieclorium phlegmatis.

mentata,fiant pil.& dentur duæ partes, vel totum iuxta cõ ditionem pat. postquam tamen apprehendimus digestionem materiæ,vel ex parte paroxysmorum:& est mirabiliter confidendum in omni feb.phlegmatica, vel etiam sine feb.quoniam magnum est iuuamentum, & nullum est nocumentũ:sicut videmus in tertianis nothis,addamus prædictæ cõfectioni reubarb.ʒ.ɪ.spi.nar.ʒ. ß.masti.diagrid.an. ʒ.ɪ.misceantur cum prædictis, & potest dari ʒ. ß. de dicta confectione, vel plus iuxta cõuenientiam patientis.Si autem fuerit pauper, digeratur materia cũ oxysacchara composita,& cũ oxymel.diur. purgetur cũ succo mediani corti.sambuci,vsque ad mediam testam oui. Si fuerit delicatus, detur sibi aqua distillata de floribus sambuci. Deinde vltimo cum corpus fuerit bene purgatum,dentur sibi aureæ Alexan.ʒ.ɪ.cũ vino decoctionis saluiæ,& hoc fiat mul

Quæstio. tis vicibus.Quæritur vtrum vrina,quę fuit missa ad totum corpus, mittitur ad renes mediante hepate:quoniã aliqui opinantur quòd mediante hepate,quoniam ipsum est medium inter venas totius corporis & renes. Oppositum videtur,quia membra vilia non mittũt ad nobilia,sed hepar est nobile,quare &c.Dico quòd vrina quæ missa est ad totum corpus,partim consumitur, partim in sudorem & vaporem conuertitur,aut si virtus esset debilis,causaret vesicas,aut aliqua huiusmodi:aut pars postquam fecit iuuamẽtum, venit vsq; ad venam cauam,quæ est supra hepar prope renes,tunc attrahitur. Vnde male imaginantur qui credunt quòd mittatur mediante hepate, quia ad hepar nunquam reuertitur,sed ad venã chilim. Et istæ dubitationes non aduenium nisi ex defectu anatomię.

De coloribus remißis, cum substantia mediocriter spissa, & de cura phlegmatis acetosi cum feb.siue sine feb. CAP. X.

Vrina remissa,aquosa, indigesta.

VRina lactea,vel charopos,vel glauca, vel subpallida cum substãtia mediocriter tenui,phlegma acetosum significat,sine feb.Si autẽ venerit ad subcitrinitatem, feb. significat,remissio est ratione frigiditatis, sed quia melancholia est admixta,ideo nõ potest venire ad tãtam spissitudinem, quia ratione siccitatis redditur mediocriter spissa. Ista autem accidentia cõsueuerunt sequi, dolor capitis in occipitio,& parte sinistra,eructuatio acetosa,torsio vẽtris, & ventositas plurima, vbi est frigiditas cum sicco, ibi est

vent

ventus plurimus. Ista materia est multum grossa, & cũ hoc viscosa. Ideo digeratur materia, cum non est feb. sic. ratione autem phlegmatis ponitur oxymel. diureti. ratione melancholiæ syrupus de fumo ter. & ratione vtriusque oxymel. scill. si esset ibi feb. addatur oxysaccha. composita. R. igitur omnium istorum 4. an. lib. ß. misce. Vel sac sic, R. rad. fœni. petrosi. bruscí, asparagi, gramin. apij. an. ʒ. 2. conquassentur & temperentur in aceto fortissimo per diem & noctem, tũc R. suc. bora. suc. fumi ter. an. quart. 1. summitatum fœnicu. mẽthę, saluiæ, absint. orig. calament. an. ʒ. 2. ani. mara. ana. ʒ. 1. florum borag. florum buglo. florum vio. an. ʒ. 3. mell. ro. ℔. 1. ß. fiat syr. cum ℔. 2. zucca. Si autem esset febr. remoueamus illas sex herbas, scilicet summitates fœnicu. &c. & addamus alias sex, scilicet end. scario. cichoream, cap. ve. scolo. politricum, & conficiatur totus syrupus cum pane de zucc. & omnia alia apponantur præter quàm mel, & præter illa sex nominata, cum sint nimis cal. Materia digesta purgetur sic, R. hierapic. ʒ. ß. diase. diabor. an. ʒ. 2. hierę ruf. ʒ. 1. misce, & fiant pilu. Vel sic, Recipe florum borag. flo. vio. flo. senæ, epit. liquir. mundæ, vuarum passarum munda. ab arillis. ʒ. ß. turbith, polypo. anisi, mara. ana ʒ. 3. fiat decoctio, & in decoctione temperentur corticum myrob. chebul. indorũ bene gũmo. ana ʒ. 1. fricẽtur lento igne, colentur, & colatura detur in aurora. Et si conficeretur tota decoctio, cum sero capr. tanto melius: & ista sufficiant causa breuitatis. *Digestio materiæ phlegmaticæ, & melancholicæ.*

Quæritur vtrum renes attrahant vrinam. Videtur quòd non, quia non attrahunt ratione frigid. quia illud non est: nec calidi, quia sic traheretur à corde & hepate, cum sint membra calidiora: nec ratione proportionis, quam haber cum renibus, cum sit simplex, & non nutriat: quare &c. Oppositum videtur dicere Auic. & alij omnes dicentes, quòd renes attrahunt vrinam. Dico quòd renes attrahunt aquositatẽ. omnes enim conueniunt in hoc, ꝙ attractio videtur esse à tota specie, sic enim chistis fellis attrahit superfluum cho. propter finem, vt mundificetur tota massa sang. & splen attrahit melãcholiã, ita renes: cum aquositas veniat à toto corpore versus venam chilim, attrahunt aquositatem, partim vt totum corpus mundificetur, partim vt nutriantur ab hu. aliqualiter adiunctis cum aquositate. Nõ solũ nutriuntur renes, sed membra vicina. *Quæstio.* *Partes quæ superflua attrahunt.*

fit

fit ergo attractio, partim à vacuo, cum sint concaui renes, non quòd sit dare vacuum, sed natura quæ non permittit attrahi. Fit etiã partim à cal. cum renes sint ca. cuius actio summè manifestatur in diabetica, fit etiam à rota specie, vt dictum est. Et cum tu dicis, quare ergo cor, & hepar, & alia non attrahunt, cum sint calidiora: dico quòd ibi non est tota species, quoniam oportet quòd omnia conueniãt. Ad vltimum dico, quòd imò ibi est conuenientia propter finem & ratione adiuncti, licet vrina de se sit simplex.

De vrinis remissis cum substantia tenui, & residentia globosa, trumbosa, & euacuatione phlegmatis vitrei, & per consequens epialæ & liparie. CAP. XI.

VRina alba, vel glauca, vel pallida cũ substantia tenui, & residentia globosa, trumbosa, phlegma vitreum sine feb. significat, cuius symptomata sunt multum dolorosa. Si autem fuerit in intestinis, inducit tantum dolorem, & videbatur Gal. quòd intestina perforarentur terebello, inducit ergo torsiones, tenasmonem, & dolorem capitis. Aliquando etiam facit feb. cuius altera pars putrefit, & altera non, ideo calefiunt interiora, & frigescunt exteriora, sicut in epiala & liparia. Vnde propter partem putrefactam est magnus calor, & propter nõ putrefactam est frigiditas, vel interius vel exterius, vel calor & frigus simul, secundum diuersitatem situs materiæ. Ista materia est valde frigida, congelata, ideo Gal. assimilauit eam vitro liquefacto: indiget ergo calefacientibus & subtiliantibus. In primis igitur fiat clystere. R. mercu. abrotani, orig. calamen. rutæ. ana M. j. suc. bliti. ℔b. ß. ani. marat. cimi. se. ru. ana ʒ. j. olei laur. ʒ. ij. fiat decoctio, & in decoctione resoluatur hieræpi. ʒ. j. fiat clystere, & hoc fiat pluries, si necesse fuerit, quod declarat tenasmon, & vehementia doloris. Deinde inungatur totus venter cum oleo de ruta. Postea digeratur materia cum oxymelle scill. & cum decoctione asari, & valeri. Asarum enim est ca. & sic. in tertio, valet in ictericia, & hydropisi, eò quòd remouet oppilationes splenis & hepatis, & cum hoc prouocat vrinam. Vel digeratur materia sicut docet Gal. digerere materias crudas in de regimine sanita. cum diatrionpipereon, & additur diagalanga, quoniam galanga habet aspectum ad stomachum, iuxta illud,

Gaudet hepar spodio, mace cor, stomachúsque galanga.

Gal. de locis affectis, li. 2

Curatio.

Et

Et addatur diamentę. ana ʒ. 4. miſce. Deinde euacuetur materia per hũc modum. R. benedi. hermod. ʒ. 3. hierap. ʒ. 2. euphorb. maſti. ſpi. nar. ana pondus 6. gran. miſce, & fiant pil. Euphorbium competit pro tãto, quia ca. & ſic. in 4. gradu, & euacuat phlegma groſſum & viſcoſum, ſed tamen groſſo modo debet conteri, & debet temperari per diem, & noctem in acetoſitate citri, & oleo amygdal. dul. vtatur aſſis, frixis, paruitate cibi & potus. Si autem eſſet ibi febr. quod declarat ſeb, epiala & liparia, vtatur ſyru. prædicto in cap. immediate præcedente, etiam ſi cho. eſſet in compoſitione. Vitentur igitur iſta vehementer ca. quæ dicta ſunt in alio cap. cum febr. adeſt, & fiat, vt dictum eſt gratia materiæ, cum calor & frigus videntur ſimul eſſe, cum phlegma vitreum putrefit ad feb. Quęritur vtrum calor, & frigus poſſint ſimul eſſe in toto corpore ſic, quòd quodlibet eſſet in vltimo, in tantum quòd vtrunque læderet: videtur quòd ſic. Illa contraria videntur eſſe ſimul, quoniam quòd vtrunque ſimul apprehendit, cum ſenſus decipiatur circa proprium obiectum, ſed in ſeb. epiala ſentiũtur iſta duo, quare ibi erunt contraria in vltimo ſimul poſtquam quodlibet non nocet. & modus poſſet eſſe, quoniam cum feb. ſit morbus vniuerſalis & corrumpens totum corpus, tunc ratione coloris diſſoluitur altera pars phlegmatis vitrei quæ non putruit, putrefit & vadit ad mẽbra ſenſibilia, & infrigidat, ita ſentitur vtrunq; vt contrarium & nociuum. Quare relinquitur ꝙ poſſibile eſt duo contraria eſſe ſimul in eodẽ ſubiecto. Præter hoc videmus ſenſibiliter in balneo, ꝙ ſi aliquis ſit ita calefactus ex balneo ꝙ lædatur, nam ſi proiiciatur aqua frigida, valde ſentietur: ita duo cõtraria in tertio ſentientur in eodem ſubiecto. Oppoſitum dicit Ariſt. quòd contraria immediata actu ſimul eſſe non poſſunt. Dico ꝙ contraria immediata actu ſimul in eodem ſuſceptibili eſſe non poſſunt, ſed in diuerſis temporibus. Aut quòd vnũ ſit actu, & aliud potentia, aut quòd vnum ſit actu completo, & aliud diminuto, ita quòd vnum ſit quaſi materiale, & aliud quaſi formale, & ratio dictorum eſt. Illud non eſt poſſibile quod nullo modo eſt factibile, hoc autem non eſt factibile aliquo modo quod implicat contradictionem, hoc autem implicat, quoniam ex hoc ſequeretur quòd calidum eſſet frigidum, & econuerſo. Sicut enim affirmatio &

Pilule de ia Eloria.

Queſtio.

Soluio.

negatio respectu vnius & eiusdem non possunt simul verificari de vno, ita impossibile est quòd cal. & frig. sint simul, æqualiter & in actu: sic enim duæ formæ cõtrariæ essent simul, quod est omnino impossibile: sicut non est possibile q̃ figura rotunda & figura formæ triangularis sint simul figuræ vnius & eiusdem. Duo igitur contraria non sunt simul, quoniam duo contraria approximata agũt necessario: agit igitur vnum in aliud, & ita impossibile est, quòd in actu in eodem sint simul, cum vnum corrumpat alterum. Impossibile est igitur, vt videtur, q̃ duo contraria sint simul actu & in eodem subiecto confusè, tamen in potentia & in diuersis: & quòd vnum dominetur alteri, & bene est possibile, ideo non potest aliquis simul de eadem re gaudere & tristari, & per hoc poterimus euadere. Ad primũ dico, quòd epiala & liparia non sunt simul, sed calor est exterius & frigiditas interius, aut econuerso. Sed ponamus, quòd ita esset, dico quòd vtrunque non est in vltimo æqualiter, imò vnum alteri præest, ita quòd vnũ est quasi formale, & aliud quasi materiale, quoniam dato quòd virtutes essent æquales caliditatis & frigid. necessario cum approximarentur, vnum ageret in alterum, tunc temperarent se, & quodlibet esset confusum, & nullum esset in vltimo. Ad secundum de balneo, dico quòd imò primo sui occursu temperabunt se, & confundent se, & non sentientur æqualiter, imò si supercalefacto superueniat aqua niuis, magis sentitur frigiditas præcedens, & magis nocebit, quia venit subito. Similiter si aliquis esset infrigidatus in niue, si aspergeretur subito aqua feruenti, esset possibile quòd subito moreretur propter subitã mutationem, & notabiliter magnus dolor sentiretur ratione malæ complexionis diuersæ, sicut determinat Gal. in de mala complexione diuersa.

De coloribus remissis cum substantia tenui absolutè, & de curatione materiæ melancholicæ, & de quartana. CAP. XII.

Vrina alba, crudæ, subalbida præsagium.

VRina alba vel glauca vel subalbida vel pallida absolutè tenuis, significare potest dominium melancholiq̃ naturalis. & bene dicitur potest, pro tanto, quia melancholia cum sit hu. frigid. causat indigestionem, & quia grossus & siccus causat oppilationẽ, ita est color remissus, cum nihil sit admixtũ quod coloret: & est tenuis, quia nihil est quod substantiet: ita per accidẽs causat talem colorem cum tali substan

substantia: quoniam si melancholia substantialiter misceretur, causaret colorem nigrum cum substantia spissa: tunc hæc talis dispositio potest causari in vrina ex phlegmate grosso, & viscoso, & cum hoc ex crapula, & similibus. Ideo non est certum signum. Possibile tamen est, quòd significet quod dictum est cum talibus accidentibus, quoniam pulsus est tardus, & rarus, durities in regione splenis, grauitas, & indigestio, torsio, & dolor circa stomachum, grauitas in parte sinistra capitis, grauitas in toto corpore versus noctem, somnia falsa & terribilia. Cum talibus igitur, talis vrina potest significare dominium melancholiæ naturalis sine feb. Possibile etiam est, quòd quartana adesset interpolata, vel continua, & potissimè tales vrinę à principio, quia postea colorantur, vt multum, & potissimè in die sequente immediatè post accessionem. Non iudicemus ergo per talem vrinam nisi cum aliis signis. Regula est, in curatione materiæ melancholicæ sine feb. siue cum feb. quòd à principio non dentur medicamina nimis fortia. In primis ergo digeratur materia cum oxymel. simplici, & puro cum decoctione florum borag. & folliculorum senæ, epithy. & cuscutæ. Deinde digeratur cum oxymel. diur. & postea purgetur cum diasenæ, diabor. acuatis cum lapide lazuli. Deindè digeratur cum oxymel. scillitico, & purgetur cum hiera ruffi. & ita paulatinè debemus procedere ascendendo. Vel potest digeri materia per hunc modum. R. rad. fen. petrosi, brusci, asparagi, gramin. mediani corticis fraxini & genestæ, cort. tamarisci, cor. capparum, raphani, squillæ, ana ʒ. ij. & si non fuerit feb. temperentur per noctem in vino albo puro, & si esset feb. in aceto fortissimo, & si non sit feb. R. ber. chamædræos, chamæpi. gētia. ana ʒ. ij. Ista enim 4. sunt ca. & sic. cōplexionis in tertio gradu. Si autē esset fe. remoueamus ista 4. & addamus ista, scilicet scolopen. eupatorij, lupuli, end. scar. cichoreę, cap. ven. politrici, ana ʒ. iij. Deinde possumus addere ista & cum feb. & sine feb. R. florum borag. flor. buglos. anthos, florum vtriusq; stœch. ana ʒ. ij. & si est sine feb. conficiantur cum melle, si cū fe. conficiantur cum pane de zuc. & addantur 4. se. fri. ana ʒ. ij. Conficiantur igitur diuersimodè secundū quòd melancholia est cum feb. vel sine fe.

Symptomata.

Curatio.

Dieclio humoris melancholici.

Deinde pur. sic, si fuerit cum feb. siue sine feb. R. florum borag. viol. folliculorum senæ, epit. cusc. fuc. fumi ter. liqui.

Decoctio de floribus hu-

De coloribus remißu cum ſubſtantia tenui & contentu arenoſis in fundo reſidentibus & de cura lapidis. CAP. XIII.

Vrina calculum in renibus indicans.

Si autem contẽta rubea apparuerint multo tempore, & ſubito defecerint ſine medicamentis, cum vrina al. & tenui, lapidem in renibus ſignificat cum dolore partis poſterioris. Si autem contenta fuerint alba cum prædictis conditionibus, lapidem in veſica ſignificat, & tunc patitur dolorem in pectine cum erectione virgæ & pruritu, & quando appetit mingere, appetit & aſſellare. In primis ſummè competit vomitus cum ſucco mediani cor. ſamb & competit oxymel diure. & quòd purgetur cum benedicta, hermo. & eſula, & fiat hoc frequenter, ſed in parua quantitate. Vomitus autem fit multis vicibus. Deinde frangatur lapis ſic, R. cretæ marinę, creta enim marina præſeruat & curat, ideo ponatur lib. ß. Deinde R. ſaxifragię, pimpi. milij, ſol. petroſi. macedonici, ana ʒ.ʒ. ſquinan. caſſiæ lib. calami aro. lapidis lincis, liquir. mund. vua. paſ. mun. ab aril. ana ʒ.j. conficiantur cum vino al. fiat decoctio aut apozema aut ſyrup. cum zucca. Et eſt intelligendum, quòd non debemus nimis vti diur. ſed vtatur iſto medicamine dicto duobus diebus corpore mundificato & bona dięta, ſuppoſita. in tertia, die vtatur diapr. & oxylaxatiuo poſtea reuertatur ad medicamen, ita deinceps, & fiant reliqua quæ dicta ſunt in libro.

Curatio.

Decoctio deiectoria.

Quæſtio.

Quæritur cuius complexionis ſit vrina. Videtur quòd ſit ca. & ſic. quia curat hydropiſim. Secundo quia mordet, deſiccat & vrit. Contrarium videtur, quia vrina eſt aquoſa, & talia ſunt frigida & hu. Dico quòd vrina de ſe eſt frigida & hu. cum enim ſit niſi quædam ſpecies aquæ, ſed per accidens ratione adiuncti, eſt omnium complexionum, quoniam ſi omnes hu. æqualiter commiſcerentur, eſſet temperata, & ſi ſan. eſſet ca. & hu. nulla autẽ ſuperfluitas de natura ſua eſſet ca. & hu. tunc talia eſſent iuuatiua. Si autem miſceatur plus de chol. erit ca. & ſic. ſi plus de melãcholia, erit frigi. & ſic. ſi plus de phlegmate, erit frigi. & hu. etiam plus. Et cum arguitur, dico quòd quælibet nõ curat hydropiſim, ſed vrina iuuenis & ſani, vtatur bono regimine, vt ſi vteretur ſpica nar. ſquinanto, vua al. petroſi. brodio cice. & omniũ iſtorum cum temperamento, tunc talis vrina eſſet melior in cura hydropiſis ſi potaretur, aut venter ablueretur.

Solutio.

Ad ſecundum dico, quòd Aegid. intellexit de vrina naturali in ho-

Aegidius

Tractatum scripsit de vrinis.

mine boni regiminis, & cum faciat illa ratione chol. admixta: ita non omnis vrina æqualiter mordet & deficcat.

De colore remisso cum substantia spissa & cum seb. & etiam de cura hydropisis. CAP. XIIII.

VRina remissa in colore, in substantia spissa, vel vergente ad spissitudinem cum colore obscuro, fusco, lento, phlegmaticam significat. Hæc enim hydropisis fit de distemperantia frigi. & hu. hepatis, quoniã talis color obscurus, significat dyscrasiam in longo tempore duravisse, quia pauperiem caloris & spiritus significat. *Curatio.* Summa abstinentia cibi & potus, & potissimè potus curat, & quòd nullo modo comedat panem, si erit possibile, vitet brodia & vitella, nisi in die in qua acceperit medicinam laxativam, vtatur assis & frixis, succus med. cort. sambuci curat pro tanto, quia ducit per vomitum & secessum. Accipiatur medianus cor. sambuci & flores, distillentur per alembicum, & fiat aqua, tunc R. spicæ nar. squinan. calami aroma. cassiæ lig. anisi, amara. ana ʒ.j. fiat puluis, & vna pars distemperetur cum prædicta aqua, mane & sero sumatur. Deinde bene purgetur cum benedicta, & stuphetur, ac in stupha fit multitudo ebulorũ, & emplastretur cum ebulis, sudet fortiter, aut in furno, aut in fouea, aut inter duos ignes, aut in arena maris, aut in balneis naturalibus. Chelidonia agrestis cum vino sumpta multum valet. Balneum aquæ marinæ multum cõpetit, & si non habeatur naturale, fiat artificiale. Idem de sulphure. *Quæstio.* Quæritur vtrũ aliqua vrina sit innaturalis. Videtur quòd non. Illud est naturale, cuius principium est ab intra, cùm natura sit principiũ motus & quietis, sed omnis vrina est ab intus, ergo naturalis. Contrariũ dicunt authores, hoc etiam patet, cum varios languores corporis significet. *Solutio.* Dico quòd vrina dicitur innaturalis, duobus modis, aut quo ad modum generandi, & sic omnis est naturalis: quia à principio intrinseco & nunquã ab extrinseco generatur: si quo ad significatũ, tunc quędã est naturalis, & quędam innaturalis: si causæ extrinsecæ fuerint secundũ naturam, tunc est naturalis quo ad causam, & quo ad significatum. Si autem res præter naturam, sicut calor innaturalis, tunc vrina dicitur naturalis pro tãto, quia ab intus: sed dicitur innaturalis, quantum ad causam, quia calor innaturalis generauit eam, & quantum ad significatum, quia rem

præter

præter naturam significat. Et tunc cum arguitur, quòd ab extra generatur, dico quòd est naturalis, quo ad modum, sed quo ad rẽ, & quo ad significata, potest esse innaturalis.

De colore rubeo remisso cum substantia spissa, & cum feb. & de cura lethargia. CAP. XV.

VRina remissa in colore cum substantia spissa, & cum feb. continua, lethargiam significat, scilicet apostema in posteriori parte cerebri, cuius signum est, quia oculi sunt multum compressi & somnus grauis, ita quòd cum magna difficultate excitatur, & iacet supinus. In primis ra- *Curatio.*
datur caput, & vngatur sic R. succi portulacæ ʒ. j. aceti al. ʒ. ß. olei ros. ʒ. ij. ceræ quantum sufficit, fiat vnguẽtum, quo inungatur occipitium, repercutiatur materia, & hoc fiat à principio, vt impediatur augmentum apostematis. Deinde fiat clystere & resoluatur in decoctione benedictæ ʒ. j. ß. si necesse fuerit, fiat clystere multis vicibus, deinde fiant fricationes fortes & dolorosæ cum sale & aceto, & ista fiant sine intermissione quacunq; die & nocte. Deinde postquã *Inunctio occipitij in lethargia.*
transfluerint tres dies, inungatur occipitiũ sic R. succi apij, suc. rutæ, ana ʒ. ij. castorei pulverizati ʒ j. olei lauri. ceræ q. s. fiat vnguentum, odoretur assa fœtida. Deinde accipiatur tenta de panno lineo antiquo, & inuoluatur oleo antiquo rancido, inflammetur, & postea flamma extinguatur, deinde fumus naribus applicetur continuè. Vltimo ponamus ruptoria in occipitio, R. castorei, sinapis, ficuum sic. *Ruptoria.*
ana ʒ. j. cantharid. ʒ. j. incorporentur omnia cum fortissimo aceto, fiat emplastrum, & occipitio applicetur. Quæritur *Quæstio. Vrina substantia.*
de diuisione substantiæ vrinæ. Dicitur enim quòd substantia vrinæ diuiditur, quia quædam est grossa, quædã subtilis, & quædam mediocris. Ideo quæritur vtrum illæ sint diuisiones substantiæ vrinæ. Videtur quòd nõ, quia pingue, grossum & subtile, sunt qualitates, & qualitas non est substantia, quare relinquitur quòd illæ nõ sunt diuisiones substantiæ vrinę. Dicendũ ꝙ diuisiones substantiæ vrinæ propriè loquendo, sunt materia, & subtiles, grossæ, possunt esse diuisiones substantiæ, quia sunt qualitates circa situm, siue positiones in medicina, sicut habemus in principiorũ lib. Nunc autem illa aduenient substantiæ, & sunt prope substantia, sicut ex 1er principiis, ideo ratione approximationis largo modo loquendo, possunt esse diuisiones substan-

tiæ,& per hunc modum medici accipiunt substantiam.

De vrina alba in colore & in substantia tenui cum febre continua,& de cura phrenesis. CAP. XVI.

TAlis vrina significat alienationem. Intelligendum q̃ in febre continua de chol. potest vrina apparere alba,& tenuis,propter tres causas.Aut quia hum.crudi dominantur circa hepar,& primas venas:aut quia hepar est oppilatum potissimè versus gibbum,ita quòd cholera nõ potest delegari versus partes vrinales,aut quia materia rapitur ad cerebrum. Discernitur autem materia rapi,quando sunt vigiliæ,nigredo linguæ aut alienatio,frigiditas extremitatum, palpitatio manuum, & potissimè versus caput, inflammatio vehemens in toto, & potissimè in capite. Si autẽ fuerit propter hum.crudos,significatur quòd ægritudo est in principio,& quia crapula præcessit.Si autẽ fuerit propter oppilationẽ,significatur quòd adest durities, grauitas in hepate,& egestiones sunt cholericæ, aut vomitus cholericus.Si autem ista non affuerint,& feb.est continua, inflammatiua, vrina alba & tenuis,raptus materiæ significatur.In primis radatur caput,& supra commissuram coronalem ponatur pannus madefactus in succo lactucæ, semperuiuæ cum aceto & aqua ros. hoc autem fit ad repercutiendum,deinde ad prouocandum somnũ,accipiatur cassiæ lignea,modicũ opij,farina papaueris albi,& requies frontis, & temporibus applicetur, deinde illiniantur nares ab intus cum oleo ros.vio.& nenuph. fomentẽtur extrema cũ aqua decoctionis salicis,foliis vitis albæ,cannæ & cucurbitæ.Deinde fiat clystere mollificatiuum cum mercuriali, maluis,hordeo,oleo viol.& cassiafi.deinde potest addi sal, mel & electuarium de succo ros.Postea postquam transiuerint duo dies vel tres,ponatur catulus scissus per medium dorsi,supra partem anteriorem cerebri,& cum incipiet refrigerari,ponatur alter,ita deinceps:deinde pulmo arietis calidus,deinde alter.Et si non inueniatur, tunc ponatur in aqua feruenti:& si nihil istorum inueniatur,ponatur spongia intincta in aqua cal.vbi sit chamomilla & melilotum, deinde apponatur castoreum cum suc. apij. postea fiant frications extremitatum violenter cum sale & ace. deinde ligentur setæ porcinæ in baculo, & subito intromittatur per foramen narium,vt fluxus sang.prouocetur.Quæritur vtrum

Curatio.

Clystere mollificatiuum.

Quæstio.

vtrum diuisiones vrinæ sumptæ ex parte substantiæ, sint tot, sicut sumptæ ex parte colorũ. Et videtur quòd sic: quoniam colores non multiplicantur nisi per multiplicationẽ substantiæ, quare diuisiones substantiæ erunt plures, vel saltem tot. Oppositum videtur, quia authores non ponunt nisi quinq; substantias, scilicet absolutè subtilem, absolutè grossam, mediocrem, vergentem ad tenuitatem, & vergentem ad spissitudinem. Dico quòd diuisiones substãtiæ possunt esse tot, quot sunt colores: sed non sunt bene distinguibiles, quoniam color est sensibilis per se, substantia per accidens. Prima diuisio quæ fit ex parte materiæ, multiplicat numerum, sed diuisio quæ fit ex parte coloris, multiplicat speciem. Nunc autem authores volunt multiplicare vrinam, quo ad sui species, & non quo ad numerum, ideo multiplicant colorem, & non sic multiplicant substantiã, sed quantum indigent, quo ad relationem operis. *Solutio.*

De colore subcitrino aut citrino, aut russo, aut subrusso, & substantia mediocriter spissa, aut spissa, & cura omnium.

CAP. XVII.

POstquam declaratum est de coloribus remissis, agendum est de coloribus intensis. Et isti colores, secundum quòd coniunguntur cum alia & alia substantia, aliud & aliud significant, & etiam plus vel minus secundũ quòd sunt accedentes ad subcitrinitatem & russedinem, etiam plus vel minus secundum quòd sunt obumbratæ, etiam secundum quòd sunt liuentes, vel non liuentes. Si autem coniunguntur cum substantia mediocriter tenui febr. de phlegmate acetoso significant: si vergant ad mediocritatem, chol. vitellinam significant: si sint mediocres, choleram citri. significant: si vergant ad spissitudinem, phlegma salsum significant: si sit spissa absolutè, phlegma dulce significant. Obumbratio & liuor significant febrem, remissio autem est ex parte phlegmatis: intensio ex parte choleræ, aut sang. aut feb. spissitudo autem ex parte phlegmatis: tenuitas ex parte chol. & melancholiæ. Diuersificantur etiam secundum diuersitatem temporum morbi, ista autem iudicia sunt coniecturatiua, & vera vt plurimum. Ex istis ergo, sex canones eliciuntur. Primus canon est, vrina subcitrina in colore, mediocriter tenuis in substantia, dominium phlegmatis acetosi significat, & potest esse feb. & *Colores intensi.*

sine feb. si cum feb. incipit cum horripilatione, & frigore ratione melancholiæ, & est ibi calor lentus ratione phlegmatis. Curatio. Digeratur materia cum oxysaccara composita, & syru. de fumoterræ, purgetur cum hierapic. diasenę, & diaborraginato, acuatis cum esula, & lapide arme. Secundus canon, colores prædicti vergentes magis ad mediocritatem, quàm ad tenuitatem, choleram vitellinam significant. Componitur autem ista chol. ex phlegmate in plus, & chol. in minus ratione choleræ, & sedatur intensio. Sed ratione phlegmatis, spissitudo eadem habet symptomata, quæ & feb. de chol. citrina, nisi quòd sunt remissiora. Ista enim cum aduritur, conuertitur in choleram prassinam, & prassina in æruginosam. Nunc autē rarò, aut nunquam putrefiunt istæ duæ species. Sed tamen satis videtur possibile, cum chol. adusta communiter patitur, & melancholia adusta. Cura chol. prassinæ & æruginosæ. Digeratur materia cum oxysaccara composita, syru. viol. & syr. acet. euacuetur cum hierapic. & electuario de succo ros. Tertius canon. Vrina citrina in colore, & substantia mediocri, dominium chol. citrinæ significat. Ista autem chol. causatur ex æquali mixtione per viam vicinitatis chol. & phlegmatis. Et quando est febr. est calor magis intensus, est obumbrata, & habet accidentia omnia quæ habet tertiana vera, nisi quòd sunt remissiora, ideo appellatur tertiana notha. Cura chol. citrinæ & feb. tertianæ. Digeratur materia cum æquali portione oxysaccaræ compositæ, oxysaccaræ simplicis, & syrupi vio. euacuetur cū oxylaxatiuo, electuario de succo ros. & hierapic. Et nullus miretur si maiorē aspectum habemus ad chol. quia feb. trahit portionem phlegmatis ad naturam chol. Quartus canon. Vrina subcitr. aut citrina, aut subruffa, aut ruffa cum substantia vergente ad spissitudinē, phlegma salsum significat. Ista autem materia causatur, aut quia altera pars phlegmatis aduritur, aut quia phlegma cholera inficitur. Intentio datur ex parte chol. & substantia ex parte phlegmatis. Si autem talis substantia proueniret ex sang. color esset magis intensus: & si solū ex phlegmate, color esset magis remissus, & substātia magis spissa. Quādo enim est ibi feb. ascēdit vsq; ad ruffedinē, & est liuens obūbrata, & accidentia sunt, quia ructus sunt salsi, & est pruritus in toto corpore. Cura salsi phlegmatis.

Digestio humoris cholerici prassini & æruginosi.

Vrina phlegma salsum præsagiens.

matis. Digeratur ergo primo materia cum syr. viol. & syr. de fumoterræ, æquis partibus, purgetur cum oxymelle laxatiuo, hierap. addatur manna, & cassiafi. Istę autem omnes materiæ grossę possunt sic digeri, sicut diximus superius in cap. 9. nisi quòd in phlegmate salso addamus fumiterræ, florum borag. senæ, epithymi, & similia quæ mundificãt chol.

Signa phlegmatis naturalis redundantis.

Quintus canon. Vrina ruffa in colore cum substãtia spissa, phlegma dulce significat, & si est sine febr. est color magis remissus, & si cum febre, est liuens & obũbrata, ructus est fœtidus, putridus, & vehemens dolor capitis, & incipit affligere plus de nocte, ibi est vehemens putrefactio propter humiditatem sang. & propter humiditatem phlegmatis, & est iterum putrefactio propter calorem sang. ideo sudor est fœtidus, egestio & vrina. Cura phlegmatis dulcis. In primis igitur fiat phlebotomia, & fortis abstinentia, digeratur cum oxysaccara composita, & syr. de boragine, purgetur cum hierapic. manna, & tamarindis. Vel digeratur cum digestiuo posito superius in ix. cap. nisi quòd addatur succ. boraginis, flores boraginis, cassiafist. & manna.

Cura.

Digestio.

Signa peripneumoniæ.

Sextus canon. Vrina ruffa in colore, spissa in substantia, liuens à media regione supra, vel per totum, peripneumoniã significat, quod est apostema pulmonis, cuius accidentia sunt ista, feb. continua, sed minor quàm in pleuresi, difficultas anhelitus, sed magis quàm in pleuresi, dolor pectoris, sed magis in parte sinistra, rubedo maxillarum, pulsus mollis. Cura peripneumo. In primis fiat phlebotomia de basilica partis dextrę, deinde de basilica partis sinistrę, etiã si necesse fuerit de mediana partis sinistræ, deinde vratur isto syr. Rec. capil. vene. lib. ß. endiuiæ, scario. ana ʒ. iij. quatuor sem. frig. mundatorum, & non mund. se. endiuiæ, sem. scariolæ, se. melonis, sem. bruscі, sem. asparagi, ana ʒ. j. liquiritiæ mundæ, vuarum pass. mund. ab arillis, hordei mundi, & non mundi. ana ʒ. ß. panis zuccar. lib. j. mellis dispumati ʒ. ij. fiat syr. lib. j. ß. fumatur ille syrupus quasi lambendo, & diu in ore tenendo, & paulatinè transglutiendo. Deinde inungatur pectus cum isto vnguento, R. fœn. græc. se. lini, radicis altheę, foliorum maluę, folior. brancæ vrsi. conquassentur & bulliant in aqua, deinde terantur in vltimo, & addãtur butyrũ sine sale, & axũgia porc. recẽs, fiat quasi vnguentum & vngatur totum pectus. Deinde ciberur sic, Paretur

Cura.

Syrupus incisiuus, aperitiuus.

Vnctio.

hordeum

hordeum, aut auenatum, aut amygdalatum, aut colatura
Diæta. furfuris cum lacte amygdal. aut si esset nimis delicatus, aut
debilis, condiantur ista cum brodio paruæ pullæ albæ, vbi
Quæstio. sint semina frigida. Quæritur vtrũ vrina mixta tenuis pos-
Vrinæ in- sit postea ingrossari. videtur quòd non, quoniam ingrossa
crassatio. tio non fit nisi propter tria. Aut propter caloré consumen
tem partes subtiliores, aut propter frigiditatem comprimentem, aut propter alicuius rei commixtionem, sed nullum istorum adest extra, quia sic non ingrossaretur in autumno, nec in hyeme, nec à frigido, quia sic non ingrossaretur in æstate. Præterea quodlibet istorum faceret, quòd vrina occuparet minus de loco, & hoc non videmus. Et quũ nihil sibi admisceatur extra, quare nullo modò ingrossabitur. Oppositum dicit Galen. 1. de crisi. Dico quòd vrina mingitur aliquando tenuis, postea inspissatur, & significatur principium digestionis occultum. Modus autem iste est, aliqualis substantia mixta est cum aquositate, & cum hoc aliqualis ventus mixtus est cum illa substantia, & cum est extra, impellit eam per totũ. Et quia modica est, & ventus clarus non apparet propter dispositionẽ, sed post moram, consumitur ventus, & quælibet pars vadit ad suum locum vbi partes magis grossæ inferius, & aliæ magis leues superius. ita videtur nobis ingrossata, quia apparet quod non apparebat, licet secundum veritatẽ nihil accreuerint, & hoc cum significatur principiũ digestionis; quando natura inchoauit ebullire & permiscere, sed tamen debiliter quia ventũ non potuit consumere, tunc dico quòd neutro istorum modorum vrina ingrossatur, sed per dictũ modũ, & si fieret, minorem locum occuparet, nobis tamẽ nõ erit cognoscibile ratione paruitatis, sicut nec in aqua bullita cognoscimus minorationem propter paruitatem, &c.

De vrinis significantibus hemitritæos, & de curationibus eorundem. CAP. XVIII.

VRina subruffa, aut ruffa, mediocriter spissa, minorẽ hemitritæum significat, si vergat ad minorem spissitudinem, ruborem & liuorem, medium significat. Sed si sit modo intensa, & modo remissa, modo spissa, modo tenuis, maiorem hemitritæum significat, vel significare potest. Intelligendum quòd de compositione seb. intelligit Gal. in de differ. febrium. & in 2. de crisi, & Auic. in 4. canone. Ponunt

nunt enim isti solennes viri inter alias compositiones quatuor specierum hemitritæorum. Prima compositio est ex quotidiana, & ex tertiana, quæ separatur. Secunda species, ex quotidiana quæ non separatur, & tertiana quæ non separatur. Tertia species, ex quotidiana quæ non separatur, & tertiana quæ separatur. Quarta species, ex quotidiana quę suparatur, & tertiana quę non separatur. Communiter tamen loquentes ponunt tres species. Prima species est ex quodiana, quæ non separatur, & tertiana quæ separatur. Secūda species est ex tertiana, quæ non separatur & ex quotidiana quę separatur. Tertia species, est ex quartana quæ nō separatur, & tertiana quæ separatur. Vnde,

Parum hemitritæus in venis phlegma recondit.
Exterius choleram, medius convertitur illi.
Pessimus humor inest maiori, fel coquit extra.

Istæ enim febr. compositæ causantur ex subita & magnà mutatione. Magnæ autem mutationes sunt tres, sicut est mutatio regiminis, sicut cum aliquis in eadem mensa comedit res multum calidas, & res multum frigiditas, vt sunt melones, allia, & alia his similia: vel aliquis comedit longo tempore res multum frigidas, & subito mutat se ad res multum calidas, vel econtra. Vel cum aliquis existens multum calidus, statim mutat se ad aërem multum frigidum, vel aquam frigidam, vel econuerso: ita de aliis subitis inordinationibus vitæ. Secūda mutatio est temporum anni, vt quando in eodem die est calor, & postea frigus, vel econuerso: aut quando mutatur ætas ad Autumnum, & sic de aliis. Tertia mutatio est ætatum, vt quando fit mutatio à pueritia ad iuuentutem, aut iuuentutis ad senectutem, & sic de aliis. In omnibus enim subitis mutationibus, generantur humores varij, & diuersi, alij & alij, ideo accidūt corruptiones variæ & diuersæ. Compositiones igitur sunt multæ valde, plus quàm homo posset credere. Et quia quotidie multiplicatur malum regimen, ideo nouæ ægritudines & nouæ feb. & variæ compositiones accidunt valde, quæ omnia hic explicari non possunt. In cognitione autē istorum, non est aliquid ita bonum, nisi quòd homo consideret diligenter naturam simplicium. Feb. autem simplices singulares, secundum Gal. secundo de crisi, non sunt nisi tres, scilicet cholerica, phlegmatica, & melancholica: quia

Mutationes magnæ tres.

opina

opinatus est Gal. quòd feb. quæ generatur ex sanguine nõ est feb. sola simplex. Febris igitur de cholera pura incipit cum rigore, sicut si cum acubus pungerẽtur, & terminatur cum sudore & vomitu, & cito venit ad statum: habet omnes motus suos violẽtos, & cum impetu. Febris autẽ pleg-

Febris phlegmatica & cessio.

matica incipit cum modico frigore in extremitatibus, & est febris lenta, & tardè venit ad augmentum, & in fine modicũ, aut nihil sudat: est grauis, aut somnolentus, aut cum modica & falsa quiete. Febris autem melancholica, venit cum magna horripilatione: est enim ibi tanta frigiditas, quòd videtur homini quòd medullæ ossiũ confundantur: tardè venit ad augmentum, & terminatur cum plurimo sudore. Quandoq; enim multiplicantur humores, & quilibet affligit in sua hora: vel quando vnus humor facit multos paroxysmos, facile potest cognosci, quia accessio quælibet habet legem suæ materiæ, & paroxysmi analogiam habẽt adinuicem. Sed si simul eueniãt, & in eodem tempore duo paroxysmi diuersarum materierum, difficile est cognoscere secundum Gal. in de differentiis febrium: quoniam tũc non apparet, nec iste, nec ille, sed est quidã paroxysmus cõfusus, vbi non est directè frigus neq; rigor, sed quidam horror, & quędam confusio: ideo propter resistentiã vnius materiæ ad aliam, semper est quædam confusio. Accipiamus igitur, verbi gratia, paruum hemitritęum, vbi est phlegma intus, & cholera extra, tũc ratione phlegmatis est fe. mollis, lẽta, pulsus inordinatus, aggrauatio oculorũ, & quidã sopor: & quoniam venit paroxysmus chol. incipit cũ rigore, postea sequitur vehemens, & inflãmatio, & vigiliæ, & sitis, & terminatur cum sudore & vomitu, & tũc redit fe. lenta cum quodam torpore, propter phlegmaticam materiã, quæ non deficiebat. Sed ponamus, quòd illæ materiæ putrefiant intra venas, tunc signa sunt valde confusa, & potissimè si materiæ sint æquales, aut sint inæquales. Si autem sunt inæquales materiæ, tunc dominantur signa vnius ma-

Symptomata febris cõtinuæ.

teriæ supra alteram secundum dominium materiæ. Quando igitur videmus aliquem cõtinuè febrientẽ, & modo est quasi feb. lenta, & somnolẽtus & grauis multũ, & potissimè versus oculos, cũ paruitate sitis, & postea veniunt vigiliæ, sitis, calor & sudor: tunc homines vehementer admirantur propter tales mutationes: & non oportet admirari, quoniã

non

non mutantur accidentia, nisi propter mutationem causæ. Tenendum est igitur, quòd tales complicationes sunt propter mixtionem phlegmatis, & chol. per viam vicinitatis putrefactæ intra venas. Si autem ambæ putrefiát extra venas, facile est cognoscere, nisi paroxysmi coincidant, tunc erit valde confusus. Præterea veniamus ad medium hemitritæum. Dico quòd tunc chol. est intra vasa, & phlegma extra, tunc feb. continua est cum vigiliis & calore, siti, clamore, inquietudine, & impatientia tolerandi, & post venit paroxysmus fe. phlegmaticę cum modica frigiditate, stupore, & similibus. Et tunc veniamus ad tertium: & est de difficili cognoscibilis valde. Modo enim vrinæ erunt remissæ propter melancholiam, & solicitudo, & granitas in tempore siniſtro, falsa somnia, & terribilia, inquietudo, vigiliæ, phantasiæ multæ, & sudor plurimus. Postea venit paroxysmus choleræ, & est vrina intensa, sitis, calor, vigilia maior, vomitus, & sudor. Non est igitur in bona via: nisi quòd recurramus ad simplicia: & si sint æqualia, totum erit confusum: si sint inæqualia, tunc apparebunt signa secundum dominium vnius ad alterum: & non possunt ista sciri sine studio, solicitudine, & frequenti infirmorum visitatione. De paruo hemitritæo possumus dicere, quòd libenter conuertitur in lethargiam, nisi ei diligentissimè succuratur. De medio possumus dicere, quòd libenter in phrenesim conuertitur. De maiori possumus dicere, quòd pede celeri vadat ad mortẽ, nisi pius & misericors Deus ipsum iuuet. *Prognostica.*

Illud quod est commune in curatione hemitritæorum, est quòd in principio fiat clystere: & si plus abundat phlegma quòd plus ponatur de hierap. & minus de cassiafi. Si chol. est in plus, ponatur de cassiafi. in plus, & hierap. in minus: si æqualiter, fiat æqualiter cum aliis quæ in clysteri debent poni: deinde fiat vomitus cum decoctione raphani, syrup. acetosi: & si plus abundet phlegma, plus ponatur de raphano: si de chol. plus ponatur de syrup. acetoso: si æqualiter, æqualiter: deinde fiat phlebotomia. Et est intelligẽdũ, ꝙ in libr. de proprietatibus rerũ scribitur, quòd smaragdus suspensus ad collum, curat hemitritæum. Deinde veniamus ad primum hemitritæum: ibi enim est phlegma intus, & chol. extra. Nullus enim potest curare morbum compositum, nisi apponat medicamina composita: ideo indigemus *Curatio.* *Vomitus.*

prop

propter se. & cor frigidis, & indigemus calidis propter materiam: natura enim discernit inter ista: & vtatur calidis in suo loco, & frigidis similiter, & ponit Auic. verbum notabile: quando enim virtus est fortis, distinguit inter ista: si autē est debilis, non potest. & tunc morsh significatur. In primo igitur plus est de phlegmate, ideo pluribus incisiuis indiget. R. radicis apij, bruſci, asparagi, graminis. ana ʒ.i. end. scariolę ana ʒ.ii. quatuor se fri. ana ʒ.i. liquir. mun. ʒ ß. absint. ʒ.i. ß. florum borag. florum viol. nenupha. ana ʒ. ii. spodij ʒ.i. camphoræ, gra. 4. ro. ru. ʒ ß. corticum citrangulorum ʒ.ii. aceti albi. ʒ.i. panis zuc. ℔.i. ß. fiat syrup. Deinde euacuetur sic R. florum borag. viol. polypodij, turbith, anisi, agarici, an. ʒ ß. fiat decoctio, & in decoctione resoluatur cassiæ fist. mund. ʒ.j. & reubarbari. ʒ j. spicę nard. se. end. ana ʒ. ß. detur in aurora. Item R. ro. rub. electarum, florum nenupharis, viol. chamom. ana ʒ.j. corticum citrangulorū minutim inciſorum ʒ.iij. camphoræ gra. vj. sandal. muscatellini, ʒ. ij. puluerizanda puluerizentur & conquassentur, in sacculo reponantur, sacculus aspergatur aqua ros. optima, & modico aceto odoretur, quoniam iste morbus est quasi pestilentialis propter diuersitatem materiæ, & propter vehementem afflictionem, ideo indiget temperantibus spiritus. Item Rec. foliorum absinthij, ros. ru. electarum, chamomillæ, ana ʒ.j. sandali muscatellini, puluerizati. ʒ.ij ponantur in sacculo, & aspergatur aqua ros. & aceto, & ponantur supra stomachum, deinde fomententur extrema cum aqua deco. ros. viol. nenupha. chamomillæ, & illa tria remedia in qualibet specie possunt applicari, nisi quòd si de chol. esset in plus, quòd plus de frigidis apponamus. Cura medij hemitritęi, de medio hemitritęo: ibi enim chol. est in plus. R. radicis apij ʒ. ß. endiuiæ, scariolæ, cichoreæ, pollitrici, capil. ve. re. ana. M. ij. quatuor se. frigidorum maiorū, & minorum, se. bruſci, se. asparagi. an. ʒ.j. ros. ru, florū nenupha. viola ana ʒ.j. ß. liquir. mundæ ʒ. ß. spodij ʒ. iij. cāphoræ gra. 6. sandali muscatellini ʒ.j. corticis citranguli ʒ.j. zuc. ℔. ß. fiat syr. Deinde purgetur sic R. florū boraginis, florū violarum ana ʒ.j. turbith, agarici, ana ʒ. iij. anisi ʒ.j. se. endi. se. scariolæ, melonū ana ʒ ß. fiat decoctio, & in decoctione resoluatur cassiæ fi. mundæ, tamarindorū, mannæ ana ʒ. vj. detur in aurora. Alia autem remedia sunt quæ dicta sunt in paruo

Syrupus incisiuus, aperitiuus.

Deiectoria decoctio.

Syrupus mediocriter aperiēs, incidens.

Decoctio deiectoria.

hemi

hemitritæo, nisi quòd aliquantulum plus de frigidis addamus. De maiori hemitritæo, in primis studeamus flectere Iesum cum ieiunijs, eleemosynis, & orationibus: quia nisi Deus adiuuerit, mors est in ianuis. R. succi bor. succi bug. succi fumiter. ana. quar. j. quatuor se. frig. se. endi. se. scari. item se. melonum, se. brusci, asparagi, se. acetosæ, berberis. ana ʒ. j. liquir. mund. spodij, ro. ru. electarum. ana ʒ. iij. sand. muscatelliti. ʒ. j. florum borag. flor. vio. nenuph. foliorum sennæ, ana ʒ. ij. panis zuc. quar. vj. fiat syr. Item materia digesta purgetur sic. R. flor. bora. florum vio. foliorum sennæ, epithymi, cuscutę. ana ʒ. j. fiat decoctio, & in decoctione resoluatur cassiæfi. mund. ʒ. j. lapidis arme. nouies abluti. ʒ. j. detur in aurora. Alia autem remedia fiant quæ dicta sunt in paruo hemitritæo. *Curatio maioris hemitritæi.*

Quæritur vtrum vrina quæ mingitur tenuis, & postea ingrossatur, significet principium digestionis. Videtur quòd non solum principiũ, sed etiam transiuit complementum. Vrina mediocris in substantia, significat completam digestionem. Tunc arguo sic: Non est transitus de extremo ad extremum sine medio, tunc medium significat complementum digestionis: sed vrina quæ mingitur tenuis, postea ingrossatur, transit per medium, quare talis vrina non significabit tantùm principium digestionis, sed etiã complementum. Oppidicit Gal. in de crisi. Dico quòd quando vrina mingitur tenuis, postea ingrossatur, significat principium digestionis pro tanto, quia in tenui significabatur alteratio digestionis, ita quòd natura nihil agebat, sed cum incipit ingrossari, significatur actio naturæ, quia natura incipit perturbare, segregare, & aliquid digerere, & ita significat principium digestionis, non quòd ex hoc principio significetur augmentũ, sed significatur & accedit ad augmentum. Modus autem est iste: non enim est intelligendum, & vrina sit simpliciter tenuis: imò est ibi totum quod postea inest, sed non apparebat propter ventum mixtum impellentę grossum superius, & grosso impediẽte ascensum subtilis superius, sed in corpore vẽtus non potuit cõsumi propter paruitatẽ digestionis, sed extrà consumitur: tunc vento cõsumpto, grossum descendit, & subtile quod residebat, aliquo modo ascendit: tunc obuiant aliquo modo sibi adinuicem, & tunc vrina videtur quodammodo turbari seu aliquo modo inspissari propter hoc, quia ante vẽti cõsum- *Quæstio.*

ptionem propter diaphanitatem disgregantem, visui non apparebat, sed modo apparet, & ita talis inspissatio significat principium digestionis, vnde non est spissa absolutè, sed per comparationē ad se ipsam subtilem. Et tunc cum arguitur, dico quòd non est transitus simpliciter ad grossum, sed ad grossum relatum, & ita non fit transitus per medium. Vel possum dicere, quòd dato quòd ita esset, tamen non fit mora in illo medio, sed transit ad grossum. Si enim vrina tenuis veniret ad grossum, transiret per medium, & remaneret in medio: tunc talis substantia mediocris, significaret complementum digestionis: sed transitus per medium quod nō est manifestum, non significat digestionem.

De vrina citrina in colore, & tenui in substantia, & de cura tertiana. CAP. XIX.

Vrina cholerā redundantem significans. Febris tertiana exquisita.

VRina citrina in colore, & tenuis in substantia, dominium choleræ significat, & si est obumbrata, feb. significat. Intelligendum ꝙ quædam est tertiana vera, & quædam nō vera. Tertiana vera causatur ex chol. ru. pura, cum concursu aliorum, scilicet quòd sit iuuenis, colericus, & tempus ęstas, & sic de aliis. Non vera autē seu notha appellatur, quando omnia non concurrunt: ideo licet esset chol. ru. dum tamen sit in sene, nō erit tertiana vera. attamen illud quod magis est, ꝙ materia sit cho. ru. pura. Illud autem quod facit potissimè ad non veram, est, cum est de cholera citrina, vitellina. Materia autem colerica quando putrefit intra vasa, causat continuam: & si extra, tertianam: & si putrefit in duobus locis, generat duas tertianas: si in multis, multas: si in vno loco, & materia est multa, generabit duplicem tertianam: ideo non est inuestiganda feb. ex hoc ꝙ affligit quotidie seu præter diem. Tertiana autem vera, incipit cum rigore, sicut si cum acubus pungeretur: citò venit ad statum, & terminatur cum sudore vaporoso. In cu-

Curatio.

ratione autē tertianæ, debent quædam obseruari. Primum est, quòd nunquam fiat phlebotomia, nisi post tres vel quatuor accessiones: & quòd vrina fit mutata ad aliqualē spissitudinem: & quòd signa digestionis appareant: & quòd virtus sit fortis. Secundo, quòd in principio tertianæ non detur myrobalani: quia licet laxent à principio, postea tamen relaxāt. Tertio, ꝙ in principio, non detur scammonea: quia mirabiliter est inflammabilis, ideo non debet dari in principio

cipio tertianæ, nec etiá in tota æstate. Quarto, quòd in die accessionis non detur cibus nec potus, quantũ erit possibile, nec dormiat aliquo modo, nec inungatur, nec phlebotometur, nec detur medicina vomitiua, nec secessiua. In principio tamen accessionis, competit vomitus leuis, & in fine accessionis somnus & sudor. Quinto, quòd nihil acetosum detur simul cum ptisana, quoniam non habent aspectum amicitię adinuicem: sed si competant, præcedat vnum alterum in tanto tempore, quòd exiuerit stomachum. Sexto, ꝙ si timemus de raptu materiæ, quòd in principio fiat clystere, si fuerit constipatus. R. violarum, mercur. M. ij. olei viol. ʒ. ij. fiat decoctio, coletur, & colaturæ addatur cassiæfi. mundæ, tamarindorum. ana ʒ. j. fiat clystere. Vel detur ista decoctio. R. flor. bor. flor. viol. ana ʒ. j. prunorum numero xxx. quatuor se. frigidorum, vuarum pas. mun. ab arillis, reubar. ana ʒ. ß. fiat decoctio, & in decoctione resoluatur cassiæfist. mundę, tamarindi, ana ʒ. ß. Si vero non timemus de raptu materiæ, digeratur materia sic, R. endiuiæ, scariolæ, cicho-reę ana ʒ. iiij. quatuor se. frigidorum. ana ʒ. j. flor. boraginis, florum violarum, nenupharis, ana ʒ. ij. ro. ru. ʒ. ß. aceti al. ʒ. ij. panis zuc. lib. j. sed caueatur à zuc. & fiat syr. Materia digesta, purgetur cum prædicta colatura, sed quòd addatur reubarbari ʒ. ß. se. endiuiæ, spicæ nar. ana ϑ ß. Intelligendum, quòd materia debet diuersimodè purgari, secundum quòd declinat vel ad stomachum, quia cum vomitu: vel ad vias vrinales, quia cum diureticis frigidis: vel ad intestina, quia cum clysteribus, vel medicinis laxatiuis: vel ad cutẽ, & tunc cum prouocantibus sudorẽ. Accipiantur igitur multa vasa plena aqua cal. vbi bullierint chamomilla, & melilotum, applicentur pedibus, manibus & lateribus, & hoc fiat quãdo materia est digesta, & pruritus multus sentitur circa cutem, & cutis est depressa, finis paroxysmi & tempus frigidum. In tempore autem vel in fine paroxysmi, cum patiens est multum fatigatus, apponãtur pedes in aqua fri. & statim cessabit paroxysmus, tunc prouocetur somnus, & dormiat. Deinde cibetur hordeato, vel fiat cibus de quatuor seminibus frigidis mundis, & coquantur, & præparentur sicut hordeatum, & condiãtur cum lacte amygdalarum. Et si habeat magnam sitim, terantur quatuor sem. frigida mund. & bulliant, postea terantur fortissimè, distemperentur cum aqua

Decoctio deiectoria.

Sudorem prouocantia.

Victus ratio.

fontis bullita & colata, & in puteo infrigidata coletur, & colaturæ addatur modicum aceti, accipiatur vnus bonus hauſtus. Si ſitis fuerit valida valde, & materia digeſta, & q̃ non ſit oppilatus, & virtus fortis, tunc accipiat aquam fontis frigidam, quãtum poterit ſumere vno hauſtu ſine attractione anhelitus, hoc autem fit, quoniam poſtea debet euomere & ſudare. Si autẽ timemus de virtute, detur aqua calficut poterit accipi, & tantũ quantum poterit accipere vno hauſtu, poſtea ſequatur vomitus, & ſudor. Et eſt intelligendum, quòd in ſiti diſtemperata in latitudine ſanitatis propter phlegma ſalſum, non eſt ita bonum remedium ſicut illud. Et quia iuuenes gaudent in experimentis, ideo aliqua ponamus. Semen vrticæ cum ſale, & poſitum ſupra arteriã in brachio, curat omnem tertianam. Idem facit chelidonia trita, & ibidem poſita. Idem facit euphorbium tritum, & ibidem appoſitum: iſta enim calorem attrahunt & vlcerãt, ideo non fiat in delicatis. Succus plantaginis potatus ante acceſſionem tribus vicibus, curat omnem tertianã, ſed bonum eſt vitare quòd non detur phlegmaticis, nec ſenibus, nec mulieribus, nec in tempore hyemali, quoniam curat congelando & materiam ingroſſando. Morſus autem diaboli, curat omnem tertianam à virtute ſpecifica. In omnibus tamen iſtis ſecurius erit incedere per viam ſupradictã.

Quæ experientia comprobata cenſentur.

Plantaginis ſuccus.

Morſus diaboli.

Si autem eſſet tertiana notha, vt quia cholera citrina, aut vitellina, aut quia eſt ſenex, ita de aliis, addamus ſyrupo radices apij, bruſci, aſparagi, graminis, & addamus euacuatiuo agaricum, & turbith. In iſtis autem febribus chronicis, vbi eſt magna portio phlegmatis, multum valet ptiſana cum radice apij, & duobus granis piperis, ſecundum intentionem Galen. ſecundum quod narrat Auicen. In tertiana autem vera, competit vinum in declinatione totius feb. Ita quòd vinum ſit debile, & aqua multa competit, & balneum in declinatione poſt tres vel quatuor dies, ne partes calefiant iterum, vt dicit Franciſcus. Quæritur vtrum diuiſiones quæ dantur de ſubſtantia vrinæ ſint ſufficientes. Dicitur enim quòd vrina quæ mingitur tenuis, aut remanet tenuis, aut mutatur ad ſpiſſitudinem, ſed de groſſa dicitur, quòd remanet groſſa, aut mutatur ad tenuitatem: & ſunt dicta Galen. in primo de criſi, cum in quolibet membro videtur eſſe difficultas: quoniam non eſt tranſitus ab

Vinũ quando conceditur.

Quæſtio.

extremo

extremo in extremum sine medio. Cum igitur in quolibet membro dimittat vrinam mediocrem, videtur insufficiēs, quoniam prius mutatur in mediam, quàm in extremam.

Dico quòd medium relatum ad extremum efficitur alterum; & pro tanto quòd dicitur quòd vrina subtilis ingrossatur, non est intelligendum, quòd ingrossetur absolutè, sed aliqualem substantiam acquirit, quam à natura non habebat. & ideo dicitur grossa, ita enim est de grossa. Cum enim dicitur quòd grossa subtiliatur, non est intelligendum quòd grossum transeat in subtile absolutè, sed aliquo modo remittitur grossities, & remissio appellatur subtiliatio, & ita tale medium appellatur extremum. Vel possumus dicere, quoniam licet fieret transitus ab extremo in extremū absolutè, non tamen transit per medium quod nobis aliquid significet, non est enim manifestum. Nihil autem possumus apprehendere per vrinam, nisi quòd est nobis manifestum & notabile: illud autem medium non est huiusmodi, quare author non fuit insufficiens diuidendo. *Solutio.*

De colore vr. & substantia spissa, & de cura febris sanguineæ.

CAPVT XX.

FEbris de sanguine habet duas species: vnā scilicet de san. non putrefacto, aliam de sanguine putrefacto. Prima vocatur synocha. Secunda synochus. iuxta illud, Synocha de multo, sed synochus de putrefacto. Huius febris sunt tres species: augmastica, quæ semper augmentatur, quoniam plus de vapore dissoluitur quàm resoluatur. Secunda vocatur peraugmastica, quæ semper procedit diminuendo, quia magis resoluitur quàm dissoluitur. Tertia vocatur homotona, in qua febris est vnius dispositionis, pro tanto, quia tantum resoluitur, & euaporatur extra, quantum dissoluitur ab intus. & istam materiam tractat Gal. in secundo de crisi, in de differentiis febr. & nono de ingenio, & Auicenna in quarto. Causæ sunt, repletio, otium, multa comestio fructuum, crapula & dimissio exercitij soliti, phlebotomia, repletio sanguinis præter naturam, & præter solitum, oppilatio, & pororum clausio. Signa, vrina vr. & spissa, pulsus plenus & mollis, feb. cōtinua, sitis, dolor capitis, rubedo oculorum, tumor venarum, strictura nariū, ita ac si esset rheumaticus, nec propter hoc debēt phle- *Si vis habere huius rei certiorem doctrinam, lege 9. lib. metho. med. Gal.* *Signa.*

botomia dimitti. Sed in ſynocha calor non eſt acutus, nec pungitiuus, ſed eſt quaſi calor ephimeræ, quia materia nõ eſt putrefacta, ideo media eſt inter ephimerã, & putridam, ideo Gal. proportionauit eam ephimeræ. In ſynocho autẽ, ſudor, egeſtio, & vrina ſunt fœtida cum ariditate linguæ, & vehementi inquietudine, pulſu inordinato, & ſic de aliis. Augmaſtica libenter terminatur ad mortem, & potiſſimè cum vrina cõuertitur ad œnopos, lingua eſt nigra, & oculi effugiunt lumen. Peraugmaſtica libenter terminatur ad vitam, & potiſſimè quando lingua nõ eſt arida nec nigra. Homotona autẽ per indifferens ſe habet ad mortem, & ad vitam. Et tũc recurrendũ eſt ad ſigna digeſtionis ſumpta ex parte vrinæ ad pulſum, & ad tolerantiã morbi. Secundo eſt notandum, quòd ſynocharum quædã facillimè terminantur aut ad lethargiã, & potiſſimè quando feb. fit ex humoribus crudis: cuius ſigna, oſcitatio multa, ſomnolentitas & grauedo oculorũ. Aliquando autem terminantur ad phreneſim, quando eſt ebullitio multa. Cuius ſignũ, vehemens & acutus dolor capitis, apparitio lampadis & coruſcatio. Aliquando autem terminatur ad variolas, & ad apoſtemata faucium: cuius ſignum eſt quia ægritudo eſt fraudulenta cum ſumma inquietudine, & cum ſumma difficultate anhelitus: hæc enim eſt terminatio malarum ægritudinũ, quare materia eſt venenoſa, quod patet per effectũ, vt quia variola & morbillus. Qui ergo ſic prognoſticare ſcit, per conſequens ſcit curare, obuietur ergo futuris periculis antequam veniant, ſalubria remedia adhibendo. In primis fiat phlebotomia de baſilica dextræ partis. Deinde mediana eiuſdem partis, & ſi à principio phlebotomia fuerit neglecta, fiat etiam quocunq; die, & quacunque hora medicus venerit, ſecundum Gal. 7. de ingenio, etiam poſt ſeptimum diem, vel nonum, vel amplius. Gal. faciebat phlebotomiam vſque ad ſyncopim virtute ſtante, & nullus debet ſyncopim, ſicut dicit Gal. dubitare. Medici noſtri temporis non faciunt vſque ad ſyncopim: ſed hodie fiat & eras, & ita paulatinè, donec ſufficienter fuerit euacuata: & ille modus eſt ſecurior. Et ſi non poteſt facere phlebotomiam, in magno periculo erit valde, niſi iuuetur per fluxum ſanguinarium: & in tali caſu vbi non poſſumus phlebotomare, fiant ventoſæ inter ſpatulas. Deinde poſtquam directè nõ poſſu

Gal. de differentiis febrium.

Prognoſtic. Ad œnopa: id eſt, ad colorem vini nigri.

Curatio.

possumus agere contra causam, fiant contra dyscrasiam, R. endiuiæ, scariolæ, lactucæ, cichoreæ, capil. ve. ceterac, politrici, adianthos ana ʒ.iij. quatuor sem. frigidorū maiorū & minorum ana ʒ.ij. florum boraginis, violarum, nenupharis ana ʒ.iij. hordei ℔.ß. fiant decoctiones ℔.iij. & ex vna ℔. cum ʒ.j. cassiæfi. fiat clystere, secundā autem libram poterit potare cum aqua hordei & modico aceti. In tertia autem libra ponantur aceti ʒ.ij. & panis zuc. quar. ß. fiat syrupus, & post sumptionem istius syru. poterit reiterari: & distemperetur in prædicta aqua cassiafi. mund. mannæ, tamarindo. ana ʒ.ß. & detur in aurora. Diæta sit valde tenuis, cū repletio sit quasi violenta, & feb. valde fortis. Contrarieras videtur esse inter Gal. & Auic. Gal. dicit secundo de crisi, q̄ febres solæ simplices singulares, non sunt nisi tres, scilicet cholerica, melancholica, & phlegmatica. Sanguis autem cum putrefit, non facit febrem solam singularē, sed cōposi tam, pro tanto, quia sanguis est tēperatus, quando putrefit & supercalefit, & aliqua pars eius conuertitur in cholerā, & altera pars eius grossior in melancholiā. Auic. autem in quarto canone, capitulo de febre sanguinea, multum scandalizatur de verbis Gal. & dicit quòd sang. potest facere febrem solā simplicem & singularem. Ista quæstio determinatur à nobis cum solennitate supra librū Galeni de differentiis febrium: ideo breuiter dico, quòd si nos considerem⁹ vaporem sang. putrefactum, tunc dico, quòd ille conuertitur in cholerā: quantum autem ad causam antecedentem sang. solum putrefit, sed quantum ad coniunctā, non. Vel possumus dicere, quòd in fieri, sanguis facit febrē singularem, sed quantum ad factum esse non. Vno modo intellexit Gal. alio modo Auicenna, & ita non est contrarietas. Sed mirabile fuit de principe Galeno quòd talia dicat.

Diæta.

Sanguis putrescens.

Auicenna opinio falsa.

De colore citrino, subruffo, aut subrubicundo cum substantia tenui, & de cura causonis. CAP. XXI.

TAlis vrina in iuuene cholerico, in æstate, vel circa principiū autumni, cum vigilauit, vel cucurrit, laborauit, & sic de aliis, consueuit facere causonem. Causon autem incēdiū interpretatur. Est autem causon febr. cōtinua, de cholera ru. putrefacta in venis paruis cordi propinquis. Causa verò causonis, est chole. rub. non minus autem est phlegma salsum.: quando autē ista putrefiunt in locis pro-

Causa. Signa. ximis cordi, tunc causant causonem. Causæ autem antecedentes sunt omnia quæ ista generant. Quando autem videmus vrinam valde coloratã, pulsum velocem, & feb. continuam, cum vehementi dolore capitis, instantia vigiliarũ, inquietudine, malitia tolerandi, ariditate linguæ, & retentione superfluitatum, & videtur homini, quòd totus incendatur, & fit in igne, tunc causon significatur. Sed si habeat saliuam multam & saliginosam in ore, & est somniculosus, significatur quòd est de phlegmate salso. Si autẽ fuerit in pueris, tunc est cum somno: si in senibus, signum est mortale. Si anhelitus sit fœtidus, & vrina nigra, signum est mortis. Si aduenerit rigor ante signum digestionis, valde malum est: & cum venerit cum virtute debili, mortale est. Si multi rigores venerint, & non alleuientur, mortale. A causone habito, rigor superueniens bonũ: verum est quando venit post signa digestionis, & quòd rigorẽ sequatur euacuatio. Lingua humida, non aspera, bonum signum est in causone. Quando vrinæ remittuntur in causone, & euacuatio sensibilis non est facta, signũ est mortis. Causon si est de cholera, terminatur vtplurimum per fluxum sang. narium, secundo per vomitum, tertio per sudorem. Si autem fuerit de phlegmate, terminabitur per fluxum ventris, secundo per vomitum, tertio per sudorem. In causone quantum est de ratione morbi, & in quantum causon de chol. ru. pu. non competit phlebotomia: tamen si hic habitudo esset repleta, vrina vergeret ad spissitudinẽ, & virtus esset fortis, tunc posset fieri phlebotomia: quia si in chol. pura, fieret aliter, acueretur chol. pura, & igniretur plus cum suum frenum auferretur, vt dicit Auic. Ista autem materia est ita furiosa, quòd magis timemus de accidentibus, quã de morbo: ideo in primis fiat clystere cum aqua decoctionis maluæ, vio. endi. scario. lactu. quatuor sem. frigidorũ, in qua ponantur cassiæfi. tamarindorum ana ʒ. iij. De siti est intelligendum, quòd non cõpetit sibi nimia abstinentia, sed detur sibi aqua frigida cum syrupo, iuleb. aut syruvio. etiam syru. de papa. & modico vini mali grana. cui detur bonus haustus, aliter erit timendum de furia, aut hectica: fiant alia quæ dicta sunt in lib. contra sitim. Contra vigilias, ponantur panni madefacti fronti, & temporibus cum oleo ros. aqua ros. aceto & lacte mulieris puellam nutrientis

Prognostica.

Curatio.

Symptomata in causo habent rationẽ causæ, quare neglecto morbo, symptomata prospiciẽdum erit.

trientis,& farina papauer. albi. Etiam vtatur isto electuario,R.diapapau.zuc.ros.diadra.fri.ana ʒ.ij.misceantur. Fluxus sang.narium consueuit,ita quòd vix aut nunquam restringi potest,tunc si virtus est fortis, fiat phlebotomia de saphena eiusdem naris,per quam partē exiuit, aut de ambabus:si de ambabus fluxerit, aut fiat de basilica eiusdem lateris,aut de ambabus,si de vtraq; nare fluxerit. Et si virtus est debilis,fiat scarificatio fortis in extremitatibus, & apponantur frigida capiti. Isti autem ægritudini consueuerunt multa alia symptomata euenire, sicut est syncopis,dolor capitis,vigiliæ,sitis intolerabilis,prostratio appetitus, & fluxus ventris, sudor nimius, & similia. De istis omnibus dictum est in suis locis in hoc libro.Si autem materia non fuerit ita malitiosa,quòd possit expectare digestionē, tunc procedamus sic.Si materia est chol.rub.pura,indiget infrigidantibus & ingrossantibus, R. nymphææ aquaticæ. Et nota quòd succus huius herbæ multum valet ad castitatem.Nymphæa enim est quædā herba,cuius radix vocatur vngula cabalina, & flos eius nenuphar.R. igitur huius herbæ,hepaticæ,lentiginis,aquæ fontis,portulacæ, lactucæ ana ʒ.iij.succi cucurbitæ, succi melonis ana ʒ. ij. quatuor sem.frigidorū maiorum & minorum,nenupharis ana ʒ.j.vuarum passarum mundatarū ʒ.j iuiubæ,sebestēn, papaueris albi ana ʒ.ij.panis zuc. albi ℔.j.ß. fiat syru. Et est intelligendum,quòd ista materia est adeo calida acuta,& ita subtilis,quòd quasi stupefaciētibus indiget, & hoc est, quod scribit Hipp.lib.epidemiarum,excitare,stupefacere: quando enim materia est grossa, exiccantibus indiget: quando est calida, subtilibus stupefacientibus indiget. Et hoc vidi,quòd quidam febriens erat tantæ inquietudinis in manibus,pedibus,toto corpore,& in lingua, & oculis, quòd in vno situ in modico tempore esse non poterat: & dedi ab extra stupefacientia, tunc quieuit illa horribilis inquietudo,& dormiuit:deinde materia fuit digesta, & curatus fuit:ideo si muccillago psylij colata daretur, hoc bonum esset,aut syru.de papauere,aut syru.iuleb,aut syr.viol. quoniam in subtili materia,ingrossantia competunt,secundum Auic.4.canone,cap.de cura febr.putridæ in generali. aliquādo consideramus istam materiā cum deliberatione. Materia digesta,purgetur sic R. florum boraginis, florum

Causis aliis omnibus cō sentiētibus, vt plurimū per fluxum sanguinis narium terminatur.

Bixior Dio. vngula cabalina est,non autem radix nymphææ, vt putat Gordo.

Historia.

Medicamē deiectorii.

violarum ana ʒ.ij.quatuor sem.frigidorum ana ʒ.ij.fiat decoctio in qua dissoluatur cassiæfist. mund. tamarindorum ana ʒ.vj.detur in aurora, nec etiam aqua casei, vel brodiũ cicerum rub.nec myrob.nec rheub.competunt hic, & potissimè in principio.Pro cibo autem detur aqua hordei colata,si terminetur infra quatuor dies, si prolongetur vlterius,detur hordeatum. Si autem materia fuerit phlegma salsum,tunc pro digestiuo detur syr.factus de endiuia,scario.cichorea,politricho,capil.ve.re. & scolopendria,semina frigida,& hic bene possunt cõpetere,aqua casei,rheub. & cassiafist.Posset aliquis dubitare, quomodo est possibile,quòd phlegma salsum plus tingat vrinam quàm chole. citrina,cum in cholera citrina sit plus de cholera. Dico q triplex est causa. Prima est, quia illa portio choleræ, quæ est in phlegmate salso,est de se magna,ignita. Secũda causa est, quoniam phlegma salsum est magis grossum, ideo diutius ibidem caliditas seruatur.Tertia causa specialiter est hæc,quoniã phlegma salsum est putrefactũ in locis proximis cordi,ideo magis ignitur,quare magis tingit vrinã.

De colore cyanos, de contentis trumbosis, & de cura vlcerum vesicæ. CAP. XXII.

Color cyanus vel venetus,est color mixtus æqualiter ex nigro & albo.

COlor cyanos,est color varius, quasi mixtus ex albo & nigro:talis vrina cum contentis trumbosis,vlcerationem vesicæ significat, ideo propter vlcus, est diuersorum colorum.Signum autem vlceris est,stranguria, dolor circa pectinem & peritonæon,punctura,arsura,& mordicatio cum mingit,&c. Hic competit vomitus, & phlebotomia de saphenis, balneetur in aqua vbi sint cupulæ glandium, & quòd fiat ex eis emplastrum & vnguentum:valet etiam diadragantum frigidum, lapis hæmatitis confricatus in cote cum succo plantaginis donec rubeat: multum valet etiam diadragantum,lac,oua sorbilia, farina papaueris,& ea quæ dicta sunt in Lilio.Quæritur vtrum qualitates actiuæ dent colorem. Videtur quòd non:quod aufert colorẽ, non dat colorem:sed cal.est huiusmodi, quod patet, quia cum vinum rubeum distillatur, efficitur album,quare &c. Præterea primus effectus calidi est calefacere:sed colorare, nullum istorum est, quare &c. Oppositum vult Isaac, qui dicit, quòd qualitates actiuæ dant colorem. Dico, quòd vrina directè non coloratur à calido,nec remittitur

Curatio.

Quæstio.

à fri

à frigido, nec ab aliqua virtute hepatis nec renũ: cuius ratio est, quia color est extremum perspicui terminati. Vrina autem non est corpus terminatũ, quare virtute alicuius radij vel luminis colorari nõ potest. Præterea color est corporũ mixtorum, sed vrina non est corpus mixtũ: quòd ergo coloretur, hoc est per illud quod cũ ea substantia admiscetur: ideo cũ virtus attractiua renũ attrahit chol. vel sang. tunc vrina coloratur: & cum phlegma, tũc remittitur: cum melancholia, denigratur. & melancho. dealbat per accidẽs causando indigestionem & oppilando, quia non permittit aliquid permisceri. Cũ arguitur, quòd caliditas aufert colorem, dico quòd est per accidens, propter excessum transmutando ad aliam naturã, & sic posset esse in corpore, quoniam talis minus remittit, sicut patet in phrenesi. Ad secundũ dico, quòd caliditas calefaciendo digerẽdo, subtiliando, permiscendo, posset colorare non per se nec per suum radium nec lumen, sed cum hoc quòd procurat substantialem comixtionem.

De colore œnopos, & de cura apostematũ hepatis. CAP. XXIII.

COlor œnopes cum substantia spissa, & liuore manifesto, apostema hepatis significat. Apostematur autẽ aliquando pars gibbosa exterior hepatis, aliquando lacerti longitudinales, aliquando vterque, aliquãdo sima hepatis, scilicet pars inferior siue interior, aliquando mirach, aliquando venæ meseraicæ. Est autem in hoc apostemate triplex morbus, sicut in aliis apostematibus, scilicet consimilis, officialis, & communis. Causa istorum apostematũ aut est extrinseca aut intrinseca. Extrinseca, sicut casus, percussio, & similia. Intrinseca, oppilatio, retẽtio superfluitatũ: & specialissima causa est multitudo humorũ crudorum. Causatur ergo ex sang. cholera, phlegmate, melancholia, & ex vẽtositate: si est cal. feb. sequitur: si frig. nõ oportet sicut in apostemate. Signa distinctiua apostematis hepatis & pleuresis sunt multiplicia valde. Aliquando enim dubitamus vtrũ sit pleuresis vel apostema hepatis: & si est apostema hepatis, tunc pulsus est mollis, egestio quasi sanguinolenta, dolor grauatiuus non pungitiuus, discoloratio faciei transfica, decubitus bonus in parte sinistra, nullum istorum est in pleuresi. Si autem fuerit in parte gibbosa hepatis, apparet figura nouaculæ: si in lacertis, figura oblonga: si in transf

Hic color à Græcis vocatur οἰνωψ, id est, vinous, quia vt ante dictũ est, vini nigri speciẽ refert.

Causa.

Signa.

in transuersalibus, figura apparet transuersalis: si in vtroque, apparet figura crucis. Si autem fuerit in sima, tunc adest singultus, & prostratio appetitus, nausea & vomitus, dolor & grauitas circa hypochondria dextra versus inferius. Si autē apostema fuerit in mirach, discernetur quòd non est feb. nec difficultas in mingendo nec in assellando: nec est ibi dolor nec punctura, sed quædam grauitas sentitur, durities tamen tangitur interius. Si fuerit in venis meseraicis, tunc egestiones sunt duræ, albæ sine fœtore, & cō tractio saltem versus vmbilicum, prostratio appetitus, vrina innaturalis, febr. lenta, somnus molestus, melius iacet supinus. Si autē illa apostemata fuerint de causa frigida, non est feb. nec sitis, sed debilitatur appetitus, & retinetur egestio, & circa illas partes sentitur grauedo, & durities, sicut in oppilationibus. Si autem apostema debet terminari per saniem, tunc fortificatur feb. adest dolor & rigor in peritonæo, iuxta illud quod Hippo. dicit. Circa generationem saniei, fiunt dolores & febr. magis quàm facta sanie. Si autem apostema fuerit ruptum, tunc accidit tremor, & anxietas: & si declinatur versus vias vrinales, quod fit, quā do apostema est in gibbo, tunc est dolor renū & sanies apparet in vrina: quādo est in sima, tūc dolor stomachi adest, nausea, vomitus, & aliquando vadit materia sanioſa inter siphac, & mirach: cognoscitur per priuationem aliorum: & est mala terminatio, quando sanies non potest exire: tunc aperiatur venter, sicut in hydropisi: nam si remaneat, corro

Prognostic. dit: & ista sunt pericula vndique. Ista apostemata terminantur aut per resolutionem, tūc est bona terminatio: aut per saniem, quæ est mala: aut per duritiem & scliroſim, quę est pessima. Et est hic notandum, quòd quando apostema durum causatur in hepate, à principio curari potest, si non sequitur hydropisis, & hoc infra 5. dies, & tunc non sentitur vel discernitur durities, & talis hydropisis nō est curabilis. Intelligendū etiā quòd apostema quod est in gibbo, vtplurimum terminatur ad fluxum sang. narium. Secundo per sudorem. Tertio per vias vrinales. Apostema autem quod est in sima, terminatur vtplurimum per fluxum ventris: secundo per sudorem: tertio per vomitum. In apostemate cal. in primis fiat phlebotomia de basilica dextræ partis: & si nō inueniatur, fiat de basilica sinistræ: si nō apparet

Cura.

fiat

fiat de mediana: sin minus, de saphena: quoniam omnibus modis, & viis competit phlebotomia. Deinde caueamus, quòd venter nõ sit constipatus, quia apostema augmentaretur: nec sit nimis laxus, quia virtus debilitaretur. Si autẽ fuerit constipatus, fiat clystere. R. vuarum passarum mundatarum, iuiubæ, sebestem, liquiritiæ mundæ, quatuor se. frigid. an. ℥.1. prunorum numero 30. florum violarum. ℥.2. fiat decoctio, & in decoctione dissoluatur cassiæfist. mundæ, mannæ, tamarindi. an. ℥.ß. fiat clystere. Deinde intelligẽ dum, quòd cauendum est quantũ erit possibile, quòd apostema nõ mutetur in saniem: igitur fiãt in principio repercussiua. R. succi cucurbitæ, succi portulacæ, aquæ ros. acetl alb. coriãdri, ros. an. ℥.1. omnium sandalorum. ʒ.2. masticis, & panni tepidi infusi supra hepar apponantur. In augmento autem addamus istis, dactylos bullitos & cõtritos, & folia absinthij. In statu, ponatur emplastrum de dactylis, fœnugr. & se. lini. In declinatione mundificemus cum spicanard. squinanto, calamo aromatico, se. endiuiæ, scariolæ, iuiubæ, sebesten, liquir. mund. & ra. & ista vltima possunt applicari ab intus & ab extra. Deinde his non neglectis possumus in toto tẽpore morbi vti tali syr. R. endiuiæ, scariolæ, capillorũ ve. recentiũ, an. ℥.ß.4. se. frigidorũ, endi. se. scariolæ, item se. melonum, se. bruscі, se. asparagi, se. portulacę, se. lactucæ seu acetosæ, an. ℥.2. ro. ru. electarum. ℥.1. spicæ nar. squinanti. an. ʒ 1. omnium sandal. ʒ.2. carnium citoniorum non simpliciũ. ℈ 1. coriandri præparati. ℈.1. spodij. ℈.1. panis zuc. ℔.1. ß. aceti albi ℥.2. liquiritiæ mundæ, iuiubę, vuarum passarum mundatarum, an. ℥.ß. fiat syr. Materia digesta purgetur cum decoctione, de qua fit clystere. Absinthium valet ab intus & ab extra. Si autem apostema fuerit frigidũ, durum, cõpactum, in primis apponatur emplastrum quod diachylon appellatur: vel fiat tale emplastrum. R. radicis maluæ, radicis lilij, pinearum mundatarum, caricarum dactylorum, fœnigræci, semin. lini, vuarum passarum mundatarũ ab arillis: fol. absinthij, ro. ru. an. ℥.2. bulliant, conquassentur, & fiat emplastrum. Item vtatur tali syr. R. chamædreos, chamępiteos, eupatorij, stœchados, asari, dauci, costi. an. ℥.ß. spicæ nardi, squinanti, laccę, liquiritiæ mundę, vuarum passarum mundatarum. an. ℥.ß. capparorum conditorum. ℥.1. mellis ro. ℔.1. fiat syr. Intelligendum quòd secundum

Syrupus.

dum Hali.in hoc casu competit dialacea,& inuenitur R.in illo cap.23.in apostematibus cauendum est, quòd quando est in gibbo,quòd non purgetur per secessum:& quãdo est in sima,quòd non purgetur per vias vrinales. Materia digesta purgetur sic,R.agarici,turbith,an.3.1.aloës.3.2.spicę nardi,laccæ,foliorum absinthij, masticis, menthæ.an.ʒ.ß. oxymellis diuretici quantum sufficit,fiant pilulæ. Et si esset in gibbo,addamus asarum,squinantum,rubeam maiorem.an.3.ß. Apostema calidum dietetur cum hordeo & aqua hordei:frigidum, cum pulla parua & vino lymphato multum.Et etiã si fuerit apostema ex percussione,fiat phlebotomia:sicut si ex ventositate, apponantur ventosæ sine scarificatione: & si fuerit in mirach, curetur sicut illud quod est in gibbo:& si in meseraicis, sicut si esset in sima. Clysteria possunt fieri in apostematibus frigidis de pineis mundis,vuis passis,iuiubis,sebesten,& hierapicra. Quæritur, à quo datur substantia in vrina.Videtur quòd à qualitatibus actiuis. Facilius,secundum Gale. & Isaac,est dare colorem,quàm substantiam:sed qualitates actiuæ sunt fortiores quàm passiuę:quare substãtia veniet ab actiuis.Substantia datur ex bona commixtione & digestione:sed actiuæ ista procurant, cum sint fortiores,quare &c. Contrarium dicit Isaac:dicit enim, actiuæ dant colorem,& passiuæ substantiam.Dico,quòd sicut vrina non coloratur, nisi per hoc quod substantialiter sibi permiscetur:sed nec substantia, nisi per hoc quod sibi substantialiter permiscetur: ideo possumus dicere, quòd calidiras substãtiat tanquam causa remota, procurando bonam digestionem,& bonam mixtionem. Sed humidum virtuale hoc facit magis, cum substantia permiscetur cum vrina. De humido est planum cum sit semper cum materia.De sicco dico, quòd substantiat per accidens:aut quia parum permiscetur cum aquositate,dicitur quòd coloravit vrinã & attenuauit : non secundum veritatem attenuauit, ideo plus est de substantia quàm ante:sed pro tanto dicitur attenuare,quia notabiliter non substantiat. Et cum arguitur, dico quòd bene fit ab actiuis tanquam à causa remota, sed à passiuis fit tanquam à causa proxima. Vel posset dici,quòd licet passiuæ sint debiliores,in substantiando tamen non,imò fortiores cum humidis:sed si in materia nobili,& cõmixta, substan

Medicamẽ deiectorũ.

Quæstio.

tiali

tialiter reddit vrinam subſtantiatam. Ad ſecundum dico, quòd verum eſt tanquam à cauſa remota: ſed paſſiuæ plus tanquam à cauſa proxima.

De colore liuido, viridi, nigro, & de cura ictericia, &c.

CAP. XXIIII.

TAles colores apparentes in vrina, fœdum colorem in toto corpore ſignificant, & ſpecialiter ictericiam, aut croceam, vel viridem, aut nigram. Liuoris cauſæ ſunt omnia illa, quæ inficiunt ſpiritum mortificando, quæ immediatè approximant nigro: ideo accidit talis color in vrina propter materiã capitis rheumatizantẽ ad pectus: & adue nit propter phthiſim, peripneumoniam & aſthma. Accidit etiã propter vitia hepatis, ſicut eſt apoſtema, hydropiſis, & ſimilia, aut etiã propter vitia inteſtinorũ, ſicut eſt fluxus ventris, & ſimilia. Accidit etiã propter vitia veſicæ, renum & matricis, & etiam accidit in arthritica. talis ergo color mortificationẽ ſignificat. Color autẽ viridis ſicut in ictericia, prouenit à cauſis extrinſecis, aut intrinſecis. Si ab extrinſecis, ſicut eſt potio veneni, morſus reptilium, aut animalium venenoſorũ: aut comeſtio nimia rerũ calidarũ, ſicut eſt piper, allium, ſinapis, & ſimilia: aut nimius labor animæ aut corporis, & ſimilia. Si autẽ prouenerit propter cauſas intrinſecas, hoc aliquando eſt, quia venit per viã criſis, mũdificationis, & cum alleuiatione: vel prouenit propter nimium calorẽ hepatis, aut totius corporis: aut poteſt prouenire propter debilitatẽ hepatis nõ potentis mittere ad chiſtim fellis, aut quia chiſtis attrahere non poteſt, aut propter oppilationem meatus illius, per quẽ vadit cholera ab hepate ad chiſtim fellis, aut propter illius meatus oppilationem, per quẽ cholera mittitur ad inteſtina, aut propter alium, per quẽ vadit ad ſtomachũ, aut propter aliquã excrescentiam ortã in lateribus iſtorũ pororũ, ſicut eſt caro ſuperflua, aut verruca, & ſimilia. Similiter ſicut mutatur vrina, & color corporis ad colorẽ viridem propter cholerã viridẽ, ita quoq; immutãtur vrinæ, & colores totius corporis propter cholerã nigram. Prouenit igitur iſte color propter cauſas extrinſecas, ſicut eſt caſus & percuſſio, vel propter calorẽ nimiũ, & frigus. Sicut enim mors eſt vltimũ terribilium, ita color niger eſt vltimus omniũ colorum. Calor enim nimius, aut frigus nimiũ, inducũt colorem viridem

Colores ictterum ſignificantes.

Color viridis.

cum

cum excedũt,& vlterius cum excedunt, fit color liuidus:& quando veniunt ad vltimum, adducunt colorem nigrum.

Color niger & eius causa.

Color ergo niger prouenies ex causis intrinsecis, potest venire per viã mundificationis,sicut in solutione seb.quartanæ,& in passionibus mulierum,potissimè propter passionem matricis,& in solutione seb.adustarum, pessimarum, pestilentialium,& totũ discernitur ex alleulatione patientis. Potest etiam venire propter vitia hepatis,& specialiter propter vitia splenis,& illos tres meatus,quorum vnus vadit ab hepate ad splenẽ, alter vadit à splene ad stomachũ, & alter à splene ad intestina. Omne ergo quod multiplicat humorẽ melancholicũ, quod tamen nõ mundificat,est causa,quare vrina est nigra,& color cutis niger. Quando enim isti colores prouenium ex causis extrinsecis,tunc cognoscitur ex indicio patientis.Quando etiã ex intrinsecis, hoc est,ex passionibus notis membrorũ intrinsecorũ, sicut est apostema hepatis,aut splenis,aut durities, illa sunt nota per notitiã illius membri,quia passio est notabilis,quando est ex defectu expulsiuæ hepatis.

Causa occulta.

Causæ autem occultæ discernuntur sic, Si venerit propter debilitatẽ hepatis non potentis expellere,nec mundificare,tunc discernitur, quia egestio est quasi sanguinolenta,nec est sitis, nec amaritudo oris,& totum corpus est infectum quibusdam punctis minutis,aliquando nigris,aliquando rubeis,secundum diuersitatem materiæ:totum corpus vergit ad quandam aciem,

Signa ictericiæ propter caliditatẽ totius.

& omnes superfluitates expelluntur cum quadam difficultate:à principio est vrina remissa,& cum digeritur, intẽditur, & postea fit lutosa.Si prouenerit propter caliditatẽ totius corporis,tunc discernitur,quia magis macilentus, musculosus,pilosus,oculos habens citrinos in sanitate,& est calidus in toto cũ pruritu totius corporis. Sed si oppilatio, aut apostema sunt in chisti fellis , tales colores apparent quasi subito,tunc est nausea,sitis, amaritudo oris , egestio nõ est colorata,nec vrina, venter est cõstipatus & multum debilis.Si autẽ venerit propter oppilationẽ pori , qui vadit ab hepate ad chistim fellis,licet totũ sit supra simã hepatis,nthilominus ibi est porus, quoniã ille porus oppilatur,& tunc est signũ, quia vrina est colorata , egestio non, tunc est grauedo in parte dextra,& non potest ibidẽ iacere,sed in sinistra potest. Si autẽ ille porus per quem vadit

cho

cholera ad ſtomachum fueri t oppilatus, tũc ſentitur in ſtomacho pondus, aggrauatio, indigeſtio, & poſt cibum pondus & ſarcina, adeſt frigiditas in ſtomacho, & arſura ratione indigeſtionis: ſi delegaretur, tunc diuerſa fiunt, ſicut ad diuerſa loca mittitur illa cholera, quę deberet ire ad ſtomachum: & ſi delegaretur ad inteſtina, cauſabit fluxum: ſi ad veſicam, tinget vrinam: ſi ad totum corpus, cauſabit ictericiam. Si autem ille porus, per quem ad inteſtina mittitur, ſit clauſus, tunc egeſtio eſt alba, & alia mucilaginoſa. Si autem fuerit propter oppilationem & excreſcentias, ſentitur pondus grauedo, & quædam duricies. Si venerit propter ſplenem, cognoſcitur ſuo modo per iam dicta in nigra ictericia. Quando procedit ab hepate, non eſt purè nigra, ſed trahit ad quendam liuorem, tunc talia corpora vehementer extenuantur, & de difficili digerunt cibum groſſum, pondus & aggrauatio ſentitur circa hepar. Si autem fuerit à ſplene, tunc circa regionem ſplenis eſt tumor, duricies, frigiditas, intenſio appetitus, & egeſtio eſt nigra. In feb. acutis, ictericia ante ſeptimum diem, & in ſeptimo die cum duritie dextri hypochondrij, peſſimũ & mortale. Tumor & inflatio quæ non reſoluitur in ictericia, mortale ſignum eſt, quia contra naturam morbi eſt, nam ictterici non valde inflantur. Omnis ictericia, ſi veniat ſubito, ſiue paulatinè, ſiue cum febre, ſiue ſine feb. cum duritie dextri hypochõdrij, valde malum. In omni ictericia, in qua nulla ſequitur emendatio, & vrina eſt remiſſa, malum eſt valde. Iſta autem ſigna ſunt omnia mala, caſus appetitus, loqui cum difficultate, inſomnietas. Bona tamen ſigna ſunt quando vrina in principio eſt multum colorata, in tãtum etiam quòd pannus intinctus ita inficitur, quòd vix remoueri poteſt: bonitas appetitus, loquelæ bonitas, pulſus & ſomni bonitas. De ictericia quæ venit per viam criſis, non debemus nos intromittere, niſi quantum ad cauſam communicatam, ſicut dicetur in fine. In ictericia propter apoſtema hepatis, curetur apoſtema ſicut dictum eſt. In ictericia propter venenum, primo vomitus, deinde ictericia. In omni autem alia ictericia, ſi eſt corpus plethoricum, fiat phlebotomia de hepatica dextri brachij: ſi non inueniatur, de mediana: & ſi non poteſt fieri, fiat de ſaphenis: ſin minus, fiant vẽtoſæ cum ſcarificatione inter ſpatulas. In om-

Prognoſtic. Apho. 63. partic. 4.

Aphor. 71. partic. 5.

Apho. 42. particul. 6

Curatio.

ni ictericia præterquam in apostemate hepatis, competit vomitus cum succo mediani corticis sambuci, aut succo raphani, aut succo cucu. asinini, aut cum se. atriplicis, & apponatur cum quolibet oxymel diureticum, aut syrupus aceto sus. Deinde veniamus ad particularia: si enim causa est cal. apponantur medicamina frigida. In istis passionibus non sufficit vnum medicamen, quoniã oportet aliqua apponere frigida, aliqua calida, aliqua subtiliantia, & aliqua ingrossantia siue styptica. Fiat ergo in primis talis syrupus, siue veniat propter caliditatem hepatis, aut christis fellis, aut totius corporis. R. endi. scariolæ, portu. & sylvestris lactucæ, scolopendriæ, viol. capil. ve. re. hepaticæ, acetosæ, vngulæ cabalinæ. ana ʒ. ij. quat. se. frigidorum, se. endi. scariolæ, item se. melonis, se. bruscí, se. asparagi, sem. acetosæ. ana ʒ. j. ros. ru. electarum ʒ ß. berberis, sumach, sandolorum muscatelinorum. ana ʒ. j. aceti al. ʒ. iij. camphorę grana sex, panis zucca. lib. j ß. fiat syrup. Materia autem digesta, purgetur cum diapapauere, oxymelle laxatiuo, aut trifera saracenica reubarbarata. Si autem calefactio hepatis sit magna, & oppilatio modica, ponatur supra hepar, sicut est succus lactucæ, succus cucumeris, succus vermicularis, aqua ros. & acetum cum puluere sandalorũ. Si autem ictericia magna venerit propter hepar, fiat primo phlebotomia de hepatica dextra, deinde de parte sinistra. In omni ictericia de causa frigida, si fuerit oppilatio sine duritie, fiat tale medicamen, dum tamen non sit feb. apostema durũ hepatis, sicut dictum est, non recipit curationem, & si recipiat, hoc est in principio. R. capparorum, radicis gentianæ, ru. maioris, raphani, squillæ, radicis fœniculi, petrosili, bruscí, asparagi, & graminis. ana ʒ. j. conquassentur & temperentur in aceto fortissimo per diem & noctem. tunc R. eupatorij, scolopendriæ. ana ʒ ij. spicæ nardi, squinanti, calami aromatici, anisi, maratri, liquiritiæ mundæ, laccæ. ana ʒ. ß. rosar. ru. spodij. ana ʒ. ij. omnium sandalorum ʒ. ij. mellis lib. j. ß. fiat syrup. dosis ʒ. ij. Materia digesta, purgetur sic. R. diasenæ, diaborag. ana ʒ. ij. theodoricon emperiston ʒ. ij. misce, & fiant pilulæ. Contra infectionem cutis, corpore mundificato sudet in balneo, deinde fiat sic. R. succi raphani, vtriusque chelidoniæ, ana ʒ. j. conquassentur, & misceantur cum vino albo optimo puro, & vtatur de mane. vel accipiat ʒ. ij. de istis

Vomitus vbi cõpetit.

Syrupus aperitiuus optimè obstructiones liberans.

Curatio coloris fœdi ictteri.

de istis succis, & apponantur vini al. ℥. ij. & curabitur, si tribus diebus continuauerit. Deinde R. endi. scariolæ, acetosæ. ana lib. ß conquassentur, & bulliantur in aqua, vbi est acetum, suffumigetur facies, deinde abluatur facies cum aceto albo tepido, vel cum vino malorum granatorum, & vna gutta oculis instilletur. Quæritur de cõtrarietate quę videtur Gal. & contra seipsum Gal. videtur dicere, quòd color viridis causetur à frigore, prima particula prognostic. Dicit enim in commento super illã partem, Si in ægro corpore fuerit anthrax, &c. quòd quando est vincens in corpore humano, humor melancholicus est color liuidus aut viridis. & subiungit paulò pòst, Post nocumentũ verò in corpore, quando est magnum, facit euenire liuidum colorem: quoniam hic color est propinquus colori nigro: & quando est paruum, facit euenire colorem citrinum, aut viridem. Ex his verbis eliciũtur tria, scilicet quòd color liuidus causatur à frigido, postquam causatur melãcholia. Oppositum videtur dicere Gal. secunda particula prognostic. super illa parte, Vomitus sicut succus porri. in fine commenti loquẽs de colore viridi, dicit quòd aliquotiens causatur à cibis, ali quando mittitur ad stomachum & intestina, & significat illud caliditatem in corpore à natura egredientem, & ita videtur dicere, ꝙ color viridis causatur à calore, ita videtur contrarius sibi ipsi. Dico quòd color viridis causatur à calido adurente & frigido mortificante. Et Auic. cap. de vrinis, color viridis causatus à frigido, est color niger remissus, secundum Auic. quoniam non participat tantum de lumine, sicut quando causatur à calido. Quòd autem talis color possit causari & à calido & à frigido, hoc patet, quoniã caliditas excedens & frigiditas excedens, in nigrum terminatur: nunc autem color liuidus est ante nigrum, sed cum agens ex se, transmutat ad extremum, transit per medium. Illi autẽ colores sunt medij, quare transibit per illos. Quòd autem calor faciat colorem viridem, hoc patet sensibiliter, & scribitur ab Arist. in libello suo de coloribus. Nos videmus in principio Veris, cum calor solis incipit fortificari, omnes plantæ sunt virides, quãtum apparet supra terram: quod est sub terra, est alterius coloris: & melius etiam videtur, quòd folium, quod est ex parte solis, est viride magis, & quod est ab intus, est quasi subalbidũ: videmus etiã

Quæstio.

Prognostic. 16. lib. 1

Prognostic. 40. lib. 2.

Color viridis.

quòd aquæ concluſæ in lacubus in æſtate ſunt virides, ſed in hyeme non ſic. Ideò videns Gal. quòd color viridis poterat cauſari & à calido & à frigido, dicebat primo quòd cauſabatur à frigido, poſtea dicebat à calido, & ita nulla eſt contrarietas. Intelligendum quòd color cauſatur à luce & à diaphano, & opaco terminato. Si autem fuerit multitudo luciditatis cum diaphano, & paucitas opaci terminati, tũc cauſatur color albus. Si autem fuerit multitudo opaci terminati, paucitas luminis, & diaphani, tunc cauſatur color niger: & ſi mediocre ſe habeat, cauſantur colores medij: ita ſecundum diuerſitatem, diuerſi colores generantur, & ita colores quaſi poſſunt multiplicari in infinitũ, ſicut numeri & figuræ. Intelligendum, quòd triplex eſt ictericia. Quædam eſt quæ appellatur citrina ſeu crocea. Secũda eſt quæ vocatur viridis, à muſtella viridi & agreſti quæ vocatur pezazoleonis. Tertia eſt nigra, quę vocatur melanthiõ, nomine cuiuſdam fructus. Secundo eſt intelligendum, ꝙ vrina eſt nigra propter tria, aliquando propter vehementem aduſtionem, ſicut in feb. acutis, aliquando propter vehementem mortificationem, ſicut in proximo morituris.

Ictерus triplex.

Vrina nigra cauſa triplex.

Tertio apparet color niger, propter ſolutionem ægritudinum melancholicarum, ſicut eſt feb. quartana, ægritudines ſpleneticæ, & ſpaſmationes mulierum. Tertio intelligẽdum, quòd vrina corrumpitur propter tria. Ex digeſtione materiæ verſus finem, & eſt bonum. Secundo ex perturbatione humorum, & eſt malum. Tertio propter aërem nimis cali. aut frigi. & hoc eſt ſignum, nec bonum nec malum. Quarto notandum, quòd color viridis, vt dictum eſt, poteſt cauſari à calido & frigido: à cal. cũ eſt in groſſa ſubſtantia: à frigido, cum eſt in ſubtili. Et poteſt declarari. Color viridis eſt medius inter citrinum & nigrum, ſed citrinus cauſatur per viam inflammationis, & niger per viam aduſtionis. Iſta ergo concurrunt in groſſa ſubſtantia: ſed caliditas partim inflammans, & caliditas partim adurens cauſabit colorem viridem, ita ſignificat digeſtionem incompletam, & talis color eſt intenſus, cum ſit à caliditate: nunc autẽ cum frigiditas agit in ſubſtantiam ſubtilem humidã, non permittit humidum exhalare, ſed ipſum remanet verſus ſuperficiẽ, & ita cauſatur color viridis remiſſus approximãs ad liuorem, qui ſignificat indigeſtionẽ & cruditatẽ.

Vrina corrumpitur tribus de cauſis.

Quinto

Quinto intelligendum, quòd color niger causatur à calido & frigido. Quando enim frigiditas excedit, tunc comprimit humidum versus centrum, & priuat humidum versus superficiem, & ita partes superiores remanẽt siccæ, terræ mortificatæ, & ita causatur color niger, quia viridis remissus repellit. quando enim calidum est ita forte, vt premat humidum in superficie & in centro, per viam exhalationis, tunc vlterius aduritur, ideo causatur color niger, viridi intenso præcedente. *Coloris nigri causæ.*

Quæritur de contrarietate quæ videtur esse inter Auic. ex vna parte & Theophilum & Isaac ex altera parte, quòd detur primo vrinæ aliquid signando super digestionem, colorem, aut substantiam. Dicit Auic. ꝙ primo datur substantia, cum color non possit esse sine substantia. Oppositum dicunt alij, quia primo datur, quod est facilius, sed facilius est dare colorem, quare vniuersaliter procedit. Circa istam materiam est intelligendum, quòd quædã sunt signa digestionis occulta, quædam manifesta, secundum doctrinam Gal. in de crisi. Nanc signũ sumptum à colore, tantum est signũ occultum: sed signum sumptum à substantia, & colore, est signũ manifestũ. Secundo est notandum, quòd vrina cum sit quædã species aquæ sicut dictum est superius, nõ habet colorem, nec substantiam, nisi per illud quod sibi substantialiter permiscetur. Tertio est notandum, ꝙ substantia capitur hic pro quantitate: color autem sub qualitate cõtinetur: quãtitas seu positio magis approximatur substantiæ, quàm qualitas: ideo sequitur, ꝙ secundũ naturã substantia præcedit colorẽ: sed tamen tempore simul sunt: quoniam nõ potest causari color, quin detur substantia: nec substantia, quin detur color, suo modo loquendi. Sed quælibet substantia nõ est ita notabilis medico: quia substãtia nõ diuiditur nisi per 5. color autẽ per 19. ideo color est magis medico perceptibilis quàm substãtia, licet in se diuisiones coincidentes possunt esse hinc inde. Tũc descẽdo ad quæstionẽ, cum quæritur quid detur prius vrinæ, vel color, vel substantia, dico quòd nos loquimur, aut in ægris, aut in sanis. Si in sanis, tunc æqualiter datur vterq;, si fuerit homo boni regiminis, quoniam humores simul digeruntur in sima hepatis & in gibbo, & æqualiter trahuntur à renibus, ita çqualiter, aut æquè cito substãtiatur sicut coloratur, & econuerso, aliter natura non perfectè *Quæstio.*

operaretur, quod est falsum. Si autem fit in ægris, distinguo, quoniam natura aut agit super humorem calidum, aut frigidum: si supra ea. primus datur color, quia natura facit primum quod sibi facilius est: nunc autem modica portio choleræ colorabit & non substantiabit, sic quòd significet digestionem, & sic color præcedit: & nõ possumus dicere, quòd veniant simul color & substantia, significantia inquam digestionem: quia omnia natura inchoat ab indigesto, ideo oportet quòd primum fiat imperfectum quàm perfectum. In principio autem morbi, non potest perfectè manifestari ægritudo, cum principium secundum Gal. sit totum illud tempus in quo nihil digeritur, aut occultè digeritur. Signum autem occultum, vel à colore tantum, vel à substantia tantum est: & in principio morborũ signum manifestum apparere non potest. Quod inquam sumitur à colore & à substantia simul, quia tunc erit augmentum in morbis, ita talis natura ordinate regulariter se habente, primo dat colorem, cum sit facilius: postea dat substantiam, licet color non fundetur nisi in substantia, & ita color non posset dari sine substantia: tamen illa est modica, & non significat digestionem propter suam occultationem. Color autem manifestat se notabiliter. Si autem ægritudo fuerit de materia frigida, tunc primo datur substantia, quàm color: quoniam natura dat primo quod facilius est: facilius autem est ebullire, perturbare & permiscere, quàm veram formam hum. introducere, cum materia repugnet digestioni: talis autem perturbatio & cõmotio, substantiat vrinam, ideo prius est substantia, & significat digestionem occultam: quia natura incipit aliquid agere, perturbare & permiscere. Et si diceretur, nonne idem facit in calida materia? Dico quòd materia calida magis obediens est: ideo modica perturbatio sufficit ad introducendum formã subito: substantia autem est sicut materia, coloratio est sicut forma. Nunc autẽ colorare, non solũ significat perturbationẽ præcisè, sed quòd natura in materiam humorum formã introducit: ideo laudabilius signũ est color laudabilis sine substantia, quàm substantia sine colore laudabili: quoniã substantia sine colore, tantùm perturbationem significat, sed color significat ꝙ natura prius agit. Auic. intellexit de substantia in materia frigida in ægris.

Gale. de morborum tẽporibus. Signa sumpta à colore vrinæ et substantia.

De

De vrina fœtida. CAP. XXV.

VRina nõ fœtet de se propter duo: quia est corpus simplex, & quia est corpus humidũ, nunc autem fœtor est passio corporis mixti, & odor est passio corporis sicci. Nullũ autẽ istorũ cõpetit vrinæ: quare fœtor nõ erit in vrina: ꝙ autem inueniatur fœtens, hoc est propter vapores corruptos admixtos cum vrina: nunc autem egestio & vrina debent habere odorẽ grauem naturaliter: si nihil habeãt, debilitas virtutis significatur: & si nimis fœtent, malum, quia corruptio significatur. Si autẽ vrina multũ fœteat, & cesset per viam mũdificationis, bonũ: si verò subito cesset & sine alleuiatione, malum: quoniã debilitas virtutis significatur non potentis agere in materiã. Circa materiã vrinarum est intelligendum, ꝙ possibile est inuenire vnũ colorem, aut multos qui attestentur supra sanitatẽ. Quoniã si nos loquimur de sanitate absolutè, tunc est color rufus: si autem nos loquimur de sanitate cum latitudine, sic potest attestari color subrufus vel subrubeus & rubeus, secundũ diuersitatem cõplexionum: & isti colores proueniunt propter bonitatẽ digestionis in hepate & venis, & propter bonitatem cõmixtionis hu.cum aquositate. Secundo notandum de assimilatione vrinæ, in sanis & in ægris: cũ hoc intelligendum, ꝙ cum aliquis infirmatur, tunc debet medicus considerare qualis sit vrina in sanitate sua, & qualis est nunc, quum ægrotat: & tunc talis datur regula, Quanto plus assimilatur vrina ægritudinis vrinæ suæ naturali, tanto melius, quoniam paruitas lapsus significatur: & quanto plus distat, tanto deterius, quoniam magnitudo dyscrasiæ significatur, sicut patet de facie Hipp. 1. Prognost. Si autem vrina sanitatis, & ægritudinis sint omnino similes in principio, augmento, & statu, est pessimum signum & mortale: quoniam immutatio debet fieri necessariò ex morbo, cum factus sit patiens præter naturam. Quòd igitur nulla sit facta immutatio venenositatis, significatur esse, quòd natura non audet inuadere materiã morbi, sed agit tantùm supra cibum, ideo mortale. In declinatione autem possibile est, quòd assimiletur omnino in colore & substantia: licet in sano virtus sit fortior, nihilominus tamen plus accipit de cibo, & in ægritudine minus: modo quantum potest virtus fortis supra multum cibum, tantũ potest debilis supra

Fœtoris in vrina causa.

Progno. 9. lib. 1.

paucũ,& sic eundẽ producet effectum. Sed cum à materia morbi sit decisa hypostasis,pro maiori parte in ægris non erit perfecta similitudo:quare cũ sani sint boni regiminis,
Isaach. hypostasis,secundũ Isaach,cum sit decisa à nutrimento,nõ erit similis. Tertio intelligendũ,quòd cibus quantuncunq; fuerit de se temperatus,aut excellenter calidus,aut cuiuscunq; alterius conditionis,si tamen sumatur in nimia quãtitate,vrinã incrudat,& reddit albam & tenuem:quoniam cum venit ad primã digestionem,aggrauat naturam, debilitat calorẽ naturalem,& ita non potest perfectè transmutari ad formam chyli. Et cum venit ad hepar, debilitat similiter virtutẽ hepatis,& sic non potest rectificare præcedentia,additur in indigestionẽ, & non potest transmutare ad formã hum.cum hoc oppilat , & non permittit aliquid eliquari,ita reddit vrinã albam & tenuem,nec aliquis cibus dicitur talis,vel talis virtutis , donec in fine, ita quòd fuerit sensibiliter,vel sufficienter actus , & passus à calore nostri corporis secundum Gal. in de cõplexionibus. Ideo nullus admiretur,si piper,allia,& vinum purũ habent infrigidare & patientẽ frigidum inducere, potissimè faciũt hic calida,quia & se & alia cruda faciunt ad mẽbra penetrare. Quarto notãdum, quòd cibus subtilis & potus subtilis, si quantitatem excedant , citius nocent , & forte plus quàm grossiora,quoniã citius penetrant,& alia penetrare faciũt, ideo inducunt paralysim & similia. Sed grossiora diu morãtur in stomacho & hepate, & ratione longæ moræ, possunt digeri melius, aut ratione quietis,aut longi somni,& ita erit minoratum nocumentũ antequam veniant ad mẽbra. Et si dicatur quòd iam dicunt autores,quòd post medicinam potus est augmentandus:verum est, sed non tantum quin in stomacho & hepate digeratur. Ideo talis additio potus non debet esse crapulosa. Quinto notandum,q; si puer febriat,& habeat vrinam albam & tenuem, hoc est valde malum,quoniam ipsi sunt calidi & humidi,& habẽt fortem calorem in radice,ita bonam digestiuam , idcirco debent habere vrinam tinctam & spissam, quòd autem aliter se habeat,significatur,aut quòd vtitur crapula aut malo regimine,aut quòd virtus est valde debilis,& vtrunque est valde malum. Sexto est notandum , quòd pueri habent calorem radicalem æqualem in radice calori iuuenum, &

hoc

hoc probauit Gal. in de cõplexionibus per sensum tactus: quia sensus tactus est vera regula in cal. & frigido actuali, ideo multo cibo & potu indigent, scilicet subtili, & multo compartito per multas vices. Indigent enim subtili vt penetret, cum venæ sint strictæ, & propter hoc etiam indigent multo potu, vt faciat penetrare cibum: sed multus debet esse, quia talis est fortis in radice, & cum hoc indiget nutrimento & augmento: sed in multis vicibus debet dari, quia talis est heberatus sub multo humido. Ideo dicit Gal. 6. de morbo, quòd iuuenes cultus in melius mutant, sic & pueri, humida nec strictura venarum induxit fluxum ventris, sed fluxus ventris accidit propter oppilationem venarum meseraicarum & apostemationem earum.

De contentis. CAP. XXVI.

DE contentis breuiter volo pertransire, tum quia aliquid diximus superius in capitulo de regionibus vrinæ, tum quia venerabilis Aegidius satis bene tractauit. Contenta autẽ vrinæ sunt 20. quantum est de præsenti. Primum contentũ est circulus iuxta istum modum loquendi, quia supereminet vrinæ, licet propriè non sit contentum. Circulus ergo grossus, vel aquosus, significat quòd pars posterior capitis est phlegmate repleta: rubeus, significat sang. in parte anteriori capitis: citrinus, significat chol. in parte dextra: pallidus, melancholiam in parte sinistra: liuidus, principium mortificationis significat, & consueuerũt apparere in epilepsia. Viridis autem, principium combustionis significat, sicut in acutis febr. sed niger istorum significat complementum, potissimè quando prædicti colores præcesserunt, sicut est liuidus & viridis. De circulo autem tremulo, non videtur verum, cum tremor sit motus compositus morbi & naturæ, secundum Gal. 6. de morbo. In vrina autem non est motus, aliter morbus, nec natura, nec bellum, nec membrum: ideo talis motus non videtur possibilis, quare forte ab aliquo hoc visum fuit. Secundũ contentũ est ampulla, est enim ampulla contentũ magnum superueniens toti vrinæ, fit ex materia ventosa inclusa in humido viscoso, & significat eruditatẽ, indigestionem, dolorem capitis, ventris, lateris, renum, & partiũ adiacentiũ: in illis partibus potissimè humores multiplicantur, & vapores ascendentes, dolorem capitis inducunt, & ampulla

Circulus, vel corona vrinæ ambitum obtinet.

Ampulla vel etiam bulla fit à circumextẽto humore spiritui flatuoso.

Tertium. superius per violentiam est transmissa. Tertium contentum sunt grana. Ista autem grana causantur ex causa prædicta, ex humido viscoso includente ventum, sed causa nō est ita fortis, significat rheuma. Nunc autem sicut aqua condensata in aëre cum cadit, rotundatur, & causat grandinem: ita materia rheumatica cum descendit à capite, in via rotundatur, & generat grana minuta. Et si appareant in circulo, significant vt plurimum materiā rheumatizantem in cerebro existentem: si sub circulo, videtur quòd ca-

Quartum. dat ad pectus, & ratiò accidit contrarium. Quartū contentum est spuma, & sit ex eadem causa, & significat vniuersaliter eruditatem & viscositatem materiæ, & est vt plurimū alba: si est crocea, significat calefactionem hepatis: si est viridis, aduſtionē: si lucet, mortificationem: si nigra, vtrunq;.

Quintum. Quintum contentum est obumbratio, si contentū debeat appellari. Aliquando enim videtur vrina à media parte superius obumbrata, obscura: sicut nebula cum ponit se inter nos & Solem, reddit vmbram: talis significat perturbationem hu. & febrem in fieri, aut in facto esse. Et rarissimè accidit quin febr. adsit vel sequatur: & rarius accidit, quòd sit se-

Sextum. quin vrina sit obūbrata, nisi aliquando in principio, cum materia est cruda. Sextum contentum, quod appellatur nubecula spiritualis, est quædam glomeratio granorum, & tenet se in quadam nube alba vel quasi alba, & est quasi sub circulo, vt plurimum significat strictūram pe-

Septimum. ctoris. Septimum contentum, est quædam vnctuositas ad modum semicirculi, apparentis in regione perforata, quæ vt plurimū apparet cùm vrina vergit ad rufedinē, & spissitudinem: & proculdubio significat nauseam, aut vomitū,

Octauum. aut grauedinē stomachi, aut repletionem: & illud signum nunquam fallit. Octauum contentū, sunt quædā contenta minuta quasi stillantia, ascendentia & descendentia, & apparent in regione perforata, significant supra stomachi re-

Nonum. pletionē & motum nauseatiuū, & non est fallacia. Nonum contentum, est sanies & virulentia, prout aliquando à pulmone, aliquando ab hepate propter rupturam apostematis, & similia, aliquando prouenit à renibus, aliquando à vesica, & vt plurimū venit propter vlcera vesicæ, & viarum vrinaliū: tunc vrina est trūbosa in fundo, & fœtida: patiens dolet in istis partibus, potissimè cum mingit, & maximè

in

in capite virgæ, licet vlceratio sit in radice: est cum stranguria, & de difficili aut nũquam curatur, nisi in principio. Si proueniat à renibus, est cum dolore circa illas partes: si ab hepate, est cum grauedine partis dextræ: si à pulmone, est cum tussi, fœtore anhelitus, & dolore aliarum partium. Decimum cõtentum, est pinguedo, vnctuositas: cum est sine feb. apparens in vrina, à renibus prouenit: si est feb. à toto corpore procedit: si à renibus, vrina tincta statim apparet superius, & in magna quantitate: si in toto corpore, tardius apparet, & in minori quantitate. In prima autem specie hecticæ, sicut quædam guttæ: in secunda, sicut tela: & in tertia, sicut oleũ: & si proiiciatur super lapidem, sonat sicut si esset æs effusum. Vndecimum contentum, est hum. crudus, habet similitudinem cum sanie & hypostasi: & in hoc casu debet vrinale leuiter concuti, si dispergatur de facili, & de facili reuertitur ad suũ locũ, hypostasis est: & si fiat econtrario, hum grauis crudus est, cum quo etiam nõ habet figuram acutam, nec pineatam, sed semper diuulsam. Sanies autem habet colorem quasi fuscum, & quasi liuidum, & est semper globosa, viscosa, cũ magna difficultate separatur, facit quędam filalata, & est semper cũ fœtore, & ille hu. crudus diuersa facit symptomata, secundũ quòd vadit ad loca diuersa: si vadit ad intestina inferiora, inducit tenasmonẽ, si ad vesicam, inducit stranguriã, & sic de aliis, & ista cognoscuntur per dolorẽ loci. Duodecimum cõtentũ, est sang. sanguis enim quãdoq; prouenit ab hepate, vel à ruptura venæ chilis, & discernitur per dolorẽ & grauitatem loci, tunc sang. est clarus, multus & nũdus. Aliquando enim venit à vesica, tunc est grossus, trumbosus, quasi fœtidus, & cognoscitur etiam per dolorẽ loci: quando autem sang. fluit à renibus, tũc medio modo se habet, & discernitur ex dolore loci. Tertiumdecimum cõtentum, sunt arenæ, materia enim lapidis sunt arenæ. Lapis autem generatur in multis partibus corporis, licet potissimè in renibus & vesica: si in vesica, arenæ sunt albæ, & est dolor in partibus vicinis: si in renibus, tũc sunt rubeæ, & dolor circa partes illas. Et quando apparent arenę, & subito deficiunt sine alleuiatione, lapidem confirmatum significant. Si autem acceperit mundificatiua, & subito cessauerit, & cum alleuiatione, fractionem lapidis, & mundificationem significat.

Decimum.

Vndecimũ.

Duodecimum.

Tertiumdecimum.

cat. Aliquando tamen arenæ sunt rubeæ, & videtur quòd significent lapidem in renibus, tunc debet vrina colari, & illa contenta in vmbra siccari. Si sunt mollia, tracta bilia, adustionē hum. in venis significant. Si autē sint aspera, dura, supra renes attestantur. Si arenæ fuerint magnæ, tanto deterius materia mixta significatur. Quarumdecimū contentum, sunt pili, & attestantur supra hum. grossos inuscatos in concauitate renū. Et hoc est quod dicit Gal. 4. partic. Aphoris. 27. Aphoris. Quibus in vrina pingui, ibi dicit, & à vesica non potest dissolui cōtentum ita longū, cùm illa sint similia squamis. A substantia renū dissolui est impossibile, cū talia cōtēta sint lōga, rotūda, nec à venis, nec à neruis: prius enim totum corpus esset dissolutū. Non attestantur ergo nisi supra hu. grossos, viscosos, sicut testatur Gal. de illo qui comederat fabas fractas & caseū. ideo quiescāt illi versus Aegidij, Forma pili similis, &c. Quintumdecimū contentum, sunt furfurea cōtenta. Furfurea sunt quædam parua, quæ quidem dissoluuntur in superficie mēbrorum, quanto paruiora, tanto deteriora, secundum Galen. in prognost. super illa parte, Et si cuiusdā hypostasis furfurea fuerit, comparādo tamen ad petaloidalia seu squamosa, quod idem est, siue ad crimnoidalia. Et ita contenta furfurea, aut proueniūt à vesica, aut à toto corpore. Si à vesica, vrina est naturalis, & sine feb. si à toto corpore, vrina non est naturalis, & cum febr. & significat liquefactionem seu dissolutionem membrorum radicalium solidorū, sicut est vena. Ideo talia contenta in feb. sunt pessima: quando autem veniunt à vesica, non est ita malum. Et de hoc loquitur Hippo. versus finem quartæ particulæ, Quibus vrina pingui existente furfurea sedimina mingunt, his vesica scabit. Si autem venerit à toto corpore, tunc de his loquitur Hippo. in prognost. & dicit, Et si eiusdem furfurea fuerit. & in fine dicit, peior tamen quæ dicta sunt furfurea. Sextumdecimū contentum, sunt contenta squamosa, seu petaloidalia, & sunt contenta lata, sed non spissa, de quo sit curandum: & significant quando sunt cū febr. principiū liquefactionis membrorū. & litera Gal. in prognost. allegata talis est, quod est, quia quod primum liquefit in huiusmodi febr. est adeps recens, nouus: deinde liquefit post illum, qui est durior & antiquior, & post illum caro recens mollis: deinde post illam

Quartumdecimum.

Quintumdecimum.

Aphor. 77 partic. 4.

Petaloidea, id est, lamina.

antiq

antiqua dura: deinde post, membra dura ipsa. Et quando liquefiunt membra, vides in vrina partes inæquales similes petalis. Decimum septimũ cõtentũ, sunt contenta crimnoidalia. Ista autẽ sunt cõtenta grossa, ad modũ tritici grossiter confracti: talia contenta attestantur supra adustionem hu. aut carnis, & non attestantur supra membra solida, secũdum Galen. ideo inter ista tria grossa sunt minus mala: quia impossibile est, ꝙ à membris radicalibus dissoluãtur sed adustionem hum. significant, secundum Gal. in prognosticis super illam partẽ, Et si eiusdem hypostasis furfurea fuerit. Et Hippocr. facit mentionẽ in 7. partic. Aphoris. qui dicit, Quibuscunq; in febr. in vrinis hypostases crimnoides sunt superius non tenues, lõgam ægritudinem significant. Et Gale. dicit, quòd talia contenta in febr. mortem significant: hoc est dictum, quòd illi qui moriuntur, cito moriuntur: & qui euadunt, longo tẽpore euadunt: quia secundum Gale. hum. fiunt crudissimi, ideo tandem digesti. sed nullibi dicit Gale. quòd contrnta crimnoidalia decidererentur à membris solidis. Ideo non possunt attestari supra tertiam speciẽ hecticæ, sicut opinatus est Aegidius, ideo dormiant illi versus, Certa fides per crimnoides. Decimumoctauum contentum, sunt contenta alba, minuta, totunda, ad modum loturæ amydi. & talia possunt attestari supra arteriam, & si attestantur supra cõceptum, iterũ apparent quædam contenta filosa quasi seminalia, & hoc potest esse in septem primis diebus: & de talibus melius est tacere, quàm loqui. Et cum ista ab hu. resoluantur in corporibus plenis, ideo ratione ęquiuocationis, sub clusis palpebris est transeundum. Decimumnonum contentum, sunt contenta spermatica, quæ consueuerunt apparere, aut propter coitũ præcedentem, aut propter repletionem vasorum, aut propter paralysim vasorum & gonorrhœam, tũc emittitur insensibiliter, & inuoluntariè, & sine delectactione, & est passio, in qua oportet satis velociter remedium adhibere. Vigesimum contentum, sunt contenta cineroſa, puluerulenta, quæ attestantur super malas dispositiones splenis, ani & matricis. Quæritur vtrum contenta crimnoidalia possint decidi à carne. Videtur quòd non, quia tale contentum est grossum, & tunc oportet quòd cùm caro sit extra venas, quòd subintret venam: tunc aut subintrat per latera, aut per

Contenta dicũtur à Græcis crimnodea quæ crimna, id est, grandiuscula hordei effracti in polentis habẽt partes vetustas, quia nõ sunt exactè molitæ.

Quæstio.

per orificia:per latera venæ non, quia oportet quòd vena frãgeretur,& ita exiret sang.nec per orificia,quia illa sunt capillaria:quare non videtur possibile,quòd contenta crimnoidalia decidãtur à carne.Iuxta hoc quæritur quę contenta sunt peiora. Videtur quòd crimnoidalia, quia illa sam peiora quæ maiorem dissolutionem significant,& cau sam fortiorem.Hæc sunt crimnoidalia,cũ habeant trinam diuisionẽ,& talia non possunt dissolui, nisi à fortissimo calore,quare &c. Contrarium vult Hipp.quia furfurea sunt peiora.Dico quòd contenta crimnoidalia possunt dissolui à carne:calor enim excedens dissoluit prius quod est magis dissolubile:ideo magis & prius resoluit calorem & spiritum:deinde hum.dissoluit pinguedinẽ,& adipem:deinde carnem nouiter generatam siue coagulatam: postea antiquam & solidam:deinde superficiem membrorum solidorum:& tunc euenit mors, licet antea possit longe euenire. Intelligendum igitur,quòd orificium venæ est delatabile: quoniã venæ capillares oculoꝝ cum replentur sanguine, sunt visibiles, cum accidentia refugerent sensum, & cum hoc caro est cõfigurabilis & tractabilis, eò ꝙ est mollis.Et illa caro quæ est dissoluta iuxta orificium venæ capillaris, impellitur à membro,in quo dissoluta est in orificio venæ, tanquam superfluum:tunc orificium dilatatur,& caro siue contentum crimnoidale iuxta naturam foraminis configuratur:& attrahitur ratione caloris venę,cũ calidi sit attrahere:& ratione vacui, cum ad vacuum attrahatur, & vena est inanita ratione feb.Et ita est possibile, ꝙ appareat,quoniã paulatinè postea ad vesicã expellitur. De primo quæsito dico, quòd si esset possibile quòd illa tertia contenta venirent ab eodem mẽbro,tunc quanto maiora,tanto minus mala,& quanto minora,tãto deteriora,cum maiorem consumptionem significent. Sed fortè nõ est possibile,quoniam si calor debilis agit in carnẽ,tũc liquefacit eam sicut oleum,ideo contentum furfureum à carne dissolui nõ potest.Si autẽ calor sit fortis, sic quòd adurat hu.postea agat in carnem,tunc resoluit in contenta crimnoidalia,possunt dissolui à vena,quia non habet talem trinam dispositionẽ, sicut habet crimnoid.nec à neruo potest dissolui,quoniam cum ner.sit solidus antequam actione caloris possit dissolui in talia contenta,prius aduenirет mors,& ita secundum

Gal.

Gal. quanto minora, tanto deteriora, & quanto maiora, tanto minus mala, cum veniat vt plurimum ex vstione humi. Nihilominus talia contenta in feb. acutis, mortem significat. possibile est tamen euadere, & qui euadunt, longo tempore euadunt, sicut dictum est autoritate Gal. Et est intelligẽdum, quòd contenta petaloidalia non solum possunt esse alba, sed etiam rubea, & attestantur supra adustionem sanguinis inchoatam: quoniam si esset quasi cõpleta, forte essent nigri colores. Et tunc potest quæri, quomodo lapis renũ potest intrare vesicam, cum in vesica extrà nullum appareat foramen, imò etiam ventus ingrossatus ingredi nõ potest. Dico, sicut dictum fuit superius, quòd vesica habet quoddam foramen versus collum, & illud non est rectum, imò oblongum, quasi si vna tunica diuideretur in duas, & appellatur apud Gale. foramen diagonale: & lapis renum cum vrina vadit vsq; ad illud foramen quod dilatatur, & ita ingreditur. Cùm autem vesica est extracta extra corpus, tunc illæ duæ pelliculæ incuruantur & coadunantur in tantum quòd nec aqua, nec ventus exire potest.

De hypostasi. CAP. XXVIII.

HYpostasis debet habere quinq; conditiones. Prima, ꝙ sit albi coloris: membra enim radicalia in natura sua sunt alba, & digestio procedit assimilãdo, ideo significatur quòd hypostasis membris assimilata est: significatur ergo bonitas tertiæ digestiuæ: & per cõsequens secũda: quoniã tertia supponit secundam, & per cõsequens primam, quia secunda primã præsupponit. nam bonitas coloris in hypostasi, significat bonitatẽ digestionum omnium: attamen aliquando apparet alterius coloris: quoniã aliquando est rubea, & significat longum morbum, sed salubrem: aliquãdo subrubea, & significat longiorem: aliquando est coloris viridis & liuidi, tunc significat mortificationem: aliquando nigri, & illa significat sepulchrum. Secunda hypostasis, debet habere substantiam continuatam in suis partibus, tũc significatur quòd digestio est completa, & non remansit aliqua ventositas dirimens aut impellens. Tertia conditio est sumpta ex parte apostematis, scilicet quòd omnes suæ conditiones laudabiles continuè & quotidie appareant: & per hoc significatur, quòd materia est vna homogenea & vniformis, & quòd natura agit vniformiter, & *Color bonæ hypostasis.* *Substãtia.* *Conditiones sumptæ à cõtentis vrinarum.*

& significatur etiam ꝙ patiens est boni regiminis. Quando autem hodie apparet, & cras non, tunc contrarium eorum quæ dicta sunt, significatur. Quarta cõditio, est forma & figura. Figura enim hypostasis debet esse lata inferius, & acuta superius, cũ partes grossiores cõstituant basim, & leuiores acumen, sicut patet in flãma: quare sua forma debet esse ad modum pyramidis, vnde in sanis, aut est nulla aut pauxilla ad modũ hypostasis aquæ ro. In infirmis autẽ debet esse maior, quoniam virtus nõ est ita potens cõsumere nisi forte quãdo materia est cholerica, corpus rarũ, virtus fortis, & tempus calidum. Quinta cõditio est locus, debet enim naturaliter esse basis in loco fundi, & acumen debet superius cõtineri, & per hoc significatur, ꝙ ibi non fuit aliqua ventositas impellens: sicut patet in enæoremate, vbi ventus impellit hypostasim vsq; ad mediũ: & sicut nephili, vbi ventus impellit hypostasim vsque ad summum vrinæ. Quando autem residet, significatur perfectio digestionis, ita quòd venti non remanfit aliquid impellens de partibus hypostasis. Sed tamen nigra residens, deterior est, quàm supernatans: quoniam nigredo significat mortificationem: & quando supra natat, significatur quòd ibi est aliqualis caliditas resoluens materiam in vaporem. Circa istam materiam sunt dubitationes siue notabilia: ideo quęritur, vtrum hypostasis veniat à tertia digestiua. Videtur quòd non: quia simile videtur de sanie, quæ attestatur & generatur ex humore & de hypostasi, & cum hoc hypostasis attestatur supra humore & humores proueniunt à secunda digestiua & deciduntur. Oppositum volunt omnes. Dico quòd hypostasis materialiter deciditur à secunda digestiua, sed formaliter à tertia, ideo supra vtrunq; attestatur: & hoc patet, quia quando est ad inferiora, tunc non habebit talem figuram. Oppositum volunt omnes. Respondeamus ad primum, dicendo, quòd hypostasis est naturaliter albi coloris, quia licet decidatur à materia vel massa humorali naturaliter, & ita à secunda digestiua: nihilominus tamen formaliter deciditur à tertia digestiua: ideo est alba, quia membris radicalibus assimilata, quæ naturaliter sunt alba. Et per hoc patet, quia quo ad materiã assimilatur, non quo ad formam, quoniã digeritur vlteriori digestione, & ibi acquirit digestionem. Ad secundã quæstionẽ dico, quòd in fundo debet resi-

Figura.

Quæstio, cuius conclusionis excrementum sit hypostasis etiã naturalis.

residere: quoniam hypostasis est superfluitas impura, ideo habet multas partes terrestres, quare residet: & ex hoc bonitas digestionis, quæ non dimisit ventum impellentem super hypostasim. Et cum arguis, quòd oportet digesta esse leuiora: dico quòd verum est per comparationem ad seipsa indigesta propter admixtionem partium immundarū: & ꝙ indigestiora supernatant, hoc est ex violentia, propter ventum impellentem. Ad tertiam quæstionem, dico ꝙ figuram debet habere pineatam, pro tanto, quia non est omnino homogenea, imò sunt ibi quædam partes terrestres magis, & quædam magis aëreę, & ratione partium terrestrium petit magis inferiora, ratione aërearum petit magis superiora, & ita causatur figura acuta, sicut apparet in flamma. Et cum arguitur, ꝙ est grauis: dico ꝙ verum est, sed secundum magis & minus, minus graue situarur superius, magis graue inferius. Quæritur quæ hypostasis sit peior. Videtur ꝙ rubea sit peior, quia simile videtur de sputo & hypostasi. Sed sputum subrubeum est melius rubeo, secūdum Hip. & Gal. quare & hypostasis. Probatur: hoc videtur rationale, quia subrubeum magis approximatur albo quàm rubeū, quare subrubeum erit melius. Oppositum vult Theophilus, dicit enim ꝙ hypostasis ru. est melior subru. Dico ꝙ subru. est duplex: quædā antecedit rubeum, & quædam est quę sequitur: quæ antecedit, est deterior, quoniā est a quosa, & nondū venit ad digestionem: rubea magis accedit, ideo talis ru. est melior: nunc autē aliud est subrubeū, & tale causatū est per vlteriorem digestionē, quod est melius, & de tali subrubeo loquitur Hipp. & Gal. & per hoc patet solutio, quoniā hoc secundū subrubeum magis accedit albo, quàm primū subrubeum, nec etiā rubeū, & ita dissoluitur cōtrarietas. Quæritur, vtrum color viridis possit in hypostasi apparere. Videtur ꝙ non, quia aut hoc veniret ex parte materiæ, aut ex parte formę: ex parte materię non, quia illa non est viridis: nec ex parte formæ, quæ est caliditas, quoniam illa digerit. Probatur, capilli sunt ex actione tertiæ digestionis vel digestiuæ, & illi non sunt virides, quare nec hypostasis. Oppositum volunt authores. Dico ꝙ hypostasis est multum humida: color autē aduenięs potest inducere colorem viridem, quoniam agit in humidum: ideo quia partim adurit, & partim nō: ideo causat talem colorē: sed si perfectè adurat, vol

Hip 2. prognosticorū.

Quæstio.

Oppositio.

mortificat, vel causat colorem nigrum in hypostasi. Color igitur viridis præcedit nigrum, & niger est in termino. Et cum arguitur, dico quòd non fit ex parte materiæ, sed ex parte formæ seu caloris adurẽtis seu mortificãtis. Ad aliud quod dicitur de capillis, dico quòd non est simile, quia capilli causantur ex materia melãcholica sicca, sed virtus est in humido. *Quæstio.* Quæritur vtrum enæorema nigrum prædicet crisim per rigorem: videtur quòd non: quia nigredo causatur per viã aduſtionis, rigor causatur à frigore, quare, &c. Tale signum non significabit rigorem. Oppositum vult Theoph. Dico quòd enæorema subnigrum in causone, potest significare rigorem, quia duo sunt quæ significãt quòd adhuc est ibi virtus. Vnum est subnigredo. Secundum est locus hypostasis quę est in medio: ideo possibile est quòd fiat crisis per rigorem, & sudorem per consequens. Et cum arguitur quòd ibi est frigiditas, dico quòd hoc est per accidens, quoniam materia pungitiua lædit neruos, & ita reuocatur calor ad interiora; quare potest causari frigus in extremitatibus.

DE VRINARVM CAVTELIS TRACTATVS, MEdico futuro necessarius.

***

CVM VRINA tibi ad iudicandum fuerit præsentata, pete cuius est: si dicat, mulieris, dicas quòd habet magnam repletionem stomachi, quia sic sunt in sanitate, cũ sint semper in otio & multum frigidæ, & multum comedentes, & male digerentes. Item potes dicere, quòd ipsa patitur dolorem capitis per interualla ratione stomachi. Item semper dicas de matrice in vrina mulieris. Videtur enim mulieribus quòd quicquid patiuntur, id patiuntur ratione matricis. Item potes dicere, quòd magnam habent humiditatem matricis, quæ fit cum fluxu menstruorum præsentium vel præteritorum. *Quo pacto occurrendũ sit impostu-ris, quæ fiũt* Item potest dici, quòd oppilata est interius, quòd videtur esse natura morbi. Si vero portans dicat quòd est vrina viri, dicat medicus, si est intensa, quòd patitur oppilationem hepatis, vel etiam quòd patitur dolorem

lorem capitis: si dicat quòd non, imò in pectore. Respondeat medicus, totum euenire à capite. Potest dicere, siue sit vrina viri siue mulieris, & plus excreat de mane quàm de vespere, cum sit facta tertia digestio. Item petat, vtrum morbus diu durauerit: si sic, quòd concludat quòd patiens sit duræ ceruicis, quia ratione morbi, calor & spiritus sunt consumpti. Item si portans in facie sit male coloratus, & male dispositus, dicat medicus quòd vrina est sua. Si vero portatur pro tentando, & medicus petat cuius est vrina, & dicat alter, nescis? dicat ipse bene scio, sed expedit interrogare. Et vltra petat si portanti attinet, & cuius sit officij, vt inde sexum noscat. Quod si non notificat, dicat medicus & significat oppilationem hepatis, vel splenis, propter caliditatem vel frigiditatem, secundū & fuerit intēsa, vel remissa, & & diaphragma est coniunctū costis, non determinādo se ad morbum. Item si vrinæ mediæ noctis & auroræ portentur simul, prima est minus intensa vel digesta, secunda autem magis. Itē si habet concurrentem, qui prius viderit vrinā, petat si per alium visa sit: nam prius non debet iudicare quàm sciat quid alius dixerit de illa. Item si patiens est in periculo, dicat medicus quòd de mane sibi afferatur, vt sciat de morte eius. Itē si portetur alter liquor, vide hypostasim, quia non habet vt vrina, licet aqua ro. & decoctio ficuum faciat hypostasim, mouetur tamen ad motum aquę, quod sic non est in vrina. Item vrinæ subiugalium sunt multum turbatæ, & etiam non habent circulum. Item vrina hominis, prope oculos videtur spissior, & remota ab oculis subtilior & clarior, quod non est de aliis liquoribus. Item si portetur in quantitate pauca, dicat quòd non est tota. Item aspice diligenter portantem, quia si velit te decipere, mutabitur color. Item pete cuius ætatis est patiens: quia si est senex, patitur in stomacho, quòd sit frigidus, & quòd oppilatur, & propter hoc aliquod membrum dolet, scilicet caput vel hepar. Item si times de aliquo, asperge modicum supra digitum, & pone ad nāsum. Item si est de fructibus, non est residentia, nec pineatur, sed mouetur ad modum liquoris. Si quæratur quem morbum patitur, dicat quòd non interroget morbum, sed potius remedium. Si dicat quod in cap. videtur habere febrem, dico quòd nescit distinguere febrem inter alios morbos.

ab eis qui vrinas ad medicos deferunt.

Vrina hominis quomodo à liquoribus animalium distinguenda.

Capitulum de regulis obseruandis in ingressu domus infirmi.

CVm vadis ad infirmum, primo tange pulsum, loquere ei, & per animalem scilicet virtutem est notificata vrina. Item si est in periculo, non vadas ad eum, sed mitte nuntium. Cum vadis ad patientem, semper fac aliquid de nouo, ne assistentes reputent te ignarum. Item si habes concurrentem, primo aspice vrinam. Item occupa portantem semper petendo sexum, ætatem, officium, & quicquid poteris. Item nota bene, & diligenter differentiam inter vrinam hominis, animalis & alterius liquoris. Quia in vrina animalis, dum est calida, sunt fumi ascendentes inter latera vitri, & descendentes, & isti sunt spiritus: in aliis liquoribus non reperitur hoc. Etiam nota per odorē & per contenta. Item circulus videtur, & inuenitur in vrinis aliorum animalium eiusdem coloris cum vrina: sed circulus vrinæ hominum est diuersarum dispositionum: quia prima est aquosa, quæ attestatur phlegmati: secūda rubea, quę attestatur cho. tertia magis ru. quæ attestatur sanguini: quarta declinans ad nigredinem, quæ attestatur melancholiæ.

Que medico facienda.

Circulus vrinarum animalium colore non dissimilis vrinæ hominū.

Itē vriua hominis est clara propter multos spiritus. Item substātia vrinæ hominis, magis declinat ad mediocritatē. Item hypos. vrinæ hominis, est pineata vel saltem tendens ad eam, & si agitatur, cito recedit, in aliis autem non. In vrina hominis non est liuiditas notabilis sicut in aliis. Nota aliquas conditiones. Primò, respice gratanter portantem, & in recessu eodem modo, quia tunc melius respōdebit ad quæsita, & plus laudabit te. Et pete de tribus, scilicet de sexu, ætate & tempore durationis. Si respōdeat ꝙ est mulier, responde quòd patitur in anchis propter confractionem, si prolem habuerit. Si vero non, tunc patitur propter aggrauationem superfluitatum in illo loco, quòd habet malum in stomacho, quòd multi fumi ascendunt ad caput, & quòd patitur oppilationem in lateribus. Si videris alia signa, tunc consequenter iudica. Si vero vir, dic ꝙ patitur in renibus propter superfluitatem, & patitur tussim, abundat in stomacho phlegma, si sit inuenis. Tertio pete quod artificium facit, & nō dicas quis vel quæ, sed semper dicas personam. Quarto incipe dicere multa de capite vsq; ad stomachum, & dicere statim, tunc forte appræhēdit particularia, & particulam ægritudinum, & dicet. Quinto considera in

Conditiones quæ necessariæ in vrinæ inspectione.

quo

quo tempore: ver pro phlebotomia, æstas pro fri. & ca. hepatis, autumnus pro quartana, & hyems pro catarrho.

Capitulum de cautelis vrinæ diuisim.

DEinde sunt cautelæ circa vrinas, quibus possumus nos cauere à deceptionibus. Prima itaque cautela sit, an sit vrina hominis, an alterius animalis, vel sit alter liquor: & si hominis, quatuor modis cognoscitur. Secunda cautela sumitur à portante: tu enim debes eum fortissimè respicere, & tenere oculos fixos supra ipsum, si velit te decipere, subridebit aut ridebit, aut color suæ faciei mutabitur, cui debes dare maledictionem perpetuam. Tertia cautela sumitur à portante, socio vel socia: tu enim debes videre, an portans sit discoloratus vel discolorata: & si nõ, vide de socio: & postquam certificatus es quòd hominis est vrina, ita dic, In veritate ista vrina similis est vobis, etiam dicas de discolorato, quoniã patefiet tibi de ægritudine sua. & conuenit de hoc de pauperibus siue mediocribus, quia si fuit potissimè grauatiua, ducit ad medicum. Quarta cautela sumitur à diuisione sexus, cum vetula vult scire tunc cuius est: & dic tunc, Vetula, nomẽ scitis cuius. tũe respice ipsam oculo discooperto, & quære quid attinet tibi: & si non sit nimis falsa, dicet, cognatus vel cognata, vel aliud per quod poteris discernere. Si dicat, non attinet mihi: quære tunc quid consueuit facere in sanitate, & ex actione poteris cognoscere sexum. Quinta cautela, debes quærere an sit senex, si dicat quòd sic, debes dicere quòd multum patitur in stomacho, & quòd multum sit frigidus, etiam quòd mane plusquam in alio tempore, nam senex naturaliter habet stomachum frigidum. Sexta cautela est, an sibi diu durauerit an non. si dicat quòd sic, dicas quòd totus est iracundus, & quòd nemo potest sibi seruire, & similia. Si dicat quòd sibi diu non durauerit, dic sibi quòd totus est aggrauatus, quia communiter in principiis morborum est multa materia aggrauans membrum. Septima cautela est multum generalis, cum forte non cognoscis morbum: tunc dic sibi quòd habet oppilationem in hepate. Si dicit, Non domine, imò dolet caput, vel renes, vel alia membra, tunc debes respondere quòd procedit ab hepate vel stomacho, & poteris vti hoc nomine, oppilatio, quia non intelligunt quid significat, & multum expedit vt non

Prima.

Secunda.

Tertia.

Quarta.

Quinta.

Sexta.

Septima.

Octaua. intelligatur locutio ab eis. Octaua est de cõceptione, quærit vetula, quare non potest imprægnari: forte tu ignorabis causam, sed dic, quòd causa est quòd non potest retinere semen mariti sui, quod bene faceret, si esset bene dispositа. *Nona.* Nona est de muliere, an sit senex, an iuuenis: & habebis hoc propter dicta: si sit vetula, antiqua, dic sibi quòd habet omnia illa mala quæ habent antiquæ, & cum hoc ♀ habet multas superfluitates in matrice. Si vero sit iuuenis, dic sibi quòd dolet in stomacho, & quandoque inferius, & venit à matrice vel à renibus: & quandoq; in anteriori parte capitis, & venit à stomacho: & quandoq; in sinistra parte, & venit à splene: & quãdoq; in dextra parte, tunc venit ab hepate: imò quod plus est, impedit visum quandoq;, & quod dolet seu sentit grauitatem in cruribus, & potissimè quando laborat, ideo debes te reddere multum occupatũ in spuendo, fumigendo seu mundando nasum. Si vetula infestet te de vrina, dic sibi eam negligendo, quid attinet tibi, aut quare infestas me tantum: & si dicat sic, tunc habebis sexum: & si dicat non, tunc dic, vt prius in quarta cautela. *Decima cautela sumpta à vini colore.* Decima cautela sumitur à vino al. vel à citrino: si tu dubites de hoc per aliam cautelã, depone coopertorũ vrinalis, & effunde modicũ, taliter quòd effundendo id vinũ tangat digitum, & postea debes sibi dare vrinale, & facere apparentiã quòd debes mucare nasum, & senties odorem vini: postea debes iterum capere vrinale, & dare sibi cum eo, & dicere, vade in confusione. *Vndecima à liquoribus fictitiis.* Vndecima cautela sumitur ex liquore facto ex aqua & melle, sicut est hydromel. Considera ergo spumã, quia est citrina propter mel, quod est citrinum: & si non haberet spumã, debes concutere vrinale, & veniet spuma in superficie. *Duodecima.* Duodecima cautela sumitur ex liquore facto de ficubus, & etiã de vrticis: quarum hoc posset cognosci per primam cautelã, cum videbis patenter residentiã iuxta circulum, tangendo vrinale, cedit, nec facit rotunditatẽ nec pineam, sicut facit vera hypostasis. *Decimatertia sumitur à nuntij interrogatio.* Tertiadecima cautela est, quandoq; quærit vetula, qua ægritudine laboret: tunc debes respondere, Vos non intelligetis me, si dicerem vobis: sed melius esset vobis, si quæreretis quid facietis: & tunc videbit quòd habes rationẽ, & tacebit statim, sed forte dicet, Domine, mihi videtur quòd multum sum calida, quia videtur quòd habeam feb.

tunc

tunc debes dicere, ita videtur vobis & aliis laicis, qui nescitis distinguere inter febres & alios morbos. Quartadecima cautela est, cum fueris vocatus ad patientem, primo tangas pulsum, post respicias vrinale, & fac eum loqui, vt tibi appareat dispositio animalis virtutis: quibus omnibus cognitis, melius & certius poteris facere iudicium de vrina. Quintadecima cautela est, quòd si patiens fuerit in mala dispositione, sic quòd credis ipsum mori in crastinũ, non vadas ad ipsum, sed mitte famulũ, vt portet tibi vrinã de bona hora, quia tu vis quòd parent pro prandio, etiam visa vrina tu dices, ꝙ debet sibi administrari: & sic ex relatione portantis, tu poteris iudiciũ habere super infirmo, vtrum sit in bona dispositione vel in mala. Sextadecima cautela est, quòd quando venis ad patientẽ, quòd specialiter velis facere aliquid de nouo, ne dicant quòd nil scis facere nisi cum libro. Decimaseptima cautela est, quòd si per infortuniũ venias ad domum infirmi, & inuenis eum mortuum, forte dicet aliquis, Domine ad quid venisti? dicas ꝙ non propter hoc, quia sciebam ipsum moriturũ ista nocte, sed volebam scire in qua hora mortuus est. Decimaoctaua cautela est, quòd si habueris socium concurrentem, quem credis esse deceptorẽ, sis solicitus quòd vadas ad domum patientis primo, quia fortè perturbabit tibi vrinã, ex qua tunc non poteris habere perfectũ iudicium. Decimanona cautela est, quòd si præsententur tibi duæ vrinæ eiusdem patientis, & velis scire quæ sit prima, quære qua hora surrexit de nocte: quia si in aurora, inter secutum tẽpus digestionis, quæ magis est digesta & rubea, illa erit prima, si sit fæculenta. Si verò ante mediam noctem surrexit vel circa tempus digestionis, discernas quæ minus digesta est, & minus rubea est vrina prima. Aliæ deceptiones non possunt fieri, quando teneantur ista in mente: & caueas tibi, quoniam magnus honor est Medico si sibi cauere sciat, quia multotiens interrogatur. Nota etiam, quòd nunquam debes iudicare de duabus vrinis simul: hoc est, si sint duo qui veniunt ad te cum duabus vrinis diuersis, fac vnum exire, & loquere cum alio, quia forsan dabis vnam responsionem duobus, videbitur eis quòd semper hoc dicis.

Decimaquarta à faciendis circa ægrum.

Decimaquinta à periculis morbi ægrotantis.

Decimasexta.

Decimaseptima.

Decimaoctaua.

Decimanona ab inspectione diuersarum vrinarum.

Nota.

Nota etiam quòd medicus debet esse in cognoscendo studiosus, in præcipiendo cautus & ordinatus, in respon-

dendo circunſpectus,& prouidus, in prognoſticando ambiguus,in promittendo iuſtus, & non promittat ſanitatẽ, quoniam extirparet tunc dictum officium, & faceret Deo iniuriam,ſed promittat fideliter,& adhibeat diligentiam. Et ſit in inueſtigando diſeretus, & diligens, in ſermone modeſtus,& etiam in aſpectu beniuolus: patiens vero debet eſſe in omnibus obediens.Et ſic eſt finis, Laus Deo.

DE COGNITIONE PVLSVVM, TRACTATUS vtiliſſimus.

Pulſus quid.

PVlſus eſt nuntius qui nõ mentitur,præco quĩ occulta referat, motibus contrariis diſpoſitionem cordis, arteriarum, & totius corporis manifeſtans. In iſta deſcriptione tangitur tota materia pulſualis. Primo enim dicitur, quod eſt nuntius qui non mentitur:pulſus enim nõ poteſt mentiri propter veritatem vel virtutem eius, cui atteſtatur,& hoc eſt cor & arteriæ, cum pulſus ſit motus cordis, & arteriarum.Nunc anima primo & principaliter inquantum operatur, in corpore quieſcit, principaliter ſedet in corde,ſicut dicit Ariſtot.verſus finem libri ſui de motibus animalium,& dat exemplũ in monarchia. Sicut enim monarchia eſt in qualibet parte ciuitatis, ſed magis in illa, vbi rex regit totam ciuitatem:ita anima eſt ſubſtantialiter in corde,& exinde regit totum corpus hominis,licet ita ſit inquantum eſt principiũ ſenſus,motus, & nutritionis: inquantum tamen eſt forma & perfectio, tota eſt in toto,& in qualibet parte eius,ſecundum Auguſtinum.Sicut igitur in anima quantum eſt de ſe,nullũ eſt mendacium, ita nec in ſeruitore eius qui eſt pulſus. Probatur, non poteſt eſſe mendacium in pulſu propter nobilitatem eius à quo procedit,& hoc eſt cor.Et de hoc loquitur Auic.in can.Maiori autem philoſophorum videtur,quòd cor eſt principium omnium virtutum, & virtutes mittuntur mediante pulſu propter calorẽ naturalem & ſpiritum, ideo in pulſu non poteſt eſſe mendacium.Probatur,cor eſt rãtæ nobilitatis, quòd nullum membrorũ; poteſt in ſuas operationes ſine ſuo

Pulſus nuntius veràx quare.

suo beneficio, secundum intentionē Gal. interiorum, parti cula 5. versus principiū. Et pro tanto dicebat Auic. q̄ spiritus vitalis cum est in cerebro, efficitur animalis: & cū est in hepate, efficitur naturalis: & cum est in singulis mēbris, disponit ea ad suscipiendum sensum, motum, & nutritionem. Cum igitur pulsus sit nuntius motus cordis, & cor sit tantarum nobilitatū, sicut in tanto principe non est mendacium, sic nec in nuntio eius qui est pulsus. Probatur, Alneredus scribit, q̄ cor est vitæ domiciliū, & vitam consulens, sicut ordinauit Deus. Postquā igitur cor est tantarum perfectionum, & pulsus est motus cordis, impossibile est q̄ in pulsu sit mendaciū: bene igitur dicebatur, quòd pulsus est nuntius qui nō mentitur. Et sequitur postea, præco qui occulta referat. Sicut enim præco stans in arce longinqua videns & propinqua, occulta referare potest, quæ in illo to to ambitu sunt, sic pulsus ab arce cordis prosiliens in toto corpore, occulta manifestat: per pulsum enim possumus iudicare de fortitudine, debilitate, vita, de die & de hora mortis, sicut in scientia de pulsu particulariter est declaratum. Pulsus enim incipit in principio vitæ, & nunquā desinit vsq; in hora mortis, & est signū indomabile, quod nunquā fallit, nec deficit postquā incipit, nec in tēpore somni, nec in tempore vigiliarū: quoniam ille motus procedit ab anima, non inquantū potentia vegetatiua, quia sic esset in plantis: nec inquantū sensitiua, quia sic esset cum quadam debilitatione: nec à potentia intellectiua, quia non habet organū: sed illa procedit ab anima, inquantū est forma & perfectio: ita motus cordis est motus specificus: qui igitur dedit formā, dedit & motū. Quia vita procedit ab anima mediante motu cordis, ideo manente vita, manet & motus, qui pulsus appellatur: ideo quando deficit ille motus, signū est quòd vita deficit. Pulsus ergo est præco, qui referat occulta, quia vitam & mortē. Et sequitur, motibus cōtrariis, &c. Pulsus enim nō est aliud quàm motus & quies: ibi enim dilatatio, & post constrictionem est quies, post quietem est constrictio, & post constrictionem quies. Cum igitur dilatatio & constrictio sint motus contrarij, & motus contrarij non possint esse sine quiete media: ideo necessariū est, q̄ sit quies post dilatationem. Cum igitur dilatatio cordis & arteriæ sunt, tunc aperitur foramen partis

Motus pulsus ab anima.

dextræ cordis, eleuantur pelliculæ, & repletur concauitas dextra cordis sanguine venali, qui procedit ab hepate, & in eodē instanti subintrat aër, qui procedit à pulmone, vt infrigidetur cor quoq;, in eodem instanti dilatatur arteria magna, procedens à parte siniſtra cordis, & repletur sang. venali digesto in siniſtra parte cordis, & in eodem instanti infrigidantur arteriæ per orificia sua capillaria terminata ad superficiē corporis. Tria igitur foramina aperiuntur in dilatatione cordis, scilicet illud per quod ingreditur sang. ad cor, & illud per quod venit aër à pulmone ad cor, & illud per quod vadit sang. arterialis ad arterias. Et quando ista dilatantur, alia tria clauduntur, scilicet illud foramen, per quod exit sang. à corde ad venas nō pulsatiles, & illud per quod vadit sanguis subtilis stillaræ rubedinis à corde ad pulmonē, & illud per quod vadit sanguis à dextra parte cordis ad siniſtram partē cordis, & in illo tempore mittitur caliditas & spiritus ad singulas partes corporis, inquātum arteria repletur sang. arteriali, calore & spiritu, & post illa omnia quiescit omnino. Aliter enim nō posset reuerti à circunferentia ad centrū, cum non fit motus circularis, tunc statim incipit motus constrictionis, & tunc clauduntur tria foramina prædicta, & aperiūtur alia tria, scilicet illud per quod vadit sang. à corde ad venas non pulsatiles, & illud per quod vadit sang. à parte dextra cordis versus siniſtram, & illud per quod vadit sang. subtilis ad nutriendum pulmonē, & postea quiescit. Deinde insurgit motus dilatationis, & ita deinceps, & propter hoc sequitur, quòd motus cordis, & arteriarū in tēpore sanitatis, corpore se habente vniformiter, sit subitaneus: In eodem enim instanti in quo mouetur cor, mouentur omnes arteriæ corporis simul: & quando constringitur, omnes cōstringuntur. Et ad hoc credendum inducit sensus, autoritas, & ratio. Sensus declarat hoc, cum aliquis sanus est in lecto, & ponit manū dextram supra regionem cordis, & manū siniſtram supra arteriam dextram, sentiet motum vniformē & æqualem sensu, ergo credendū est. Autoritate patet Haliab. 7. Theoricæ lib. regum, qui ponit hunc motū vniformē, & æqualē, hoc vult etiā Ha. in techni. supra illa parte, Per Chirurg. 11. &c. Hoc idē dicit Gal. in de tactu pulsus. Rationabile etiā est, quoniā vbi est eadē causa, & idem finis, ibi erit idē motus: hoc autem

autem est in corde, & arteriis, quoniã causa communis est eadem & finis etiã, qui est infrigidatio, & fumosarum superfluitatum expulsio, quare &c. Et est intelligendũ, quòd licet simul tempore moueatur cor, & arteriæ, nihilominus nõ eadem specie motus: quoniã motus cordis est velocior & motus arteriarum tardior: quoniã extremum cordis magis distat à centro, quàm extremũ arteriæ. Et quia magnitudo est maior, & motus est in eodẽ tẽpore, oportet quòd motus cordis fit velocior, nec foramina sunt ita clausa, quin in constrictione ad clausa aliquid possit mitti: prima mittũtur ad foramina, quæ tũc aperta sunt, vt visũ est. Istis igitur motibus cõtrarijs manifestatur dispositio cordis, arteriarũ, & per cõsequens totius corporis in tẽpore sanitatis, in tẽpore ægritudinis, & in tẽpore neutralitatis: nedũ etiam dispositio modorũ, sicut apparet exercitato in partibus pulsuum. Scientia igitur pulsualis est multũ vtilis, quoniã per eã cognoscimus morbũ, particulã pat. & similia ac cidẽtia. Si enim pulsus est serrinus, significatur apostema: si est durus, & tẽsus, significatur ꝙ est in mẽbro panniculoso: si est magnus, velox, & frequẽs, significatur ꝙ ibi est feb. & secundũ intẽsionẽ & remissionẽ istorũ, significatur intẽsio, & remissio accidentiũ. Nihilominus scientia pulsuũ est difficilima. Primo, quia minimę eius immutationes cognosci nõ possunt, secundũ quod dicit Hali. 7. theoricæ libri regũ. Secũdo, quia nõ habemus ita perfectè cui cõparemus, sicut habemus in vrinis, ideo deficiũt nobis exẽpla. Tertio, quia oportet ꝙ quasi in nõ perspecto tẽpore habeamus notitiã omniũ generũ, omniũ specierũ, & hoc quotiescunq; tangemus pulsum. Quarto, quoniam cõstrictionem pulsus solus Deus nouit, & Gal. seruus eius, & quidã alij pauciſſimi. Et dicit Gal. quòd postquã habuit notitiã cõstrictionis, portę pulsuũ fuerũt sibi patefactę. Quinto, est difficilis valde propter pulsum inordinatũ, vel ordinatũ. Ad hoc enim ꝙ notitia huius pulsus habeatur, oportet habere quatuor. Primũ est ꝙ habeat intellectũ eleuatum: secũdo: ꝙ habeat sensum tactus perfectiſſimum, tertio, quod habeat lõgam experientiã in tangendo pulsum: quarto, ꝙ habeat perfectè notitiã omniũ proportionũ muſicaliũ. Et quia illa sunt valde difficilia, ideo Deus & Gal. habuerunt notitiam huius pulsus ordinati. Nullus tamen desoletur propter ista, quia ars est

Gal. de pulsibus.

finit

finiti in infinitum cõpendium: ideo tota ista multitudo reducitur ad tria, ad virtutem scilicet monẽtem, ad calorem scilicet & necessitatem, & ad arteriam, scilicet obediẽtem. Et secũdum diuersitatem istorum, omnia genera pulsuum complentur. Tota autem natura pulsualis, non est aliud quàm motus & quies. Ex parte autem motus accipiuntur illa tria genera. Magnum, paruum, & medium cum suis speciebus constituunt primũ genus. Velox, tardus, & medius, constituunt secundum genus. Fortis & debilis, constituunt tertium genus. Ex parte autem quietis, accipitur vnum genus, & est frequens, rarus, & ita non habemus nisi quatuor genera pulsuum principalia. Sed tũc venit ratio, & incipit operari ista tria genera principalia, & referre vnum alteri: tunc eliciuntur tria genera pulsuũ reflectẽdo de supra principalia, & sunt, decidẽs, incidens: æqualis, inæqualis: ordinatus, & inordinatus. Et licet ista tria genera essent materialiter, fortè nũquã essent formaliter, nisi esset ratio: sicut nec tẽpus inquãtũ est mensura, nõ esset formaliter, nisi esset ratio, licet esset subiectiuè seu materialiter. Deinde venit arteria, & vidit quòd nõ poterat cõstituere pulsum, nec principaliter, nec annexè, sed rogauit ꝙ acciperetur per quandam largã acceptionẽ, vel attributionẽ, & totaliter de gratia, tunc ex cõsistentia, fuerunt elicita tria genera pulsuũ, scilicet, durus, mollis: plenus, vacuus: calidus, & frigidus. Et ita fuerũt decẽ genera pulsuũ: & fortè bene respicienti nõ erunt nisi nouẽ genera, quia ordinatus & inordinatus continẽtur sub æquali & inæquali. Species autẽ pulsus inæquales sunt multæ, sicut est serrinus, fluctuãs, vndosus, arcualis, martellinus, caprizãs, cauda soricina tortiua, & retornatiua, cordosus, ramosus vermicularis, formicãs, & sic de aliis. Intelligendum, ꝙ proprius pulsus omnũ febr. putridarũ est: quoniã cõstrictio est velocior, quàm dilatatio, propter multitudinẽ fumorũ putridorũ, expellendorũ. Et quies post cõstrictionẽ breuior est, quàm quies post dilatationẽ, potissimè quãdo virtus incipit minorari. Intelligẽdũ ꝙ post perfectã crisim, pulsus paulatinè incipit vigorari, & post malã crisim, cõtinuè incipit diminui. Ad particularia autẽ pulsuũ nõ descẽdo, quoniã secundũ virtutẽ meæ debilis potẽtiæ, aggregaui supra librum venerabilis Aegidij de pulsibus, & cui illud nõ sufficit, ad istud trãsuoluatur. Intel

Pulsus proprie quid.

lig

ligendum etiam circa istã materia, q̃ spiritus vitalis procedens à corde ad arterias, & ad singulas partes corporis, est causa sensus motus, & principiũ vitæ: quoniã omnia membra disponit ad suscipiendum vitam. Sed dilatatio & cõstrictio cordis, est causa cõseruationis, vnde cor & arterię mouẽtur, & propter virtutem communem existentẽ hîc, & ibi propter virtutẽ propriã cuiuslibet, scilicet cordis & arteriæ, & hoc huius particularis, quoniam virtus specifica arterię alia est in brachio, & alia in crure, cũ quodlibet mẽbrum habeat virtutem propriam per quam agit propriã operationem secundum Gal. Auicen. & alios &c.

BERNARDI GORDONII DE CONSERVATIONE VITAE HVMANAE Liber vnus.

PROOEMIVM.

SECVNDVM intẽtionem Aristo. 1. Ethic. vita humana est triplex, scilicet vita voluptuosa, vita ciuilis seu politica, & vita cõtemplatiua seu speculatiua. In prima vita nulla est felicitas: quia viuentes secundum voluptuositatem & persecutiones delectationũ sensibiliũ sunt sicuti pecudes: & ideo qui sic viuit, sub se viuit. Secunda vita est vita ciuilis: & in hac vita cadit felicitas. Homo enim est naturaliter animal ciuile & associabile & politicum, secundũ Aristo. 1. Ethico. & sic acquirit prudentiam & temperantiã: & sic viuens felix est felicitate, inquam, politica seu ciuili: & qui sic viuit, secundum se viuit. Tertia vita est vita speculatiua, qua homo viuit supra se speculando æterna & diuina. Et ideo dicebat Augusti. Quando superiora contemplamur, in hoc mundo non sumus. Viuit igitur qui sic viuit, vita angelica: viuit seu diuina: quia supra se viuit. Et in hac vita seu modo viuendi habetur felicitas, quæ possibilis est in hac vita. Hanc autẽ beatitudinẽ nullus potest acquirere ex

Vita humana triplex.

Vita voluptuosa.

Vita ciuilis.

Vita speculatiua.

Beatitudo vnde acquiratur.

ex suis principiis naturalibus, sicut crediderunt & male, philosophãtes primi: quoniam supernaturalis est: & ideo sine gratia gratum faciẽte acquiri non potest. Qui igitur superiora contemplatur cum gratia gratum faciente, quę de sursum homini aduenit, ille felix est. Nunc autem secundum hũc modum loquendi tres sunt ętates. Est enim ætas,

Ætas triplex.

1 in qua viuunt homines vita voluptuosa, & est ætas puericiæ, quæ se extendit vsq; ad annos quatuordecim vel circa.

2 Secunda autem ętas est, in qua viuunt homines vita ciuili seu politica, & est ætas adolescẽtię seu iuuentutis, quę se extendit vsq; ad trigintaquinque annos vel aliquantulum plus.

3 Tertia autem ætas est, in qua viuunt homines vita angelica seu diuina, & est ætas senectutis, quæ extendit se vsq; ad extremum vitæ.

Puerorum vita.

Primum autem potest manifestari secundũ hunc modum. Pueri enim sunt dati deliciis, & cibis & potibus, & somno, & ludis, & iocis: & propter hoc dicebat Gal. versus finẽ Prognosticorum super illum canonem, Spasmus conuenit pueris, quòd pueri nullis rebus intendunt, nisi soli comestioni, hoc est solum delectationibus, & potissimè ciborum & potuum. Et propter hoc dicebat Aristo. Non differt omnino puer ætate, aut moribus puerilibus. Patet igitur quòd modica aut nulla vtitur ratione: cum nõdum sit in annis discretionis. Et ideo Gal. & alij sapientes dicunt de viro occulto, cùm habet signa quasi occulta maniç, quòd habet stoliditatem infantialem. Patet igitur quòd ætas pueritiæ non est ætas felicitatis, cùm habeat stoliditatem infantialem, & non aduertat nisi ad delectationes: & ideo viuũt quasi vita bestiali. Tota igitur prima ætas continetur sub vita voluptuosa, in qua nulla penitus felicitas continetur.

Adolescẽtia vitæ.

De secunda autem ætate, scilicet adolescentiæ & iuuentutis, sic manifestatur quod dictum est: quia ista est ętas, in qua homines viuunt secundum se, quod ciuiliter & moraliter & cũ associatione est.

Ex ciuilitate triplex bonum acquiritur.

Hoc autem est proprium huius ætatis, cùm homo sit animal associabile & ciuile natura secundum Aristo. 1. Ethicorum vt dictum est. Ex hoc acquirit homo triplex bonũ. Primò enim acquirit ex ciuilitate vitę necessaria. Vnus enim sibi sufficere non potest, & ideo oportet quòd sint multi, quorum quidam vtantur arte fabrili, sicut est frenifactiua, coriorum præparatiua, lanifactiua: & cum hoc etiam arte

lignif-

lignifactiua, aurifabrili, & ita de aliis. Ista autem omnia inueniuntur in ciuitatibus. Ex his igitur omnibus acquiruntur vitæ necessaria, & ita acquiritur esse: viuere autem viuentibus est esse. Secundum autem quod acquiritur est amicitia: aut quia morantur homines in vna ciuitate, aut in vno vico, aut in vna domo: sine amicis autem nullus potest bene viuere: ideo nullus eligit viuere sine amicis, sicut scribitur 8. Ethi. in principio. Tertium quod acquiritur est recte viuere & secundum virtutem: qui autem viuit secundum virtutem non potest male agere: quoniam virtus est habitus laudabilis, per quam operationes fiunt laudabiles & bonæ, secundum Aristo. secundo Ethicorum. *Virtus quid sit.*

Nunc autem in qualibet ciuitate debent esse leges & iura municipalia, per quæ reguntur virtuosè: & ideo oportet quòd istæ leges constituantur vel à principe vel à populo, vel ab aliquo qui habeat virtutem condendi, puniendi & præmiandi. Hęc autem oportet quòd procedant à duobus, & à lege naturæ, & à lege humana facta per viam rationis. *Leges à quo sint constituendæ, & vnde procedant.*

Lex autē, quæ docet viuere secundum virtutē, triplex est, scilicet honeste viuere, neminem ledere, & vnicuiq; quod suū est, tribuere: illa autē scientia, quæ tractat de anima & moribus, est multum nobilis secundum Aristo. 1. Ethico. nunc autem scientia moralis seu legalis, quæ docet rectè viuere, partim tractat de anima: quare est multum nobilis. Qui igitur viuit ciuiliter, viuit feliciter, quantum est de politica vita seu ciuili: nunc autem in ætate præcedenti non possunt viuere vita politica seu ciuili, cùm nondum sint in annis discretionis. Et hoc est, quod tangit Aristo. 1. Ethico. cum dicit, Amplius autem passionum executor existens inaniter audiet, & inutiliter: quia finis eius est non cognitio, sed actus: differt autem nihil iuuenis sit secundum ætatem, an secundum morem iuuenilē, sicut dictum est. Nunc autem homines existentes in prima ætate, sicut declaratum est, sunt persecutores desideriorum, & ideo non possunt esse felices. Oportet igitur quòd adolescentes & iuuenes gaudeant istā vita, cùm iā sunt sub annis discretionis. *Lex recte viuere docens est triplex.*

Tertia ætas est ætas senectutis, & in hac vita viuūt homines supra se: quoniā ducūt vitā cōtēplatiuā seu speculatiuā diuinam aut angelicam. Et hoc est quod scribitur in Leuitic. 19. Corā cano capite cōsurge, & honora personā senis: *Senū vita.*

senes

senes autem adhæsiones habent ad superiora, cùm contemnant inferiora. Et hoc est, quod dicit Aristo. 2. Ethico. in fine. In Troia Seniores populi afficiebãtur ad Helenã dicẽtes, Abiiciamus eam, hoc est, non respiciamus eã: aspectus autẽ mulieris inter omnia summè corrũpit mores. Et hoc est, quod scribitur Ecclesiast. 9. Non respicias mulierẽ speciosam, ne fortè incidas in laqueos eius. Et sequitur in litera, Non respicias virginem, ne forte scãdalizetis propter decorẽ eius: nunc autẽ à talibus illicitis summè cauẽdum est propter multiplicem deceptionem secundũ intentionẽ Aristot. 6. Ethico. vbi loquens de Cyprigenia dixit. Venus dolosa regina Cypria. Patet igitur quòd senes ista omnia contemnũt, cùm in senibus sit prudẽtia iuxta illud Aristo. in Topicis, Nemo eligit iuuenes duces, eo quòd non constet esse prudentiores, senes autem eliguntur. Et hoc est, quod dicebat poẽta, Senex fidelis prima credendi via. Patet igitur quòd in senibus est sapientia, intellectus, & sanum consiliũ. Et hoc est, quod scribitur Ecclesiast. 25. Quoniam speciosa est vetulis sapientia, & glorioſus intellectus, & sanum consilium. Ex his igitur patet, quòd vita contemplatiua, siue felicitas solis senibus debetur: & ita senes sunt beati & felices, non quòd in hanc felicitatem possent ex propriis naturalibus deuenire, sicut crediderũt Philosophi antiqui, sed indigent gratia gratum faciente, vt dictum est suprà. Hanc autem triplicem ætatem notat optimè Augusti. cùm dicit, Quòd in hoc præsenti tempore non sunt nisi tria, scilicet nasci, laborare, & mori. Per nascentiam intellexit ætatem pueritiæ. Per laborem intellexit ætatem iuuentutis. & per mori intellexit ætatem senectutis. Quòd autem sit ita, potest particulariter manuduci. Prima enim ætas, quæ est ætas nascendi, est ætas lamentabilis, miserabilis, & turpis, non adhærens viæ vni nec ordini vni. Quòd autem sit ætas lamentabilis, hoc patet ad sensum: quoniam infans nouiter natus statim incipit vagire & flere, & quia læditur à quolibet contingente, & quia ingreditur desertum mundi huius, quod est maximum & vastum desertum propter priuationem bonarum operationum. Est etiam natiuitas miserabilis, quia desertum huius præsentis vitæ nudus ingreditur, & nudus egreditur. Est etiã turpis, quoniam sentinam fluoris egreditur,

Mores vnde corrumpãtur.

Duces iuuenes quare non eliguntur.

Ætas nascendi.

sorditie.

sorditie & virulentia inuolutus. Est etiam tota natiuitas, & tota vita agitabilis & variabilis, non adhærens viæ vni nec ordini vni. Et hoc figurabatur in dictis Gale. 3. de criticis, vbi sic dicit, Quædam est radix superior, & ista adhæret viæ vni & ordini vni, sicut sunt motus orbium: & quædam est radix inferior, & ista non adhæret viæ vni nec ordini vni, & est materia morbi. Nunc autem natura humana non adhæret viæ vni nec ordini vni, nec quantum ad sui materialia, nec quantum ad sui formalia, nec etiam quantum ad attributa. De materialibus patet: quoniam, secundum Gale. in de complexionibus, & Auicen. cap. illo singulari de causis necessitatis vitæ & mortis, creati sumus in vltimo humiditatis & limositatis, & non cessat calor corporis nostri consumere humidum radicale, donec mors adueniat: & ita nunquam in eodem statu permanet. Hanc autē varia bilitatem & instabilitatem cōsiderans sanctus Iob dicebat, Homo natus de muliere breui viuens tēpore repletur multis miseriis. Et Hipp. considerans hanc mutabilitatem, dicebat, Vita breuis: quoniā exteriora omnia & interiora vitam abbreuiant, quantum etiā fuerint bene applicata: cùm ab omnibus alteretur. Nec etiam adhęret viæ vni nec ordini vni quantum ad sui formalia, quod patet per philosophū 3. de anima dicentem, Anima est tanquam tabula rasa, in qua nihil depictum est: illa autem, quæ apponuntur, aliquando sunt vera & aliquando falsa: aliquando opiniones, & aliquando phantasiæ: aliquando demonstrationes, sectę, & leges, & fides: & ita tanta est varietas, ꝙ non adhęret viæ vni nec ordini vni, cùm incipiat ab ignorantia: & etiā voluntas ad modum ventilabri continuè mouetur. Nec etiam adhęret viæ vni quantum ad attributa. Legitur enim in Genesi, quòd cùm Deus fecisset hominem, posuit coram ipso mortem & vitam, bonum & malum: &, quod voluerit, ei attribuetur: nunc autem tanta est imbecillitas naturæ humanæ, quòd frequenter eligit mortem, & dimittit vitam: & eligit malum & dimittit bonum. Et hoc est, quod sentiebat Aristot. in Topicis, Mali vt in pluribus, & boni vt in paucioribus. Ex his igitur concluditur, quòd nihil habeat homo, vnde habeat causam superbiendi, cùm sit terra & cinis. Eccleſiastic. 10. Quare ergo superbis terra & cinis? In te enim nullus status & nullus ordo penitus inueni-

Natura humana mutabilitas.

Anima tanquā tabula rasa quæ apponuntur.

Natura humana imbecillitas.

Homo causam superbiendi non habet.

tur. Et hoc totum intelligitur in auctoritate prælallegata, cum dicitur nasci,& per hoc intelligitur prima ætas, quæ durat circiter annos quatuordecim. Et sequitur, cum dicitur,Laborare,& per hoc intellexit secundam ætatem.Ista enim ætas est laboris & doloris & angustiæ:quoniam homines mundi huius aut laborant in speculando, aut in operando. Si in speculando, ibi est labor & afflictio secundum quod dicit sapiens, Qui addit scientiam addit & laborem:si autem laboret in operabilibus,semper erit ibi afflictio:quoniam vniuersaliter numismata cum labore acquiruntur, cum timore possidentur, & cum maximo dolore augmentantur: & in omnibus, quæ sunt sub sole, non est nisi labor, dolor & afflictio & vanitas, iuxta illud Sapientis,Vanitas vanitatum & omnia vanitas. Et hoc fuit promissum primo parenti post suam præuaricationem sicut scribitur in Genesi,In sudore vultus tui vescēris pane tuo, donec muteris in terram, vnde venisti. Quòd autem in ista ætate sit labor & afflictio & malitia,hoc bene vidit super illum aphorismum,Eunuchi, &c. Et dicit, Iuuenes de viribus confidentes multas incurrunt ægritudines. Et dicit,Filij huius temporis viuunt in sua auiditate,luxuria, & gulositate, & ideo innumeri fiunt podagrici & arthetici: & aliquando semen coinquinatum est culpa parentum.Aetas enim iuuentutis est ætas laboris & doloris: & propter hoc dicebatur,Laborare. Et sequitur in auctoritate, Mori, & per hoc intelligitur ætas senectutis. Quòd autem ætas senectutis sit ætas mortis, hoc videbatur sentire Galen. super illum aphorismum,Senes enim facillimè ferunt ieiunium,&c. Senes enim sunt, sicut lucerna parata extinctioni. Et Galen. in de regimine sanitatis,Senes enim non sunt sine querela. Et dicit Galen. Senectus est semita ad mortem: mors autem secundum Aristotel. 3. Ethico. est vltimum terribilium. Tota enim ętas senectutis non est aliud, nisi mors. Nunc autem non minus debet timeri hostis, qui est à parte pòst, quàm hostis, qui est à parte ante: iuuenes autem hanc mortem habēt à parte pòst,senes autem à parte ante.Inter omnia autem,quæ magis iuuant ad bene agere,est mortis memoria,iuxta illud,quod dicit Hieronymus, facilè contemnit omnia, qui se considerat moriturū. Agamus igitur iuxta consilium Boëtij in fine de cōsolatione,Aduer

Aetas adolescēsia quare sit ætas laboris & doloris.

Aetas senectutis quare sit ætas mortis.

Mors vltimum terribilium.

Mortis memoria quid faciat.

ne, Aduersamini vitia, colite virtutes, ad rectas spes animũ subleuate, humiles preces in excelsa porrigite. Vt igitur vitam huius corpusculi æqualiter prolongare possimus, regimen sanitatis inchoemus cum Dei auxilio, istas tres ætates diligentissimè prosequendo, à die natiuitatis vsque ad vltimam horam mortis: & ita post separationem cum Dei auxilio gaudentes ante tribunal iudicis veniamus.

De natiuitate infantu. CAP. I.

Mulier partui proxima quomodo sit regenda.

MVlier, cùm approximatur ad partum, debet ire suauiter per loca decliuia, & debet balneari in aquis dulcibus, in quibus sit chamomilla, melilorum, malua, bismalua. Et, cùm infans egreditur, obstetrix docta debet iuuare trahendo paulatinè caput, & deinde residuum corpus. Et aqua tepida debet esse parata, & balneetur: & rectificetur figura capitis, si indiguerit: quia figura capitis debet esse, sicut sphæra cerea ex vtraq; parte leuiter compressa. Rectificetur igitur occipitium, si indiguerit, cõprimendo: deinde extendatur frons & supercilia. Et illinantur oculi cum oleo sisamino. Et fugantur aures ab aliqua vili persona suauiter & paulatinè: deinde scindatur filum, quod est sub lingua, cũ vngue pollicis: deinde extendãtur brachia, & digiti omnes, & complicentur & trahãtur suauiter. Deinde abscindatur vmbilicus, & remaneat in spissitudine trium digitorum aut quatuor: sed ante insciſionem ligetur cum lana rorata & inuncta in oleo sisamino: & post abscissionem aspergatur puluere myrrhæ, masticis, & sanguinis draconis. Deinde fricetur pecten suauiter. Deinde extendantur coxæ & tibiæ, & articuli duplicentur hincinde. Deinde foramen ani mũdificetur cũ digito minore. Deinde exsiccetur cũ pannis lineis gracilib. Deinde ponatur in cunabulo vel in lecto, & aspergatur puluere menthæ, calamẽti, rosarũ, salis. Deinde cooperiatur, & camera fit quasi obscura. Deinde paretur sibi talis cibus, R. sacchari albissimum & pulueriſetur in vltimo, & tunc R. mellis mundi mediam partem, & misceãtur cum oleo sesamino, & fiat quędã cõfectio liquida quasi sorbilis, vel ꝙ possit lambi, & paulatinè parua quantitas ponatur in ore: & cũ isto cibo quasi possit transire per duos dies: & iterum sibi magis faciat fugi mamillas ab aliqua vili persona, vel à pueris qui inueniũtur in hospitali: deinde mater lactet puerum suum: quoniã, aliis paribus existentibus, lac magis

Infans nascenti quomodo subuueniendum.

Capitis figura qualis esse debeat.

Vmbilicus quomodo abscindendus.

Pueri iam nati cibus.

Lac matris

quare sit magis conueniens.

est conueniens, cùm sit magis simile generationi fœtus & nutritioni intrinsecę. Sed quia nũc mulieres sunt delicatæ, aut elatæ, aut vitant laborem, aut non habent lac, aut quia papilla mamillæ est valde curta, aut quia infirma, & alia multa similia, & non possunt lac administrare fœtui: ideo oportet remediũ adhiberi, & nutricem laudabilẽ quærere.

De eligenda nutrice. CAP. II.

Nutricis cõ ditiones.

NVtrix debet habere septendecim conditiones. Prima ꝙ sit ætatis à vigintiquinq; annis vsque ad trigintaquinq;: hæc enim est ætas magis perfecta. Secũda proprietas ꝙ non sit nimis extenuata, nec nimis pinguis: sit igitur mediocris habitudinis. Tertia cõditio quòd mamillæ sint mediocres inter magnas & paruas, & inter molles & duras. Quarta conditio ꝙ lac suũ nullo modo sit ex abortiuo: sed quòd omnino fuerit partus naturalis, & in tẽpore debito, & quod habuerit masculum. Quinta ꝙ non patiatur menstrua. Sexta quod non coëat: quia lac reddit fœtidum. Et si conciperet, non posset sufficere fœtui, extrinseco & intrinseco. Septima quòd lac nõ sit alicuius mali aut grauis odoris aut inepti saporis: nec sit nimis grossum nec nimis subtile: & si proiiciatur supra lapidẽ politũ vel vnguem, ꝙ non nimis fluat nec nimis stet. Idẽ si proiiciatur in aquã. Octaua conditio ꝙ sit optimè morigerata, scilicet ꝙ non de facili irascatur, nec iuret, nec tristetur: nec sit fatua, nec gibbosa, nec ebriosa: quia omnes tales negligunt puerum. Nona cõditio ꝙ nõ vtatur cibis nimis calidis, sicut est sinapis, eruca, & similia: nec nimis frigidis, sicut sunt melones, cucumeres, & similia: & quod exerciteꝫ se libenter, & potissimè ante cibũ. Decima cõditio ꝙ lac nutricis fuerit ab vno mẽse cũ dimidio, vel à duobus à die suę parturitionis. Vndecima cõditio ꝙ docta sit in parãdo puerũ. Modus autẽ debet esse iste. Cùm puer fuerit balneatus, & informatus, & lineatus sicut oportet, tũc debet ipsum inuoluere in pãnis mundis: & debet extendere brachia supra latera: & fascia debet esse lata & sine ruga, & nõ debet nimis stringere nec parũ, sed mediocriter. Deinde debet extẽdere coxas & tibias: & si fuerit masculus, ꝙ virgã & testes ponat extra coxas. Et ꝙ ponat ipsum in cunabulo. Et domus nõ sit nimis clara, sed quodãmodo obscura. Et si fuerit ibi lumẽ aut fenestra, ꝙ sit retro caput lõgè, & nullo modo sit ex latere: hoc enim facit,

Coitus reddit lac fœtidum.

Lac nutricis quale esse debeat.

Pueri parãdi modus.

quòd

quòd infans sit strabo. Deinde, si non dormit, debet concutere cunabulum multum leuiter & suauiter, vt non nimis concutiatur. Duodecima conditio est quòd nutrix debet esse multum docta ad mores pueri & consuetudinem eius: & quòd caueat infantē à fletu, & potissimè si est masculus: quoniam timendum esset de ruptura. Et si fuerit ligatus & fleat, soluatur, & panni diligenter mundentur: & si fuerit solutus ligetur. Vnde secundum doctrinam Gal. in principio de regimine sanitatis, pueri tribus modis consolantur, portando, cantando, & mamillas ad os apponendo: quoniam naturaliter gaudent in vehiculis, & cantilenis siue musica. De appositione autem mamillæ ad os dicit Auic. quòd experientia probatum est, quòd appositio mamillæ ad os pueri curat omnes eius passiones. Decimatertia conditio est, quòd nutrix versus principium natiuitatis pueri nō lactet eum nisi bis aut ter in die: & non fugat nimis in vua vitæ, vt non repleatur nimis stomachus, & angustietur, & nauseat. Et quòd non permittat eum quotidie fugere: quia ratione gulositatis incurrunt dolorem faucium, mulgeat igitur nutrix aliquando lac more pueri. Decimaquarta conditio. ꝙ caueat sibi nutrix quantum erit possibile, ꝙ puer nō cubet secū iuxta latus suū: sed in cunabulo, quia aliquando accidūt scādala: quoniā, cùm dormit nutrix, ponit brachiū supra os pueri ante mamillam, & suffocatur infans. Et ideo nō assuescat ipsum ponere iuxta se: quia postquā cōsueuit, nō posset de facili remoueri sine magno fletu: quoniā delectatur in calore nutricis. Inuoluatur igitur in pellibus, & in cunabulo imponatur: & facies cooperiatur circulo ligneo, vel arcu trāspositō cum tela supra factē. Decimaquinta cōditio, ꝙ aliquando lambat confectionē factam de melle, & pane, & saccharo, & oleo sesamino. Decimasexta conditio, quòd, si fuerit fœmella, suauiter fricetur, & inungatur cum oleo sisamino, vt sit mollior: cùm mulieres debeant esse molliores viris naturaliter: &, si fuerit masculus, frications sint fortiores: cùm naturaliter ipse debeat esse solidior. Decimaseptima conditio, quòd secundum Gal. septem annis lactatur infans: & secundum Auicen. duobus: sed rationabile multum videtur, quòd, si fuerit masculus, lactetur tribus annis integris. Et, si finis illius anni caderet versus principium ætatis, quòd lactet adhuc plus per illam

Infantes quomodo consolentur.

Puer quare cubare non debeat iuxta nutricem.

Infans quādiu sit lactandus.

ætatem: si autem fuerit fœmina, sufficiunt ei duo anni, vel ad plus duo cum dimidio, quoniam naturaliter non indiget robore, sicut masculus, cum mulier non sit nisi custodia domus secundum Gal. in de cõplexionibus. Sed quia nutrix nõ semper inuenitur quin sit aliquis defectus, ideo rectificetur complexio, si indiguerit, calefaciendo aut infrigidando, aut phlebotomãdo aut pharmacando, aut balneãdo. Si igitur lac sit nimis aquosum, vtatur *riso, & carnibus assis, & vino g osso, & si fuerit nimis grossum, pullis & brodiis carnium, & vino subtili, & brodio ciceru. Et, si deficiat lac, vtatur butyro vaccino, & fabis fractis cum cinnamomo. Et inter omnia, quæ summè multiplicant lac, est suauis fricatio mamillarum. Et omnia, quæ multiplicant semen aut sperma, multiplicant lac.

Mulier custodia domus.

Nutrix quomodo sit rectificãda.

**oryza*

Lac quid summe multiplicet.

De regimine pueri cum incipit producere dentes. CAP. III.

Puer dentiens quomodo sit regendus.

CVm infans incipit producere dentes anteriores vnum signum est, quòd tunc indiget cibo solidiori, quàm sit lac, & tunc nutrix debet sibi dare panem bene masticatum, aut panem infusum in lacte, aut in brodio carnium, aut in melle, aut in aqua, in qua sit modicum de vino. Carnes etiam masticatæ sunt sibi dandæ, & ita paulatine debet transmutari ad cibum solidiorem, & cum hoc etiã paulatine lac auferendum est: & ideo, si non vult mamillam dimittere, inungatur caput mamillæ cum alliis, aut synapi, aut suligine, aut myrrha pulueriſata. Et si accepit nimis de cibo, ita vt euomat, aut egerat, aut sudet, & quod vrina sit remissa, tunc tardandus est cibus, donec præcedẽs acceptio sit rectificata. Cùm autem incipit sedere aut mouere, nullo modo cogatur sedere aut ambulare, quia timendũ esset de tortuositate tibiarum. Et remoueantur omnia acuta & incidentia, sicut ligna, & gladius, & similia, vt non lædat se aut sibi vicinos. Cùm autem incipit producere dentes caninos, tunc non teneat multas res solidas in ore, quoniam resolueretur materia dentium secundum Auic. sed fricentur ginginæ cum cerebro leporis, quia facit à tota specie crescere dentes. Et inungantur ginginæ & collum cum axungia gallinæ recenti, & masticet radicem ireos, quæ non nimis est ficca, aut radicem liquiritiæ recentem. Et, si ista non inueniantur, temperentur ista in lacte, aut in aqua aut in vino, aut masticet succum liquiritiæ. Quia igitur

Leporis cerebrũ quid præstet.

pueri

pueri sunt calidi & humidi, vtantur cibis calidis & humidis cum temperamento. Quæratur hîc, vtrum nutrimentum possit perfectè & in puncto membris assimilari. Et videtur, quod sic, quoniam agens est sufficiens, cum nutritio sit perfecta assimilatio nutrientis cum nutrito, hęc autem assimilatio est ex parte agentis, cum quodlibet agens intendat sibi assimilare passum, Quare &c. præterea nutrimentum est in potentia, & tria sunt, quæ videntur impedire, quòd nutrimentum non possit assimilari. Primum est distantia complexionis: sed hoc non impedit, quoniâ sicut membra inueniuntur in aliquo gradu vel aliqua meta gradus, sic & nutrimentum. Secunda causa, quæ videtur impedire, est diuersitas & raritas membri, sed ista inueniuntur in cibis, sicut in membris. Tertium, quod videtur impedire, est proportio totius substantiæ cum tota substãtia, sed hoc non impedit, quoniam sicut helleborus est cibus conueniens coturnicibus in tota substantia, ita caro gallinarum homini secundum Gal. Quare relinquitur quòd non erit repugnantia ex parte nutrimenti. Nec mora sufficiẽs impedit, quoniam tantum continet contentiua, quantum digerit digestiua. Si igitur secundum Gal. 2. de accidente & morbo actiones fiunt, quando agens est forte, & passum est obediens, & mora sufficiens, relinquitur quod nutrimentum & in puncto membris assimiletur. Præterea trãsmutatur ad speciem, quare & ad consequentia. Quare &c. præterea venenum nutrit, quod in vltimo contrariatur, sicut venenum: quare nutrimentum, quod in vltimo conuenit, perfectè assimilabitur. Præterea non videtur possibile, quòd esset augmentum, nisi perfecta & punctualis esset assimilatio. Quare &c. Oppositum videtur, quia vita posset perpetuari. Quare &c. Dico quòd nutrimentum non assimilatur in puncto, & hæc est intentio Gal. & Auicennæ. Et hoc planè declarat transmutatio ætatum. Et ideo intelligendum est, quod secundum intentionem Gal. nullum est corpus in toto vniuerso, quod possit peruenire ad temperamentum, in quo est corpus humanum. Si enim inueniretur, forma humana decoraretur, hoc autem est falsum. Quare semper erit contrarietas & repugnantia nutrimẽti ad membra. Secundò intelligendum secundum doctrinam sexto de accidenti & morbo, quòd omne agens in agendo

Puerorum cibus.

Nutrimentum an perfectè assimilari possit.

Actiones quãdo fiãt.

patitur,& passum in patiendo agit & resistit. Tertiò intelligendum est,quòd omne agens physicum in agendo debilitatur,cum sit virtutis finitæ, quod declarat longa continuatio suæ actionis. Ponatur igitur, quòd membrum sibi nutrimentum assumet, cùm ita sint contraria, necessariò erit ibi actio,& passio,& repugnantia.Agens igitur debilitatur necessariò, & hæc actio & contrarietas erit in prima digestione,& similiter in secunda,& similiter in tertia,donec omnino sit sub forma membri:quia tunc non est contrarietas nec actio,sicut declarat Gal. in de complexionibus.Cùm igitur in vltimo conuertitur & assimilatur,& nutrimentum cedit loco eius, quod deperditum est,non assimilatur in puncto illi,quod deperditum est,quoniam illud fuit fortioris virtutis.Licet igitur fiat perfecta assimilatio quò ad speciem & quantitatem, non tamen quo ad qualitatem punctualem. Tunc ad primum dico, quòd agens si semper maneret idem,bene tunc esset sufficiens,hoc tamẽ non est,vt declaratum est.Quare &c. Ad secundum dicendum quod nutrimentũ non est in omnimoda dispositione,nec est possibile inueniri,nec complexionem, nec raritatem & densitatem, nec totam substantiã in vltimo conueniente:quoniam maxima est distantia, & semper est variatio,& ideo in puncto assimilari non potest. Ad aliud,cũ dicitur de mora, dico, quòd sicut deficit digestiua, ita & contentiua,& econuerso,& ita non est mora sufficiens. Ad aliud dico,quòd non est simile,quoniam species habet latitudinem.Licet igitur sit in specie,non tamen in quolibet puncto,sicut patet:multi homines sunt eiusdem speciei,& tamen non sunt eiusdem complexionis. Licet igitur accidentia sequantur speciem,non tamẽ in puncto, quoniã species non requirit punctũ,sed sufficit sibi latitudo.Ad aliud de veneno dico,quod venenũ cùm nutrit, sumitur in paruissima quantitate,nutrimentum autem bonum in magna quantitate nunquam penitus nutrit perfectè, immo illa virgo nutrita veneno interficiebat cohabitantes cum ea. Licet igitur aliquod contrarium possit aliquo modo duci ad latitudinem,non tamen propter hoc aliquod inconueniens poterit duci ad perfectum in puncto.Quoniam sicut contrarium non ducitur perfectè ad latitudinem, ita similiter nec ad punctum:& si sic, non valeret: quoniam plus

pon

ponderat punctus quàm latitudo. Facilius est enim esse hominem, quàm perfectũ hominem. Ad vltimum dico, quod in augmento humanę naturæ bene est perfectio in quãto, sed nõ in quali. Vnde omnes virtutes naturales augmẽtantur, sed in puncto similes esse nõ possunt: & dato quod esset tẽpus, cũ habet determinatũ, quod non contingit transgredi, & cito apparet eius defectus in declinatione. Præterea nulla virtus inferior potest in virtutẽ sibi superiorem, sed omnis virtus generabilis est corruptibilis, & si fieret assimilatio in puncto, non esset corruptibilis, quia semper maneret eodem modo. Quoniam qua ratione fieret assimilatio nunc in isto puncto, eadem ratione tunc, & ita de aliis. Et tamen licet non omne generabile necessariò generetur, nihilominus omne corruptibile necessariò corrumpetur. Hoc igitur esset sic supernaturale, & in hoc non potest natura inferior. Nutrimentũ ergo corpori nutribili in puncto assimilari non potest.

De ægritudinibus, quæ veniunt pueris & nouiter genitis.

CAP. IIII.

Puerorum ægritudines quæ sint, et quomodo curandæ.

AEgritudines autẽ, quę veniunt infantibus, sunt multæ valde, ficut patet per intentionẽ Hipp. 3. part. aphoris. quas breuiter per ordinẽ prosequemur à capite incipiẽdo.

De apostemate calido capitis.

Apostema capitis quomodo curetur.

In primis accipiatur albumen oui, & aqua rosarum, & oleum rosarum per æquales partes, aceti parũ, & misceantur, & panni lineĩ intincti supra caput imponantur. In hac autem passione dolent oculi, & citrinescunt, & facies, & ideo, si fortiora facere volueris, R. succum solatri, cucurbitæ, & cucumeris, & citrulli, & oleum rosarum per partes æquales, & quasi tepidum capiti applicetur.

De vigilia.

Vigiliæ puerorũ quomodo sint curandæ.

Pueris, cũ accidũt vigilię, ponãtur in frõte & tẽporibus panni intrincti in lacte mulieris puellã nutrientis, & oleo rosaceo, & farina papaueris albi. Et, si necessitas esset magna, etiã addatur cũ istis succus lactucæ, portulacę, vermicularis, & modicũ opij. Et in omnibus passionibus infantiũ rectificetur dieta nutriẽtis siue nutricis: quoniã vt plurimum veniunt passiones puerorũ propter maliciã lactis. Nutrix igitur phleborometur, si repletio fuerit sine crapula. tamen etsi crapula fuerit, præcipiatur abstinentia: &, si

fuerit inanita, quod est de rarò contingentibus, repleatur. Mala igitur complexio rectificetur, & vtatur cibis laudabilibus, & exercitio temperato, & somno, & vtatur laxatiuis, cum indiguerit: & hæc erit magna pars curationis.

De timore in somnis.

Timor in somnis quo modo curãdus.

Timor accidit propter corruptionem cibi in stomacho, etiam in adultis, & ideo minoretur cibus, & lambant mel.

De sternutatione.

Sternutatio puerorum quomodo curanda.

Si venerit propter apostema, curetur cũ oleo ros. & lacte mulieris, & modico aceti. Et, si fuerit propter rheuma calidũ, emplastretur frons & tempora cum rosis & sandalis, & sanguine draconis, & aqua ros. &, si fuerit de causa frigida, fiat cũ mastice, & thure, & myrrha, & potissimè emplastretur commissura anterior capitis: quia propter nimiam raritatem in illa parte pueri frequenter incurrunt rheuma.

De humiditate aurium.

Auriũ humiditas quo modo curãda.

Nimia humiditas aggregatur frequẽter in pueris in auribus eorũ, & tunc expedit mundare suauiter cũ instrumẽto apto ad hoc. Deinde aliqua vilis persona fugat suauiter illas humiditates, & enomat. Deinde inuoluatur paruus baculus in lana vbi sit puluis aluminis & mel, & intromittatur in aurem, & humiditas auris ibidem imbibetur.

De dolore aurium.

Aurium dolor quomodo sit curandus.

Si fuerit propter nimium calorem, iniiciatur vna gutta olei rosarum cum lacte mulieris, & cum modico opio: &, si fuerit de causa ventosa, bulliatur myrrha, & spica nardi, & anisum, & ciminum in oleo de chamomilla, & vna gutta iniiciatur.

De inflatione oculorum.

Oculorum inflatio quo modo curãda.

Intingatur spongia in aqua, vbi sit chomomilla, melilotum & anethum, & tepidum frequenter oculo applicetur. Et, si propter fletum scabies aduenerit in palpebris, inungatur cum succo solatri.

De fissuris labiorum & linguæ.

Labiorum fissuræ quo modo curãdæ.

R. dragaganti, gummi Arabici infusorum in aqua rosarum, & cerusæ lotæ, & lytargirij optimi puluerisati, & addatur lac mulieris alterius, vel lac caprarum, & cum vna pluma intinctæ fissuræ, vbicunque fuerint, illinantur.

De pruritu gingiuarum.

Cùm pueri incipiũt producere dẽtes, tunc superueniũt eis

eis multa ſymptomata, ſicut eſt pruritus gingiuarum, ſpaſmus, febres, vigiliæ, fluxus vētris, abominatio cibi, vomitus, inquietudo: & multi moriūtur. In primis dietetur nutrix dieta febricitantium: deinde inungantur gingiuæ & collū, fauces & axillæ cū oleo violato, vbi ſit modicū cotæ albæ: deinde fomentetur caput cum aqua decoctionis chamomillę, meliloti, violarum, roſarum: deinde emplaſtretur venter cum aniſo & roſis in aceto infuſis: & vtatur coagulo hœdi, & mentha & abſynthium & roſæ ponantur ſupra ſtomachum.

De puſtulis in lingua & faucibus.

R. ſucci portulacæ, ſumach, mirtillorū, cortic. mali granati, aluminis an. bulliant in oleo roſ. & illinantur puſtulæ. *Puſtulæ in lingua quo modo curandæ.*

De tuſſi, oreginome & apoſtemate gulæ.

Pro tuſſi fiat cōditū ex amygdalis dulcibus, & vuis paſſis mūdatis, & malis granatis dulcibus & melle, & lābatur, & prohibeatur rheuma. Et rectificetur nutrix: vtatur ſuccoo liquiritiæ, & candi, & penidiis, & diadraganto frigido. Si in ſomno patiatur oreginomen, lambat ſemē lini cum melle. Et, ſi fuerit apoſtema, emplaſtretur torum collū cum oleo de chamomilla & lana ſuccida: & teneat in ore diamorum mixtum cum aqua tepida. *Oreginome quomodo ſit curanda.*

De difficultate anhelitus.

Cōprimatur radix linguæ vt euomat, & aqua calida gutratim proiiciatur in os eius: & radix linguæ & aurium, & collum inungantur cum oleo ſiſamino, & lambat ſemen lini cum melle, vt dictum eſt. *Difficultas anhelitus quomodo curanda.*

De paſſionibus ſtomachi.

Stomacho accidit ſingultus, vomitus, & debilitas. Cōtra ſingultū valet nux Indica. Cōtra vomitū ſumātur cariophilli cū modico cimino: & emplaſtretur ſtomachꝰ etiā cū mētha cariophillis & abſinthio. Contra debilitatē ſtomachi, illinatur ſtomach. cū muſco & aqua roſ. vbi ſunt mirtilli. *Singultus & vomitū quid curet. Stomachi debilitas quomodo curanda.*

De tumore ventris.

Iſtud autem accidit propter malitiam lactis, & multitudinem nutrimenti. Oportet igitur ſuper omnia minorare lac, & aliud nutrimentū: & ſummè rectificare lac nutricis confert. Sit igitur puer & nutrix ſuper omnia in paruitate cibi & potus quantū erit poſſibile, & nutrimentum ſit valde laudabile in quāto & quali. Et venter pueri fricetur in Sole

Sole calido fine vẽto, & inũgatur cũ oleo de pipere lõgo.

De apoſtemate vmbilici.

Vmbilici apoſtema quomodo curandum.

Pueris autẽ & nouiter natis accidunt apoſtemata in vmbilico ob vicinitatem inciſionis: tunc igitur emplaſtretur cũ ceruſa lota, & litargirio, & oleo ſiſamino, & terebinth.

De dolore ventris.

Ventris dolor quomodo curan.

Aliquando autem flent pueri, & anguſtiantur propter dolorem ventris: & tunc panni calidi deſuper ponantur, & ſacculus de milio torrefacto deſuper apponatur, & fomẽtetur cum aqua calida.

De conſtipatione ventris.

Ventris cõſtipatio quomodo curãda.

Accipiatur mel & ligetur panno gracili lineo, & fiat ſuppoſitoriũ. Vel accipe doſsã nucis, & acuatur & planetur & inuoluatur in melle, & ſupponatur, præterea impleatur teſta nucis butyro, & ligetur ſupra vmbilicũ: vel ſi non, fel bouis ponatur ſupra vmbilicum, & cum hoc inungatur totus venter.

De fluxu ventris infantium.

Ventris fluxus infantium.

In primis nutrix vtatur riſo, & lẽtibus duab. aquis eius abiectis, & vino groſſo, & caſeo ſine ſale, & ouis induratis coctis in aceto. Et infans vtatur lacte caprino, vbi lapides igniti ſunt extincti, & vtatur coagulo hœdi, ſicut dictum eſt ſuperius. Balneetur in aquis ſtipticis, vbi ſit plantago, lanceolata, ſumach, balauſtia, & ſimilia.

De ruptura ſiphac.

Ruptura ſiphac quomodo curãda.

R. naſturtium agreſte, & torrefiat, & ſumatur cum lacte cocto. Deinde balneetur in aqua, vbi ſint iſta ſtiptica, ſcilicet pſidia, balauſtia, acacia, mirtilli, ſumach: & poſtea ponatur emplaſtrum, quod eſt in Lilio, ſupra rupturam.

De tenaſmone puerorum propter cauſam frigidam.

Teneſmus puerorum quomodo curandus.

R. aniſum & ciminũ & naſturtiũ, aſſentur, & pulueriſentur, & cũ lacte ſumãtur. Vel cõterantur ſcarabei, qui inueniũtur ſub vrceolis, & miſceantur cum ſeuo hircino, & fiat emplaſtrum, & ponatur ſupra particulam patientem.

De vermibus puerorum.

Vermes puerorum quomodo curãdi.

Vtatur ſemine centonicæ cũ lacte, vel ſemine zedoariæ. Et ſi eſſet cum febre, R. ſuccum ſemperuinæ, ſolatri, & conficiantur cum farina hordei & aceto fortiſſimo, & fiat emplaſtrum, & ponatur ſupra ventrem: & ſi eſt ſine febre, fiat cum felle bouis & perſicaria.

De

De scoriatione coxarum.

R. myrrhæ, hordei, fabarum, lentiũ, pulueriſentur, & miſceantur cum oleo roſaceo, & inungatur locus. *Coxarũ excoriatio quomodo ſit curanda.*

De exitu ani.

R. nucis cupreſſi, gallarum, myrrhæ, aloës, maſticis, ſumach, balauſtiæ: fiat puluis, & ſuperaſpergatur, & intromittatur.

De puſtulis in toto corpore.

Si fuerunt albæ, aut ſubrubeæ, aut ſubcitrinæ, de facili curantur: ſed ſi viridis, aut liuidæ, aut nigræ, aut vlceroſę, omnes ſunt malæ. R. ceruſæ lotæ litargirij, ſuliginis, gallarum antiquarum minutim perforatarum, aloës, myrrhę, pulueriſentur, & miſceantur cũ oleo nucum, & inungatur. *Poſtulæ corporis quomodo ſunt curandæ.*

De febre pueri.

Tunc totum regimen debet dari nutrici, quod daretur ſibi, ſi eſſet in ætate adulta: puero autem detur ſuccus malorum granatorũ cum ſaccharo, & ſuccus ptiſanæ hordei cũ pauco camphoræ, & ſaccharo: & vtatur ſyrupo aceroſo, oxyſaccharo, ſyrupo violarũ, ſyrupo nenupharis cũ aqua hordei. Quæritur cuius cõditionis ſit vinũ: & videtur quòd ſit humidum: quoniã aliqua ſunt, quæ nominãtur nomine vincentis ſecundum Gal. 1. de complexionib. ſicut eſt ſanguis, & adeps, & vinum, quæ ſunt humida: ſi igitur nomine tur vinum qualitate vincentis, tunc vinum erit humidum ſecundum Gal. præterea vua eſt humida: quare multò fortiùs vinum, cum ſit depuratum à cortice & arillis in preſſura. Præterea in de iuuamentis membrorum Gal. loquens de conſeruatione humorum, ponit quandam ſimilitudinem, quòd ſicut in muſto ſunt quatuor ſubſtantiæ, & quod reſultat ex omnibus temperatum eſt vinum, ita in humoribus eſt ſanguis, nunc autem ſanguis eſt humidus: quare vinum erit humidum aut temperatum. Præterea Gal. in primo de regimine ſanitatis loquens de puero ægroto dicit, quòd vinum humeſacit. Oppoſitum dicit & omnes auctores, Vſaac qui ponunt vinum ſiccum. Solutio. Dicendum eſt, quòd vinum eſt calidum & ſiccum de complexione, ſicut dicit Gal. ſuper tertiam particulam regiminis acutorum, ſuper illam partem, Mentẽ leuius percutit. Et cum hoc idem videtur ſentire Yſaac verſus finem dietarum vniuerſalium ſuper illam partem, Regiminis ſani- *Vinum an ſit humidũ.*

tat

tatis custodia quatuor modis est &c. Ibi enim loquens de subtili in actione dictæ dicit, quòd subtilia in actione dicte dant malum nutrimentum in corpore, sicut est vinũ forte purum: hoc autem non esset, nisi quia dat nutrimentum siccum, cum nutrimentum inquantum huiusmodi debeat esse humidum: vinum igitur erit siccum. Præterea in vulneribus secundum doctrinã Gal. in de ingenio sanitatis competit vinum quia abstergit & mundificat: hæc autẽ abstersio partim provenit ex parte seu ratione siccitatis, quare effectus declarat vinum esse siccum. Intelligendum est iuxta materiam istam, quòd quæstio non quærit de vino albo aquoso Gallicano, nec de vino fortissimo de Cypro: sed quærit de vino mediocri, quod est electum in colore, & odore, & sapore & substãtia, & tẽpore: & tale vinũ applicatum secundũ se corpori humano calefacit, & siccat cum sit igneum: & ideo provocat vrinam, & facit multa iuuamenta in corpore, cùm applicatur vbi oportet, & sicut oportet. Et per ista cessant omnes conditiones accidentales. Et cum arguitur, quòd ibi vincit elementum humidum, dico quod licet sit ita, nihilominus est siccũ in relatione ad corpus humanum, sicut videmus de aqua maris. Quoniam secundum doctrinam Gal. in de simplici medicina, quòd inquãtum elemẽtum, in se plus est humidum quàm siccum, & tamen aqua maris est sicca in relatione ad corpus humanum. Et ideo refert dicere, quòd sit tale per relationem ad elementum, & quòd sit tale per relationem ad corpus humanum. Præterea licet vua sit tota humida propter partes aquosas admixtas, nihilominus cum aquositas est cõsumpta, & vinum est bene depuratum, tunc remanet siccum: nec cortex, nec arilli, nec acina affinalis sunt de substantia vuæ: & si sit derogante natura, est sicut citrum: quare &c. Ad aliud, quod dicitur de humore & musto, dico, quod similitudo erit quo ad modum: quia ibi sunt quatuor, & hîc quatuor: ibi est depuratio, & hîc: sed in re nõ: quia sanguis est humidus & vinum est siccũ. Deinde cùm arguitur, quod vinum humefacit etiam puerum temperatum, dico quod sua humectatio est per accidens: aut quia replet caput vaporibus, aut quia fortè procurat bonam digestionem, aut quia datur cum multa aqua. Nos autem loquimur de vino puro, & de effectibus vini, qui sunt per se. Et si argueretur,

Vinum quo modo humectare dicatur.

vinum

vinum inducit paralysim & spasmum, & ita humectat. Dico quòd omnes isti effectus sunt per accidens euenientes. Quare &c.

De regimine puerorum cum incipiunt loqui articulata voce, & ambulare & currere, & est etas ab anno quarto vsque ad duodecimum vel decimumtertium. CAP. V.

Puer ab anno quarto quomodo regendus sit.

PVer, quando surgit à somno, exercitetur quantum voluerit. Tunc secundum intentionem Gal. puer temperatus exercitat se quantum indiget, & quiescit cum nõ indiget: sed distemperatus in caliditate exercitat se vltra temperamentum: & talis indiget virga & freno: si autẽ fuerit distemperatus in frigiditate, nunquàm vellet exercitari: & ideo talis indiget stimulo & flagello: cum autem exercitatus fuerit, balneetur & abluatur: deinde abstergatur: deinde comedat, & post aliquam moram dormiat, deinde paulatine per ordinẽ idẽ regimẽ teneat. Deinde, postquàm peruenit ad sex annos, ponatur ad literas, & addiscat aliquid legere, & scribere, & numerare, nõ tamẽ cogatur diu stare in scholis: sed quasi sicut volueris, vt nõ nimis fatigetur: & fiat quasi voluntas pueri, vt non irascatur aut non timeat: quia ira duceret eum ad furorem, & timor ad stuporem secundũ Gal. Super omnia igitur expedit, vt in bonis moribus instruatur: quia multum valet ad ętatẽ sequentẽ secundum Gal. & Auic. vel hoc est multum laudabile propter habitum fixum acquisitum, qui postea de difficili separatur.

Puer sex annorum, quomodo regendus.

Puero tria vitanda.

Tria igitur vitare debent. primò quòd non loquantur turpia: & hoc est quod dicit Aristo. in moralibus suis: propter quod vbi licet turpe frequenter dicere, cõtingit hoc idem sępius facere: & si pueri fuerint, verberibus egẽt: & si magni indigni sunt honoribus. Secũdò debẽt sibi cauere, vt nõ videãt turpia, potissimè pudenda virorũ aut mulierũ, & alios actus inhonestos. Tertio debẽt vitare inhonestas cãtilenas & versus rithmos: & ideo nõ debẽt audire Păphilum, nec libellum de arte amatoria Ouidij, & ita de aliis. Et hoc est quod dicit Gal. in de regimine sanit. quòd ex inspectis, & auditis, & mala musica mores puerorum corrumpuntur. Et dicit Auicẽna, quòd sicut mali mores sequuntur malam complexionem, sic mala * conditio sequitur malos mores. Multùm igitur sperandum est, quòd is qui bene morigeratus est in principio, quòd fit bene morigeratus

*complexio

in

*timendũ

in fine, & econuerſo *ſperandum eſt, qui eſt male morigeratus in principio, quòd ſit etiã male in fine: quia de difficili aut nunquàm ſeparatur habitus fixus: & iſta videbis in naturalibus: ſi virga fuerit recta in principio, iam ſperamus ſtipitẽ debere fieri poſtea rectum: & ſi videmus ipſam eſſe in principio tortuoſam, videbimus poſtea ſtipitem fieri tortuoſum. Videmus etiam, quòd ex *tribulis nunquàm colligimus uuas, nec ex ſpinis ficus. Vnde in moribus puerorum debemus iudicare, ſicut bonus medicus iudicat: bonus enim medicus ſi videat omnia ſigna bona, non ex hoc iudicat ipſum moriturum, ſed potius euaſurum: & ecõuerſo, ſi videat omnia ſigna mala, nunquam iudicabit ipſum euaſurum, immo potius moriturum. Simile facit bonus agricola, nunquàm ex frumento mundo *ſperabit zizaniã, nec ex zizania frumentum. Si igitur puer in principio fuerit bene morigeratus, ſperandum eſt bonum, & non aliud: & ideo falſiſſimum eſt illud prouerbium, Oportet puerum primò tranſire per puerilia, & intelligit per puerilia, vitia. Ad hoc igitur aduertat omnis homo, ꝙ pueri, & potiſſimè à principio ſint bene morigerati: ex hoc enim ſaluatur & anima & corpus. Cum autẽ peruenerit puer ad ætatẽ annorum duodecim, tũc debet eligere viã, quam intendit, & ad quã magis inclinat iuxta concurſum particulariũ. Tunc igitur aut declinat ad militiã, aut ad artem mechanicam, aut ad philoſophiã. Si autem appetit militiam, vt poſſit Rempublicam viriliter defenſare, tunc debet acquirere robur & fortitudinem: & ad hoc multum facit fricatio dura aſpera vt ſoliden tur muſculi, & durus decubitus, & vt equitet, vt tibiæ prolongẽtur, & quòd portet clauam modò in manu dextra, modò in manu ſiniſtra, vt brachia fortificentur: tunc enim omne membrum fortificatur in operatione ſua, niſi nimis excederet notabiliter. Deinde portet loricã, vt ſpatulæ fortificentur, & vt ſanguis trahatur ad ſuperiora. Addiſcat etiã paulatine pati calorem & frigus, & famen & ſimilia, vt aſſueſcat: quia bellũ non vult hominem mollẽ, muliebrẽ, delicatum, ſed agoniſticũ & audacem, & ideo multũ confert, quod ſemper moretur cũ viris fortibus audacibus, & ꝙ aſſueſcat timida, vt nõ terreatur. Aſſueſcat igitur videre homines mortuos in bello, & aſpiciat viriliter dimicãtes, vt nunquã ad aduentum alicuius rei terribilis expaueſcat.*

*timebit

Habitus ſi xus non ſeparatur.

*ſtipulis

Puer annorũ xij. quid facere debeat.

Puer appetens militiã quomodo regendus.

Bellũ quãlem hominem requirit.

Sed

Sed tamē licet sit adeptus fortitudinem,& ꝙ penitus nihil timeat,&quod citius eligeret millesies mori,quàm fugere, tribus tamē aliis virtutibus indiget,scilicet prudētia,temperantia,& iustitia:& dominus dirigat ipsum,quia non intendo plus ire cum ipso. Secūda via est ars mechanica aut negotiatoria,sine quibus vitę necessaria haberi nō possunt: & qui volunt versari in istis artibus,oportet ꝙ fortiter fricentur,nō tamen ita fortiter sicut illi,qui exercitātur in arte militari:nō enim tanto indigēt roboie corporali.Diuersa igitur debent assuescere secundum diuersitatem officiorum.Qui igitur vult esse piscator,assuescat aquā frigidā in æstate:& qui vult esse faber, assuescat fabricam suā in hyeme:& qui vult esse mercator,assuescat paulatinè ambulare, & ita de aliis.Tertia autem via est via speculatiua,cùm aliquis vult se exercitare in scientiis & philosophia:& iste indiget exercitio suaui temperato , & indiget fricationibus mollibus , vt carnes sint molles : quoniam molles carnes aptos mente dicimus esse. Et inter omnes homines magis debent esse mites , & in quiete:quoniam anima sedendo & quiescendo fit prudens.In primis igitur magister ideoneus eligatur. Quæritur igitur vtrum vinum competat pueris. Et videtur quòd non per Gale. qui dicit in de regimine sanitatis, quod sicut vinum est inuatiuum senibus,ita est nocibilissimum pueris. Hoc idem vult Haly 1. practicæ lib. Reg. Contrariū vult communis vsus per vniuersum mundum,quantum notitia peruenit ad nos, & tamē communiter pueri ex tali acceptione vini non lęduntur.Dico quòd, quantum ad naturam ætatis & quantum ad naturam vini, vinum nullo modo cōpetit : ætas enim est multum rara & passibilis & alterabilis , & vinū est fortissimus penetrator, & dissoluit,& facit humiditates penetrare:& ideo timendū est,si detur pueris,ꝙ inducet epilepsiam.Et hoc est res, quæ pueris paratis magis inducit epilepsiā, & cum hoc inducit spasmum,& paralysim, & furorem,& multa alia symptomata:& ideo nō est tutum vinū dare pueris,considerando naturam ętatis & naturā vini:alia cum hoc sunt cōsideranda. Primum est,quòd aliqui sunt,qui nō consueuerunt potare vinum in pueritia,postea,quando veniunt ad iuuentutem, nunquam volunt potare vinum , & hoc est multum nociuum ætati sequenti. Præterea aliqui sunt,qui non consue-

Puer appetens negotiationem quo modo sit regendus.

Puer cupiēs esse piscator quomodo sit regendus.

Puer cupiēs studere quo modo sit regendus.

Anima sedēdo fit prudens.

Vinum an cōpetit pueris.

uerunt potare vinum, postea, in iuuentute cum incipiunt potare, pro quolibet facili potu inebriãtur: & hoc est damnosum, & verecundosum: ideo ad hoc euitandũ aliqui dant pueris à principio vinum purum, vt cerebrum sit assuetum, & vt ex potu alicuius vini non inebrientur. Via igitur media est tenenda. Detur igitur vinũ pueris post quatuor annos, sed in parua quantitate, & quòd vinum sit debile, & mixtum cum multa aqua, & per multa interualla: & tale vinum non poterit lędere. Illi igitur solum vitent, qui parati sunt ad magnas ægritudines. Et tunc ad doctores dicendum quòd considerata ætate optimè dicebant: & cum hoc in tempore antiquo non potabatur vinum ita communiter sicut nunc. Et hoc patet: quia Gale. non nouit vinum de Cypro, nec alia vina diuersa, nec vinum, quod vocatur de Vvarachia. Et hoc patet: quia nullibi facit mentionem de his, licet de multis valde longã faciat mentionem. Præterea Gal. nec Hipp. vnquã viderunt vinũ album fortis virtutis, & tamẽ hodie inuenitur quasi sicut aqua ardens cũ virtute quasi intolerabili: & ista inueniuntur in multis locis in Prouincia Narbonensi. In tempore autem Auic. nullus potabat vinum secundum legem suam, nec adhuc potatur: & ideo non potuit determinare cum tanta certitudine. De communi vsu dico, quod paratis multum nocet: sed ratione consuetudinis non lædunturita in ætatibus subsequentibus, si à principio paulatinè assuescant, vt dictum est.

De electione magistri. CAP. VI.

Magistri boni conditiones.

ALiquæ etiã conditiones sunt, quę requiruntur ex parte magistri: & aliquę, quę sunt ex parte discipuli: & aliqua debet esse doctrina, in qua magister instruat pueros & puellas. Conditiones, quæ requiruntur ex parte magistri, sunt quinq;. Prima cõditio quæ requiritur ad hoc est, quòd magister sit aptus ad docendum, quòd sit subtilis & ingeniosus, vt sciat interpretari scripturas: &, vbi viderit contrarietates doctorum, quod sciat ad concordiam reducere: & ex scripturis sciat eligere meliora: nil enim magnificum docebit, qui à se nihil didicit. Et hoc est, quod scribitur lib. Sapientię. Illum eruditorem elige, qui magis instructus est in suis, quã in alienis: qui enim nõ dicunt, nisi quod in cartabellis inueniunt, non sunt doctores, sed sunt sicut illi, qui narrãt rumores. Quoniã miserrimi ingenij est, semper vti

inuen

inuētis,& nunquā inueniendis. Secunda conditio magistri est,ꝙ sit bonę vitę,& honestę cōuersationis. Et de hoc Prosper Aquitaneus, Bene autē dicere & male operari nihil aliud est, quàm se sua voce dānare: tales enim latrinā portāt corā se, vt aliis suas sordes manifestēt. Tertia cōditio magistri est,ꝙ in docēdo sit humilis,nō superbus. Aliqui enim cum legūt,dicūt se omnia scire & alios ignorare:& ideo in tantē se seipsos laudātes & alios vituperātes:& tamen per superbiā cecidit Lucifer de cælo,& Adā de paradisō. Sed tamen de scientia cum humilitate scribitur Prouerb. xi.vbi humilitas,ibi sapiētia: superbus multa credit scire, quæ nescit. Quarta cōditio magistri est,ꝙ sit eloquens: quoniam sciētia sine eloquētia est, sicut gladius in manu paralytici. Nullus enim artifex potest bene operari sine instrumento, lingua autē est instrumentū, in quo prius manifestatur hominis scientia: si igitur fuerit blesus, vel traulus, vel scindens,cōceptum exprimere non poterit. Et ideo scribitur in prologo Rhetoricę, Sapiētia sine eloquentia parū prodest. Et lib. Sapientiæ, Nihil est, quod non malè narrando possit deprauari. Quinta est peritia docēdi. Vnde certū signū hominis scientis est, quādo omnes, cum legit, intelligūt eum. Et hoc est, quod dicitur in proœmio primi lib. Metaph. ab Aristot. Et omnino scientis signum est, cùm possit docere. Et in hoc cōcordat Prosper Aquitaneus in lib. de vita contemplatiua, Tam apparens debet esse sermo docentis, vt ab intelligentia sua nullos excludat, quāuis imperitos. Sed sicut requiruntur aliquæ conditiones ex parte doctoris, sic requiruntur aliquæ ex parte discipuli. Primò & principaliter,ꝙ dominum Deū diligat & timeat, iuxta illud, Initium sapientię timor domini. Secūda cōditio,ꝙ sit bonę vitæ,& sanctæ conuersationis. Quoniā, sicut videmus ꝙ volatilia ad sibi simile conueniunt, sic veritas ad eos, qui operantur eam. Et ideo Augustē. Errat quisquis, qui veritatē se cognoscere putat, si adhuc nequiter viuat. Tertia cōditio,ꝙ nullo modo sit superbus. Et de hoc Augustē. lib. Confession. dicit, Tumore meo separabar à te, & facies mea inflata nō sinebat me videre verum. Quarta cōditio,ꝙ nō sit gulosus. Et de hoc Hieronymus, Venter pinguis nō gignit tenuem sensum. Quinta cōditio, quod nō sumat vinum vltra temperamentum. Et de hoc dicit Boētius, Vinū modice sumptum

Scientia sine eloquentia qualis est.

Scientis signum.

Discipuli boni conditiones.

Vinum mo

derate & immoderate sumptum quid praestet.

intellectui videtur acumen inferre, nō moderate potatum rationē perturbat, intellectū hebetat, & memoriā destruit. Sexta conditio, quòd libenter & frequenter oret. Et de hoc Augustinus. Oratione melius soluuntur dubia, quā inquisitione alta. Septima, quòd sit humilis. Et de hoc in psalmo. Declaratio sermonum tuorum illuminat, & intellectū dat paruulis. Per paruulos autē intellexit humiles: humilitati autem pertinet, vt non erubescat fateri, quod ignorat. Et de hoc Augustinus dicit optimum verbum, Non est erubescendum homini confiteri se nō scire, quod nescit: ne dum se scire mentitur, nunquā scire mereatur. Octaua conditio, quod in studēdo & legēdo nō nimis velociter trāscurrat. Et de hoc Sapiens, Nihil magnū virtute citò effici voluit, prępositumque cuilibet pulcherrimo operi difficultatē: difficultas autem recti in transcurrendo videri non potest. Nona conditio, quod nō studeat in curiositatibus, vbi modica aut nulla est vtilitas, & labor magnus: & huiusmodi curiosi sunt, qui student in prophetiis inuenientibus, & similibus. Et de hoc Seneca, Quare te torques in illa quæstione, quam subtilius est contēdisse, quàm soluere. Decima cōditio, quod super omnia vitet otiū: quoniā inter omnia ociū magis excæcat intellectum. Videmus enim, quod vsus suauis ferrum dealbat & clarificat & à rubigine præseruat: sic in studēdo vsus cōtinuus & temperatus intellectū clarificat & decorat. Nunc autem sicut sunt aliqua, quę decent doctorē, & aliqua, quæ decent discipulum: ita decēs est, quòd doctrina doctoris in discipulum certa & limitata sit. In primis igitur magister instruat puerū, quid deceat, quid liceat, quid expediat quo ad naturā, quo ad personā, quo ad tēpus, & quo ad locū. Et de hoc Hugo de sancto Victore, Disciplina est mēbrorum omniū motus ordinatus, & dispositio decens in omni habitu & actione: ordinatio igitur licita & honesta in omni agibili debet esse. Secūda doctrina magistri debet esse talis, sci licet circa puerū, ꝙ puer nō habeat gestus indisciplinatos. Quoniā gestus est motus vel dispositio corporis, quæ indicat motum vel dispositionem animi, sicut effectus causam. Et de hoc Boëtius, De cordis thesauro procedit, quicquid foris apparet vitiorum. Et de hoc honesto gestu loquitur Hugo de sancto Victore, Vnūquodque membrum tam decenter & honestè opus suum impleat, vt per indisciplinam

Humilitati quid pertineat.

Ocium excæcat intellectum.

Doctrina magistri qualis esse debeat. Disciplina quid sit.

oculos

oculos aſpicientium non offendat. Tertia doctrina debet eſſe circa ornatū veſtiū, vt ſcilicet non quæratur nimia ſuperfluitas, aut precioſitas, aut varietas, aut extraneitas, aut ſuauitas. Ornatui ergo corporali ſemper præponatur ſpiritualis. Et de hoc Seneca, Non ſplendeat toga nec ſordeat. Et in hoc concordat Hieronymus, Ornatus & ſordes pari modo ſunt fugiēda. Quarta doctrina eſt oris cuſtodia. Qui enim cuſtodit os ſuum, cuſtodit portā ſuæ ciuitatis, & per conſequens omnes ſenſus, cùm ex gula multa mala proueniant. Et ideo ſcribitur Prouerb. 13. Qui cuſtodit os ſuū, cuſtodit animam ſuam. Quinta doctrina verſatur circa cuſtodiam linguæ. Tanta enim eſt linguę nobilitas, quod Deus poſuit eam in thalamo precioſo, & coram ea triginta duo propugnacula. Per eā fit modeſtia in loquēdo, & cum hoc oratio, dei laudatio, gratiarū actio, peccatorum confeſſio, proximorū eruditio, & etiā cōſolatio: nihilominus diligentiſſimè eſt cuſtodiēda propter mala, quæ inde poſſunt prouenire. Et de hoc Bernardus loquitur. Vnus eſt, qui loquitur, & tantū vnū verbum profert, & tamen vnum verbū vno momēto multitudinis audientiū dum aures inficit, animas inficit. Sexta doctrina eſt de locutione. Cùm autem aliquis loquitur, debet aduertere, ſi loquatur corā ſene aut coram iuuene, aut corā ſapiēte aut coram fatuo, aut coram extraneo aut corā priuato. Si loquitur de Deo, quòd hoc loquatur cum honore & reuerētia. Et debet aduertere, ſi eſt in ſacro loco aut non: & ſi loquatur de rebus magnificis, an nō. In quolibet enim iſtorum aliter & aliter debet loqui. Et de hoc Seneca, Vitioſum eſt de *obſcena re delicatū inferre ſermonē. Et ſcribit etiā Seneca, Sermones vtiles magis quàm facetos & affabiles ama. Septima doctrina eſt de quātitate cibi & potus. Nullus debet ſumere cibum & potū in tanta quātitate, quod fedetur appetitus. Et de hoc Seneca, Ede citra eruditatē, bibe citra ebrietatē. patet igitur q̄ ſummè iuuat & animā & corpus, ſumere cibū & potū in temperata quātitate. Et de hoc Chryſo. Nihil ſic ſaluté, nihil ſic ſenſuū acumē operatur: nihil ſic ęgritudinē fugat, ſicut moderata refectio. Ex his patet, q̄ cibus & potus nō ſunt ſumēdi, niſi quātū ſufficiūt ad vitā. Et de hoc Pythagoras, Docto homini viuere eſt cogitare. Octaua eſt de qualitate cibi & potus. In cibis enim & potubus, & aliis rebus, quę corpori appli-

Linguæ nobilitas.

In loquēdo quid ſit aduertendum.

De deo quo modo ſit loquendum.

**immunda*

Cibus et potus quantus ſumi debeat.

Cibus et potus qualis eſſe debeat.

cant ur,non debemus quærere res nimis precioſas,aut delitioſas,aut curioſitate præparatas.Et de iſta materia loquitur Seneca lingua angelica dicens,Cibus famem ſedet, potus ſitim extinguat,veſtis arceat frigus, domus iuuamentum ſit aduerſus infeſta corpori,hanc autem vtrum ſæpe ſtruxerit,aut varius lapis gentis alienæ,nihil intereſt : ſcitote homines tam bene culmo,quã auro tegi,contemnite omnia,quę ſuperuacuus labor,velut ornamentũ ac decus, potuit : cogitate præter animã nihil eſſe mirabile,cũ magno nihil eſt magnũ,nõ debet igitur cibus nimis delitioſè parari. Et de hoc Seneca, Palatũ tuum fames exciter,non ſapores. Et,Verè piè cogitanti nulla delitia cõpetit in tota vita humana. Et de hoc Boëtius, Vniuerſum opus vigilia quædã eſt ſolennitatis magnæ & æternæ ſalutis,quod preſtolamur.Nona doctrina eſt de modo ſumendi cibum.Modus autem ſumendi eſt , quòd ſemper oratio præcedat cibum,& quod decenter ſedeat,& honeſtè ſcindat panẽ ſuũ, & nullo modo deturpet veſtes ſuas , & in tota mẽſa verba & facta fulgeant honeſtate , & nunquam audeat ſe ponere ad menſam,donec habuerit *ſalſam, ſalſa autẽ eſt fames. Et de hoc Seneca,Solus panis bonus cibus eſt, ſi eum tenerũ & ſimilagineum reddat fames. Expectabo ergo,nec antè edam, donec bonũ panẽ habere potero, & eſt fames. Decima doctrina eſt de incontinentia & caſtitate. Incontinentia eſt ſentina omnium malorum,poſſidentis ſterquilinium,& exęcatio omnium virtutum,omnia enim quaſi vitia incipiunt à ratione, vnde iratus incipit à ratione, & vult recta ratio iniuriã illatam vindicare: ſed tamen errat in modo, quia non conſeruat quantum & quomodo : ſed incontinens eſt omnino contra rationẽ,quia ſequitur delectationem ſenſibiliũ,ſicut iumentum,& ideo in hoc non differt à bruto,immo deterior eſt,quàm brutum, poſtquã habet rationẽ,per quam regi deberet. Et hoc optimè fuit ſignificatum Iohelis primo,vbi dicitur,Cõputruerunt iumenta in ſtercore ſuo. Et hoc exponit Gregorius dicens, Iumenta in ſtercore ſuo cõputreſcere, eſt homines in fœtore luxuriæ ſuæ vitã finire. De magnificentia autẽ & nobilitate caſtitatis ſcribit nobis Origenes dicens,Caſtitas eſt ſtatus qualitatis angelicę.Et in hoc cõuenit Hieronymus, cũ dicit,In carne præter carnẽ viuere non terrena vita eſt, ſed

Cibi ſumendi modus.

**condimentum*

Incontinentia quid ſit.

Vitia vnde incipiant.

Incontinentia contra rationẽ eſt.

Caſtitatis nobilitas.

sed cęlestis. Vndecima & vltima doctrina, quātū est de prę senti, est de puellis nutriēdis. In primis instruātur in casti tate, deinde in humilitate, deinde in pietate, deinde sum mè & mirificè in taciturnitate, & ꝙ sint quasi sylvestres. Vi demus enim cōmuniter, quod omnia animalia sylvestria habēt pulchriorē pellē, quā domestica: quia ab hominibus nō tangūtur. Nullo modo permittat se tāgi à viris, nec vn quā respiciat aliquē in vultū directo aspectu, vt quasi totā sylvestrē se reddat. Nec vnquā exeat domū euagando, nisi esset optimè associata, ne accidat, quod accidit Dinæ volē ti videre mulieres regionis illius, & à Sychē corrupta est, Gen. 13. Instruātur etiā in ornatu, vt nō tangāt carnes, nec crispent capillos nec ante nec post, nec depingāt faciē suā, nec dimediēt supercilia, nec portēt torques, nec alia orna mēta picturata ex auro vel argēto vel margaritis, nec aliquas gemmas, nec sotulares albos pictos vel punctos vel incisos, sed incessus & gestus & ornatus sit in omnibus & per omnia licitus & honestus. Et nūquā puella debet esse otiosa. Legitur enim in lib. de 12. Cęsarib. ꝙ Augustus Cęsar filiā & neptes fecit sic Instrui, vt etiā lanificio assuescerēt. Modū autem viuendi particularē puellarū optimè tractat Hieronymus. De manè enim debēt vacare horis domini & cāticis diuinis, deinde lectioni, deinde orationi, deinde te nere colū & rotare fusum, & stamina pollice tāgere vel du cere. Et in hoc per Dei gratiam terminata est prima ætas. Quæritur vtrū medicus inquantū medicus teneatur cōsi derare accidētia animæ. Et videtur ꝙ nō, quoniā quod est de cōsideratione vnius, nō est de consideratione alterius, sed philosophus cōsiderat ista accidētia & ista moralia, si cut patet in libro Ethico. quare medico nō pertinebit ista cōsiderare. Oppositū videtur, quoniā Gal. & Auic. & alij au ctores determinant de illis. Solutio. Dico ꝙ Gal. determi nat hoc in 1. de regimine sanitatis, dicēs, ꝙ de istis nō tra ctat, vt anima fiat melior, sed ob hoc, vt nō cadat in ægritu dinē. Intelligendū est, ꝙ de istis moralibus possumus lo qui dupliciter, aut habēdo solum aspectū ad animā, & ita non tractat medicus. Medicus enim inquantū medicus cō siderat sanitatē, & per cōsequens omnia, quę attribuuntur sanitati: & quia sanitas cōseruatur, & amittitur, & reduci tur per moralia, ideo medico inquātū medico pertinet ista

Puellæ quo modo sint nutricēdæ.

Animalia sylvestria quare sint pulchriora.

Puella quare nunquā ociosa esse debeat.

Puellarum modus viuendi particularis.

Medicus, inquantum medicus, an cōsideret accidētia animæ.

Gaudium quibus competat.

moralia pertractare. Gaudiū enim tēperatū cōseruat sanitatē,& cōpetit in omnibus prę̄rquā volētibus impregnari secundū Auic. Ira enim & furor inducunt alienationem & febrē,& ideo nō competunt: infrigidatis tamen cōpetit ira, sicut narrat. Haly de duce militū. Timor autē inducit stupotē,& aliquando mortē subitā, quare medicus tenetur cōsiderare accidentia animæ,& per cōsequēs mores hominū laudabiles & illaudabiles: quia secundū Auic. vt dictum est, sicut mali mores sequuntur malā cōplexionē, ita mala complexio sequitur malos mores, quare medicus tenetur scire mores laudabiles & illaudabiles, & ita saltē in relatione ad corpus, magnus moralis medicus debet esse. Et quia summa philosophia est, scire inter homines cōuersari, & inter omnes artifices & scientes plus cōuersatur medicus inter homines, ideo tenetur scire aliquā scientiā moralē, per quā instruat omnes. Modò igitur instruere debet quo ad corpus, & modò quo ad animā, nam cū homo cōmunis sit, cōmunia scire debet. Et secundū hoc licitum est medico instruere pueros in his, quæ dicta sunt. Arguenti autē dico, quòd philosophus cōsiderat aliter, principaliter quo ad animā, vt melior fiat: sed medic⁹ primò cōsiderat, & secūdario animā, & ita quilibet potest cōsiderare secundū diuersas intētiones. Medici igitur cōsiderāt vt nūquā sanitas corrūpatur, & ibi est finis medici inquātū medic⁹ est.

Philosophia summa qua sit.

Medici finis quis sit.

De exercitio. CAP. VII.

Exercitiū quid sit.

FVlgentius describit exercitiū per modum decoratissimū, & mirabiliter in omnibus & per omnia verū. Exercitiū, inquit, est humanæ vitæ cōseruatio, caloris naturalis linea & excitatio, naturę dormiētis stimulatio, superfluorū cōsumptio, mēbrorū cōsolidatio, mors morborū, fuga vitiorū, medicina languorū, tēporis lucrū, iuuentutis debitū, senectutis gaudiū, salutis adiutoriū, destructio omniū malorū, ocij inimicum. Ille ergo solus ab exercitio se subtrahet & labore, qui felicitatis gaudio vult carere. Hęc Fulgentius. Auic. describit exercitium sic, Exercitiū est motus voluntarius, propter quē anhelitus fit magnus, frequens, & necessarius. Intelligendū autē est secundum intentionē Gal. quod nullus potest esse longæuus, nisi ille, qui est occupatus in aliqua operatione necessaria: & ideo oportet q̄ totus sit liber, & operetur secundū suam voluntatē: & ideo labo

labores carpentariorũ & agricolarum & mercatorũ, & ita de aliis, non sunt exercitiũ, quia propriè nõ sunt motus voluntarij, sed coacti. Præterea mercatores, & burgenses clausticales, & multi similes bene ambulant, & diu, & lõge, sed non est exercitium, quia anhelitus nõ immutatur. Et ideo non est propriè exercitiũ, nisi aliquis ex voluntate propria tantũ ambulet, & ita velociter, ꝙ incipiat fatigari & anhelitus immutari, & tunc statim debet sedere & quiescere, quia si vlterius moueretur, nõ esset nisi pœna & fatigatio. Et tale exercitiũ appellatur tẽperamentum, propter quod accrescunt multa bona corpori. Primò quia excitatur calor naturalis & vigoratur & augmẽtatur, & per cõsequens appetitiua & digestiua & expulsiua totius corporis, quantum ad tres digestiones, & motus cordis & spiritus viuificus illuminatur & elucidatur, & omnis sensus corporis, scilicet visus, auditus & ita de aliis, melioratur, & per consequẽs imaginatiua & memoria, & super omnia intellectus illuminatur. Et verè dato, ꝙ accideret error in omnibus operationibus medicinalibus, dum tamẽ non esset multũ nobilis, & exercitiũ fieret bene, sicut deberet fieri, nunquã aut rarò corpus indigeret alia medicina, quia exercitium suppleret defectus omniũ aliorum. Gaudeant igitur, qui timent phlebotomiã, & pharmaciã, quia per exercitium saluabuntur. Duo tamen sunt exercitanti necessaria, scilicet ꝙ non sit nimis repletus, quia tunc dissoluerentur humores, & esset timendum de apostemate aut febre, aut morte subitanea. In tali igitur casu præcedat longa abstinentia & fortis, & deinde exerciteur. Secundũ est, ꝙ non sit nimis inanitus, quia tunc dissolueretur corpus, & debilitaretur vltra mensurã. Quia vbi est indigentia nõ oportet laborare. Exercitiũ est igitur vnum de altioribus & nobilioribus rebus, quæ corpori humano possunt applicari in regimine suæ sanitatis, & prolongatione vitæ: & est quodãmodo necessariũ, quoniam nutrimentum elongatur à natura nostri corporis quãtumcunq; bene digestũ & bene præparatum, & ideo in qualibet digestiua est aliquid superfluum & impurum, & indigens quotidiana mundificatione, aut aliter aggregatur cacochymia, vnde est timendum de febre, & apostemate, & aliis infortuniis, nisi ista mundificentur phlebotomia, non possumus autẽ: quoniam non competit,

Fatigatio quid sit.

Exercitãti duo sunt necessaria.

Exercitiũ quare sit necessarium.

Excremenṫa quotidiana an purgentur phlebotomia.

nisi aut solus sanguis dominetur, aut quãdo omnes humores, & ideo non cõpetit in omni casu, præterea molestum esset facere quotidie: præterea summe debilitat corpus, & ideo cum phlebotomia bono modo euacuari nõ possunt. Nec cum pharmacia, quia omnes sunt venenosæ secundũ Gal. & Auic. & si purgant, inueterant, & reducũt corpus in malos vsus. Medicina igitur excluſa est quantum ad quotidianam mundificationẽ. Nec per balnea, quoniam secundum Gal. 3. particula aphoris. in balneis non purgatur, nisi quod cuti vicinatur. Præterea, si quotidie homo balnearetur, esset quædam magna seruitus, nec fortè inuenirentur quotidie, nec expediret etiã, cum nõ ita perfectè mundificent. Relinquitur igitur, quod exercitium fit multùm necessarium: quoniam exercitiũ supplebit phlebotomiam & pharmaciam & balneum, & cum hoc in exercitio nõ est timor nec amaritudo nec expensæ, sed ibi est pura recreatio corporis & animæ, dum tamen fiat per loca munda, quia tunc exponit se bono aëri, & gaudet in videndo longinqua & cœlum & maria & viridia. Et in omnibus his tenetur dominũ Deum cõmendare & laudare & magnificare. Bonum est igitur exercitium, quod etiã hominẽ vnit creatori suo. Istam autem materiam tractat Gal. 3. particula aphorismorum super illum aphorismum, Cõstitutiones vero anni omnino quidem siccæ. Et tractat etiam Gal. 1. particula de regimine sanitatis, & Auicennas, primo canone, & Haly secunda particula libri Regum, & Constantinus ibidem, quod idem est. Quæritur igitur hoc, quod istorum melius

Exercitiũ an melius euacuet superflua quãm medicina laxatiua.

euacuet superflua, aut exercitium, aut medicina laxatiua. Et videtur quod medicina laxatiua. Nam illud quod euacuat per electionem, melius euacuat, quàm illud quod sine electione, quoniam electio euacuat tantùm nociuum: nunc autem est, quòd omnes medicinæ laxatiuæ euacuãt electiuè, quare superfluitates cutis & totius corporis melius euacuabuntur cum laxatiuo quàm cum exercitio. Præterea videtur, quòd balneum melius fit, quoniam est suauius & delectabilius & manifestius, & citiùs facit materias euacuare per poros & sensibiliter & insensibiliter. Præterea fricatio magis valet, quoniam valet omni tempore & pluuioso & non pluuioso, & cum hoc potest fieri fortis & debilis, & cum hoc in loco tantùm vbi sunt superflui-

perfluitates: quare relinquitur, quòd frications sunt meliores in expulsione superfluitatū. Præterea videtur, quod exercitium non competat: quoniam ipsum non euacuat, nisi sit forte, & tunc facit hoc dissoluendo: sed humores dissoluti possunt ad membra nobilia currere, et ita possunt causare nocumentum: quare &c. Oppositum dicit Gal. in de regimine sanitatis. Dicendum quòd superflua melius euacuantur cum exercitio, quàm cum re alia: quoniam exercitium habet proprietatem exiccandi, et augendi, et generandi calorem naturalem, et nulla res alia est huiusmodi: et cum hoc vigorat virtutem expulsiuam: et ideo summè expellit superfluitates quotidianas. Et potissimè quando exercitium non competit est, cum corpus est plethoricum: quia tunc competit phlebotomia: nec cum humores sunt corrupti: quia tunc competit pharmacia: nec balneum competit nisi post exercitium: quoniam exercitium commouet humores et expellit prope cutem, et tunc competit balneum. Cum igitur materia nostra tractet de regimine sanitatis, tunc dico, quòd in regimine sanitatis non est res aliqua, quæ ita superflua quotidiana expellat. Et cùm arguitur, dicendum, quòd cùm aliquis humor corruptus est, tunc competit pharmacia, & tunc pharmacia euacuat cum electione: sed exercitium euacuat propriè vapores & superfluitates trium digestionum expulsiuam suscitando: & ita pharmacia euacuat vnum, & exercitium aliud. Vel possem dicere, quod exercitium euacuat eligendo pro tanto: quia natura cōfortata per exercitium superflua resecat, & diminuta complet: & ita electione euacuat nociua: quoniam, sicut scribitur in de Criticis, Natura sagax est, cuius sagacitatis non est finis: & ita remouet grauamentum & expellit nociuum. Opus igitur naturæ est opus intelligentiæ. Secundum igitur istum modum loquendi, natura fortificata per exercitium, & humores & alia expellit. Ad secundum dico, quòd in balneo non generatur calor, sicut in exercitio, sed potius exhalat. Licet igitur aliquo modo expellat superflua, non tamen ita conuenienter: & cum hoc naturalis calor non confortatur, sed debilitatur. Ad illud de frication dico, quòd licet competat, non tamē ita generaliter: vnde sicut exer

Exercitiū quando nō competat.

Balneū vbi competat.

Exercitiū quid euacuet.

Natura sagacitas.

exercitium est pro fortibus, ita fricatio pro debilibus. Ad aliud dico, quòd exercitium faceret hoc, si corpus esset plethoricum, & tunc nō competit: & quando non est sic, tunc ducit ad exteriora & non ad interiora, quare &c.

De speciebus exercitiorum. CAP. VIII.

Exercitiorum species multæ quare sunt.

SPecies exercitiorum oportet quòd sint multæ secundū concursum & diuersitatem particularium. Quoniam aliqui patiuntur in pedibus, & illi non possunt exercitari ambulādo: alij patiuntur in manibus, & illi nō possūt exercitari cū manibus operādo: & aliqui patiuntur in faucibus & in gutture, & isti non possunt exercitari vociferādo aut tubicinando. Præterea aliqui sunt fortes & aliqui debiles, aliqui diuites & aliq pauperes, aliqui prælati & delicati & aliqui nō: & ideo oportet habere species multas exercitiorum. Prima species exercitiorū fit deābulando per loca mūda, & est melior species inter omnes: quia corpus magis mouetur æqualiter. Alter modus est equitando, & iste est pro diuitibus: & cum hoc fit exercitium in quadriga sine curru. Et de hoc dicit Auic. quod valet in passionibus oculorum, cum tenet taliter exercitans faciem à parte pōst. Et est species alia exercitij in nauicula iuxta maritima: & cōpetit cacochymiis propter fastidiū & vomitū. Et sunt aliæ species pro iuuenibus & lasciuis, sicut est currere, luctari, saltare, dimicare, lapidē proiicere, & ita de multis aliis speciebus exercitiorum, quæ fiūt in *iactando. Prælati autem oportet quod habeāt alios modos. In camera enim debet esse vna grossa corda nodata suspensa, & tunc illa corda accipitur cum manibus duabus, & homo debet stare erectus ita quòd nō tāgat terrā, & sic lōgo tēpore: deinde saltabit cum illa corda currendo quātum poterit, hinc inde se voluendo & deābulando. Vel si non placet sibi iste ludus, habeat lapidē de triginta libris in quo sit annulus, & portet frequenter ab vna parte vsq; ad aliā, vel teneat superius in aēre, longo tēpore antequā deponat, vel portet ad collum suū, vel intra manus, & ita de aliis modis donec incipiat fatigari: vel teneat baculū in manu, & quod alter auferat sibi, si potest rectè trahēdo: vel quod auferat denariū à manu sua clausa. Et dicit Gal. quòd aliquis accipiat pellē vuę & quod ponat in capite indicis, & quòd alter teneat manū clausam, & quod videat, si cū illo digito poterit pugnū aperire.

Exercitiū in quadriga vbi valeat.

*recreando.

rire. Alter modus est, quòd duo sedeãt in terra pedibus cõtra pedes, & quòd teneãt ambo vnũ baculũ, & quòd postea videãt vter istorũ poterit alterũ eleuare. Alter modus exercitij est, quòd retineat anhelitũ, & quòd impellat vel versus caput vel versus ventrẽ, & est multum vtilis, nisi quòd dicit Auic. quòd est periculosus. Et dicit Gal. quòd aliquitã diu voluntariè tenuerunt, donec suffocati sunt. Oportet igitur in tẽpore pluuiali, & pro religiosis, & viris honestis in cameris multas species nouas inuenire exercitiorũ. Quæritur vtrum exercitium augeat caloré naturalẽ. Et videtur quòd nõ. Illud quod nõ auget materiã & substantiã caloris naturalis, calorẽ nõ videtur augmẽtare, saltẽ quantitatiuè, cùm calor sit accidẽs, & nõ multiplicetur nisi secundũ multiplicationem subiecti, sed exercitium nullam substantiam addit: quare videtur quòd exercitium calorem nostri corporis non augmẽtabit. Oppositum dicit Gal. versus finem 1. particulæ de regimine sanit. quòd exercitium caloré naturalem augmẽtat ab intus, & ita similiter: sed balneum & calor solis, & ignis, & fricatio vnguentorum calefaciũt ab extrà. Solutio. Dicẽdum quòd exercitium auget caloré ex ipsis propriis animalium corporibus, sicut dicit Gal. Modus autem potest esse iste: quoniam exercitium excitat calorem naturalẽ & fluentem, qui excitatus & vigoratus magis rarificat sanguinẽ in corde, & ita generat caloré fluentem: & cum hoc exercitiũ expellit superflua, quæ tenebant caloré sopitum, & ita calor vigoratur: & cum hoc in exercitio fricantur iuncturę & cor. motus autem & fricatio generant calorem, sicut manifestè videmus in axe & campanis, & similibus: quare motus & fricatio partium & potissimè cordis, erit fortissima causa generádi caloré. Hoc etiã videmus ad sensum, quod est dignius omni ratione. Et quia principiũ huius generationis procedit à corde, ideo dicitur, ꝙ exercitium & ira & similia augmẽtant calorem ab intus, balneum autẽ & calor solis & ignis & vnguẽta & frications incipiunt calefacere ab extrà, & cum hoc non ita profundant se, ideo dicuntur calefacere ab extra, & nõ ita naturaliter, quia nõ inciptunt à corde. De calore tamẽ solis dicimus ꝙ est viuificus, & ideo valet hydropicis. Et confert etiam senibus & debilibus calefieri in hyeme in Sole, in loco non ventoso. Si autẽ ista, quæ dicta sunt, in tã

Exercitiũ an calorem naturalem augeat.

Calor solis quibus valeat.

tùm

tùm calefaciũ:, ꝙ intrẽt vsq; ad interiora, tũc dicunt ꝙ nimis excedunt: quoniã caloré naturalẽ exhalare faciũt: sed exercitiũ incipit ab intus: & si cõsumit, cõtinuè generat: & ita nullũ istoriũ ita generat & cõseruat calorẽ naturalẽ, sicut exercitiũ. Notãdum tamẽ est, ꝙ nõ solum cõsideramus in exercitio, quod nõ fiat in corpore plethorico: sed etiam cõsideramus, ꝙ non fiat, nisi digestione terminata & cõpleta. Et ideo secundũ Gal. nõ debet fieri vrina remissa existẽte: quoniã tunc trahũtur humores crudi à primis venis ad totum corpus: & hoc est maximum nocumentum. Et tũc, cum arguitur, dicendum est, quòd immo accrescit substãtia ex hoc, quòd procuratur bona digestio, & superfluitatũ expulsio, & sanguinis rarificatio, & ita maioris caloris generatio. Exercitium igitur & ira incipiunt calefacere ab intus, sol verò ignis & alia ab extra, vt dictũ est: quare &c.

Exercitiũ quando fieri debeat.

Exercitiũ vnde incipiat calefacere, & vnde Sol.

De fricatione. CAP. IX.

CIrca materiam fricationis quatuor sunt cõsideranda, primum est de speciebus fricationis. Secundum est de vtilitatibus eius. Tertium est de fricationibus in cõparatione ad exercitium. Quartum est de loco & modo. Circa primum est intelligendum, quòd species fricationis sunt quatuor. Est enim quædã fricatio dura & quædã mollis, & quædam aspera & quædam lenis, & quædã multa & quædã pauca, & est quarta species, quæ est media inter omnes, & est tẽperata. Dura fricatio appellatur, quoniam cutis forciter & cum quadã violẽta cõpressione fricatur: cuius operatio est indurare, coadunare, & constringere: cuius ratio est: quoniam à principio facit exhalare humiditatem, quæ est iuxta cutẽ, & deinde corrugare eam, & ita retinet superfluas. Et etiam ratione coarctationis & cõpactionis cõstringit: & ita facit aqua nimis calida: quia claudit poros, & cõstringit corrugando in principio balnei. Mollis autẽ fricatio est suauis, & tractabilis: & talis relaxat, & mollit, & rarificat. Sed aspera fit, quando cutis tractatur & fricatur cũ panno aspero, aut cum manibus callosis, aut cum lapide spongiæ: & talis fricatio trahit sanguinẽ ad exteriora. Lenis autem fricatio fit per manus puellarum, aut pannum lineum antiquum: & habet aliquantulum trahere & cõuertere. Multa autẽ fricatio est, quando multum continuatur, & ista vniuersaliter resoluit & dissoluit & consumit. Pauca autem

Fricatio dura.

Fricatio mollis.

Fricatio aspera.

Fricatio lenis.

autem siue parua fricatio modicum habet effectum ratione paruæ continuationis. Tẽperata autem est media inter omnes: & ideo habet carnem generare. Ista autẽ sunt species simplices: sed compositæ sunt, quando dura componitur cum multa, & cum pauca, & cum media, & potest sociari cum aspera. Similiter mollis coniungitur cum multa, & cum pauca, & cum media, & cũ leni: sed dura & mollis nõ habent societatem, nec aspera & lenis, nec pauca & multa, nec temperata absolutè coniungitur cum aliqua aliarum: quia tunc non esset temperata: & sic effectus prouenient diuersi & varij secundum diuersitatẽ compositionum. Modo videamus de secundo principali, scilicet de vtilitatibus: nũc autẽ diuersis frictionibus indigemus secundũ variã habitudinẽ corporis. Quoniã quidam habẽt habitudinẽ multùm raram, & passibilẽ: & tales indigent fricatione dura, vt solidẽtur, & pori cõstringantur: sed quidã habẽt habitudinẽ solidã & spissam: & illi indigẽt fricatione molli & multa: & quidã habẽt habitudinẽ pinguẽ & repletã: & tales indigent aspera & multa, & vt fiat attractio, & attracti multa resolutio: & quidã habent habitudinẽ extenuatã: & tales indigent fricatione tẽperata, vt nutriãtur: & quidam sũt delicati & debiles: & tales indigẽt leni, suaui et pauca. Et ita sapiẽs medicus vritur vniuersis secundũ diuersitatẽ particularũ. Modò videamus de tertio, scilicet de fricatione per cõparationẽ ad exercitiũ. Quædã enim est fricatio, quæ debet fieri ante, et quædã pòst. Cùm aliquis vult exercitari, tũc cõperit fricatio dura et pauca, vt solidẽtur musculi et lacerti, et ita properetur ad motũ: post exercitiũ autem quia fortè exercitiũ fuit nimiũ, et cõsequuntur aliqui tumores, vel aggregatio aliquarũ superfluitatũ, vel aliqui dolores, vel fatigationes, et similia, tunc cõpetunt frictiones molles et lenes et multę, vt superflua expellãtur: et inũctiones cũ oleo ad mitigãdũ et dulcorãdũ: et cõpetũt balnea et abstinentiæ et cõsimilia: et hoc tractabitur melius, cum tractabimus de dispositionibus laboriosis. Quarto videamus de loco et modo. Locus autem, vbi fricandus est, debet esse temperatus. Si autem est hyems, calefiat domus: cum autem est in æstate, infrigidetur cum aqua frigida. Sit igitur locus nec nimis calidus nec frigid: et tunc patiens sit nudus, et frictiones sint multæ, et incipiant à capite, deinde veniant ad collũ et spatulas et brachia, deinde

Fricatio tẽperata.

Frictionũ vtilitas.

Habitudo pinguiextenuata.

Fricatio antè exercitium.

Fricatio quo loco fieri debeat.

ad pectus,& ad dorsum,& ad ventrẽ,& ad anchas,& ad coxas,& ad tibias, & ad pedes:& fricetur totus simul à multis manibus,modò cũ vnguibus,modò cum palmis,modò cũ pulpis digitorum, modo cũ syndone:& hoc fiat in quali bet parte corporis bis aut ter,secundũ quod delectabitur, & secundũ cõuenientiã aliorũ particularũ.Est autẽ quędã species fricationis,quę nõ cõpetit sanis,quæ fit in syncopi & doloribus interioribus,& fit quãdo fricatio debet incipere ab interioribus ad exteriora, & nũquã ab exterioribus ad interiora:quãdoq; est mollis & lenis,sicut in dolore:aliquãdo est fortis, dura, aspera, & multa,sicut in lethargia, & syncopi:sed hoc nõ pertinet propriè huic capitulo.Quę ritur de ętate præcedẽte & materia præcedẽte,Vtrũ lac matris sit melius fœtui,quàm lac alterius mulieris.Et videtur quod nõ:quoniã lac malę qualitatis nõ cõpetit fœtui, sed lac matris est huiusmodi,cùm præcesserũt in partu dolores labores & angustiæ,quæ induxerũt malã cõplexionẽ, & ita lac est corruptũ:quare illud non cõpetit.Præterea fœtus in vtero nutritur sanguine dulciori secundũ Gal.4. particula aphor.super illũ aphorif.Mulier quæ neq; prægnãs est,&c. sed nũc post partũ non est talis,cũ ille,qui remãsit,est grossus & feculentus,qualis tũc nõ competit,vt videtur, fœtui: quare,&c. Oppositũ dicit Gale. Dico igitur,sicut fuit dictũ superius,quòd omnibus particularibus cõuenientibus,scilicet ætate,complexione,consuetudine,& necessariis vitæ, & quòd omnia cætera sint æqualia in duabus mulieribus, nisi ꝙ vna est mater illius fœtus nutriendi,tunc dico,ꝙ magis valet lac matris,quã alterius mulieris. Tamẽ si tu posueris vnam sanã & aliam infirmã, vel vnam vetulã & aliã iuuenẽ,& ita de aliis,tunc nõ valet proportio,sed si omnia sint æqualia,lac matris magis cõpetit.Cuius ratio est:quoniam cõseruatio fit per simile,sed lac matris magis assimilatur fœtui,quia ex illo fuit in ventre nutritus & generatus:& ideo ratione similitudinis & cõuenientiæ facilius & melius nutritur ex illo.Et cùm tu arguis,sicut prius argutum est,dico quòd superius fuit dictum,quòd immediate tunc non cõpetit fœtui,nisi postquã transiuerint dolores, & ꝙ lac mamillæ sit extractũ,aut mulgendo,vel per aliquẽ puerum de hospitali, vel per aliquam vetulam,quæ sugat lac,& os impleat,& postea expellat,& ita continuet donec

Lac matris vtrũ sit melius lacte alterius mulieris.

veniat

veniat bonũ lac. Interim autẽ poterit nutriri fœtus ab alia muliere, vel ꝙ nutriatur ex saccharo trito & melle lãbẽdo. Ad secũdũ dico, quod in partu à sanguine immũdo & grosso est purgata tũc mulier, & cũ hoc sanguis subtilis & dulcis generabitur, & per cõsequẽs bonũ lac: quare patet, ꝙ, aliis parib. lac matris est cõueniẽtius lacte alteri' mulieris.

De balneis. CAP. X.

CIrca materiã balneorũ quatuor sunt intelligenda. Primum de nocumẽro & iuuamẽto in generali. Secũdum est de iuuamẽto in particulari. Tertiũ est de loco & modo. Quartũ de balneo aquæ frigidę. Circa primũ est intelligendum, ꝙ iuuamentum primũ balnei aquæ dulcis calidæ est, quoniã remouet lassitudinẽ. Secundum est, quòd abstergit ventrẽ. Tertiũ est, quòd inducit somnũ. Et ideo cũ aliquis appetit dormire post balneũ, signũ est quod omnia particularia bene cõueniũt circa balneum illud. Quartũ est, quod balneũ attrahat, & abstergat, & mũdificet, & superflua expellat. Nocumentũ autem balnei, quãdo fit prout nõ oportet, est, quoniã inducit nauseam & vomitũ & febrem putridam, & apostemata: & ideo balneũ nõ cõpetit plethoricis, nec oppilatis, nec apostematis, nec vulneratis, nec rheumaticis, nec immediatè post cibũ. Secũdo veniamus ad iuuamẽta in speciali. Balneũ enim fit propter tria: aut vt corpus impinguetur, aut vt maceretur, aut vt in sanitate conseruetur. Balneum autem ad impinguandũ debet fieri post cibum, cibo tamen digesto in stomacho: & stet ibidem donec corpus incipiat tumefieri & vulneretur: & tunc statim exire debet, & immergi in aqua tepida, deinde inuoluatur linteamine intincto in aqua frigida, vt nutrimentũ attractum conseruetur, deinde inungendus est, & cauẽdum est, ne ludat. Si autẽ fiat ad macerandũ, tunc fiat cibo digesto, & superfluitatibus expulsis, & stomacho vacuo, & post forte exercitiũ, & quòd diu stet in aẽre calido, & quod fricetur fricationibus asperis & multis, & quòd toleret, quãtum est possibile, & post exitum etiam sudet multum, & comedat parum. Balneum autẽ, quod fit in ratione sanitatis, debet sic fieri, Cùm aliquis fuerit exercitatus, quiescat, deinde intret balneum, & stet ibi, donec incipiat calefieri, postea abluatur cum aqua calida, & quòd postea exeat. Tertiò videndũ est de loco & modo. Locus autẽ, vbi quis balneã-

Balnei aqua dulcis calida iuuamentum, et nocumentũ.

Balneũ fit propter tria.

Balneũ ad impinguandum.

Balneũ ad macerandũ.

Balneum sanitatis.

Balnei locus.

dus est, debet habere tres mansiones, quarum vna debet esse tepida, secunda debet esse calori vicina, & tertia calida. Nunc autē, cum aliquis exercitatus est, debet quiescere in prima domo, & ibi debet expoliari: & postea intret secundam domū, & ibi debet fricari, postea intret tertiam, & ibi debet stare in aëre calido, donec corpus incipiat calefieri: & quod postea abluatur cū multa aqua & frequēter, & postea exeat: & in exeūdo debet sibi cauere, ꝙ nō exponat se aëri frigido, & potissimè caput, quia de facili incurreret reuma: & ꝙ non accipiat aliqua electuaria calida, nec frigida, nec alia huiusmodi: & ꝙ sub pœna capitis nō potet aquā frigidam: quoniā statim horribiliter læderet viscera. Quartò videamus de balneo aquę frigidę. Nullus debet balnearі in aqua frigida, qui habet aliquā ęgritudinem, aut sit paratus ad eam: nec debilitatus propter fluxū aut vomitū aut coitū, & similia, nec pueri. Et dicit Gal. ꝙ pueri nō sunt balneādi in aqua frigida vsq; ad viginti vnū annos: quoniā impeditur eorū augmentū. Senes etiā nō debent balnearі in aqua frigida nec oppilati: sed iuuenis carnosus fortis, qui fatigatus est in Sole aut in via propter calorē & laborē, in media æstate si inuenerit flumen mundū, & ꝙ locus non sit vmbroſus nec vētosus, & ꝙ stomachus sit vacuus, & ꝙ aqua sit calida vel tepida, tūc talis immergi debet in flumine, & natare secūdū Gal. ne frigiditas aquæ infrigidet nō solū exteriora, sed interiora: quoniā pori aperiuntur ratione motus: & debet ibi parū stare, sed ad hoc solū, ꝙ calor naturalis reuocetur, & ꝙ corpus tēperato modo induretur. Et de hoc balneo facit mentionē Gal. 10. de inge. sanitat. & postea exeat ipsum, & vitet laborē & frigus & repletionē. Quæritur igitur hoc. Vtrum corpus optimū indigeat exercitio, fricatione, & balneo. Et videtur ꝙ non. Optima natura tantū appetit quātū digerere potest, & habet omnia cū modo & mēsura secundū Gal. in arte medicinali: sed exercitiū & alia non fiunt nisi propter expulsionē superfluorū, & corpus optimū non habet superfluum, quare nullo istorū videbitur indigere. Præterea naturæ forti nihil est impossibile secundum Gal. super illa partē, Quibuscunq; phlegma inter phrenas concluditur, prima partic. aphor. tūc igitur, si aliquid esset superfluū, per se optima natura consumeret & expelleret, & ita videtur quod nullius indigeat aliūde: nec indiget igitur exercitio.

Balneatus aquā frigidā an bibere debeat.

Balnearі in aqua frigida qui possint.

Iuuenis carnosus balnearі potest in aqua frigida.

Corpus optimū an indigeat exercitio, fricatione, & balneo.

exercitio, nec aliis: quare, &c. Oppositum tãgit Gal. versus finem 11. partic. de regimine sanitatis. Dico igitur respondendo, quòd corpus optimum indiget exercitio & aliis, sicut partim tactũ fuit superius. Et ratio dictorũ est: quoniã cibus quantumcunq; temperatus, nihilominus contrarietatem habet ad corpus: & ideo aliquod habet superfluum in qualibet digestione. Ad hoc autẽ oportet, quòd habeat aliquod adiutoriũ in expellendo: ista autẽ adiutoria sunt exercitiũ & alia: quare, si non expellerentur, possent esse causæ multorum nocumentorum. Et cum arguitur, Tantũ appetit, &c. Et habet omnia cũ medio & mensura, dico ꝙ verum est, præsuppositio bono regimine: exercitiũ autẽ & alia sub bono regimine cõtinentur: quare cũ istis habet illas virtutes, aliter autẽ nõ. Vel possem dicere, ꝙ in virtute sui habet omnia, quæ dicta sunt: sed in virtute obiecti nõ: quoniã repugnat. Ad secundum dico, ꝙ nihil est sibi impossibile quò ad naturalia, quantũ est de hoc supposito bono regimine: quoniã appetit & expellit & digerit, & ita de aliis naturalibus: sed absolutè nõ est verũ. Quoniã, si poneretur in igne, combureretur. Corpus igitur optimũ indiget auxilio artis.

Natura quomodo nihil sit impossibile.

De cibis. CAP. XI.

NVllus debet sumere cibũ, nisi stomachus sit vacuus. Cognoscitur autẽ ꝙ stomachus sit vacuus: quia non præcessit crapula, & est longũ tempus ab acceptione cibi, & quia exercitauit se, & quia appetit: & tũc ilico detur cibus, aliter stomachus putridis impletur humoribus secundum Auic. Et si ante tempus detur, est causa febris, & oppilationum, & apostematũ, & similiũ. Si igitur tẽpus nimis tardauerit, bonũ erit sumere ex multis cibis diuersis, & euomere, aut oximel, aut succum malorum granatorum, & similia.

Stomachus vacuus unde cognoscatur.

Cibus autẽ conueniens est panis de tritico mundo, collecto de anno fertili, nõ corrupto, non epidemiali: & ꝙ sit de loco alto nõ fimato: & quòd panis sit bene coctus, & bene fermentatus, & cum temperata quantitate salis: & quod sit de vno die vel duobus. Carnes sint hœdinæ, aut agni vnius anni, aut vituli lactantis, aut extrema porcorum incolentium montes & nutritorũ de glandibus, vel sint pulli, aut pullæ, gallinæ, perdices, sturni, phasiani, & omnes aues cãpestres vsuales, non tamen degentes in aquis. Et potest exhiberi in tẽporibus suis cuniculus iuuenis, capreolus iuuenis, & cer-

Cibi conuenientes.

Panis.

Carnes.

Pisces. uus iuuenis. Vtatur etiã piscibus squamosis de aquis mundis. Et vtatur ouis sorbilibus. Ista sunt, quę cõpetunt comuniter & regulariter. Vitet autẽ omnes fructus, & omnia holera, & omnia legumina, & omnẽ caseum: illis vellet vti secundum medicinam, sicut dicetur in loco suo. Solus autẽ ille est verus cibus, qui caret omni fortitudine, acredine, & ponticitate, & ita de aliis, sicut scribit Gal. ad helleboros. Vitẽtur ergo in regimine sanitatis omnes cibi, qui aliquid habent in excessu. Nunc autem multa & diuersa sunt consideranda circa cibi exhibitionem, quæ per ordinem prosequemur, & primò incipiamus à qualitate.

Cibi qui vitandi sint.

Cibus verus.

De qualitate cibi.

Cibi qualitas. Qui rectè vult exhibere cibum in regimine sanitatis, oportet primò considerare complexionẽ corporis, & complexionem cibi & substantiã eius. Intelligendum igitur, secundũ quòd potest elici ex doctrina Gal. 7. de ingenio cap. fin. quòd omnis complexio aut est temperata aut distempe

Cõplexio tẽperata et distemperata. rata: si temperata, semper debent sibi dari similia: si distemperata, aut est sub latitudine sanitatis, aut sub latitudine ęgritudinis: si sub latitudine sanitatis, semper debet ad me

* *inceperas* lius reduci, nisi occupatio in vitę necessariis impediat: si autem fuerit in tempore ægritudinis, tunc aut *intendis reducere complexionem lapsam aut non: & si sic, contraria debent dari complexioni & morbo: si autẽ non dẽtur similia complexioni: quia loco naturalis & radicalis stat, & morbo debẽtur contraria: sufficit enim tũc morbũ reducere. Aetas autẽ cõplexio & consuetudo, si fuerint temperata, semper indigent similibus: sed regio, tempus & aër, si distemperata sint, cõtrariis indigẽt, sicut morbus. Iuxta igitur canonem prædictũ, si cõplexio fuerit lapsa, dẽtur sibi cibaria cõtraria: &, si fuerit lapsus in caliditate, dentur frigida: & si in frigiditate, dentur calida: & ita similiter de siccis & humidis. Si autem accipiantur cibaria, quæ non conueniunt complexioni eorum, admiscri debent cibaria contraria. Si igitur aliquis vtatur lactucis, & nõ cõpetant ratione complexionis, accipiat eas cum cinnamomo & cartophillis. Et si vtatur piscibus, & non conueniunt cõplexioni, tunc faciat salsam de sinapi, & addat nucem moscatam, & piper longũ, & ita de aliis. Subtantia etiam cibi debet considerari: quia quidam cibus est, qui habet grossam substãtiam, sicut sunt

Cibi substantia.

caro

caro vaccina,& carnes animaliũ ſylueſtrium, & omnia indurata in ſale,& conchilia,& piſces beſtiales,& panis azymus,& vinum groſſum,& carnes aſſæ ſemicoctæ:talia autẽ competunt ſtomacho cholerico,cùm virtus eſt fortis,& calor multus.Sunt etiam aliqui,qui exercitant ſe forti exercitio & multum dormiunt, & talibus etiã competunt. Si autem calor naturalis eſſet debilis, & ſtomachus debilis, & cum hoc eſſent parui exercitij,iſta non competunt, immo eſſent multum nociua:ſed iis dentur cibaria ſubtilia, ſicut ſunt pulli & pullæ, & piſces petroſi,ouа ſorbilia,ſpinachia, & vinum ſubtile, & panis bene fermentatus,& ſimilia: iſta autem corrumperentur in ſtomacho forti & calido. Et ſi ſtomachus & virtus & exercitium & tempus medio modo ſe habent, dietentur mediocriter,ſicut ſunt gallinę,perdices,& cato annalis agni, & ſimilia.

Cibi craſſi.

Cibaria ſubtilia.

De quantitate cibi.

Nullus audeat ſumere cibum in tanta quantitate, quòd aggrauetur ſtomachus ſuus,aut immutetur anhelitus, aut omnino ſedetur appetitus:immo debet ceſſare, antequam ſedetur appetitus:quoniam poſt modicam morã ceſſabit, ſicut dicit Auic. Sed qui exercitio vehementi vtitur, & eſt rarus in mora,mala patietur:qui autẽ continuat, morte ſubitanea morietur,aut malis ægritudinibus capietur, licet de ſe eſſet optimus:quoniam ratione indigeſtionis corrũpitur. Si autem cibus fuerit calidus, incurret febrem & apoſtemata,ſi frigidus,incurret artheticã & oppilationem:& ſi melancholicus,maniam, & lepram,& ita de aliis:ſi autem fuerit varius & diuiſus,incurret hemitritæam,& febres erraticas. Caueatur igitur eũ ſumma diligẽtia, vt ſtomachus cibis & potibus nõ repleatur. Si autẽ per infortuniũ ita acciderit,ſtatim euomat. Accipiat igitur aquã* calidã cũ oleo, & ſemen atriplicis, vt euomat:& ſi nõ poteſt euomere,ſtet ſupra pedes ſuos lõgo tempore,deinde dormiat. In hoc igitur caſu,ſecundũ Gal.12.partic.de ingenio ſanitatis, cap.2. cõpetit ſomnus, vt cibus digeratur:& vigiliæ,vt ſuperfluũ expellatur. Si autem dormire nõ poteſt,incedat ſuauiter & multo tẽpore,& nõ accipiat cibũ nec potũ de 24.horis:deinde accipiat brodium gallinæ cum modico panis, & vno hauſtu vini odoriferi. In tertia die exercitet ſeſe fortiter, & balneetur: deinde panem comedat:& deinde dormiat:

Cibi quãtitas.

Appetitus an ſedari nõ debeat.

Stomachus cibo repletus quomodo curandus.

* tepidam

& vtatur electuario, quo vtitur Gal. in de regimine sanitatis in crapulatis, & est diatrionpipereon.

De ordine cibi.

Ciborū triplex diuisio.

Ciborum quidam est lenitiuus ventris, & quidam stipticus. Lenitiuus, sicut sunt spinachia, viola, mercurialis, malua, pruna, cerasa dulcia, vuæ, & ficus, & similia: quidam autem est stipticus, sicut pira, coctana, mespila, & similia. Ciborum quidā est facilis digestionis, sicut pisces squamosi de locis petrosis, & oua sorbilia, & brodia, & similia: & quidam est duræ digestionis, sicut conchilia, & panis azymus. Ciborū quidam est subtilis, sicut pullæ & pulli, & vinum subtile, & lac, & similia: & quidam est grossus, sicut caro vaccina & assaturæ. Et secundū hoc triplex datur regula. Quoniā supposito, quòd duo cibaria cōpetant in eadem mensura, lubrica & legumina debent præcedere stiptica, nisi forte adesset ventris lubricitas: quoniam in hoc casu stiptica præcedere debent. Secunda regula est, quòd si competant ea, quæ sunt facilis digestionis & quæ sunt duræ digestionis, ea quæ sunt facilis digestionis debent præcedere, nisi fortè præcesserit labor violentus, & etiam stomachus sit fortis & calidus: quoniam tunc pisces corrumpuntur & similia facilis digestionis, & debent præcedere ea, quæ sunt duræ digestionis. Tertia regula est, quòd si cōpetant subtilia & grossa, subtilia debēt præcedere, nisi forte stomachus esset multum vacuus, & quòd aliqualis mora esset inter primum & secundū. In tali enim casu, sicut dicit Auic. stomachus complectitur subtilem ratione inanitionis, ita quod postea repudiat grossum, & tūc grossus debet præcedere, regulariter tamen leuiora præcedere debēt. Et ista est sententia Gal. in regimine acutorū in tertia parte, super illam partem, Post ptisanam verò &c. Ad intelligentiam tamen prædictorū canonum intelligendum iuxta doctrinam Gal. in de regimine sanitatis, quòd in eadē mensa nunquam cōpetunt duo cibaria, & ideo ipse erat contētus de manè solo pane, & in sero solis carnibus. Quando autē duo cibaria accipiuntur in eadē mensa, tunc malū est in se & malum est in relatione vnius ad alterū: in se, quoniā aliter laborat natura in digerendo subtile, & aliter in digerendo grossum, & ita de aliis: & cum hoc in relatione, quoniā, si cibus subtilis præcedat, cito digeritur, & trahit secū

Cibaria quæ debeāt præcedere.

Cibaria duo sumere in eadem mensa.

grossum

grossum & indigestũ, si grossum præcedat, tunc subtilis, cũ erit digestus, corrumpitur, quia nõ habebit exitum: & ideo quodãmodo fiet semper malum, quicunq; præcedat, tamẽ maius malum est, quando subtilis subsequitur: quoniam corruptio nunquã rectificatur per sequẽtia, quando transmutatio facta est in alienam speciẽ, sed cruditas est circa speciẽ, & ideo quodam modo rectificabilis. Minus igitur malũ est, quando subtile præcedit, quare cibus subtilis præcedere debet: & in hoc cõuenit Auic. cum Gal. Tamen sanè intelligendũ est: quia stomachus habet duas partes, scilicet inferiorẽ carnosam calidã, & superiorẽ panniculosam, per quam fit appetitus: nunc autẽ si cibus grossus esset in stomachi fundo, tunc haberet obiectũ proportionabile, & ita digereretur grossum per fortẽ calorem, & quia subtilis cibus non indiget forti calore, ideo bene esset subtilis cibus in parte superiore stomachi, & ita etiã bona esset proportio, quare grossum deberet præcedere. Dico, quod exquisitè natura stomachi cognosci nõ potest, nec quantitas offerendorũ certis literis denotari potest: & quia in statera cibum stomacho proportionalẽ secundum superius & inferius ponere nõ possumus, quia hoc nõ possumus exquisite scire nec ex parte stomachi nec ex parte cibi, quare sic procedere nõ possumus, secundũ quod optima esset exhibitio, quare oportet sequi minus periculosa, & in hoc conueniũt omnes patres nostri. Intelligendũ est etiam, quòd summe corrumpitur digestiua, quando crudũ ponitur supra semicoctum, & ita totum corrũpitur, & ita videmus communiter, q̃ iuuenes errant in hoc: assumunt enim de mane cibũ, & postea in tertiis, & antequã primus possit esse digestus, replent ventrẽ: & ideo innumerabiles languores iis proueniunt: & cum hoc diuites totum mundũ corrumpunt, sed primo seipsos. Primò enim dant assa, aliquando carnes vaccinas, aliquando mutoninas, & postea brodium gallinæ cũ gallinis, & ita vt plurimũ præmittunt grossum, & subtilem postponunt: & cum hoc in principio dant caules cum carnibus grossis, & in fine pullos, & ita totum corrumpunt. Et non solum in hoc deficiunt, sed etiam in multiplicatione ferculorum, & longa confabulatione in mensa, & in longissima mora de cibo ad cibum in eadem mensa. Corrumpitur etiã cibus multis aliis modis: quoniam, cùm fructus

Cibus subtilis an præcedere debeat grossum.

Stomachi duæ partes.

Digestiua vnde corrũpatur.

Diuitum ordo in sumendo cibum.

deberent præcedere cibum, ipsi eos postponunt, & cũ hoc in eadem mensa comedunt lac, & pisces, & acetosa, & risum, & fermentum coctum: & ista sunt detestabilia secundum Auicen. Modus autem comedendi deberet esse iste, quòd homo comederet hodie bis, & cras semel, & ita deinceps: & ita, si accideret error in bis comedendo, rectificaretur ille in crastinum per semel comedendo: & si error acciderit in comedendo semel, vt quia parum nimis, rectificaretur in crastinum, quia tunc bis comederet, & ita quotidie fieret rectificatio vnius ad alterum. Et testor Deum, quòd illud, quod deterius est in regimine sanitatis, est, cũ quis sumit cibum stomacho nauseam patiente & fastidiũ: quoniam mala morte & subitanea tales moriuntur, similiter, qui sumit cibum, & patitur dolores & torriones in intestinis. Et est memoriæ cõmendandum, quòd vniuersaliter hominibus studiosis, & in otio viuentibus melius est, quòd nutriantur cibo subtili quàm grosso, & est intentio Auic. Aduertendum tamen, quòd dieta non sit nimis subtilis: quoniam virtutem abiicit, iuxta illud, Tenues & certæ dietæ &c. & de hoc fiet mentio inferius.

Comedendi modus optimus.

Cibum sumere, stomacho nauseante.

Studiosi quo cibo sint nutrienda.

De tempore sumendi cibum.

In tempore hyemali & regione frigida homo, qui est sanguineus de complexione, & non est nimis rarus, & est fortis in corpore, debet sumere multùm cibũ & grossum. Quoniam calor tunc est fortis propter retentionem sui ad interiora. Et hoc est, quòd dicit Hippocrates, Ventres hyeme & vere calidissimi sunt natura, & somni longissimi, & ideo oblationes multæ dandæ sunt. Et experimentũ docet in corporibus fortibus, quòd hoc est verum, & hoc est dignius omni ratione. In æstate autem totum debet fieri contrarium, quoniam calor est debilis propter resolutionem factam à calore externo. Et hoc est, quod dicit Hippo. Æstate & autumno cibos grauissime ferunt. Intelligendum est tamen, quòd nullus debet sumere cibũ post balneum & exercitium, nisi prius fuerit quietatus, sicut superius dictum est. In æstate igitur vergant cibaria ad frigiditatem, & in hyeme ad caliditatem.

In hyeme quis cibus conueniat.

In æstate.

De cibo desiderato.

Item canon valet in tempore sanitatis & in tempore ægritudinis, si sint duo cibaria, quorum vnum est optimũ, &

Cibaria

& aliud minus bonum, & cibus minus bonus desideratur & appetitur, talis citius debet concedi, quàm alter, qui melior est: quoniam quod melius sapit, melius nutrit secundum Auic. Et ratio dictorum est: quoniam cibus, qui accipitur cum delectatione, amplectitur à stomacho & comprehenditur & diu retinetur, & ideo melius digeritur, & ille, qui melius digeritur, magis est iuuatiuus: alter autē, qui non appetitur, sumitur cum quodam fastidio, & ideo ita bene digeritur. Et hoc est, quod dicit Hippo. Cibus & potus parum detestabilior &c. Cauendum est etiam, quod non sit enormis appetitus, sicut est aliquando in mulieribus prægnantibus: qui etiam, licet sit enormis, non omnino est denegandus in mulieribus prægnantibus. Cauendū etiam, & potissimè in morbis, quòd appetitus cibi illius non multum distet à bono: quoniam, si patiens plus appeteret allia assa, quàm lactucas, non propter hoc esset illud concedendum. Sed si plus appeteret auenatum quàm hordeatum, auenatum esset concedendum. Similiter in sanitate si plus appeteret carnes mutoninas quàm gallinas, mutoninæ essent concedendæ. Sed vbi esset multa distantia, non. Et ideo dicebat Hippoc. Pane deterior &c.

desiderata quare magis competant.

De exhibitione cibi per comparationem ad membra.

Aliqui sunt, qui habent aliqua membra debilia, & parata alicui morborū. Si ergo aliquis incurrat de facili dolorem capitis & caliginem oculorum, tunc vitet pisces & allia & cœpas & nuces & vinum forte, & omnia fumosa. Aliqui incurrunt de facili tussim & strictura pectoris, vitent igitur acetosa & salsa & stiptica. Aliqui sunt, qui de facili incurrunt nauseam propter mollificationē stomachi, vitent igitur pinguia, butyrū, & oleum sisaminum, & similia. Aliqui sunt, qui habent stomachum valde calidū, vtantur ergo perdicis & perdicibus semicoctis. Aliqui sunt, in quorum stomacho colera aggregatur, vtentur igitur malis granatis. Aliqui sunt, in quibus dominatur phlegma, vtantur igitur assis & frixis. Et in quibus dominatur melancholia, vtantur boraginibus, bugloſſa, & melissa. Et qui habēt hepar frigidum, vitent omnia grossa viscosa & frigida: & qui calidum, vtantur endiuia. Et qui habent ventrē constipatum, vtantur cassia fistula in principio mensæ, & vtantur prunis & consimilibus: & qui laxum, vtantur coctanis vel

Caput dolentes quos cibos vitare debeant.

Ventriculi nocumētum habentes.

Hepatis nocumentū habentes.

Ventre constipati.

Colici. Calculosi. ciminis ante cibum. Et qui paratus est ad colicam, vitet omnia legumina: & qui ad lapidē & artheticam, vitet omnia diuretica. Secundum igitur quod aliquis paratus est ad aliquam ægritudinem, secundum hoc vtatur illis, quæ confortant illud membrum, & vitet ea, quæ membro nocerent, & ægritudinem generarent.

De consuetudine.

Consuetudo quantā vim habeat. Magnam vim habet consuetudo, sicut scribit Aristot. 7. Metaphysicæ. Et ideo Hippoc. in regimine dicebat, Mala namq; dicta & potus, quæ secundum solitum fit, securior est in omni tempore sanitatem tueri, quàm ea, quæ melior est, si in ea subita mutatio fiat. Et hoc est, quod dicit Gal. quoniam consuetudo est altera natura. Et in hoc conuenit Auic. cum dicit. Experimentum in hoc vincit rationem: quoniā malus cibus vsitatus melior est bono non vsitato. Iuxta ergo prædicta est aduertendū, quòd quidam consueuerunt comedere grossa cibaria, & optimè viuūt cum iis, sicut iis videtur: & aliqui comedunt vulpes & canes, sicut dicit Gal. 3. de interioribus versus finem, & aliqui vtuntur cibis subtilibus, & accipiunt pharmaciam, vt præseruētur à morbis: & aliqui sunt cholerici, qui vtuntur cœpis, alliis & pipere: & aliqui phlegmatici, qui vtuntur piscibus & carnibus porcinis: & aliqui melancholici, qui vtuntur carnibus boninis & leguminibus, & caulibus & caseo: & aliqui sunt, qui parum comedunt in tempore sterilitatis, & aliqui, qui multum in tempore fœcunditatis: & aliqui comedunt bis in die, & aliqui semel: & aliqui sunt, qui comedunt de mane, & aliqui de serò. Et tunc istæ diuersitates sunt multæ valdè in cōsuetudine: quoniam aliqui in montibus, & assuescunt res salsas, & aliqui in vallibus, & vtuntur fructibus: & aliqui in mari, & vtuntur leguminibus cū aceto & carnibus salsis & aqua mala: & aliqui in paludibus, & vtūtur anguillis. Et aliqui sunt fabri, & aliqui piscatores, aliqui milites, aliqui scriptores, aliqui studiosi, & aliqui vigilatiui, & aliqui somniculosi. Et ita quilibet accipit aliquam consuetudinē in cibis & potibus iuxta naturā suę ætatis & regionis & tēporis, & ita de aliis particularibus.

Consuetudo longi tēpo. Intelligendum est igitur sanè iuxta prædicta, quod omnis cōsuetudo, quæ ex longo tēpore habetur, siue sit bona, siue sit mala, est obseruanda, & in tēpore sanitatis, & in tēpore ægritu

ægritudinis. Cuius ratio est, quoniam cõsuetudo stat loco naturæ: & quia naturalia sunt cõseruanda, ideo cõsuetudo est obseruanda. Si autẽ debeamus *transmutare, oportet ꝙ fiat paulatine: quoniã omnis subita mutatio nocet secundũ intentionẽ Hippoc. in regimine, & potissimè in cõsuetis. Si ergo aliquis vtatur cibo tẽperato & laudabili, muterur paulatinè ad vtendũ aliquãdo cibis grossis, & aliquãdo subtilibus: quoniã, qui in vna cõsuetudine stat, in dubio moratur: sed tamẽ vtatur magis temperatis, & de aliis parum & paulatinè, vt nõ fiat subita trãsmutatio. Si autẽ quis sumit cibaria grossa, & licet bene digerantur in stomacho, in renibus tamẽ nõ est possibile secundũ Auic. & ideo paulatine est trasmutãdus ad cibũ tẽperatum. Si autẽ aliquis fuerit assuetus feralia, in primis vtatur bonis cibis in parua quãtitate, ita ꝙ hodie debet sumere multũ de illis prauis cibis & parũ de bonis, eras addat aliquãtulũ bona cibaria & minuat mala: & sic deinceps donec venerit ad tẽperamẽtũ. Et est hîc intelligendum, ꝙ multi sunt, qui vtuntur malo regimine nõ solùm in cibis & potibus & in aliis, sed etiã in pessimo, & tamẽ bene est iis, & bene digerunt, aut ratione ætatis, aut ratione cõsuetudinis, aut regionis: & gaudent multum in tali regimine, & derident medicos & alios, qui tali regimine vtuntur: & tamẽ sententia data est cõtra eos, Non gaudeant malo cibo vtentes: quoniam, si in præsenti non læduntur, in posterum percussionem non euadẽt. Aliqui autẽ sunt, qui vtuntur pullis in parua quantitate, & nõ cœnant, & accipiunt pharmaca, & credunt optimè præseruari: & isti inter omnes pessimè faciunt: quoniã virtus est, quæ curat morbos secundum Gal. in de crisi, & tamen ipsi abiiciunt virtutem, & sublimior consideratio sumpta est à virtute secundum Gal. in regimine, subtilis autem dieta abiicit virtutẽ. Et ideo dicebat Hippo. In tenuibus dietis peccant ægrotantes, ideoq; magis læduntur. Et omne peccatum, quodcũq; sit, fit maius in tenui dieta, quã in grossa &c. Difficile erit istos reducere ad tẽperamentum: quia natura regitiua est multùm debilitata: nihilominus paulatinè reducantur, sicut erit possibile, & nullo modo subito: quia omnis subita mutatio nocet, & maximè in virtute debili. Aliqui etiam sunt colerici, qui vtuntur cibis calidis, & male faciunt: quoniã cholera augmentata causabit febrẽ aut

ria an seruanda.

trãsmutari.

Pharmaca an cõuenian tenuiter viuentibus.

apost

apoſtemata aut leoninam: paulatinè igitur reducãtur cum lactucis, malis granatis, & portulaca, & ſimilibus. Sunt & aliqui phlegmatici, qui vtũtur cibis frigidis & humidis: & iſti incurrunt hydropiſim & cacochymiam: tranſmutentur igitur paulatinè ad frixa & aſſa. Et aliqui ſunt, qui vtuntur cibis melancholicis: & tales non euadent maniã aut melancholiã aut lepram & ſimilia: paulatinè igitur tranſmutentur ad boragines & gallinas. Aliqui autem ſunt, qui parum comedũt ratione ſterilitatis, & aliqui multum ratione fertilitatis: & vtrobique eſt error: nihilominus, qui volunt aut debent tranſmutari, tranſmutentur paulatinè. Et de hoc dicit Auicen. Quoniam licet quælibet tranſmutatio eſt mala, peior tamen eſt illa, in qua fit ſubita tranſmutatio à ſterilitate ad fertilitatẽ. Et ideo videmus in feris, quòd cùm veniunt ad loca fertilia, citius moriuntur, aut infirmantur propter nimiam repletionem, quàm quando fit econtrario. Vterque igitur paulatinè reducatur, & tanto magis paulatinè, quanto conſuetudo fuerit lõgior. Et aliqui ſunt etiam, qui bis in die comedunt, & tale regimen ſatis eſt conueniens: tamen, ſi longo tempore aſſueuerunt, tranſmutentur paulatinè, ſi placet iis tranſmutatio. Sed in die ſemel comedendo forte eſt error, & ideo ab illa conſuetudine paulatinè tranſmutentur. Aliqui autem ſunt, qui maiorem comeſtionem accipiunt de manè, ratione tamen conſuetudiis longè tolerabile eſt, ſicut faciunt communiter diuites in villis & prælati, & ſtudioſi, & cõſimiles: & tamen ſi vellẽt trãſmutari, paulatinè trãſmutentur. Illi autẽ, qui cõſueuerunt maiorem comeſtionem de ſero accipere, melius digerunt: quoniã naturaliter maior cibus deberet ſumi de nocte & ratione quietis, & ratione frigiditatis aëris, & ratione longi ſomni: & qui vult tranſmutari, paulatinè tranſmutetur. Intelligendũ eſt tamen, quòd illi, qui de facili incurrũt rheuma, multũ nocet cœna, & potiſſimè cœna tarda de nocte vel verſus noctem: quia in talibus eſſet bonũ conſilium, quòd nunquam cœnarent, aut ſaltem parum, & ante occaſum Solis. Aliqui autẽ ſunt qui conſueuerunt comedere holera, ſicut ſunt blitę, ſpinachia, caules: & eſt intelligendum, quòd talia nunquam deberent ſumi, niſi in via medicinæ, aut ad laxandum ventrem, aut vt parum nutrirent, aut ad alterandum malam complexionem: quoniam

Phlegmatici cibis frigidis vti non debent.

Mutatio ad fertilitatem periculoſior, quàm ad ſterilitatem.

Cibus de nocte, qualis.

Cœna quibus noceat.

Holera quo modo ſumenda.

niam generant sanguinem aquosum: nihilominus paulatinè fiat transmutatio. Aliqui autem sunt, qui consueuerunt comedere fructus, & pessimè faciunt: quia nunquam deberent sumi, nisi in via medicinæ: scilicet vt laxarent, sicut pruna & cerasa dulcia: aut alterarent stomachum calidum sicut persica: aut vt constringerent, sicut citonia ante cibū: aut vt laxarent, sicut pyra & omnia stiptica post cibum: & ita de aliis intentionibus: quoniam humor inde generatus de facili corrumpitur. Consuetudo etiam est varia & diuersa secundum diuersitatem climatum, & regionum, & montium, & maris, & stagnorum, & artium, & officiorum. Et datur regula in omni agibili, quòd omnis mala consuetudo vitanda est, sed paulatinè: quoniam tales terminum vitæ sibi imponunt, quæcunque & vbicunq; fuerit illa mala consuetudo. Quæritur si fœcunditas in semine sit in ætate, quæ est vltra iuuentutem: & aparentia declarant quòd sic: quoniam aliqui sunt, qui non poterant generare in iuuentute, qui post iuuentutē generant: immo, quod est forsortius, aliqui sunt qui generāt filias in iuuētute, & postea generāt filios: hoc autē nō esset, nisi semē esset fœcundum, quare &c. præterea hoc videtur rationale: quoniam adhuc stāt virtutes: & si digestiua est fortis & aliæ virtutes, videtur quòd semen poterit esse fœcundum. Oppositū huius videtur dicere Gal. 1. patic. de regimine sanitatis vltra medium particulę: & verba Gal. sunt ista. Venus ætate tantum florētium est: quia anteriores & posteriores ætates vel nō emittunt sperma, vel infœcundum, vel malè fœcūdum emittūt. Solutio, dico quòd fœcunditas potissimè sit in illa ætate, in qua omnes virtutes vel augmentantur vel complentur per vltimam perfectionem virtutis: hoc autem est in adolescentia & in iuuentute, quare simpliciter & absolutè loquendo, in ista ætate erit fœcunditas. Patet etiam esse in aliis ætatibus, aut propter bonitatem regiminis, & regionis; & propter temperamentum præcedentium, & propter maiorem aptitudinem mulierum, & consimilibus multis. Et quando arguitur, quòd generant tunc & antea non poterant, dico quòd si ante non poterant, hoc nō erat pręcise ex malicia ætatis, sed alicuius cōcomitantis. Et cum dicitur postea, quòd modo generant filios & antea filias, dico quod hoc erat magis ex parte complexionis, quàm ætatis:

Fructus quomodo sumendi.

Semē fœcūdū quā ætate.

Fœcūditas in qua ætate.

quon

quoniam possibile erat quòd complexio erat calida valde, & cum hoc non erat boni regiminis, & virtutes debilitabantur: & ideo generabant filias: sed post iuuentutē remittitur feruor caloris, & communiter regimē melioratur: & quantum ad hoc, possunt esse ferociores, & ita generabunt filios. Et quod dicitur vlterius, Quòd virtutes stant, dico ꝙ stant apparenter, & in radice non: & ideo satis sunt fœcundi: sed quo ad ætatem præcedentē, nō. Quæritur vtrum in regione distemperata in frigiditate possit inueniri corpus optimum sine querela. Et videtur, quòd illud corpus erit optimum, quod habet optimas operationes secūdum doctrinā Gal. in de complexionibus: sed talia inueniuntur in regionibus distemperatis in frigiditate: ad sensum enim videmus, quòd magis appetunt & melius digerunt, & sunt maiores in corpore, & fortiores, & magis audaces, sicut patet in Teuthonicis. Oppositū dicit Gal. in regimine sanitat. partic. 1. & dicit, quòd in regionibus distēperatis nō inueniuntur corpus optimum sine querela: & exemplificat in Anglia & in Arabia, & dicit, quòd in regionibus multum distemperatis non possunt inueniri corpora temperata: & si inueniuntur, nō diu erunt in illo temperamento. Primū patet, quoniam in regionibus frigidis semen infrigidatur in matrice, & etiam, dum fit, frigescit: & ideo corpora vergunt ad albedinem, & capilli ad glaucedinem. Et in illis, qui sunt in regione calida, semen aduritur in matrice, & de se etiam aduſtum est: & ideo sunt nigri & capilli crispi. Secundum patet: quoniam dato, quòd erant, non tamen diu erant: quoniam quod necessario est in alterantibus, necessario alteratur: sed tale corpus est in aëre distēperato: quare necessariò alterabitur. Corpus enim distēperatum indiget regimine tēperato, sed aër tēperatum habere nō potest: quare impossibile videtur, quòd in regione distēperata inueniātur corpora tēperata: & ideo solùm inueniuntur in quarto climate: quia solū illud clima est tēperatum per cōparationem ad climata extrinseca. Et quia Græcia est in climate quarto, ideo ibi multa inueniūtur, sicut dicit Gal. & potissimè in patria Hippocr. quia villa est valde temperata. Et cum arguitur, quòd operationes sunt fortiores, saltem in habitātibus in regione frigida, dico, quòd licet aliquæ sint fortiores, sicut digestiua & motiua, vitalis tamen

Corpus optimū an possit inueniri in regione frigida.

In regionibus distemperatis an optimū corpus inueniatur.

Corpora tēperata vbi inuenātur.

Vitalis vis an fortior in frigida regione.

non

non: quoniam, licet omnia membra possint defendi à frigiditate hyemis, pectoralia tamen non: quia velimus nolimus nihilominus aër frigidus vadit ad cor: & tamen hæc virtus sensitiua non est ita perfecta, & per consequens intellectiua. Et ideo manifestè videmus, quòd philosophi fuerunt plures in quarto climate quàm in alio, sicut fuerũt à parte orientis in Græcia, & à parte occidentis Hispaniæ in Corduba. Simpliciter igitur loquẽdo operationes non sunt fortiores, immo abundãt in humoribus grossis vitiosis frigidis, saltem in exterioribus.

De potu aquæ & vini. CAP. XII.

Aqua qua eligenda.

ELigatur aqua munda, clara, priuata ab omni alieno sapore: & sit fontana: & currat versus orientẽ, & sol percutiat de manè ostiũ fontis, & hauriatur lõge ab ostio fontis, vt possit esse mundata ex virtute solis & stellarum. Et si non inueniatur talis aqua, eligatur aqua magnorum fluminum, & hauriatur de loco vbi magis currit cum impetu versus meridiem, & teneatur semper per quatuor dies in diuersis vasis, & postea sit vsus: & ita deinceps. Et si non inueniatur, accipiatur aqua puteorum, quæ sit bona ad pa randum legumina. Aqua autem stagnorum & paludũ & lacuum est pessima. Aqua niuis est valde mala immo, qui assueuerũt aquam bonam, sed in niue infrigidatam, incurrunt catharrum & vertiginem & sputum sanguinis & archeticam. Multum enim nocet stomacho & hepati, nisi complexio fuerit sanguinea valde. Aqua etiam cisternarum nõ est multum bona: quia est heterogenea & de facili est putrefactibilis. Loquamur igitur hîc de optima aqua, & tunc est regula talis, Quòd nullus audeat potare aquã stomacho vacuo, nec post coitum, aut post magnum laborem aut exercitium: nisi quieuerit natura. Et nec de nocte, potissimè in crapula: quia longus somnus est cura sua. Si autem sitis esset vehemens, tunc cum mansuetudine accipiat vinum cum aqua tepida, aut aquam cum multo sacharo, aut cum *modico melle. Et si omnia deficiant, sorbeat aquam cum vase stricti orificij quasi lambendo, aut in parua quantitate: aut gargariset aquam frigidam: aut teneat frustum panis in hac infusum cum latitudine tenui. Ad vltimum autem accipiat magnum haustum aquæ calidissimæ, quãtum poterit tolerare: & iste potus sedabit

Aqua niuis qua mala inducat.

Aqua cisternarum.

Aqua quã do bibenda.

* hydromelle.

sit

sitim mendosam, quæ proueniebat ex phlegmate salso, aliter bibens aquam stomacho vacuo maximum incurret nocumentum, nisi stomachus & hepar à natura essent valde calida. Nullus potet aquam in mensa, quia impediretur digestiua: oportet enim vt cibus contangat latera stomachi, & potus facit fluctuare. Si autem cogat necessitas, accipiat modicum aquæ frigidæ, ita quòd sufficiat ad sedandum sitim: sed cibo digesto in stomacho, potest accipere ad sufficientiam.

Aqua an potanda in mensa.

De vino.

Vinorum quędam noua, & ista sunt calida in primo gradu: & quædam antiqua, & ista sunt calida in tertio gradu: & quædam sunt media, & ista sunt calida in secundo gradu. Vina autem antiqua parũ valent in via medicinæ: vina autem noua non valent, nec in bona via cibi, nec in via medicinæ, sed vina media sunt bona & in via cibi & potus & medicinę. Vinum etiam competit calidis, quia choleram euacuat: & humidis, quia humiditatẽ tẽperat & maturat: & frigidis, quia ad temperamentũ reducit: & siccis, quia humectat & lętificat: & ideo cõpetit communi complexioni, sed omni ætati non cõpetit: quoniã dare vinum pueris est addere ignem igni, secundum quod dicit Auic. & quantũ iuuantur senes, tantum lędduntur pueri secũdum Gal. Vinum enim temperatè sumptum, & sicut oportet, & vbi oportet, fortificat naturalem virtutem, vitalem, & animalẽ: & ideo summè lætificat & audaciam inducit: sed contrarium facit, si distemperatè sumatur: quoniam in stomacho cholerico conuertitur in choleram, & in frigido in purum acetum, & ideo inducit spasmum, & paralysim, &, qui habent cerebrum debile, de facili inebriantur. Inebriatio autem accidit, aut quia cerebrum est debile, aut vinum est nimis forte, aut quia stomachus est vacuus, aut quia humoribus nimis repletus. Et ideo detur regula, quòd nullus audeat sumere vinum stomacho vacuo, nisi accipiat modicum panis, aut alicuius electuarij confortatiui. Nullus etiam, qui habet caput debile, audeat vinum potare, nisi in parua quantitate, & cum aqua multa. Et ideo talis, cùm est in cõuiuiis, si aliter non potest custodiri, saltem capiat post cibum pyra, aut coctana, aut truncum caulis, aut semen caulis. Et si per infortunium accidat sibi ebrietas, cùm sentit lin-

Vinorũ genera diuersa.

Vinũ quibus cõpetit.

Vinum an pueris competat.

Vinum temperatè sumptum.

Ebrietas vnde accidat.

Ebrietas

linguam titubare, recedat & euomat, & fricẽtur sibi extrema cum sale & aceto, & resticuli: & in mulieribus mamillę & muliebria: & abluatur & irroretur facies cum aqua frigida, & inungatur caput cum oleo rosarum, & per totũ illum diem stet sine cibo & potu, & in crastino exerceatur & balneetur, & tarde comedat & parum, & cibaria facilis digestionis. Et ideo nullus catholicus scienter inebrietur. Quoniam, licet sequatur vomitus & sudor, tamẽ magnum periculum est ne incurrat apoplexiam aut epilepsiam aut suffocationem: & ideo infiniti modi alij sunt meliores ad purgandum corpus quàm ille: alius autem modus purgandi est, sicut naufragium: & ideo est totaliter contra Deum & rationem. Calidi igitur de complexione sumant vinum album in colore, & subtile substantia, & cum temperata quantitate aquæ: quoniam iuuamenta vini non sunt, nisi in corpore temperato aut frigido. Nullus igitur post coitum aut laborem nimium accipiat vinum, nisi quieuerit: & quòd accipiat aliqua, quæ stomachum confortant. Quæritur, vtrum aqua cõpetat in omni ætate. Et videtur, quod non. Non enim competit pueris: quoniam illi indigent multo nutrimento propter augmentum: sed aqua prorsus non nutrit, cùm sit corpus simplex: quare iis non competit: nec iuuenibus: quoniam conseruatio fit per similia, & aqua omnino contrariatur complexioni iuuenum. Quare iis non competit: nec etiam senibus, quoniam complexioni eorum assimilatur: sed in distemperatis omne simile additum sui simili augmentat illud, & facit illud furere. Oppositum vult Galen. in de regimine sanitat. qui dicit, quòd aqua bona competit omni ætati. Dico quòd non est aliqua res in hoc mundo, quæ ita competat omni ætati, sicut aqua: & ideo multum debemus laborare in inueniendo bonam aquam. Accipiamus igitur cibum & aërem & ita de aliis rebus non naturalibus, dico quòd temperata solum competunt temperatis, sed distemperatis semper contraria: sed aqua semper competit, siue sit ætas temperata, siue distemperata, cum aqua non solum sit vtilis, sed necessaria vel quasi necessaria. Cum enim cibus sit grossus per comparationem ad aquam, & non possit penetrare ad membra, nisi prius subtilietur, & aqua sit subtilis & humida & labilis & penetrabilis, ideo dat viam cibo grosso, & ita facit

quomodo sit curanda.

Catholicus inebriari an debeat.

Calidi cõplexione quale vinum sumere debeãt

Aqua an cõpetat omni ætati.

Aqua vtilitas.

ipsum penetrare ad membra. Nunc autem non est, quod ita bene faciat penetrare cibum cum modico aut nullo nocumento sicut aqua, nec vinum nec lac, nec aliquis alius liquor. Quare simpliciter loquendo, in vniuerso orbe aqua bona est illud, quod competit omni ætati. Argumenta quæ fiunt contra. Concedo, quòd non competit illis viis, sed per modum alium, scilicet vt faciat cibum penetrare. Intelligendum est, quòd conditiones aquæ bonæ sunt multæ secundum Hippocra. Prima conditio est, quòd citò calefiat & citò infrigidetur. Secúda conditio secundum Gal. quòd non sit turbida. Tertia, quòd non appareant in ea corpora mixta. Quarta, quòd non horribilis sit, sed sapida. Quinta, quòd legumina mollificentur cum ea. Sexta, quod habeantur duæ aquæ, & quòd lixiuia apponantur: & illa, quę non turbatur, est optima. Septima, quòd accipiantur duo panni æquales, & madefiant in duabus aquis, & quod ponantur æqualiter ad exsiccandum: &, qui citius exsiccabitur, illius aqua erit melior. Octaua, quòd ponantur duæ aquæ in statera, & quæ leuior est in pondere, illa est melior. Nona, quòd non transeat per conductum de plumbo aut alio metallo: & aliæ conditiones dictæ sunt in sententia. De vino autem est intelligendum, quòd, cum loquimur de vino, est intelligendum de optimo, scilicet quod non sit vinum album subtile, debile, viride, sicut sunt vina quæ crescunt in Francia & in montanis: & quòd non sit vinum Græcum, nec de *Vvarachia, nec de Cypro, nec de vinis Engadi, nec sit vinum antiquum, nec nouum: sed sit vinum citrinum in colore, mediocre in substantia, odoriferum, bene maturum, sicut sunt vina, quæ communiter crescunt in monte Pessulano, & vt plurimum in tota Prouincia Narbonensi: & talia non sunt in diuersis gradibus, sicut fecimus mentionem de hoc in libro nostro de * gradibus versus finem.

Aquæ bonæ conditiones.

Vini optimi conditiones.

**Veruagia*

* *Fortassis est liber de floribus dierũ, in quo de alimentorum gradibus tractatur.*

De somno & vigilia. CAP. XIII.

HIppocrates loquitur de somno in prognosticis, cũ dicit, Somnus, vt moris est: bonus & naturalis est, qui noctem non effugit, & diem non impedit. Generaliter igitur nullus debet dormire de die, sed consuetudo facit vt plurimum contrariũ: quoniã non solum diuites dormiũt de die, sed & alij. Tolerari igitur potest in consuetis; quoniã consuetudo

suetudo est altera natura. Nunc autem somnus describitur sic à Gal. in eodē commēto prognosticorum, Somnus quidem naturalis est, cùm redditus est cū profundatione spiritus vitalis, ad interiora, vt digeratur cibus. Multum igitur valet somnus in digestione cibi. Et hoc est, quod dicit Gal. super illū aphor. Ventres hyme & vere, &c. Vbi dicit, Quātum natura iuuatur à somno bonū est perpendere. Somnus igitur est quies animaliū cū intentione naturaliū. Somnus autē multū competit senibus, cùm humectet. Et ideo dicit Auicen. & Gal. constitutus in senectute comedebat lactucas cum aromatibus, vt melius dormiret. Somnus autem non competit corpori inanito: quoniam calor consumeret humiditates connaturales, nisi fortè cum medicina laxatiua nimis ductæ requirāt, vt restinguātur, & natura reparetur. Post nimiam repletionē non competit somnus, saltem immediatè: quia timendū est de suffocatione. Modus autem dormiēdi est iste, Cùm aliquis sumpsit cibum, debet stare, aut suauiter deambulare, donec cibus descēdat ad inferiora stomachi, & postea dormiat, & primò debet dormire supra partē dextram, secundò supra sinistrā, & iterū debet reuerti ad dextrā, & ibi quiescere. Iacere etiā supra ventrem bonū est, dum tamē anhelitus nō aggrauetur. Sed nulla via & nullo modo dormire debet aliquis supra dorsum: quoniam retinentur superfluitates: & ita paratur ad pessimos morbos. Quanto igitur cibus fuerit grossior & in maiori quātitate, tāto somnus debet esse profundior & prolixior: & qutāo cibus fuerit paucior & subtilior, tāto somnus debet esse breuior & leuior. Vigiliæ autem, & potissimè superfluę, non competunt in tempore sanitatis: quoniam calefaciunt & desiccant. Somnus igitur nimis longus aut nimis breuis corpus exterminant & corrumpunt. Quæritur de materia præcedenti, Vtrum retentio anhelitus faciat ad expulsionem superfluitatum. Et videtur quod non: quia simile est de somno & retentione anhelitus, sed in somno retinentur superfluitates: quod patet. Quia somnus longus est multū nocius: & somnus nocet in principio febris interpolatæ: sed ita est, quòd in retentione anhelitus fit reclusio caloris & spiritus ad intra, & per consequens aliarū superfluitatum, cùm sit motus ad intra. Relinquitur ergo, q̄ in retentione anhelitus non euacuabuntur superfluitates.

Somnus quid sit.

Somnus an senibus cōpetat.

Non corpori inanito.

Non repletis.

Dormiendi modus optimus.

Dormire supra dorsum.

Somnus quando debeat esse prolixior.

Vigiliæ superfluæ.

Anhelitus retentio.

Oppositum dicit Gal. in de regimine sanorum. Dico quòd retētio anhelitus est vnus modus cōuenientissimus ad expellendum nociua, sicut exercitium, & potissimè in tempore pluuiali, & in viris magni ponderis, qui nō habent oportunitatē expellēdi nociua. Modus autē est duplex. Primus est, cū retinetur calor & spiritus, quod fit in retētione anhelitus, tūc subtiliat superfluitates, quę subtiliatæ de facili euaporāt. Secūdus modus est: quoniā, cùm retinetur anhelitus, tunc transit ad musculos & dilatat eos, & ita suscitat virtutē expulsiuam, quæ suscitata superflua expellit. Et quòd hoc sit verū, declaratur per duo. Primum est: quoniā in habentibus clibanū pectoris strictum naturaliter, à principio secundū Gal. competit retentio anhelitus, vt illa mēbra magnificētur. Si igitur facit ad magnificationem ossiū & neruorum, multò fortius ad expulsionem superfluorum: valet ergo sicut exercitium. Præterea hoc patet: quoniam si aliquis est rheumaticus, & retinet anhelitū, & postea expellatur ad caput, & deinde exeat per venas, hoc maturat rheuma, & expellit superflua. Retentio igitur anhelitus est vnus modus bonus & conueniens ad expellendum nociua. Et quia in somno superflua sunt retenta, & si non est alia oportunitas excernēdi saltē anhelitus retineatur cum fortitudine, & multum iuuabit. Sed sanè intelligendū est, quòd retentio hæc voluntaria non debet esse nimis prolixa: quia secundum Gal. aliqui suffocati sunt: fiat igitur paulatinè & discōtinuè quantū ad vnā anhelitus retentionem. Et cùm arguitur. Dico quòd non est simile: quoniā licet à principio anhelitus moueatur ad intus & retineatur, & per consequēs calor & spiritus & alia, nihilominus post ingressum fit expulsio, & quia musculi dilatantur, & quia superflua subtiliantur. Et quia hæc retentio fit semper cū quadā retētione violēta vel versus caput vel versus ventrē, ideo nō remanet motus in interioribus, sed fit semper ad oppositū.

Pectus strictū quomodo sit ampliandum.

Anhelitus retentio an debeat esse prolixa.

De coitu. CAP. XIIII.

Coitum qui vitare debeant.

COitus non est licitus, nisi gratia prolis. Nullus igitur inanitus audeat coire, aut nimis repletus: & cum hoc nullus audeat attentare post nimiū ieiunium, aut post phlebotomiā, aut post pharmaciam, aut post nimium laborem, aut post balnea, aut post accidētia animę in excessu: & breuiter nec post aliquam rem corpus exterminātem. Sed, qui apti

apti sunt ad generandū, sunt calidi & humidi, & potissimè qui habent complexionē testiculorū calidā & humidam. Nullus autē cholericus aut melancholicus aut extenuatus audeat se cogere ad coitum: &, si fecerit, terminū vitæ sibi imponit secundū Gal. Coitus igitur fiat post cibi digestionem & superfluitatum expulsionem: & mulier debet dormire resupina coxis extensis & cōpositis, & ita fiat conceptus. Si autem alicui acciderit tātum infortunium, quod nimio vsus fuerit coitu, aspergatur tota facies & manus & pedes aqua rosacea muscata, & vtatur brodio gallinæ & postea gallina: & vtatur vitulo lactanti, & ouis sorbilibus: & vtatur isto electuario, R. diamargariti, diathamari, dianti cum musco, pliri sarcotici cum musco, diarrhodon abbatis, dragaganti frigidi, sacchari rosacij ana quartū vnū: misceantur & suffumigētur cum ambra, & ligno aloës, & alipta muscata, & gallia muscata, & similib. odoriferis. Et dicit Constantinus, quòd balneentur in aqua frigida. In tēpore autē pestilentiali non cōpetit coitus. Quibus autem licentia ex lege data est coëundi coëant gratia prolis, cùm omnia interiora & exteriora conueniunt in temperamento: & tunc etiam non excedat, sed per tanta interualla, quod corpus sentiat se alleuiatum. Et si contingat error, est minor in corpore repleto, quàm in inanito: & in calido, quàm in frigido. Quæritur vtrū ille, qui vsus est nimio coitu, debeat in aqua frigida balneari. Et videtur quòd non. Nam simile est de Athletis & illis, qui nimio coitu vsi sunt: cùm in quolibet multa resolutio sit facta: sed in Athletis non competit secundum Gale. quare etiam illis, qui nimio vsi sunt coitu, balneum aquæ frigidæ non competit. Præterea hoc non videtur rationale: quoniam ipsi sunt debiles & rari: & aqua frigida penetrabit ad interiora, & ita magis debilitabuntur: quare, &c. Oppositum dicit Gal. in regimine sanitatis. Dico quòd coitus superfluus aut venit prope syncopen, & propè stuporem, aut non, sed venit ad debilitarem sensuum virtute salua in radice. Nūc autē primi nō debēt balneari: quia timēdū esset de casu virtutis & totali prostratione: secūdi autē bene possunt balneari in æstate media in aqua fluminū calefacta per solē, & quòd ibi parū morētur. Hoc autem fit, vt pori claudantur cum temperamento, & ꝙ calor retineatur, qui multū erat exhalatus & debilitatus.

Ad generandū apti.

Coitus quādo fieri debeat.

Coitu nimio debilitatus.

Coitu nimio debilitatus an balneandus in aqua frigida.

Securior tamen via est, sicut dictum est in sententia, quòd irroretur facies, & fomententur extrema cum aqua rosacea muscata, & quòd accipiantur rosæ, violæ, nenuphar, buglossa, & sandali, & ponantur in sacculo, & ℘ irroretur totus aqua rosacea muscata, & quòd odoretur. Et, si necesse fuerit, ℘ supra pectus applicetur, nisi fuerit homo nimis extenuatus. Et, cum arguitur de Athletis, dico ℘ nõ est simile: quoniam illi tantùm amiserunt de humido connaturali & sanguine, cũ sanguis expellatur in superfluo coitu secundum doctrinam doctorum. Ad secundum dico, quòd, si esset tanta debilitas, non competeret. Ad Gal. dico, quòd multa erant ei licita, quæ non sunt nobis licita pro tanto, quia interius & exterius cognoscebat virtutem: & ideo præcepit nono de ingenio facere phlebotomiam vsq; ad syncopen, quod nobis non expediret. Quoniam melius est & tutius, ℘ phlebotometur bis vel ter vel amplius, quã si nos poneremus in illo periculo. Similiter est hoc tutius & forte melius, ℘ fiat cũ aqua rosacea, quã cũ aqua frigida.

Sanguis expellitur in nimio coitu.

Phlebotomia ad syncopen vsq; an faciẽda.

De accidentibus animæ. CAP. XV.

NVnc autẽ, quæ mirificè conseruant sanitatem animę & corporis, sunt, ℘ homo in omnibus actionibus suis sciat tẽperare se in accidentibus animæ, scilicet quod pro aliquo vituperio non indignetur, nec pro amissione alicuius rei tẽporalis, nec pro morte alicuius, nec pro carcere, nec pro exilio, nec pro alia re. Quòd etiã non irascatur, nec timeat, nec tristetur, nec doleat, nec lugeat, nec alicui inuideat, nec detrahat: sed cum summa patientia hæc sustineat. Similiter nec pro quacunq; re lętificabili, vel pro speciali quacunq; susceptione bonæ fortunę nõ nimis gaudeat. Omnia enim ista, cùm sunt in excessu, corpus exterminant & dissoluunt: quoniã corpus sequitur animam in suis actionibus, sicut anima corpus in suis passionibus. Vitetur ergo ira, & solicitudo, & tristitia, quoniam febrẽ inducunt & phthisim & mortem subitaneã, sicut timor. Gaudium etiam nimiũ, cùm venerit subito, mortem subitam inducit secundum Gal. in de morbo. Intelligendum est tamen, quòd gaudium tẽperatum competit omni ætati, & omni cõplexioni, & omni homini, quando non vult impinguari: quoniam gaudiũ impinguatum impinguat secundũ Auic. Quæritur vtrum balneum aquæ frigidæ impediat augmen

Accidẽtia anim. quãtũ possint.

Ira vitãda. Gaudium subitũ mortẽ inducit.

augmentū aut non. Et videtur ꝙ non, quia illud quod fortificat, non impedit augmentū, sed potius facit ad augmentum, quia virtutis est augmētare: sed balneū aquæ frigidę fortificat virtutē, cum ex balneo aquæ frigidę trahatur calor ad interiora: quare &c. Præterea videmus piscatores & marinarios & cōsimiles, ꝙ pueri eorū quasi cōtinuo nudi per totā æstatē stant in aqua, vt addiscant natare: & ex alia parte videmus eos magnos, fortes, & musculosos, hoc autē non esset, si balneū aquæ frigidæ impediret augmentū. Oppositū dicit Gal. in de regimine sanorum. Dico ꝙ aquæ frigidæ balneū impedit augmentū. Quoniā ad augmentū duo sunt necessaria, & fortitudo virtutis impellētis ad tres diametros proportionales, & cū hoc dilatatio materiæ & rarificatio pororum, vt nutrimentum possit disseminari & extendi per omnia foramina: nūc autē est, ꝙ balneū aquæ frigidæ claudit poros, ideo impedit omnem dispositionē ex parte passi: quare relinquitur, ꝙ balneum aquæ frigidæ impedit augmentū, cōstringendo poros. Similiter balneū aquæ nimis calidæ impedit augmentū, quia habet corrugare poros secundū Gal. Exercitiū autem tēperatum & balneum aquæ tēperatæ faciunt ad augmentū, cum ista faciāt ad dilatationē pororū, & ita faciūt ad augmentū, quoniam nutrimentū potest disseminari vsq; ad tres diametros proportionales. Ideo Gal. præcipit, quod nullus audeat balnearī in aqua frigida vsq; ad 21. annū, quoniā tunc vt plurimū factū est augmētū. Et in hoc cōuenit Gal. cū ecclesia. Quoniā ecclesia nō præcipit ieiuniū, nisi post 21. annū: & reddit causam, ne impediatur augmētū. Et, cū arguitur, dico, ꝙ in augmento non solū est necessarium, ꝙ virtus sit fortis, sed etiā ꝙ passum sit obediens, nunc autē balneū aquę frigidę reddit materiā indispositā. Et, quod dicitur postea, ꝙ videmus piscatores & marinarios, & illos qui morantur iuxta fluuios magnos, & tamē pueri balneātur quotidie in aqua frigida: dico ꝙ tales fortiter exercentur, &, ꝙ impedit balneū, emendat exercitiū: & fortè tales essent maiores & fortiores, si in aqua frigida nō balnearentur, nisi post annū 21.

Ad augmentū necessaria.

Balneum aquæ nimis calidæ.

Iciunandū an sit ante 21. annum.

De dispositione corporis laboriosa, & cum ratione eiusdem.

CAP. XVI.

SPecies autē doloris, laboris, seu lassitudinis sunt multæ, sicut est dolor vlceratiuus, tensiuus, grauatiuus, apo

Doloris species multæ.

ſtemoſus ſeu inflatiuus, labor deſiccatiuus, & ſpecies compoſitæ ex his. *Labor vlceratiuus appellatur, quando videtur homini, & pungatur cũ acubus aut ſpinis aut runchis. Hoc autẽ fit propter humorẽ acutũ, ſicut eſt cholera, quæ pungit ratione acuitatis: aut melãcholia ratione acetoſitatis: aut phlegma ratione ſalſedinis. Et iſte dolor fit ratione malæ qualitatis. Dolor autẽ tenſiuus eſt, quãdo videtur homini, & brachia & totũ corpus ſunt tenſa ad modũ cordæ arcus. Et hoc eſt propter materiam multã imbibitã in mẽbris ſenſibilibus, ſicut ſunt nerui, lacerti, & muſculi: & ideo vix audet alitare aut oſcitare, ratione nimiæ repletionis factæ in mẽbris ſenſibilibus. Dolor autẽ grauatiuus appellatur, quãdo videtur homini & premitur & grauatur, ſicut ſi à ſarcina comprimeretur. Et hoc eſt propter humores groſſos viſcoſos & multos, abũdantes in mẽbris ſenſibilibus. Dolor autẽ apoſtemoſus vel inflatiuus appellatur, quãdo homo ſentit ſe doloroſum & inflãmatũ, ita & vix ſuſtinet, & tangatur, & ſentit frequẽter quandã inflammationẽ in ſpatulis. Sunt autem aliæ diſpoſitiones malæ, ſicut ſunt oſcitatio, alitatio, horripilatio, rigor, & tremor, ad quæ ſequitur citò febris. Eſt etiã alia mala diſpoſitio, quæ appellatur labor deſiccatiuus, in qua nõ eſt dolor nec aliqua fatigatio, ſed cutis, ſi tãgatur, eſt aſpera, & videtur ſibi, quod cõſumatur & deſiccetur corpus. Hoc autem fit propter nimiam abſtinentiã, aut laborẽ nimiũ, & ita de aliis, quæ corpus exterminant. Cauſæ autẽ omnium iſtorũ ſunt duę, aut extrinſecę, aut intrinſecę. Extrinſecę, ſicut eſt nimiũ exercitiũ In nimio enim exercitio liquefiũt & diſſoluũtur humores, & adeps, & pinguedo, & caro nouiter coagulata: & iſta vadũt ad mẽbra ſenſibilia, & inducũt diuerſos modos laſſitudinis, ſecundũ & currunt ad exteriora aut interiora, aut ad mẽbra ſenſibilia aut inſenſibilia, & ſecundũ quòd ſunt malæ qualitatis, aut nimiæ quantitatis. Et hoc idem facit balneum, & caliditas ſolis & ignis, & frigiditas aëris, & fricatio nimia, & coitus nimius, & omnia, quæ ad extra corpus aggrauant. Si ab intus, tunc fit ex humoribus abundantibus, quos natura mittit ad membra, aut ratione malę qualitatis, aut nimiæ quantitatis, aut ratione vtriuſque.

Dolor

Dolor vlceratiuus.

Dolor tenſiuus.

Dolor grauatiuus.

Dolor apoſtemoſus.

Labor deſiccatiuus vnde fiat.

Laſſitudinis cauſæ.

Signa.

Cutis color

Si cutis vergat ad albedinẽ, natura eſt phlegmatica: ſi ad

ad liuorẽ, est melancholica: si ad citrinitatẽ, est cholerica: si ad rubedinẽ, est sanguinea. Color autẽ corporis animum humoris indicat, si non in profundo corpore accubuerit, secundũ Gal. nunc autẽ humores aliquãdo reuertuntur ad interiora propter timorẽ & tristitiã & verecundiã & similia, & mittuntur ad exteriora propter irã & furorẽ & similia, & in talibus signũ sumptũ à colore cutis nõ esset certũ. *humorem indicat.*

Cognoscitur autẽ humor peccans per quandã coniecturã sumptã à regimine, & dieta, & tẽporibus anni, & similibus. Si igitur aliquis fuerit cholericus, & tẽpus fuerit calidũ, & assueuerit cibaria calida, & laborauerit, deinde incurrerit lassitudinẽ, satis videtur rationabile, ꝙ humor faciẽs lassitudinẽ est cholera. Si autẽ fuerit melancholicus, & fuerit autũnus, & assumpserit cibaria melãcholica, tunc significatur, ꝙ est melãcholia. Si autẽ fuerit phlegmaticus, & fuerit in otio, & tẽpus fuerit hyemale, & comederit cibaria phlegmatica, & postea incurrat lassitudinẽ, satis videtur rationabile, ꝙ materia peccãs est phlegma. Si autẽ cum his comederit salsa & acuta, & lassitudo fuerit cũ pruritu, phlegma salsum significatur. Si autẽ fuerit sanguineus, & tẽpus fuerit vernale, & assumpserit cibaria calida & humida, sanguis est in causa. Si autẽ vrina est remissa, humor crudus est in causa: & si fuerit tincta, cholera est in causa: & si nigra aut liuens aut viridis, videtur melãcholia aut humor adustus. Et si quis balneauerit se, & sentit rigorẽ, humor crudus videtur esse in venis. Et si à principio vrina fuerit clara, & citò corrũpatur præterquã ꝙ veniat à causis extrinsecis, humor crudus videtur esse in causa secundum Gal. Et ita, qui vult diligẽter currere per res naturales & nõ naturales, & ad ea quę egrediũtur è corpore, & ad colorẽ cutis, & modum lassitudinis, non effugiet eũ causa faciẽs lassitudinẽ. *Humor peccãs vnde cognoscatur.* *Melancholia.* *Phlegma.* *Sanguis.* *Humorem crudũ, peccare vnde cognoscatur.*

Prognostica.

Cũ huiusmodi species lassitudinis veniũt à causis extrinsecis nõ est multũ timendũ, quia satis facilè recedunt cum quiete, & modico adiutorio: quoniã causæ extrinsecæ nõ imprimũt, sicut intrinsecæ, nisi causa extrinseca esset valde fortis, aut corpus esset summè dispositum aut paratum ob nimiã humorũ abundantiã. Si autẽ veniunt istę dispositiones laborioſę propter causas intrinsecas, tunc verè pronunciãt morbos futuros si cõtinuentur, aut nisi remedia adhibeãtur. Et hoc bene vidit Hippo. secũda part. aphoris. Labo- *Lassitudines quid prænũciãs.*

res ſpõtanei narrãt morbos. Sed ſi veniũt ſine cauſa extrinſeca & manifeſta, tũc videtur ꝙ in corpore ſunt humores mali hãc diſpoſitionẽ inducẽtes. Ideo, qui iſta cõſideret, ſemp poſſet prẽſeruari à morbo. Quoniã, ſecundũ Gal. in lib. ſuo de Criſi, nulla eſt ægritudo, quę eueniat ſubitò ſicut fulgur: ideo fit vt plurimũ aliqua diſpoſitio fatigatoria, laborioſa, aut ſtupida. Et aliquo modo res naturales ex eũt gradũ ſuũ. Et oĩa talia ſigna sũt futurę ægritudinis. Sue curratur ergo iis in principio, & ita prẽſeruabũtur à futuris morbis.

Morbum quid præcedat.

Curatio.

Doloris vlceratiui cura.

In diſpoſitione vlceratiua, potiſſimè quę prouenit à cauſis extrinſecis, iniungatur quies. Deinde fricetur fricatione leui, ne materia, quæ eſt iuxta cutem, euaporet. Deinde inungatur cũ oleo oliuarũ amararum, aut oleo amygdalarũ dulciũ, aut cum oleo ſiſamino. Et, ſi nõ ſedetur, fortificẽtur fricationes, & addatur exercitium temperatum, & balneũ tẽperatũ, & inducatur ſubtilis dieta. Si autẽ ex his nõ ſedetur, corpus videtur plenũ, & purgetur ſecundũ exigentiã humoris. Si autẽ fuerit dolor tẽſiuus, tũc, cũ ibi ſit mala qualitas, & nimia quãtitas, fiant iſta quæ dicta ſunt per ordinẽ, niſi ꝙ ſint fortiora. Fricatio igitur ſit fortis & lõga, abſtinẽtia maior, & balneũ magis prolixũ: & addatur cum prędictis oleis oleũ de chamomilla. Et ſi tribus diebus fuerit cõtinuatus, & dolor non ſedetur, tunc videtur materia eſſe in venis, & tũc purgetur ſecundũ exigẽtiã humoris.

Doloris ſui cura.

Doloris grauatiui cura.

Si autẽ dolor ſeu labor fuerit grauatiuus, tunc iſta omnia vidẽtur fortiora & grauiora, & magis ꝓfunda, & magis groſſa, & in mẽbris ſenſibilibus ſituata. Et ideo oĩa fortificẽtur & intẽdãtur, vt quòd dieta ſit tenuior, & fricationes adhuc fortiores & prolixiores, & exercitia & balnea. Et ſi iſta nõ ꝓficiãt, addatur cũ prędictis oleis oleũ de lilio, & oleũ laurinũ, & coſtinũ. Deinde, ſi nõ habueris viã, materia peccãs eſt multa: & ideo euacuetur, ſicut oportet. Si autem dolor fuerit apoſtemoſus ſiue inflãmatiu', qa iſte multũ approximatur ad febrẽ, ſtatim fiat fortis phlebotomia, ꝙ ſi neglexerit, timẽdum erit de febre: quod ſi incurrerit, gratia Dei erit, ſi vnquã euadat ſecundũ Gal. Et talis ſpecies doloris accidit mihi ꝓpter laborẽ in viſitãdo, & neglexi, & incurri febrẽ cõtinuã, & abſtraxi in vna die quatuor ſcutellas ſanguinis, & cũ ſudore plurimo ꝓ dei gratiã euaſi. Nũc autẽ ſecundũ Gal. ſi humor bonus fuerit paucus & mali multi, nõ

Doloris in flammatiui cura.

fiet phlebotomia. Et si humores approximẽtur ad sanguinẽ, fiat phlebotomia: si omnes abundent, fiat phlebotomia: si sanguis abundet, fiat phlebotomia: si humores inæqualiter abundẽt, purgetur primò superabũdãs, deinde fiat phlebotom. Sed tamẽ secundũ Gal. in virtute forti potest fieri fortis phlebotomia: sed in debili mediocriter purgemus & parũ phlebotomemus: ita ꝙ videtur sentire Gal. ꝙ virtus debilis melius potest sustinere pharmaciã quàm phlebotomiã: & est verũ de lenitiua pharmacia. Si autẽ fuerit dispositio desiccatiua, tunc ini ungatur ges, dẽtur cibaria nutritiua, balneetur in aqua calida, & postea in aqua frigida vel quasi frigida. Et dicit Gal. ꝙ si Athletis veniunt istæ dispositiones laboriosæ, debẽt balneari in aqua feruẽte. Et intelligas, ꝙ in oscitatione & alitatione valet vinum moderate sumptum secundum Hippoc. nisi quid impediat. Et scias, ꝙ humoribus crudis existẽtibus in primis venis, nõ fiat phlebotomia secundum Gal. nã crudi traherẽtur ad mẽbra: nec fiat exercitium, nec fricatio, nec balneum: quia dissoluerẽtur humores & cõmouerẽtur, & esset timendum de febre: nec detur pharmacia: quia fieret cum torsionibus & vertiginibus: nec dentur frigida: quia adderẽt in cruditatẽ: nec multum calida: quia timenda esset febris. Vigila ergo cum magna diligentia. In primis ergo iniũgatur quies, otium, somnus lõgus, paruitas cibi & potus: & cibus sit, sicut perdices assæ, & panis mundus, & vinum purum & clarum. Et postquàm sic steterit tribus diebus, detur sibi diatriõpiper. & si regio & tempus sint frigida & sicca, addatur diacalament. & si esset cum torsionibus, addatur vlteriùs diaciminum & dianisum. Et si regio esset calida, diminuãtur ista, & addatur diarh. abba. & sacc. rosa. sed de his detur ℥ i. in regione fri. & in regione cal. ʒ. i. vel ii. & hoc tardè, quia licet adesset magna cruditas, si tamẽ daretur diatrionpi. potissimè diacalam. & tẽpus esset calid. & regio cal. timẽda esset febris, vt ait Auerro. in collectaneo suo: & dicit hoc de regione sua, cùm esset Hispanus, vbi est Corduba & Hispalis. Quæritur, vtrũ balneum aquę feruentis cõpetat Athletis & pugnatoribus & illis, qui nimio & violẽto exercitio laborauerunt. Et videtur ꝙ nõ: quoniã tales desiccati & supercalefacti sũt, sed tale balneũ calefacit & desiccat: quare nõ cõpetit. Itẽ in tali exercitio liquefacta sunt dolorẽ laborioſum inducẽtia: sed balneum ita calidũ claudit poros, &

Virtus debilis melius fert pharmaciã, quàm phlebotomiam.

Humoribus crudis in primis venis quomodo succurratur.

Balneum aquæ feruẽtis.

ita retinet illas superfluitates, & talia non competunt: quare &c. Præterea balneũ talis aquæ inducit rigorẽ secũdum Gal. de morbo, & ita erit timẽdum de febre: quare, &c. Præterea, nonne aqua temperata remouet lassitudinẽ? Præterea, nõne balneũ, saltẽ aquę frigidę magis reuocaret calorẽ? quare, &c. Oppositũ dicit Gal. in 2. de regimine sanorũ dicens, ꝙ balneũ aquę feruentis cõpetit Athletis. Respõsio. Primò dicam quid ego facerẽ. Vnde dico, ꝙ ego facerẽ fomẽtationẽ aquę calidę à cubito inferius & à genu inferius, in qua essent rosæ & nenuphar & violę & chamęmila, ad remouendã lassitudinẽ & fatigationẽ, & vt melius dormiret: & hoc facerẽ duobus vel tribus diebus cũ tẽperata fricatione: deinde balnearẽ eũ in aqua cõpetenter calida: & ꝙ vtere tur dicta tẽperata. Attamẽ quia maior est Gal. auctoritas, quã tota mea perspicacitas: ideo, si litera Gal. est ita vera, se quar dicta eius. Dico igitur, ꝙ Gal. appellauit aquã feruentẽ illã, quæ est ita calida, ꝙ homo à principio cũ deliberatione possit sustinere, licet postea, cũ assueuerit, aliquãtulũ satis tolerabiliter delectetur in illa aqua: & tũc dico, ꝙ tale balneum satis cõpetit, quia sua caliditate euaporare facit humiditates, quę sunt iuxta cutẽ: & ratione humiditatis remouet lassitudinem: nã aqua est calida, quæ claudit poros corrugãdo, & ita retinet calorẽ naturalẽ. Nũc autẽ, si fieret cũ aqua frigida, timendũ esset, ne penetraret ad interiora: quia exercitiũ fuit nimis violentũ. Vnde licet cõpetat aqua frigida exercitatis in sole, tamẽ nõ est simile: quoniã istud exercitiũ fuit nimis violẽtũ in vltimo, & ita nimia ratificatio & nimia debilitas. Aqua autẽ calida in excessu, sicut dictũ est, retinet calorẽ, corrugãdo poros, & cum hoc nõ diu moratur. Nec aqua tẽperata cõpeteret: quia semper resolueret virtutẽ, & nõ cõfortaret. Et ideo tale balneũ est melius. Et cùm arguitur, Quoniã calefacit & desiccat. Dico, ꝙ modica sit mora, & cum hoc magis humectat quã desiccat propter retẽtionẽ caloris naturalis, qui omnia reficit, cùm pori claudũtur. Ad secundum dico, ꝙ nõ retinẽtur: quia talia sunt propter virtutẽ, & primo aduẽtu exhalãt: Vel possem dicere, quòd aliquæ fricationes leues præcessẽrũt, quæ fecerũt ad exhalationẽ: Vel possumus dicere, ꝙ maius est iuuamentum in retentione caloris. Ad aliud dico, ꝙ nõ est tãti caloris, sicut prætendit vocabulũ: quia tunc non posset sustineri, nec esset conueniens: sed fuit quidam modus lo-

Aqua feruens Gal. quæ sit.

quẽdi, scilicet ꝙ esset aqua feruens, id est calida vltra temperamentũ. Vel ꝙprimo occursu videretur feruẽs, licet nõ esset, cũ esset aliquantulũ assuetus: & ita nõ inducit rigorẽ nec febrẽ. Ad alia duo solutio est in positione. Quæritur, vtrũ liquefactio carnis & pinguedinis possit esse causa doloris vlcerariui. Et videtur quòd nõ: quoniá quod nõ habet naturã vlceratiuam, nec pungitiuã, nec actiuã, sed magis passiuam & mitigatiuã, dolorẽ vlceratiuũ nõ causabit: hoc autẽ est caro dissoluta, cùm sit humida, & pinguedo similiter: quare talũ dissolutio nõ causabit talia. Præterea in hectica febre talium est dissolutio, & tamen nõ est dolor nec dispositio vlceratiua. Oppositũ dicit Gal. secũdo de regimine. Dico quòd exercitiũ forte, dissoluẽs carnẽ & pinguedinẽ, causat dispositionẽ vlceratiuã pro tãto, quia quo dãmodo soluitur cõtinuũ: nunc autẽ virtus tactiua appræhendit suã dissolutionẽ, cũ apprehẽdit suũ cõtrariũ: cũ virtus sit multarum cõtrarietatum, & potissimè illa, quæ corrũpunt suã harmoniã: & ita causatur dispositio laboriosa vlceratiua. Vel possem dicere, ꝙ aliquis humor acutus miscetur cũ his, quæ actiuè causant hunc dolorẽ. Vel possem dicere, quod ista, cũ veniũt ad mẽbra, licet nõ habeant virtutẽ actiuã ratione suarum qualitatũ, habẽt tamẽ ratione materiæ replẽdo & distẽdendo, & ita exulcerãt. Vel posset dici, ꝙ talia non possunt dissolui, nisi à calido affixo: & ita, cũ veniũt ad alia mẽbra, illud calidũ affixum exulcerat. Fit igitur dispositio laboriosa aut ratione mẽbri istud dissolnẽtis: & tũc causa extrinseca est causa principalis: aut fit ratione mẽbrorũ, per quæ trãsit: & ita dissoluta erũt causa immediata. Cũ igitur ratione alicuius laboris extrinseci dissoluitur caro & adeps, dolor vlceratiuus causatur. Et tunc ad primũ dico, ꝙ licet nõ habeãt ratione qualitatũ, habẽt tamẽ ratione quãtitatis materiæ: vel illorũ, quibus adiunguntur: vel fit ratione mẽbri, à quo dissoluũtur. Et cũ arguitur de hectica, dico, ꝙ nõ est simile: quia illud fit paulatinè hoc autem subito. Vel possem dicere, quòd in hectica est mala complexio æqualis, hîc autem est diuisa. quare &c.

Doloris vlceratiui causa.

Dispositio laboriosa vnde fiat.

De expulsione & curatione superfluorum. CAP. XVII.

QVantumcumq; aliquis vtatur bono regimine in omnibus, tamen superflua remanent in qualibet digestiua. Cùm ergo errores accidant frequenter ex parte malæ qualitatis cibi, & ex parte maly quantitatis, & aliorũ mul

qualitatis cibi,& ex parte malæ quantitatis,& aliorũ multorum,tãtò magis necessarium est,ꝙ superflua expellãtur: aliter enim,si retineãtur,sunt causa febrium, & apostematum, & hydropisis,& aliorũ multorum morborum. Tũc ergo humores aut dominãtur plus proportionabiliter à diaphragmate inferius aut superius. Et si inferius, ita ꝙ intestina aut matrix aut vesica aut iũcturalia incipiãt grauari,tũc summè competit vomitus qa materiã euacuat & trahit ad oppositũ. Tunc ergo accipiãtur diuersi potus sicut vina alba & rubea,& noua & annua:& diuersa cibaria, sicut sunt salsa & dulcia,subtilia & grossa:& ista accipiantur ad satietatẽ:deinde immediatè euomãt antequã possint stomachũ trãsisse, & potissimè si fuerit æstas:& postea stẽt sine cibo tribus horis,deinde accipiãt ea quæ stomachũ cõfortãt.Et si fuerit cholericus,accipiatur saccharum rosatũ:& si phlegmaticus,vtatur diamẽtha & diacitonio:& si melancholicus,vtatur diamargarito. Deinde vtatur cibo subtili & digestibili in parua quãtitate.Et si sit paratus ad phthisim,& ad cataractã,vel vertiginẽ,& ita de aliis,viter vomitũ. Si autẽ nõ possit euomere,aut nõ velit,aut nõ debet:tũc vtatur benedicta,aut Theodoreto emperisto:& si fuerit in iũcturalibus,vtatur benedicta. Hoc modo in passionib. quæ fiunt à diaphragmate superiùs, magis valet pharmacia.In passionibus ergo capitis & pectoris & stomachi vtatur hiera picra. Si autẽ materia fuerit grossa aut subtilis,vtatur isto medicamine ad omne quare valido,ita quòd si aliquis nihil aliud sciret possit honorificè viuere in hoc mũdo. R. anisi,marathri,cimini,seminis apij,ameos,spicæ nar.squinãthi,fol.mẽthę,foliorũ absinthij,nucis muscatæ, interioris cinnamomi,coriãdri prępparati,vuarum passarũ mundatarum ab arillis,bdellij,dragagãti, panis sacchari,an.ʒ.ʒ. aloes, succo citrinæ lotæ ʒ.ſ. & ß.fiat puluis, & ponatur in sacculo de aluta.Et cùm vti voluerit,accipiat ʒ.ʒ.vel ʒ.ß.secundum diuersitatem partic.cum ierit cubitum stomacho omnino vacuo,semel quidẽ in septimana,aut de 15.diebus in 15.aut plus aut minus secundũ diuersitatẽ partic.Tamẽ aduertẽdũ,ꝙ si fuerit cholericus, aut velit cholerã in plus purgare,R.4.se.frig.maiora & min.fiat decoctio,cũ qua distus puluis distẽperetur:& eunti dormitũ stomacho vacuo detur. Si autem fuerit phlegmaticus,aut voluerit purgare phlegma in plus, R. radices fœniculi, petroselini,apij,&

Humores infra diaphragma quomodo purgandi.

Humores supra diaphragma quomodo purgandi.

decoquãtur in brodio cicerũ:& prædictus puluis cũ ista decoctione sumatur. Si autẽ fuerit melancholic. aut voluerit purgare melãcholiã in plus,tunc R.flo.borag.flo.buglosse, epythimũ polipodiũ,anisum, & fiat decoctio,& cũ ista decoctione prædictus puluis sumatur.Et ita patet,quomodo in via præseruatiua valet in omni regione, & in omni humore,& ferè in omni ętate:ideo cũ magna reuerẽtia debet obseruari. Hoc autẽ est, quoniam aloë purgat phlegma & cholerã,& mũdificat melãcholiã:sed lota minus euacuat, & magis cõfortat:calidæ cõplexionis est in secũdo gradu, sicut in tertio bdelliũ:& diadragãtũ frigidũ & aqua hordei vigorãt operationes eius,& maliciã remittũt.Si autẽ totũ corpus fuerit plethoricũ,aut sanguis dominetur,& cũ hoc crudi humores nõ sunt in primis venis, & si fuerit ver aut æstas, fiat phlebotomia de basilica dextri brachij:& si fuerit autumnus aut hyẽs,fiat de parte sinistra. Si autẽ phlebotomia nõ potuerit fieri ratione ætatis, aut alicuius rei cõsimilis,fiat vẽtosa cũscarificatione de spatulis aut de coxis. *Aloes virtus.*

De purgatione particulari cuiuslibet membri.

Si autẽ caput cõsueuerit purgari per nares aut palatum & modo nõ purgetur,tũc R.chamęmillę,meliloti,anthos, florũ vtriusq; stœchados,an.ʒ.2.bulliãt in vino albo,& accipiatur fumus per os & nares,dum tamẽ non fuerit rheumaticus: aut accipiatur vna gutta aut duę illius decoctionis,& instilletur in nares. Hoc autem purgat caput,& præseruat ab apoplexia, & vertigine,& à passionibus oculorum,& similib.Si verò pectus nõ potuerit bene purgari, R.radicem ireos,hysopũ,calaminth.capil.veneris rec.vuã passã,& liquir.munda.& decoquãtur in hydromelle,& fiat gargarisma frequẽter.Si accidat nausea,& fastidiũ,prouocetur vomitus,bulliat igitur semẽ raph. & semẽ atripli.in oximelle diu.deinde apponatur parũ olei crudi,& accipiatur:& vomitus ꝓuocetur.Vel si ex his nõ potuerit euomere,sumat succũ mediani corr.samb. quãtũ media testa oui capit.Si fuerit cholericus, vtatur diadragãto fri.cũ sacchar.si fuerit phlegmaticus,vtatur diacytonite:si melãcholicus,vtatur diabuglossa,& diãtho cum musco.Aqua decoct. ligni aloës cũ musco cõfortat stomachum. Vtatur parcita te cibi & potus.Si fuerit constipatus, aduertẽda est causa: si fuerit ex paruitate cibi,augeatur: si ex hoc, vtatur cibis *Pectus quo modo purgaridsbeat.* *Vẽter quibus solui debeat.*

sicc

siccis, sicut sunt assa & frixa: tũ vtatur holeribus, sicut sunt spinachia, atriplex, betę, boragines, & similia. Si autẽ fuerit cõstipatus propter hoc, ℘ comederit stiptica, sicut sunt cotana: vtatur tũc brodio carniũ, in qua fuerit nulla pinguedo aut oleũ: & si fuerit propter cõplexionẽ calidã & siccã hepatis & mẽbrorũ vicinantiũ, vtatur lactucis, cucurbitis, & similibus frigidis & humidis. Si autẽ fuerit propter humores grossos & viscosos, vtatur brodio galli antiqui, in quo sit polipodiũ multũ & anisum: aut sumatur cartamus cũ ficubus, & si fuerit propter feces induratas, fiat clystere de succo bliti & modico salis & mellis, & oleo violaceo multo, & similibus. Si autẽ vrina tardatur, & causa fuerit calida, decoquãtur semina frigida in aqua hordei, & sumãtur cũ mucilagine psillij: &, si causa fuerit frigida, decoquatur anisum, maratrũ, semẽ apij, & creta marina in brodio cicerũ, & sumatur. Et aduertendũ, ℘ nimia retẽtio fecum vel vrinæ parat ad pessimas ægritudines & multas, & nimius fluxus similiter. Si autẽ mẽstrua fuerint retẽta præter naturã, & causa fuerit calida, detur semẽ endiuię, scariolę, melonis cũ ptisana: &, si causa fuerit frigi. detur semẽ apij & phaseoli cũ brodio cicerũ: & ita de hęmorrhoidibus. Et si cutis corporis fuerit coarctata aut constricta, aut ratione balnei nitrosi, aut aluminosi, aut aquæ frigidæ aut nimis calidę, aut solis, aut pulueris, aut vẽti, aut sordiũ, aut similiũ, fiant fricationes tẽperatæ & multæ, & exercitiũ & balneũ aquæ dulcis tepidę: & vtatur cibo subtili, vt ita superfluitates per cutẽ possint euaporari. Quoniã summè necessariũ est, vt superfluitates à toto corpore expellantur, aliter causa sunt multarũ ægritudinũ. Intelligẽdũ est igitur circa istã materiã, ℘ aliqui sunt, qui cõsueuerũt facere phlebotomiã frequẽter & multis vicibus, &, si neglexerint, incurrũt ægritudinẽ. Si igitur isti incurrãt ægritudinem, in qua indigeant phlebotomia, securius poterũt facere: sed tamẽ male agũt, quia in senectute incurrunt pessimas ægritudines: & ideo paulatinè reducãtur ad tẽperamentũ. Aliqui etiã sunt, qui nũquã volũt facere phlebotomiã, & ideo, si incurrerẽt ęgritudinẽ, in qua indigerent phlebotomia, timendũ esset eos phlebotomare, nisi cõsideretur de virtute: & isti etiã male faciũt, qa in magno periculo viuũt, si incurrãt pleuritidẽ, aut aliquã malam ægritudinẽ: ideo paulatinè debẽt assuescere,

Vrinæ quibus prouocari debeat.

Mẽstruæ quomodo sunt prouocanda.

Sudor quomodo sit prouocandus.

Phlebotomia quare non sit frequentãda, nec negligẽda.

scere, saltem versus medium Maij. Et cũ hoc etiam aliqui cõsueuerũt pharmaciã accipere frequenter & multis vicibus: &, si dimiserint, multũ læduntur, istis, si incurrãt morbũ, in quo indigẽt pharmacia, securius potest dari, & magis securè illa, quæ cõsueuerunt, & maximè securè, si sunt debiles: sed tamẽ pessimè faciunt: quia corpus inducunt in malos vsus. Et ideo paulatinè debẽt dimittere, donec venerint ad temperamentũ, scilicet quod accipiãt cùm indigue rint, & tunc etiã secũdum temperamentũ. Aliqui etiã sunt, qui nunquã acceperunt medicinã laxatiuã: illis, si incurrãt morbũ, in quo indiguerint, tardius debet dari: tamen malè faciũt: quia rarò accidit, ꝙ aliquis ita vtatur bono regimine, quin indigeat aliquãdo aliqua purgatione. Et ideo paulatinè reducantur. Aliqui etiã sunt, qui cõsueuerunt vomitũ, &, si dimiserint, incurrunt passiones. Si igitur incurrant morbũ, in quo indiguerint, facilius potest vomitus prouocari: tamen pessimè faciũt: quia de stomacho suo fecerunt cloacã. Et ideo paulatinè reducãtur. Aliqui etiam sunt, qui nũquã fecerũt, & ideo, si indiguerint, de difficili cõcedatur. & ideo paulatinè assuescãt: quia mirificè purgat stomachũ, & prẽseruat à morbis partiũ inferiorũ. Et, sicut dictũ est de istis, ita intelligendũ est de exercitio, & balneo, & de cõsuetudine mali cibi, & multorũ aliorũ, quæ explicari non expedit: sed omnia similia per iam dicta intelligãtur. Et est etiã intelligẽdum iuxta prædicta, ꝙ, si corpus indiguerit purgatione, decenter fiat cum myrobalanis citrinis & cassia fistula: &, si volumus purgare melãcholiã, purgetur cum myrobalanis indis, & epithimo, & cuscuta: &, si phlegma, cũ myrobalanis kebulis & turbith. Ista decenter debent parari, sicut frequẽter scriptum est in lilio: & ideo hîc nõ appono. Sed aduertendũ est iuxta ea, quæ dicta sunt, ꝙ cùm aliquis incipit infirmari, vel dolere, vel laborioſus esse, statim debet considerare, an potuerit prouenire propter extrinseca, vtpote quia cœnauit magis solito & tardius, aut cibaria malæ qualitatis, aut quia laborauit magis solito, aut quia fuerit in aẽre nimis frigido vel calido, & ita discurrẽdo per omnes res nõ naturales: & si sic, proculdubio cõiectura est, quòd illud fuit occasio, & tunc illis causis obuiare debet. Si autẽ nihil horũ fuerit, tũc statim debet cõsiderare, an omiserit aliquid cõsuetum, & potissimè de illis, quæ euacuant.

Pharmaca an frequentanda.

Vomitus quare nõ fit frequentãdus, nec negligendus.

Purgatio quibus fieri debeat.

In morbi primo principio quæ considerãda sint.

Vt, verbi gratia, lõgo tẽpore cõsueuit facere phlebotomiã, & modò dimisit: aut sudare in balneo aut extra, & modo non: & ita de vomitu, & de aliis: & ita de naturalib. vt quia mẽstrua deficiũt præter naturã, aut hæmorrhoides, aut fluxus sanguinis natiũ cõsuetus, &c. Aut cũ hoc aliquid accidit superfluũ præter solitũ, & vltra quã deberet: aut accidẽs animę, &, si fluxus insolitus & præter naturã fuerit, tunc satis est bona coniectura, ꝙ illud fuit causa istius dispositionis aduenientis: & tũc id tollẽdum est. Si verò nihil horum fuerit, tunc humores sunt in venis lõgo tẽpore collecti: au ferẽdi sunt iuxta gradus suos. Et verè totũ hoc cap. est aureum: nã mirè regulat medicũ in regimine sanitatis & curatione morborũ. Quæritur vtrum aliquis possit per artem cõseruari in regimine suæ sanitat. sine errore, ita quod esset lõgeuus, & veniret ad terminum senectutis. Et videtur quod sic: quia si regatur sine arte & sine errore, iuuat, multò ergo fortius, si cum arte: sed sunt, qui vixerunt 100. ann. aut amplius sine omni arte, nunquã accipiẽtes medicinã laxatiuam, nec phlebotomiã. si ergo ista sunt possibilia sine arte, multò fortius cum arte. Præterea Gal. dicit, ꝙ puer temperatus mouetur, cùm indiget: &, cùm ei sufficit, nullo iubente quiescit: si ergo corpus tẽperatum per se est sufficiens in regimine sanitatis sine errore, multò fortius cũ arte. Præterea regimẽ sanit. cõsistit in debita applicatione rerũ non naturalium: sed ista potest facere medicus sine errore. ideo regi potest aliquis sine errore. Repugnat Gale. Dico ꝙ duplex est error, scilicet modicus, & sine tali nõ est possibile: quia quãtitas auferendorum certis literis denotari nõ potest: & cum hoc superuenit aliqua qualitas aëris subitò, cui obuiare nõ possumus: vel aliquod accidẽs animę: & multa similia innumerabilia. Et ideo dicit Gal. non fuisse possibile regere sine errore: ideo subiungit regimẽ rectificatiuum illius erroris, scilicet ꝙ ille error sit modicus, & nõ faciat lapsum multum notabilẽ, quẽ faceret, si continuaretur, aut non corrigeretur. ideo subiungit Gal. regimẽ rectificatiuũ, dicens, Qui vult esse lõgeuus, oportet ipsum esse liberũ ab omni occupatione necessaria: & ꝙ sciat artẽ sanatiuã, aliter enim vix perueniet ad terminũ mortis naturalẽ, sed morietur ante tẽpus. Ideo dicit Gal. ꝙ admirabilis est scientia sanatiua: quia facit hominẽ viuere senẽ, & sine ægritudine

Per medicinam an aliquis possit conseruari sanus sine errore.

Scientia sanatiua qua

vsque

vsq; ad vltimũ senectutis. Gal. nanq; postquã sciuit artẽ sanatiuã, non incurrit aliquã ægritudinẽ, nisi aliquã do ephemerã, & hoc ob laborẽ, quẽ habuit in visitatione amicorũ, aut propter rempublicã nobilis. Licet ergo ars sanatiua ita feliciter faciat hominẽ viuere, tamẽ nõ est, qui cupiat medicũ in tẽpore sanitatis: imo, quod est abominabilius, medici nostri tẽporis nõ curãt scire regimẽ sanitatis: quia videtur eis, quod non sit ibi lucrũ: sed in curatione morborũ, & potissimè febriũ, sunt solliciti. Patet ergo solutio. Ad primum dico, ꝙ aliqui sunt ita bene dotati in naturalibus, ꝙ melius viuũt sine arte, quã alij cũ arte: & hi rari sunt. Ideo, si errẽt, ipsimet corrigũt aut abstinẽtia aut similibus: &, licet erraverint multũ, tamẽ viuunt propter bonitatẽ naturæ corrigẽtis. Ad secundum dico, ꝙ licet corpora tẽperata bene se regãt, in multis tamẽ peccant in quãto aut in quali: ideo arte indigẽt. Ad vltimũ dico, ꝙ de se, quãtum est de natura artis, bene potest fieri regimẽ sine errore: sed pleraq; nõ subliciuntur arti, vt ꝙ patiẽs nõ audiat aliqua finistra, aut nõ irascatur, aut non veniat pluuia multa, & multa similia ferè innumerabilia, qnę ars statim corrigere docet. ideo, &c.

re sit admirabilis.

Medici nostri tẽporis reprehenduntur.

De regimine corporis temperati. CAP. XVIII.

CORpora tẽperata aut tẽperamẽto vicina, solis temperatis regi debẽt: & ideo indigẽt aẽre tẽperato, cibo & potu, somno, vigilia, inanitione & repletione, balneo, coitu, & accidẽtibus animę. Omnia enim ista debẽt sibi offerri in maiori tẽperamẽto, in quo est possibile: quia aẽrẽ tẽperatum habere nõ possumus, tẽperetur habitatio sua in ęsta te cũ aqua frigida, & aceto, aqua rosa, nenupharis, & cãnis: & quòd portę sint ex parte septentrionis. Intelligimus autem, hoc corpus temperatũ esse liberum, & nõ occupatũ in vitæ necessariis. Hyeme autẽ rectificetur aẽr cum igne, laũendula, roremarino, mentha, & similibus. Modus autẽ viuendi debet esse iste: Postquã quietè somniũ compleuerit, & per se excitatus fuerit, tunc debet fricari à capite vsq; ad pedes temperatè tamẽ: postea induatur vestibus mollibus, delicatis, & tẽperatis: deinde pellat superfluitates assellando, mingendo, tussiendo, & spuẽdo: deinde oret, & domum Dei visitet: deinde legat, studeat, disputet, & conferat dicta sapientiũ, & tẽperatè gaudeat. Debet aliquãdo cogitare, aliquãdo modicũ irasci vt calor naturalis excitetur, & statim

Aer quomodo temperandus. Corpus temperatum vti viuere debeat.

dimittere: deinde debet exercitari tēperatè: deinde abluatur cum aliqua aqua calida: deinde, postquā quieuerit; comedat modicū panis tritici recētis, bene cocti, & bene fermētati: deinde accipiat vnū hausti vini odoriferi, clari, nō antiqui, nō noui, & bene maturi: deinde quiescat, & studeat in dictis sapiētum: deinde solacietur & gaudeat cū amicis, & cum dilectis, & cum honestis: deinde versus vesperos maiorē suā comestionem accipiat, nisi cōsuetudo impedierit. Vtatur igitur gallinis aut perdicibus, aut phasianis, aut mutone iuuene, aut auibus paruis degētibus in campis lōge à lacubus, Et, quia non possunt omnia seruari, ideo etiā cū iā dictis vtatur boraginibus, & buglo. & aliis *holeribus. Aliquādo etiā, si debeat vti fructibus, vtatur ante comestionē aut vuis aut fisticis aut amygdal. à comestione, modico de pyro, coctano, aut mespilo. Alia etiā sint tēperata, sicut panis, vinū, & aqua, & omnia similia, de quibus facta est mentio supra. Et seruētur omnes regulæ superius dictę, scilicet ꝙ non multiplicentur fercula, & ꝙ nō diu sedeatur in mensa, & omnia alia, quæ dicta sunt. A cœna stet rectus vel suauiter deambulet, vt cibus descēdat ab orificio stomachi: legatúrque ei vita alicuius sancti: & cū incipit fatigari, dormiat. Et, cum cibus fuerit digestus, & superfluitates expulsę, si licentiā habeat coēundi secundum legē dei & naturā, coēat: sed tātis interuallis, ꝙ sentiat corpus alleuiatū. Si autem error acciderit, statim corrigatur, & cum alterantibus reducatur. Et, si superflua fuerint retēta, expellantur, sicut iam diximus. Nam licet corpus fuerit bene tēperatum, tamen ob suā gulositatem & similia potest temperamentum amittere, de quo dolendū est. Quæstio. Ponamus ꝙ aliquis traxit noctē insomnē: & ex hoc, & aliis cibus remāserit indigestus circa primas venas: tunc quæro, an cōpetat exercitium. Et videtur ꝙ sic: quia confortat calorē naturalē, & calor cōfortatus digerit cibum. quare videtur cōpetere. Oppositum videtur velle Gal. Dico, vt dixi suprà, ꝙ in crapula & in indigestione; cibi versus primas venas, quæcunq; etiā fuerit causa, nō competit exercitium, nec fricatio, nec balneum, nec phlebotomia, nec pharmacia: sed quies, & abstinentia, somnus, & diatrionpiperon, & omnia, quæ superius dicta. Exercitium enim, quantumcunq; temperatum, non competit à principio: quia dissoluerentur illi humores crudi,

*holeribus aliquando. Et si

Exercitium an cōpetat vbi ex vigiliis crudi humores sunt in primis venis.

di,& irent ad membra, & membra nutrirentur tali nutrimento,& hoc esset pessimum. Et cum dicitur, ꝙ calor confortatur, dico quòd verum est, quando fit, vt oportet: sed hîc non est sic, sed plus debilitatur & suffocatur propter humorem crudum & dissolutum. Vnde, sicut aqua extinguit ignem, ita humor crudus humorem naturalem.

De regimine complexionis distemperatæ. CAP. XIX.

COmplexionum distemperatarum à natura, quædã est, in qua est modicus lapsus, in qua non læduntur operationes: & quædã est, in qua læduntur, occultè tamen, & nõ manifestè: & de ista non agimus hîc, quantum est de præsenti capitulo. Quandoque igitur ita est, quòd aliquis à natura habeat complexionem lapsam in caliditate tantùm, & alia sint temperata: & quidam in frigido tantum, & alia sint temperata: & quidam in humiditate tãtum: & quidam in siccitate tãtum: tales autem complexiones aut volumus conseruare, aut reducere: si reducere, dentur contraria: & si conseruare, dentur iis similia in specie & natura, hoc est in gradu & complexione: & talia non possunt, nisi, in ea, in qua sunt. Si igitur sit lapsus in secundo gradu, non alterabunt, sed conseruabunt: quia nullum agens potest vltra vltra suam speciem agere, sicut colligitur ex septimo physicorum. Si igitur dyscrasia est in primo gradu, & applicata sunt in primo gradu, nunquam ducẽt ad secundũ gradum: quia tunc agerent vltra suam speciem. Restat igitur, quòd vnumquodque distemperatum in aliqua qualitate conseruabitur per similia in specie & natura. Calida igitur conseruabuntur cum calidis, & frigida cũ frigidis, & sicca cum siccis, & humida cum humidis. Et hoc est, quod dicit Gal. in Techni, Si vis seruare crasim, qualem accepisti, similia similibus offeres: calidiora calidioribus indigent, & frigidiora frigidioribus, & siccìora siccioribus, & humidiora humidioribus. Si autem volumus reducere calida, debent reduci per frigida, & frigida per calida, & sicca per humida, & humida per sicca.

Agens nõ agit vltra suam speciẽ.

De regimine complexionis distemperatæ in caliditate tantum, cum volumus eam reducere.

Complexio distẽperata in caliditate tantũ, cùm volumus eam reducere, in prima ætate debet regi cũ temperatis: sed in iuuentute, cùm calor incipit magis intendi, aër debet

Complexionis calidæ regimen.

vergere magis ad frigiditatẽ,quã ad caliditatẽ,& somnus excedat vigilias,& quies laborẽ. Et,si balneetur in æstate, aqua magis vergat ad frigiditatẽ,quã ad caliditatẽ , & in hyeme præcedant fricationes, & postea balneetur in aqua tepida,& sit magis in vmbra,quã in sole : ita q̃ omnes res nõ naturales vergere debent ad quandã frigiditatẽ.Cibus autẽ sit carnes hœdulinæ & gallinæ cũ lactucis,& muto cũ cucurbitis,& pisces cũ modico aceti. Et potest vti persicis & cerasis acerbis & prunis.Vinũ sit subtile album & clarũ.

De reductione complexionis frigidæ.

Isti indigent fortiori cõtrario, quàm calidi,quia magis distant à principijs vitæ. Æger igitur sit semper calidus,&, si non possit haberi per naturam,habeatur tamen per artificium:& fricetur fortiter , & exercitetur , & balneetur in aqua calida,in qua sit chamæmilla,melilotum, & anthos. Vitet ergo coitum,quantum erit possibile, quoniam infrigidat & desiccat & debilitat. Vtatur assis,& frixis,& mentha,& hyssopo,& sinapi,& porris, & alliis, & eruca,& nuce muscata,& cinamomo,& triplici genere piperis : & potet vinum purum antiquum. Et, si contigerit potare aquam, bulliat in ea saluia, mentha,& similia.

De reductione complexionis humidæ.

Humidi sint in aëre calido,& fricatio & balneum sint calida,& exercitium similiter , & sint in abstinentia & vigiliis,& ante cibum balneentur in aqua aluminosa , aut nitrosa,aut sulphura,aut salsa, aut sepeliãtur in arena maris in æstate. Vtantur carnibus salsis , & carnibus animalium sylvestrium,sed in parua quantitate, vt digestiua non corrumpatur.Omnia, quæ comedent de carnibus,sint assa aut frixa,& vtantur pipere & nuce : holera autẽ,brodia,offas, pisces,& omnia humida vitent , & vtantur omnibus siccis cum tẽperamento,quia humidum est de facili resolubile.

De reductione complexionis siccæ.

Corpora sicca & extenuata vtantur carnibus agnorum & porcellorũ,ita tamẽ, quòd digestiua nõ corrumpatur,& vtantur iusculis,& brodiis , & piscibus squamosis, & ouis sorbilibus,& balneo tẽperato,ad quod tamẽ statim sequatur balneũ quasi frigidum. Et vtantur lacte & quiete,& sit eorũ regimen,sicut hecticorũ & consumptorũ. Nulla autẽ via vtãtur coitu,quoniã terminum vitæ sibi imponerent.

Et,

Et,si lapsus fuerit cõpositus, cõponantur & medicamẽta. Quæritur vtrũ humor aggregatus ex longo tẽpore,possit reduci in modico tẽpore. Et videtur quod sic:quoniã tantum facit agẽs forte in modico tẽpore supra materiã indi spositã,quantum agens debile supra dispositã,sed agẽs debile in modico tẽpore reducit materiã collectã in modico tẽpore,quare similiter agẽs forte in modico tẽpore reducet materiã collectã in multo tẽpore. Preterea in materia collecta lõgo tẽpore natura semper agit digerẽdo, aliter esset otiosa,&,si digerẽdo & assimilãdo,facilius expellitur: quare secundũ hoc videtur,ꝙ etiã facilius,quando egit in lõgo tẽpore, quã in modico:quare facilius reducitur propter lõgioré actionẽ supra materiã. Oppositũ dicit Gal.in de regimine sanitatis,dicẽs ꝙ humiditates ex lõgo tẽpore collectæ tardè curantur, & ex modico modicè. Dico,quòd humiditates ex multo tẽpore collectæ tardè curantur:cuius ratio est:quoniam tales humiditates sunt imbibitæ in mẽbro, & propterea sunt difficilis eradicationis. Secunda ratio est,ꝙ nõ essent antiquatæ, nisi essent grossæ & viscosæ,& tales de difficili remouẽtur, dico in modico tẽpore. Tertia ratio est:quia in tali casu mala cõplexio est ex illa materia in mẽbro adęquata,vel quasi adęquata,& talis cõplexio de difficili eradicatur aut nunquã:quare summè difficile est,ꝙ materia ex multo tẽpore collecta possit eradicari. Quarta ratio est:quoniã talis materia ratione lõgitudinis facta est quasi naturalis & membro amicabilis(sicut patet de illa,quę lõgo tempore nutrita est veneno) & ideo tardè eradicatur,sicut naturalia:quoniã facta est, sicut altera natura. Et,cum arguitur,dico,ꝙ medicamen nunquã potest ꝓportionari,quia quãtitas offerẽdorũ certis literis denotari nõ potest:&,si sit fortius,natura nõ sustinet repẽtinas mutationes. Sed ponamus,ꝙ medicamẽ sit ꝓportionale aut fortius. Dico,ꝙ tãta est repugnãtia ex parte passi, ꝙ nõ est possibilis eradicatio. Ad secũdũ dico,ꝙ natura nihil agit,qm̃ assimilatur regi fatuo:nõ em̃ mouetur,nisi mota:& ideo,qa nõ lędebatur natura,nõ mouebatur ad digerẽdũ,sed plus intẽdebatur discrasia. Et hoc arguit promittentes se ægritudines cronicas curaturos breui tempore.

Humiditates collectæ ex multo tẽpore quare tardè curentur.

Natura similis regi fatuo.

De corporis habitudine. CAP. XX.

QVidã sunt,qui habent habitudinẽ corporis multùm *Habitudi-*

tum corporis diuersitas.

pinguẽ,& quidã multũ extenuatã & macilentã,& quidam mediocrẽ inter ista: quidã etiã sunt, qui sunt multũ rari,& quidã sunt multum dẽsi,& quidã mediocres. Mediocritas autẽ semper bona est: quoniã mediocritas habitudinis & cõpositionis nõ potest esse, nisi ꝓpter bonitatẽ cõplexionis,& ideo tales diutius viuunt,& digestiuã habẽt fortiorẽ,& melius possunt resistere causis intrinsecis & extrinsecis: aliæ autẽ oẽs sunt morbosæ, & male repugnant causis morborũ. Tamẽ inter oẽs habitudines magis est morbosa habitudo pinguis,& potissimè,qñ est cũ angustia & structura venarũ naturali, potissimè tamẽ de facili cadũt propter causas intrinsecas: & ideo de facili incurrũt apoplexiã, epilepsiã, asma, syncopen, & mortẽ subitaneã. Et hoc est, quod dicebat Hipp. Crassi verò secundũ naturã &c. Et ibi. In exercitãtibus ad summũ &c. Nihilominus à causis extrinsecis, sicut est calor & frigus,& ita de aliis, non ita de facili læduntur. Habitudo autẽ macilẽta est mala: quia calor naturalis de facili extinguitur & exhalat, potissimè tñ lædũtur à causis extrinsecis: & ideo à modico calore, vel frigore, aut vẽto, aut pluuia, aut ira, aut tristitia, exterminãtur & dissoluuntur. Habitudo autẽ solida & dẽsa cognoscitur, qa albi sunt & sine pilis,& cũ modico sudore,& vrina multa, & egestione multa: de difficili tñ patiũtur à causis extrinsecis, sed à qualibet facili causa intrinseca lędũtur, sicut pingues,& ideo paratissimi sunt ad febres, apostemata,& morbos cronicos. Corpora aũt rara cognoscũtur, qa sunt multũ pilosa & delicata. Et ista sũt corpora inter oĩa magis passibilia,& potissimè à causis extrinsecis: lædũtur etiã à calore & frigore,& ideo nõ possunt pati nec dolores nec alia: causis tñ intrinsecis, sicut est suffocatio & febres, non sunt parati,& potissimè, quãdo ista proueniunt propter causas extrinsecas.

Habitudo qua magis morbosa.

Habitudo densa vnde cognoscatur.

Curatio nimiæ pinguedinis.

Pingues indigẽt paruitate cibi & potus,& lõga fricatione,& lõgo exercitio,& balneis sulphureis, & multis vigiliis: ira autẽ,& sollicitudo, & tristitia multũ cõpetunt iis, sed gaudiũ & lætitia nunquã. Comedant panes cũ furfure, et miliũ, et fructus, et oĩa, quę parũ nutriũt: potus sit aqua, aut vinũ album subtilissimũ. Decubitus sit durus, et vestis aspera. Omnis labor, et sollicitudo cõpetit, sed potissimè paruitas cibi et potus, sicut dictũ est. Lac etiã à ꝓprietate habet

habet macerare. Accipiāt frequēter medicinā phlegmatis purgatiuam. Et dicit Auic. ℔ tryphera minor, dialacca, et theriaca, et acetū in ieiunio multū valent ad macerandū.

Curatio macilenti.

In macilēto cōpetit quies & ocium, & lōgus somnus, & balneū post cibū, dum tamē cibus nō fuerit in stomacho, & ℔ post balneū aquę cal. immergatur in aqua frig. Et sumat brodia, & viscella, & oua sorbilia, & pisces. Et accipiatur frumentū excorticatū, & hordeū mundatū à cortice, & orysam, & cōterātur fortiter, & decoquātur in lacte amygdalarū, aut in brodio gallinę, aut in lacte ouino, aut in brodio carnis mutoninę, & illa decoctio sorbeatur, quę est mirabilis in impinguādo. Agni etiā cōpetūt, & porcelli, & breuiter oſa humida, sicut dictū est de mala cōplexione sicca. *Decoctio mirabilis in impinguando.*

Curatio corporis densi.

In primis corpus dēsum fricetur leuiter & suauiter, & lōgo tempore, deinde exercitetur fortiter, deinde stuphetur longo tēpore, & postea abluatur cum aqua calida, deinde inungatur cum oleo laurino, costino, & castorei. Et vtatur paruitate cibi & potus, & regatur ferè sicut pinguis.

Curatio corporis rari.

Corpori raro cōpetit fricatio dura, & balneum leue cali dum, vt claudātur pori. Et inūgatur sic, R. masticis, thuris, ladani, mirtillorū, rosa na q. s. bulliāt in oleo, & inungatur. Et regatur ferè, sicut macilēti, & senes, & squalētes, & debiles: quoniā ab iis fit multa resolutio. Et si causæ cōponātur, cōponantur & medicinę. Quęritur, Vtrum exercitium in humore putrefacto generet febrē. Et videtur ℔ nō: quoniā quod aufert febrē, non generat febrē, & exercitium est eiusmodi, ideo &c. quoniā aperit & dissoluit: nunc autem nihil est, quod ita inducat febrē, sicut cùm materia euaporari nō potest, sed est cōclusa & coarctata. Et hoc est, quod dicit Gal. 9. de ingenio, Putrefactio fit in corporibus calidis & hum. cùm dissolutione caruerunt. Ergo, cùm exercitium faciat ad dissolutionē, nullo modo causabit febrem. Præterea illud, quod acuit calorē naturalē, nō causabit febrē, cùm calor habeat rectificare & curare, sed exercitium est huiusmodi: quare &c. Oppositū dicit Gal. in de regimine sanitatis. Dico, quòd humor quietus, quantumcunque malicioſus, non nocet, sicut patet de illo, in cuius pollice *Exercitiū in humore putrefacto generet febrem.* *Humor quietus nō nocet.*

quiescebat humor corruptus malus, &, cum mouebatur, inducebat epilepsiam. Et etiã apparet in materia venenosa, quòd, cum quiescit, nõ nocet, &, cùm mouetur, vadit ad cor, & interficit. Sic est in proposito, materia putrefacta, cùm quiescit, non lædit, sicut patet in recidiuis, & in quibusdam apostematibus. Ponamus ergo aliquam materiã putrefactam actu, siue intra venas, siue extra, longe tamen à corde, & quòd ista materia sit quieta: tunc dico, quòd illa materia non faciet febrem, pro tanto, quia non poterat calefacere cor calefaciendo membra, quæ sunt intra mineram & cor, pro tanto, quia materia distat à corde, vt supposítum est: nec poterat calefacere cor per viam effumationis, quia quieta est materia, vt dictum est. Nunc autem si materia moueatur, tũc calor poterit ire ad cor, aut quia calefit pars post partem, aut quia fumus horribilis & putridus vadit ad cor: exercitium autem tale facit, quia commouet materiam & dissoluit, & ita fumus horribilis & putridus vadit ad cor, & facit febrem, & pro tanto in corporibus immundis non competit exercitium. Et non est hoc mirabile, si motus ab extrà sit causa febris: quoniã radius caloris naturalis, irradians & digerens materiã in minera, inducit febrẽ & plus, quoniã fumus horribilis mineræ commotus per calorem naturalẽ ascendit per radium caloris vsq; ad cor, & ita facit febrem. Et hoc est, quod testatur Gal. in fine primæ particulę de crisi, exẽplificans in anxio. Quoniã, cum cessasset febris, crisi tamen imperfecta, & materia febris putrida remanente, calor naturalis inducit recidiuã. In corporibus ergo immundis cõpetit quies, paruitas cibi, & corporis mundificatio. Et, cùm arguitur, ꝙ illa dissolutio impedit pinguedinẽ & febrẽ. Verum est ante putredinem: sed post augmẽtat, quia inducit ebullitionẽ. Ad secundum dico, quòd licet augmentet calorẽ, tamen calor non potest tunc mũdificare propter ineptitudinẽ materię, licet finaliter corrigat & digerat. nihilominus talis augmẽtatio per exercitium non cõpetit in tali casu, vt dictũ est.

Materia putrefacta an faciat febrem.

Calor naturalis quomodo febrẽ inducat.

De præseruatione membri debilis. CAP. XXI.

SEcundũ intentionẽ Gal. de morbo & accidente, membra fortia expellũt suas superfluitates ad mẽbra debilia: hoc est dictũ, quòd mẽbra fortia expellunt à se superfluitates, & membra debilia recipiunt: & hoc est, quòd à se expel

expellere non possunt. Et propter hoc cutis est facta debilis, vt non possit resistere superfluitatibus. Membrum autem à natura debile cognoscitur, quando ex qualibet facili causa, siue extrinseca siue intrinseca, facilè læditur: tunc autem tale membrum debet confortari: aliter enim timendum esset de ægritudine incurabili. Incipiamus ergo à capite.

Membrum debile quomodo præseruetur.

De præseruatione debilitatis capitis.

Aliqui habent caput ita debile à natura, quòd de facili lęduntur à vento & pluuia, & à calore et frigore, et à repletione, et ab inanitione, et propter stomachũ, et similibus. Sit ergo canon et regula, ꝙ non nimis caput cooperiatur: quia nimia coopertura capitis inter omnia maximè debilitat caput, et accelerat caluiciem. In æstate ergo cooperiatur caput leuiter, et in hyeme temperato modo, et potissimè, qui habet caput frigidum: sed nullus audeat portare pelles in capitio, donec venerit ad senectutem, et tunc etiam cum temperamento. Deinde vitet omnia fumosa, et quæ replẽt caput vaporibus. Et ideo vitet nuces, et omnia oleaginosa, et caseum antiquum, et omnia legumina, et omnes fructus, omnia holera. Et vitet allia, cœpas, et porros, et piper, et vinum forte. Et vitet dormire de die, et capite inclinato. Et super omnia vitet cœnam nocturnam, et longum somnum, et repletionem, et indigestionẽ, et omnia consimilia. Deinde, si caput est calidum, cõfortetur sic. Balliat in aqua ros. viol. nenuphar, sandali, et suffumigetur caput. Si autem caput fuerit frigidũ, suffumigetur cum chamœmilla, et meliloto, et anthos, et mastice: et ista intẽdantur in hieme, et remittantur in æstate. In complexione igitur calida dentur cibaria frigida, et in frigida applicentur contraria similiter in omnibus rebus non naturalibus.

Caput an nimium cooperiri debeat.

Medicamẽta capitis cõfortatiua.

De præseruatione oculorum.

Aliqui habẽt oculos debiles naturaliter, et læduntur de facili à qualibet causa. Vitent igitur aërem nimis calidum, et frigidum, et nimium splendorem. Et vitent legere literas minutas, et cũ modico lumine, et in tẽpore tenebroso, et loco obscuro. Et vitent coitum et pisces: et breuiter omnia, quæ dicta sunt de capite: quia omnis vapor fumosus lędẽs caput, lædit oculos debiles. Oculi autẽ patiuntur aliquãdo à causis extrinsecis, et illæ sunt manifestæ: aliquãdo

à cunis nutritos, vsque postea stomachum, aut caput, aut nul. corpis. S. ego corpus fuerit, cibauit, sic pie nomina ne plantaria mea obtemperantia percutiunt. S. humor fuit à capite ad ventrem, per venas emittens non vid. laudantur & cunctis, sicut opus ne sit; sine humor per venas nutritos, difficilis erit cunctis quod augmentum sua frequenter humorum. Et non augmentum humor substantia, & nihil magno capitis humorum cunctis. S. humor à humano, donec fit non, nec alimentum cunctis nutritos nulla fit. nisi q. S. ignorans augmentum, & augmentum nutritos vnc in vi augmentum augmentum, & augmentum nutritos vnc in vi augmentum. S. humor augmentum, & augmentum nutritos vnc in vi augmentum. S. humor augmentum, & augmentum nutritos vnc in vi augmentum.

Ad. 1. Ad. 2. Ad. 3.

De augmentum corporis.

Augmentum corporis, quod vnc in vi augmentum. S. humor augmentum, & augmentum nutritos vnc in vi augmentum. S. humor augmentum, & augmentum nutritos vnc in vi augmentum. S. humor augmentum, & augmentum nutritos vnc in vi augmentum.

De augmentum humoris.

Augmentum humoris, quod vnc in vi augmentum. S. humor augmentum, & augmentum nutritos vnc in vi augmentum. S. humor augmentum, & augmentum nutritos vnc in vi augmentum. S. humor augmentum, & augmentum nutritos vnc in vi augmentum.

Ad. 1. Ad. 2. Ad. 3.

cibaria actu minus calida, & actu nimis frigida. Et vitent masticare panē nimis durum, & confectiones duras, quæ fiunt de melle. Et nō frangāt cum dentibus auellanas, nec nuces, & ita de aliis cōsimilibus. Vitēt etiā summè catarrhum, & stomachi repletionē, & ciborum malam qualitatē, & omnia similia. Confortentur autem dentes frigidi sic R. saluiæ, menthæ, masticis, thuris, an. quantum videbitur, decoquātur in vino puro, quod calidū diu teneatur in ore: si autē causa fuerit calida, R. rad. iusquiami, & rosas, & sandalos, & bulliant in aqua, quæ tepida diu teneatur in ore. *Medicamē dentes confortans.*

De præseruatione pectoris.

Aliqui sunt, qui habēt pectus ita debile, quòd à qualibet facili causa incurrant tussim, asma, strictura pectoris, & difficultatē anhelitus. Vitēt igitur aērem nimis calidum, aut nimis frigidum, quantum erit possibile. Et vitēt summè catarrhum, & repletionē stomachi, & acetosa, & stiptica, & acuta. Mundificetur autē corpus secundum exigētiā partic. & deinde sic cōfortetur pectus calidum, R. diapapaueris, diadragāti ſrig. an. quart. 1. diacodij ʒ. 1. misceātur & diutissimè teneātur in ore. Hoc enim multùm valet, quando materia cali. rheumatisat à capite ad pectus: nihilominus fiat cōfortatio, sicut oportet in rheumate. Si autem causa fuerit frig. vniuersalibus præcedētibus vtatur isto electuario, R. dianisi, diahyssopi, diacalamēt. an. ʒ. 2. misceātur. Si autē sit timēdum de sputo sanguinis, vtatur diapauere & coriandro præparato. *Pectus quo modo præseruādum.*

De præseruatione cordis.

Vitet super omnia iram, timorē, solicitudinē, & tristitiā & omnia cibaria malę qualitatis, & aērem qui est in excessu, & repletionem stomachi: & mundificetur corpus, sicut oportet. Et si causa est frigida, vtatur diambra, diamargaritо, & diathamaro: & suffumigetur cum ambra, & ligno aloës, & musco: & cum illis fiat emplastrum supra pectus, pulli sint assi & lardati cum cariophillis, & asperſi cum vino albo odorifero. Et si causa est calida, vtatur saccharo rosato, & diatrionsandalis: & fiat sacculus de rosis, & violis, & sandalis, & nenuphare, & bugloſſa, & floribus boraginū, & camphora, & aspergantur aqua rosacea: & odoretur, & supra regionem cordis apponatur.

De

De præseruatione stomachi.

Aliqui sunt, qui habent stomachum ita debilẽ, quòd ex modica causa incurrant nauseã, indigestionẽ,& vomitum & dolorẽ,& multa cõsimilia. Tales debẽt sumere cibum in parua quãtitate,& frequẽter,& quòd cibus sit temperatus in qualitate. Vitetur igitur catarrhus,& vigiliæ superfluæ, omnis labor nimius, & omnis cibus malæ qualitatis aut nimiæ quãtitatis. Et purgetur stomachus cũ vomitu,& cũ catarctico secũdũ exigẽtiã humoris peccãtis. Deinde cõfortetur stomachus cal. cũ saccharo ros.& diatriõsandalis, carnib. cydoniorũ cõditorũ cũ saccharo fine speciebus, & aliis consimilibus. Et si causa fuerit frigida, dentur ista, R. diambræ, diamenthæ, diacidonij ana ℔.ß. misceantur.

Medicamẽta stomachum confortantia.

De præseruatione hepatis.

Hepar autem, quantum est de præsenti, est debile, aut quia venæ eius sunt angustę, aut quia est paruum, aut quia est nimis calidum, aut nimis frigidum. Si venæ eius sunt angustę, ex qualibet facili causa incurrit oppilationẽ, tunc R. cimini, dauci, carui, apii, anisi, calamenti, origani, capparis, laccæ, ana ʒ.ii. sacchari quantum sufficit: & fiat puluis aut electuarium, quo vtatur cum vino albo, aut cum brodio cicerum. Vitet omnia pinguia & vnctuosa & dulcia, & grossa ad digerendum. Si autem hepar fuerit paruũ, comedat quater in die, sed in parua quantitate, & cibaria facilis digestionis. Si autem hepar sit calidum, vtatur lactucis, & endiuia, & scariolis cum aceto albo: & vtatur vino malorum granatorum. Ab extra autẽ potest hepar epithimari cum succo hepaticæ & semperuiuæ, & aceto, & aqua rosacea. Et si hepar sit frigidum, vtatur spica nardi, & aliis, quæ dicta sunt in strictura venarum.

Hepar paruum quomodo regendum.

De præseruatione splenis.

In splene autem apponantur eadem, quæ in hepate, sed fortiora.

De præseruatione renum.

Renes aliquando sunt ita debiles, quòd de facili incurrunt dolores & lapidem. Talibus igitur summè competit vomitus, & ocium, & quies, & paruitas cibi & potus, & quod non coẽat. Et cibus sit subtilis, sicut pulli, & pisces squamosi viuentes in aquis mundis, & vinum subtile, & semina munda, & similia.

De

De præseruatione testiculorum.

A liquando testiculi debilitantur propter nimium calorem, quibus competit vomitus, & paruitas cibi & potus: & vtantur lactucis: & iaceant supra lactucas, & agnum castum, & odorent camphoram, & inungantur testiculi & femora sic, R. succi lactucæ, succi coriãdri, succi semperuiuę, & addatur cera & oleum rosaceum q. ſ. & fiat vnguentum. Si autem testiculi sunt debiles propter frigiditatem, inungantur renes, & femora, & testiculi, & virga cum vnguento Arragon, & martiano: & vtatur diasatyrio. De matrice satis diximus in Lilio. *Medicamen testiculos præseruans.*

De præseruatione iuncturarum.

Aliqui sunt, qui habent iuncturas ita debiles, quòd de facili causa incurrant artheticam. Tales summopere vitẽt crapulam, & repletionem cibi & potus. Et vitent omnia cibaria grossa, & difficilis digestionis: & vtantur vomitu. Et ante tempus, si sint sanguinei, fiat phlebotomia: si cholerici, purgentur cum cortice mirabolanorum citrinorum temperata per diem & noctem in sero caprino, & vuis passis mundatis, & addatur cassiafistula mundata. Et si materia fuerit melancholica, purgentur cum mirabolanis indis temperatis in iisdem, & addatur thymus & cuscuta: & si fuerit phlegma, purgentur cum mirobalanis chebulis temperatis in iisdem, & addantur hermodactyli. Si autem actu incurreret, vitet phlebotomiam & balneum. Et si dolor fuerit de causa calida, sedetur cum foliis iusquiami: & si causa fuerit frigida, sedetur dolor cum fœnugręco & semine lini: & si causa fuerit composita, cõponantur & medicamenta. In declinatione autem, corpore mundificato, possunt vti balneis sulphureis.

De impeditis in negotiis secularibus.

Aliqui sunt ita impediti in negotiis secularibus, quòd nihil boni possunt facere: immo velint nolint comedunt & potant gulosè & ante exercitium & post, ante somnum & post: & aliqui balneant se in aqua frigi. etiam hyeme, & nõ lædũtur: & aliqui sunt, qui non portant nisi vnam tunicam, etiam hyeme, & nõ lęduntur, nec etiam cooperiunt caput: aliqui etiá comedunt cibaria malę qualitatis, & infinita huiusmodi. Et quia tales nostro nõ subiacẽt imperio nec nos volũt cognoscere superiores, solũ faciamus quod

pot

poterimus:bis in anno phlebotomẽtur,& quatuor vicibus purgentur:& deus iuuet eos,& nos.

De extenuatione particulari membrorum.

Aliquãdo accidit,ꝙ aliquod mẽbrum fiat paruum & exnuatũ,& nõ possit magnificari,nec dilatari,nec impinguari:immo digestiua est ita debilis,ꝙ quasi semper minuatur sicut accidit aliquando in brachiis, & manibus,& tibiis,& pedib.& ita de aliis.Tales igitur curẽtur sic iuxta doctrinã Gal.in de ingenio sanitatisversus finẽ.In primis mẽbrũ fricetur,donec incipiat rubere:aut fomẽtetur cũ aqua calida,donec incipiat rubere:& tũc quiescat,quia nutrimentum iã attractũ est:& tunc emplastretur cum pice nauali & mastice,vt nutrimentũ retineatur,& post vnã horã emplastrum remoueatur.Ipsum enim emplastrũ,si diu staret,noceret:quia resolueret & cõsumeret.Fiant igitur ista ter inter diem & noctẽ.Et ita per Dei gratiam terminata est secunda ætas.Quæritur,Vtrum cibus malæ qualitatis possit bene digeri,quòd possit generari bonus humor.Et videtur quòd non,quoniã malus non dicitur,nisi propter malũ humorem,quem generat,& propter malum effectũ:si autẽ generaret bonum chymum,tunc esset oppositũ in obiecto. Præterea Ysaac dicit,quòd sicut grossi cibi non possunt fieri cibus subtilis,ita nec ex malo bonus.quare,&c.Oppositum videtur dicere Gal.quoniã malus cibus in parua quantitate sumptus potest bene digeri,sicut exemplificat de illo,qui sumpserat malum cibum de manè, & postea noluit sumere,& ita fuit digestus propter paruitatem.Dico quòd malicia cibi est duplex,vel ex parte qualitatis vel substantiæ:si ex parte malæ qualitatis, vt quia est nimis calidus aut frigidus,talis potest corrigi:si autẽ error fuerit ex parte substantiæ,vt quia est nimis grossus,aut nimis viscosus, aut quia est venenosus, talis non potest absolutè corrigi, nisi forte ad tempus,finaliter tamen apparet eius effectus malicios in corpore. Ponamus igitur, ꝙ aliquis habeat stomachum calidum & hepar, & digestiuã bene fortem,& ponamus,quòd comedat lactucas in tẽperata quantitate, tunc dico, quod talis malicia corrigitur, & generabitur inde sanguis bonus & laudabilis,& augebit calorẽ naturalem quantitatiuè,sicut demõstrat Gal. in de cõplexion. pro tanto,quia cibus frigidus omnino victus est propter victo-

Ex cibo malo an possit generari bonus sanguis.

Cibi malicia duplex.

Lactuca an gignat bonum sanguinem.

riam

riam digestiuæ: & ità est de cibis calidis, quia vincitur pars eius calidior, & ita generat sanguinem temperatum. Quando autem est peccatum in substantia, & virtus digestiua est fortis, & iste cibus assumptus est in parua quantitate, tunc corrigitur ad tempus: quoniam non nocet in præsenti, nec in prima, nec in secunda, nec in tertia digestiua: sed tamen omnino corrigi non potest: quia passum omnino est inobediens, & non potest corrigi propter repugnantiam substantiæ: & finaliter oportet, quòd interficiat ante tempus, si diu continuetur & non rectificetur. Et tunc ad primum dico, quòd illud est verum absolutè de malitia cibi in substantia. Vel possem dicere, quòd, licet faciat aliquod malum, de facili tamen est corrigibile ratione paruæ quantitatis, & quia abstinuit, & bene dormiuit, & in crastinum fuit fricatus, & exercitatus, & balneatus. Ideo, si aliquid de illo cibo remansit, fuit correctum & euaporatum: & potissimè etiam, quia non fuit cibus ille continuatus. Quoniam, si ex quolibet cibo malo haberemus nocumentum, citò infirmarentur homines: immo & modicum venenum per hunc modum non posset corrigi. Ad secundum dico, quòd absolutè verum dicit: sed potest corrigi & temperari ratione paruæ quantitatis, & quia nõ continuatur, quod satis erit tolerabile. Ad Galen. dico, ꝙ non loquebatur de substantiæ peccato, sed qualitatis, & illud potest corrigi, vt dictũ est: & bonus sanguis potest generari per modum prædictum. Ad tantũ igitur valet istud, ꝙ nõ continuet aliquis malum cibum: &, si accipiat etiã semel, vt studeat illud corrigere.

Sequitur tertia & ultima ætas, quæ est senectutis.

De regimine senum. CAP. XXII.

SEnes sunt frigidi & sicci, & ideo indigent caliditate & humiditate: vnde senes & conualescentes eodẽ regimine debent vti secundum intentionem Gal. in 2. particula de regimine sanitatis versus fin. vbi dicit per ista verba, Difficile est præesse custodiæ sanitatis senum, sicut & illorum, qui ægritudine reducuntur: nam ex paruis causis in ægritudinem transeunt, ideoq; vtriq; sunt similiter dictãdi. Senes autem sunt duplices: quidã enim sunt senes dicti à senectute, & quidã à senio. Senes autem dicti à senectute sunt fortiores seu minus debiles, quàm senes à senio. Comparãdo

Senes duplices.

igitur senes à senio ad seipsos iuuenes, omnia debent minorari & cibum & potum,& exercitiũ, & coitũ, & balneũ, & vigilias,& labores,& vti debilibus aliis. Virtus enim est debilitata,& ita omnia debẽt diminui:& senes à senio sunt sicut lucerna parata extinctioni:& ideo vitẽt omnino coitum,& phlebotomiã,& medicinã laxatiuã,nisi esset magna necessitas,& q̃ homo possit cõfidere de habitudine corporis & figura. Omnia igitur diminuantur notabiliter & manifestè,sicut ipsi diminuti sunt. Sufficit enim eos aliqualiter saluare:quia reducere eos ad melius non possumus,inquantum huiusmodi.

De aere.

Aer senibus conueniens.

Aër sit orientalis versus meridiem,ita quòd sol intret de manè habitationem eius,& seruet totam domũ. Mansio sit temperata in æstate, quod si non possit fieri per naturam, fiat per artificium:in hyeme autem sit semper ignis in camera sine fumo & die & nocte: & sit totum illud territorium mundum,longè à lacubus & superfluitatibus.

De pane.

Panis sit tritice s de farina albissima & mundissima, & sit bene coctus:& bene fermentatus,& cũ moderata quantitate salis, & de vna die ad alteram, & frumentum sit de loco eleuato, & non simato in illo anno:& quod nulla corruptio acciderit in segetibus.

De vino.

** forte*

Vinum debet esse rubeum,clarum,antiquum,bene maturum,odoriferum,& nullo modo nouum. Et, si habeat * bonum caput,modicum apponat de aqua:&, si debile,multũ. Quoniam secundum Gale. quantum est vinum nocitiuum pueris,tantum est iuuatiuum senibus, dum tamen quantitas sit temperata. Vinum autem album secundum Auicen. non competit senibus, nisi post comestionem, si paterentur sitim:& tunc sit album,subtile,& debile, quod erit loco aquæ. Aqua etiam debet esse mũda,clara,antiqua,& ab omni sapore aliena,sicut dictum est superius.

De carnibus.

Vtatur carnibus montoninis, & vitulinis lactantibus, & hœdinis lactantibus,& porcinis colentibus montana,dum tamen steterint in sale per tres dies:& vtatur gallinis, & caponibus,& perdicibus,& starnis,& phasianis & auibus minutis,

nutis, dum tamen non degant in aquis. Carnes autem animalium syluestrium vitet, nisi versus finem veris: cuniculis tamen iuuenibus, & capreolis, & ceruis lactantibus poterit vti aliquando: omnes autem alias carnes vitet.

De piscibus.

Vtatur piscibus squamosis, de aquis mundis, & coquantur in vino puro cum sale & petroselino.

De ouis.

De ouis autem gallinarum poterit vti, dum tamen fuerint sorbilia.

De leguminibus.

Vitet omnia legumina, sed eorum brodiis poterit vti.

De caulibus.

Vitet caules, sed vtatur eorum brodiis.

De fricatione.

Nunquam audeat comedere, donec per totum corpus fuerit rẽperatè fricatus. Et propter hoc dicebat Gal. Postquam fricati fueritis, comedite, senes.

De exercitio.

Quotidiè exercitetur ante cibũ, vel peditando, vel equitando, vel in quadriga, vel aliquo alio modo, potissimè tamen consueto.

De coitu.

Vitet semper coitum.

De balneis.

Balneetur quater in æstate, & quater in hyeme, & ter in vere, & ter in autumno: & hoc temperato modo, & iuxta consuetudinem suam, secundum quod delectatur.

De accidentibus animæ.

Vitet omnia accidentia animæ, præterquam gaudium & lætitiam moderatam: ira etiam modica bene posset competere aliquando, ad suscitandum calorem naturalem.

De inanitione & repletione.

Super omnia vitet repletionẽ, quia virtus est debilis & suffocaretur: & vitet inanitionem, quoniá virtus extingueretur. Comedat igitur ter inter diem & noctem, sed in parua quantitate. *De somno & vigilia.* Mirabiliter confert bonus somnus & longus, & vigiliæ nocent. *De lacte.*

Senes quoties comedere debeant.

Lac caprarum & asinæ bene competit, sed quòd vtantur

bonis pascuis,& quòd apponatur modicum salis & mellis: & quòd aduertat medicus, ne lac coaguletur in stomacho,nec generet dolorem,nec torsionem,nec vẽtositatem: &,si bene digeratur,summè cõpetit.Et dicit Gal.ista de lacte asinino, Asininũ vero lac minus est fallax inter omnia: etenim, si solum quandoque sine pane sumatur, subducit ventrem,& minimè est ventosum, nec caseatur secundum ventrem:& maximè,si de sale & melle assumpserit,&c. Senes igitur centenis annis poterunt viuere cum lacte, dum tamen bene in eorum stomacho & hepate digeratur.

Lactis asinini præstãtia.

De melle.

Mel bene mundum competit senibus, dum tamen non fuerint oppilati.

De subductione ventris.

Bene sunt fortunati senes, qui habent ventrem laxũ naturaliter:sed vt plurimum sunt constipati.Vtantur ergo in principio mensæ aliquo istorũ aut multis,scilicet violaria, malua,mercuriali,spinachiis,atriplicibus,betis boraginibus,& bugloss:ista & similia possint cõdiri cũ brodio carnium,aut cum lacte amygdalino:& vtantur iis sine pane in principio comestionis cum cochleari,sicut dictũ fuit superius.Et poterũt vti ficubus recẽtibus in tẽpore suo,& racemis:etiã in hyeme caricis,& vuis passis,& prunis,& cerasis, & iuiubis,& fisticis,& amygdalis. Et poterunt vti cassia fistula in principio mensæ. Et,si ista nõ *valeant,vtantur isto electuario post mediã noctem stomacho vacuo,R. catholici,cathartici imperialis,diaturbith an. ʒ.ij.misceãtur:& poterũt accipere ʒ.j. vel plus,iuxta cõuenientiã particulariũ. Vtãtur & pro laxatione vẽtris caricis cũ chartamo,aut brodio galli antiqui cum polipodio & anis:aut fiat clyster,in quo nõ sint acuta,nisi parũ,R.mercurialis, violarũ, maluæ, abrotani,ana M.ij.suc. betę gr.j.furfuris M.j.salis & mellis an.ʒ ß.fiat decoctio,in qua dissoluitur cassiæ fistulæ mundatæ ʒ.j.olei.viol.ʒ.iij.& fiat clyster.Et dicit Gal.ꝙ ol.sumptũ ante cibũ est bonum pro laxatione ventris. Confert etiam in hyeme comedere porros bene paratos ad subductionẽ.

*sufficiant

De oppilationibus.

Si senes incurrant oppilationes in pectore,bulliat hyssopus,& iris & capilli veneris in hydromel.& sorbeatur,&, si fuerint oppilationes in hepate aut splene,R.rad.fœnic. petroselini,

troſelini, bruſci, aſparagi, apij, cortices capparis & tamarindorum: & bulliãt in hydromelle, & oxymelle ſimplici: & eo vtãtur. Et eſt intelligendũ, q theriaca aliquando bene cõpetit ſenibus. Electuariũ autẽ, quod mirificè cõpetit ſenibus, eſt potio muſcata. Sed, quia ſecundũ Gal. ſenes nõ ſunt ſine querela, (quoniã à vertice capitis vſq; ad plantã pedis non eſt in eis ſanitas: quia conqueruntur de catarrho, de vigiliis, de tuſſi, de ſcabie, de pruritu, de indigeſtione, de retẽtione vrinę, & multis conſimilibus: vnde dicebat Hipp. Senioribus verò brãchi & coryzę, &c.) querela aut eſt parua, aut eſt maior, aut eſt maxima. Si querela fuerit parua, curetur cũ fricationibus, aut exercitio, aut balneis, aut vnguentis, aut emplaſtris, aut abſtinẽtia: quod totum medici induſtriæ derelinquo: etiã, quia ſuperius dictũ eſt de leuibus & modicis diſcraſiis, propter quæ nõ lædũtur operationes. Si autẽ querela fuerit maior, vt quia naturalia manifeſtè vincuntur, de talibus dicemus adhuc. Si autem diſcraſia fuerit maxima, in Lilio eſt fideliter aggregatum. Et ita curabitur omnis diſcraſia in qualibet ætate: ſiue parua, vt dictũ eſt ſuperius: ſiue magna, ſicut dicetur: ſiue maxima, ſicut alibi pertractatũ eſt, & dictũ eſt. Quæritur, Vtrum ſenes debeant regi per ſimilia, vel per contraria. Et videtur, quòd per ſimilia: quoniam Galen. ſcribit 8. de ingenio capite ſinali, quòd ætas & complexio ſemper per ſimilia debeant regi: & dicit hoc auctoritate Hippocratis: & cum hoc Galen. adducit talem rationem, Naturalia per ſimilia debent conſeruari: ſed iſta ſunt naturalia. quare per ſimilia conſeruabuntur: ſenectutẽ autem nominat vltimam ętatem. quare ſenes per ſimilia regentur. Præterea vnuſquiſque debet regi per id, quod ſibi melius eſt: ſed melius eſt ſeni, quòd regatur per ſimilia, quàm per contraria. quare, &c. Maior patet de ſe, ſed minor declaretur. Si ſenes regantur per ſimilia, non alterabuntur: quoniam ſimile, inquantum ſimile eſt in ſpecie & natura, non alterat nec tranſmutat, ſed in eodem conſeruat: cum nullum agens poſſit agere vltra ſuam ſpeciem. Si autem regatur ſenex per contraria, cùm talia ſint calida & humida, alterabunt, & ſanguinem generabunt ſeni innaturalem, qui non ſit proportionalis cõplexioni ſuæ, & ita putrefiet: quoniam omnis humor extraneus, qui non de natura corporis eſſe cõprobatur, neceſſe eſt vt putrefiat &

Senes cur non ſint ſine querela.

Senes an debeant regi per ſimilia an per contraria.

cõrumpatur,ſicut ſcribit Gal. ſuper illũ aphoriſmũ, Quæ relinquuntur in morbis &c. Et cum hoc,ſi cõplexio calida & hum. eſt putrefactibilis, multò fortius & humor, & potiſſimè,cùm nõ fuerit omnino naturalis illi ætati, & quia ſecum portat duo principia putrefactionis, humidũ quod eſt mater,& calidum quod eſt agens ſecundum Gal. Et ita videtur,ꝙ calida & hum. nõ ſunt ſenibus cõuenientia,per cõtraria igitur non regentur: præterea calida & humida ſunt reductiua,ſed ſenex nullo modo eſt reducibilis: quare cõtraria calida & humida non competunt. Et cõfirmatur iſta ratio, Nullũ impoſſibile eſt eligibile, calida autẽ & humida reducunt, quare nõ ſunt eligenda. Nullo igitur modo,vt videtur,ſenes ſunt regendi per contraria. Præterea ſani ſunt conſeruandi per ſimilia ſecundum Gal. 1. de regimine ſanitatis, ſed ſenes ſunt ſani: quare per ſimilia regentur. Minor declaratur. Scribit Gal. verſus principium libri ſui de regimine ſanitatis, Vnumquodq; dicens infirmari, cùm præter naturam ſui eſt, non tamen alteri cõparatur, ſed ſenex non eſt præter naturam ſui, quæ debetur ætati eius, inquantum ſenex eſt: quare videtur, quòd ſit ſanus, poſtquam videt & audit, & ita de aliis omnibus, quæ debentur ætati. Relinquitur igitur, quod ſicut ſani reguntur per ſimilia, ita & ſenes. Præterea ſcribit Gal. verſus principium 3. partic. de interioribus, quòd quantum aliquis amittit de naturalibus, tantum amittat de ſanitate & perfectione, &, ſi ſenex regeretur per contraria, amitteret naturalia ſua: quia natura ſenis eſt frigida & ſicca, & natura contrariorũ ſit calida & hum. Quare talia non cõpetunt, tanquã illa, quę naturalia corrũperent. Præterea ſimile videtur eſſe de regione & de ætate: ſed ita eſt de regionibus, quòd habitans in aliqua regione acquirit ſibi cõplexionem propriã, & ſibi configuratam ſecundum naturam ſtellarum & aquarum & aliarũ rerum, per quam bene viuit: quare, ſi illam amittat, infirmabitur aut morietur. Et hoc eſt, quod dicit Auic. Si enim Sclauus qualificetur qualitate Indi, infirmabitur aut morietur, & econuerſo. Similiter igitur videtur in ætatibus: quælibet enim ætas habet cõplexionẽ propriam, quæ debetur ætati, à qua ſi remoueatur, aut infirmabitur aut morietur: propria autem complexio ſenis & ſibi configurata eſt complexio frigida & ſicca: ſed, ſi darentur

Putrefactionis duo principia.

Sani ſunt cõſeruandi per ſimilia.

Complexio propria vnde acquiratur.

con-

contraria, tunc illa cõplexio alteraretur, & ita cõtingeret senẽ infirmari aut mori: quare nullo modo per cõtrarium debet regi. Oppositũ huius videtur accipi à canone Gal. in techni. Omne immoderatũ debet reduci ad moderatũ per immoderatum sibi contrariũ, sed senes immoderatè sunt frigidi & sicci, quibus calida & humida cõtrariãtur: quare relinquitur, vt videtur, quòd senes per contraria calida & humida debeant regi. Et potest confirmari: quoniam senectus secundum Gal. est semita ad mortẽ, & calida & humida sunt principia vitæ: quare calida & humida cõpetunt, tanquã illa, quę mortẽ impediunt, & vitam tribuunt. Circa istam quæstionẽ est intelligendum, quod ad hoc, vt solutio habeatur, oportet nos præsupponere tres bases, quarũ prima erit ista, Senes sunt frigidi & sicci, & habent modicum de calore & spiritu & sanguine, & habent poros cõstrictos & corrugatos, & habent digestiuam debilem. Et cum hoc est intelligendum secundũ doctrinam Gal. in de regimine sanitatis 3. partic. versus princip. quòd liber iste non diuidi tur, nisi per tres particulas, & ita intelligo in toto isto opere. Ibi enim dicitur, quòd senes nõ sunt sani absolutè: non enim habent sanitatẽ actuatam, id est perfectam, quoniam semper sunt cum querela: & ideo absolutè sani nõ sunt in dicendi, nec etiã infirmi, quoniã, postquã vident & audiũt & alia faciunt iuxta conditionẽ ætatis, infirmi nõ sunt, sed habent sanitatẽ, quam senes habere possunt. Hæc autem dispositio vocatur neutralitas. Non sunt igitur senes nec ægri nec sani, sed neutri, & hoc dico secundum neutrum conualescentiæ. Et declarat Gal. Cùm aliquis habuit aliquam magnã ægritudinẽ & conualescit, tunc est neuter: & talis habet digestiuã debilem, & habet modicũ de calore, sanguine & spiritu, & ideo assimilatur quo ad regimẽ neutri conualescentiæ, nõ neutri decidentiæ, licet simpliciter & absolutè sint senes neutri decidentiæ, quo ad regimen tamen nõ assimilantur secũdum Gal. Et hoc de prima basi. Secundò est intelligendũ, quòd quoddã est regimen reductiuum, & quoddã prẽseruatiuũ, & quoddã cõseruatiuum, & quoddã resumptiuum & enutriens. Reductiuũ est illud, quod est in gradu opposito. Vnde, si diserasia frigida & sicca fuerit in tertio gradu, cõpetunt sibi calida & hum. in tertio gradu: quoniã, postquã volumus reducere, si addamus

Senũ temperamentũ & constitutio.

Senes sunt neutri.

Regiminis diuersitas.

Regimẽ reductiuum.

vltra gradū, fiet nimis subita & repentina mutatio, si citra gradū, fieret nimis tarda reductio, sed cum est in gradu oppositō, tunc fit optima proportio. Dieta autē præseruatiua, seu regimē prę seruatiuum fit per cōtraria citra gradū, quādo volumus præseruare, ne in deterius labatur. Vnde, si disęrasia fuerit in tertio gradu, dentur sibi contraria in primo. Regimen autē conseruatiuum rectè fit per similia. Vnde, si volumus cōseruare disęrasiam frigidam & ficcam in secundo gradu, debemus sibi dare frigida & ficca in secundo gradu: nec talia intēdunt, cùm multum agens agat vltra suam speciē, sicut dictū est, licet contrariū dicat Hali in Techni. Dieta autem resumptiua & enutriēs appellatur dieta tēperata, scilicet calida & humida vergens ad tēperamentum, seu tēperata vergēs aliquo modo ad caliditatē & humiditatē, & talia de facili digeruntur, & penetrant, & resumunt, & cōfortant. Et talis dieta cōpetit debilibus & languidis & de pauperatis calore & spiritu. Et hoc de secūda basi. Tertiò intelligendū est secundum doctrinā Gal. 7. de ingenio, quòd omnis mala cōplexio est reducenda, nisi vitæ necessaria impediant. Et ideo aduertēdum est secundum Gal. 1. de regimine sanitatis, ꝙ non solū cōplexio temperata absolutè debet regi & cōseruari per similia, sed etiā aliquantulū lapsa: quia absolute tēperata fortè non inuenitur secundū Gal. nisi in actu oculi: omnis igitur cōplexio distēperata est reducēda, nisi vitæ necessaria impediant. Si aliquis est faber & est phlegmaticus, dico ꝙ melius est tali, ꝙ sit phlegmaticus, quā si esset tēperatus, *postquā non habet vitę necessaria: nā per illū modū non grauatur, quia rōne cōplexionis resistit caliditati ignis. Similiter, si piscator sit cholericus, nō debet reduci: quia resistit frigiditati aquę ratione caliditatis cōplexionis. San' igitur debet cōseruari, & lapsus reduci. Et tūc vlterius subdistinguit Gal. de ingenio dicēs, Est aliquis, cuius cōplexio est lapsa, si cōtingat, quòd cadat in ægritudinē, tunc aut incepisti reducere, aut non: & si sic, tunc debes dare contraria & ratione morbi, & ratione disęrasiæ: si autē nō incepisti, tantum da cōtraria morbo, & similia cōplexioni. Quia tūc cōplexio, licet naturalis lapsa, stat tamē loco naturalis: vnde sufficit reducere morbū: deinde, morbo curato, reducas, nisi occupatio in vitæ necessariis impediat, nūc autē senes lapsi aliquo modo reducendi sunt. Et hoc tantū de tertia basi. Illis

Præseruatiuum.

Conseruatiuum.

Regimen resumpti.

Complexio mala non semper est reducenda.

**postquam non habet vitæ necessaria, nec per aliū modum habere potest:*

autē visis, dico ad quæstionem, ꝙ senes nō debent regi per similia, nec per cōtraria, sed per quædam quodāmodo media: ista autē sunt resumptiua & enutrientia tēperata. Calida igitur tēperata citra gradū caliditatis eis cōpetunt. Similia enim absolutè non cōpetunt senibus, quia absolutè sani nō sunt: nec cōpetunt sibi absolutè cōtraria, quia absolutè infirmi nō sunt: sed quia in neutrali dispositione existūt, ideo ea, quæ medio modo se habēt, eis competunt, ista autē sunt, vt dictū est, tēperata resumptiua & enutrietia. Et ideo secundū omnē modū regendi sunt, sicut corpora neutra cōualescētia, cōualescentia, inquā, ex magnis morbis. *Senes regēdi vt conualescentes.*

Et ideo aduertendū est magis particulariter, ꝙ frigida & sicca nō cōpetunt eis: quoniā talia sunt difficilis digestionis, & nō resumunt, nec nutriunt, nec penetrant: & ideo talia nō cōpetunt senibus, cū pori sint cōstricti, & digestiua sit debilis, sicut declarabat prima positio: nec cōpetunt calida & hum. quoniā talia ducunt ad oppositū, sicut dicebat secunda positio. Si igitur dentur calida & hum. in gradu, nō reducetur cōplexio radicalis, sed fluēs, quoniā hoc est possibile: & si fluēs fuerit calida & hum. nō poterit regi p radicalē propter elōgationē, sed destruitur, cū nō regatur nisi virtute radicalis. Et ideo videmus, ꝙ senes, qui vtūtur calidis & humi. sicut est lac & ziuziber, & diazinziber cū fisticis & pinets, incurrūt fortissimas febres & apostemata. Et hoc est, quia cō, plexio fluēs reducitur, & radicalis reduci nō potest, nec potest digerere nec regere fluētē. Frigida igitur & sicca nō cōpetūt, nec cal. & hum. Sed qa senes lapsi sunt. & reducendi sunt secundū tertiā positionē, ideo intelligēdum est, ꝙ tēperata resumptiua & enutrietia illis cōueniūt, talia, inquā, quę reducūt, pręseruāt & cōseruant. *Complexio fluens regitur à radicali.*

Reducūt enim, quātū ad primā digestionē, sed præseruāt, quantū ad secundā, & cōseruāt, quantū ad tertiā. De prima digestione patet: quoniam chilus generatus in stomacho pertinet ad caliditatē & humiditatē, & ita, quantū est de se, reducit solū fluentē: sed, cū chilus factus est chymus in secūda digestione, tūc pręseruat, quia nondū est frigidū & siccū, sed accedit propter debilitatē digestiuæ, tamē præseruat, inquantū aliquo modo contrariatur: & ita defendit radicalē, vt non citò ruat. Cùm autē cibus venerit ad tertiam digestiuā, conseruat: quia iam nutrit mēbra, & nutri- *Resumptiua in j. digestione reducunt &c.*

mentum factum est frigidũ & siccum, omnino simile membro. Vnde secundũ diuersitatẽ virtutum diuersificatur humor ex Gal. de cõplexion. vnde ex lactuca generatur sanguis calefaciens corpus, cùm venter frigidus est victus: & ex cibis multum calidis generatur humor frigidus, vt apparet in crapulatis. Cibus ergo, licet de se tẽperatus, quia tamen cõplexio corporis est frigida & ficca, ad naturã illius transmutatur. Et ita vnum & idem reducit, prẽseruat, conseruat, nutrit, & resumit. Pater ergo, quòd senex in primis indigeat aëre vernali tẽperato, & quòd alio tempore ita præparetur artificio. Et licet cõplexio senis melius se habeat æstate quàm hyeme, teste Gal. in illũ aphoris. Ætates quædam ad regionẽ &c. tamen melius esset seni, si semper posset habere tempus vernale. Nam vt ait Gal. ver est sanissimũ, quia est temperatum, non quia calidum & humidum: quia nulla cõplexio tẽpore calido, & humido est salutifera, sed omnino putrefactibilis. Item cõpetunt balnea aquæ calidæ dulcis, sed tẽperatæ: cõpetunt & gallinæ: lac, mel, & ita de aliis. Patet igitur ex iam dictis, nec similia nec contraria cõperere senibus, sed media, vt dictũ est: & tũc secundũ ista poterimus euadere. Ad primũ dico, ætates esse cõseruandas, verũ esse, si sunt secundũ naturã. Vel dico, quòd verũ est in sene totius transmutationis. Ad secundum dico, quod frigida & ficca non cõpetunt, & quia sunt indigestibilia, & quia foramina sunt stricta: vnde de se non transmutant hæc, sed per accidens propter multitudinẽ particulariũ repugnantiũ, vt visum est in prima positione. Et arguenti de calidis & humidis, dico, verum esse, nisi vergerent ad temperamentum, & si darentur in gradu opposito, sed dantur longè citra gradũ, & cum approximatione ad temperamentũ, quantum est possibile: & pro tali cõplexio fluens non nimis intenditur propter mundificationem factam. Ad iij. dicitur, quod calida & humida in excessu reducũt, sed repressa non, saltem de quo sit curandum: & ideo non eligentur impossibilia, nam temperata, etsi non possint reducere radicalẽ, saltẽ reducunt fluentẽ, & ex hoc multum præseruatur radicalis, & finaliter conseruatur. Ad iiij. dico, quòd senex est sanus, sanitate, inquam, quæ debetur seni, quæ semper est cum querela: vnde temperata non mutant complexionem suam naturalem, sed quodam

Aër senibus conueniens.

Ver quare sanissimũ.

Balnea senibus conuenientia.

quodam modo præseruant,& quodã modo custodiunt. Ad 3. dico, quòd si absolutè darentur contraria,& in gradu opposito, tunc verum esset, quòd amitteret naturalia sua: sed hoc nõ est, cum dentur contraria valde citra gradum. Quãdo arguitur vltimò, dico & concedo, quòd complexio frigida & sicca est semper connaturalis, & quòd melius sit habere illã, quàm aliã: nam omnis alia esset eis innaturalis: potissimè, quia nec paulatine nec aliquo alio modo in radice potest reduci: immo omnia reducentia agerent circa cõplexionem fluentẽ, quæ quãto magis distat à tẽperamẽto radicali, tantò est peius. Regimen igitur dictum nõ remouet naturalem omnino, sed parum reducit, parum præseruat, & parum conseruat: & fiunt ea, quæ sunt possibilia, sicut in naufragio. Quoniam autem lucerna parata est extinctioni, ideo detur eis cibus temperatus in parua quantitate, sed frequenter: & ita omnes res non naturales secundum temperamentum applicari debent.

Senib. quales cibus dãdus.

De regimine conualescentium. CAP. XXIII.

QVãdoq; accidit, quòd aliquis citò curetur ab ęgritudine: hoc autẽ accidit, quantũ est de præsenti, triplici ter: aliquando sine omni euacuatione sensibili & manifesta aliquando cum euacuatione, sed nõ sufficiẽti, aliquãdo cũ sufficienti & perfecta crisi. Si autẽ ita esset, quòd morbus desiisset sine omni euacuatione, tũc aut ęgritudo est acuta valde, aut trãquilla, si acuta, aut regitur sicut cõualescens, aut sicut infirmus: si sicut infirmus, recidiuabit, sed nõ multũ male: si autẽ regatur sicut cõualescẽs, recidiuabit, & peius. Si autẽ ægritudo fuerit tranquilla, recidiuabit, si male regatur: si autẽ bene, nõ est necessariũ ꝙ recidiuet: quoniã materia potest esse euacuata insensibiliter, sed hoc est de rarò cõtingentibus. Cũ igitur febr. acuta aut trãquilla cessauit sine omni euacuatione manifesta, tũc creditur, ꝙ infirmus sit curatus: & cõmuniter regitur, sicut sani aut sicut cõualescẽtes, qđ pessimè factũ est: sed per septẽ dies regatur, sicut infirmi, scilicet cũ hordeaceo, aut auenato, aut amido, aut cũ lacte amygdalarũ facto cũ brodio ciceręũ, aut cũ mica panis etiam lota in aqua: & cũ hoc digeratur materia, & euacuetur, sicut oportet, & postquã transierint septẽ dies, & nõ recidinauerit, regatur sicut cõualescẽs. Si autẽ crisis fuerit diminuta, tũc cognoscitur, quãdo dolor est in

Morbus desinit triplicit.

Crisis diminuta vnde cognoscatur.

in capite,& vigiliæ,& sitis,& amaritudo oris,& casus appetitus,& pulsus est velox,& vrina colorata,& sentit se cõfractũ & cõquassatũ:& tunc in tali casu,si sanguis videatur dominari, fiat phlebotomia:&,si cholera, purgetur cum decoctione prunorũ & violarũ,cassiafist.&,si phlegma,purgetur cum polypodio & turbith & anisõ:& si melãcholia,cũ flor. borag. & senna & epithimo:& postea regatur sicut cõualescens. Si autẽ crisis completa fuerit,& nihil prædictorũ apparuerit,adhuc debet timere medicus:& ideo iussit Hipp. in regimine,vt adhuc regerẽtur per duos dies,donec trãsierit par & impar, vt si veniret recidiuũ:&,si ægritudo moueretur per numerũ parẽ,recidiuaret in secũdo die:&,si per imparẽ,in tertia die. Sed nos in hoc nostro tempore debemus parem cõseruare,sicut infirmũ,per tres dies,vt conseruetur motus,qui fit de quatuor in quatuor:& cũ hoc, quia natura tũc est debilior. Summè igitur obseruandum est, ꝙ corpora immũda non conseruentur, sicut conualescentia: quoniã secundum Hipp.corpora non munda quãtò magis nutris,tantò magis lædis.Nunc igitur conualescẽtes in primis sumant brodiũ pullæ, & collum & extremitates alatũ: & post dies aliquot accipiant pectus & alas: deinde vtãtur piscibus squamosis de aquis mũdis:deinde vtãtur pedibus agnorũ & hœdorũ:& deinde pedibus porcorũ,& auribus,& spina dorsi:deinde vtãtur carnibus hœdinis:& deinde perdicibus,& galliuis,& caponibus:deinde paulatinè veniant ad consueta.Vtãtur igitur fricatione & exercitio & balneo secundũ tẽperamentũ,sed coitu nõ vtãtur. Et caueãt summè repletionẽ:quia virtus est debilis,quæ nõ poterit digerere:& similiter vitẽt inanitionẽ quia de facili virtus exhalaret. Conualescentes igitur frequẽter sumant cibũ,sed in parua quãtitate.Senes igitur & cõualescẽtes pari passu ambulãt:quilibet enim eorũ parũ habet de sanguine bono, & calore,& spiritu:& ideo resumptiua & enutriẽtia eis cõpetunt,vergentia aliqualiter ad caliditatẽ & humiditatẽ:vel calida & humida,vergentia ad temperamentũ. Et ita cal.& humida absolutè non competunt,quia infirmi sunt & quia reduci nõ possunt,& quia tũc cõplexio fluens acquisita excederet radicalem frigidam & siccam:& ita non posset regi fluẽs per radicalẽ,sed fieret corporis putrefactio,&c. Quæritur, Vtrum lac competat senibus. Et videtur quòd non:

Cõualescentium victus ratio.

Conualescẽtes quæ vitare debeãt.

Lac an senibus competat.

Nam

Nam senes indigent calidis & humidis, sicut declaratū est: sed lac est frigid. sicut demōstrat Gal. 4. partic. de simplici medicina, quare nō videtur cōpetere. Præterea lac est vnū de illis, quæ de facili putrefiunt & corrumpuntur, cùm sit valde passibile: sed talia nō competūc senibus, quare relinquitur, ꝙ lac senibus dari nō debeat. Præterea lac est heterogeneum: quia in eo est substātia caseosa, serosa, & butyrosa: & talia heterogenea nō cōpetunt, vbi virtus est debilis: sed hoc est in senibus. ideo &c. Oppositū dicit Gal. versus finē 2. partic. de regimine sanit. Dico secundū intentionem Gal. quòd lac summè cōpetat senibus: immo cum lacte aliqui vixerunt cētenis annis: tamē oportet, ꝙ bene digeratur in stomacho, & quòd nullo modo ibidē caseetur, nec cōuertatur in ventositatē, nec inducat oppilationē. Et ideo illis, qui habēt venas augustas naturaliter, nō cōpetit lac: nec illis, qui habēt virtutē stomachi debilē: & pro tāto ponitur in eo sal & mel, vt nō caseetur, nec gignat oppilationē, nec cōuertatur in vētū: & tunc cōpetit: quia de facili digeritur, & penetrat, & de facili vnitur: sed nihil aliud debet dari, donec fuerit bene digestū in stomacho. Et cùm arguitur, ꝙ est frig. dico ꝙ duæ partes sunt frig. & vna calida scilicet butyrosa: & illa melius nutrit, quāsi esset separata: quia serositas iuuat ad penetrādū, & caseositas cōfortat virtutem: potissimè, quia nō est separata: nec est ibi diuersitas, nisi in virtute & nō actu: quia, si esset ibi actu, multū noceret: hoc est enim, quod plus timetur, ꝙ in stomacho casearetur. Est igitur lac calidū, saltē quātū ad materiā butyrosam. Ad secundū dico quòd prēseruatur à corruptione cum sale & melle, quia datur in corpore in quo bene digeretur: quia in alio nō valeret, quod satis percipitur per grauedinē & torsiones & similia. Ad tertiū dico, ꝙ illa heterogeneitas nō est actu, sed in potētia: & *per illā etiā magis valet: quia serositas iuuat butyrositatē ad penetrādum, & mundificat per secessum et vrinam: et caseositas, quæ est ibi in potentia, cōfortat membra debilia, quare &c.

Lac quibus non cōpetat.

pro illa

De corrumpentibus corpus humanum. CAP. XXIIII.

CCorrumpitur autē corpus humanum aut à causis extrinsecis aut intrinsecis: à causis extrinsecis, sicut est aër: ab intrinsecis, sicut est humorū multitudo: et si ab aëre, hoc fit duobus modis: aut secundum naturā, aut præter

nat

naturam: secundum naturam autē, sicut est successio temporis ad tēpus: quoniam talis successio suo modo est causa generans morbos, iuxta illud Hippo. Mutationes tēporum generant morbos. Oportet igitur videre, quid sit agendum in tēporibus anni. In principio veris minuatur cibus & exercitiū, & minuātur calida. Et vltra medium veris fiat vomitus, & pharmacia, & phlebotomia: & humores minuantur propter æstatem sequentem. In æstate autem minuatur cibus & exercitiū, & fiat vomitus, & vitetur coitus & stet in vmbra, & sit in ocio, & vtatur frigidis & humidis. In autumno autem vitentur frigida & sicca, & potissimè sicca: & vitetur aër matutinalis & verspertinus frigidus, & calor meridiei, & fructus. Et versus medium autumni vtatur vomitu sed parū: & vtatur pharmacia. Illud autē, quod summè liberat ab ægritudinibus autumnalibus, est, cùm est pluuialis: & potissimè, quando æstas fuit valde sicca. In hyeme autē accipiatur multus cibus & grossus, nisi vigerit ventus australis: & vitet vomitum, sed pharmacia potest vti. Si autem aër fuerit præter naturam, hoc erit tripliciter: quoniā aut est mutatio in eisdē qualitatibus, aut oppositis, aut in substantia: in eisdem quidem, vt quādo æstas est nimis calida & sicca, aut hyēs nimis humida & frig. & ita de aliis: & talis mutatio causat minorē epidemiā. Regātur ergo per sibi opposita in sex rebus non naturalibus. Si autē mutatio fiat in oppositis qualitatibus, sicut cùm æstas est frigida & humida & pluuiosa, & hyems est calida & sicca, & ita de aliis, tunc causatur media epidemia, indigens fortiori regimine & maiori euacuatione (quia disctasia est maior) & semper per opposita. Si autē mutatio fiat in substantia, tunc fit maior epidemia: & hoc est, cùm corrūpitur aër nō in se, sed propter vapores admixtos. Vnde tunc epidemia venit aut à superioribus, sicut cùm est aliquis aspectus orbis maleuolus: quod cognoscitur, quia apparent in anno illo impressiones in aëre, sicut est stella comata & similia, & aues dimittunt nidū: & tunc homines debēt stare in locis subterraneis, & in ciuitatib. vbi domus sunt altæ, & carerię strictę. Si autē epidemia venerit ab inferioribus, tunc demōstratur, quādo multa reptilia apparēt super terrā: & tunc homines debent morari in altis locis. In epidemia vniuersaliter vitetur repletio cibi, potus, & coitus, & omn

In veris initio quid fieri conuenit.

In æstate.

Autūno.

In hyeme.

Epidemia minor vnde fiat.

Epidemia veniens à causis superioribus.

omnis labor,& exercitium:ocium enim cõpetit, vt nõ cogatur quis trahere aërem. Si igitur epidemia *trahat ad ea liditatẽ,tunc vtatur omnibus acetosis,sicut sunt mala granata,& succus citri,& succus acetosæ, & succus vuæ acerbæ,& acetum:& vtatur cãphora,& pomis,& perficis,& cucurbitis,& lactucis,& similibus.Et domus sit frig.& portę sint septentrionales:& irroretur tota domus aqua rosa. & aceto,& sandalis,& nenuphare,& ita de aliis. Si autem dispositio aëris epidemialis *trahat ad frigiditatẽ,vtatur frixis & assis,& ambra,& ligno aloës & musco,& diatamaro & similibus.Si autẽ corrumpatur natura humana propter causas intrinsecas, tunc sunt potissimè repletiones humorum:& si omnes humores dominẽtur, fiat phlebotomia:& si solus sanguis,fiat etiã phlebotomia. Et narrat Haly lib. Regum,&Cõstantinus auctoritate Gal.quòd quædam mulier nõ poterat habere mẽstrua,& quotidie macerabatur: & Gal.fecit eã phlebotomare multis vicibus& fuit curata. Et est multũ mirabile,postquàm venę erãt repletæ sangui ne quomodo macerabatur.Dico ꝙ propter istã repletionẽ oppilabãtur vię & foramina,& ita sanguis nõ poterat disseminari:& cũ hoc virtus digestiua, & attractiua debilitabatur propter repletionẽ , & ita nõ nutriebatur: et cũ hoc etiã est de rarò cõtingẽtibus:ga frequẽtius accidit hydropis et morbi repletionales:sed narratur,ꝙ rarò accidit. Si autẽ dominatur chol.indigesta,digeratur cũ oxysaccharo et sir.viol.et purgetur cũ mirobal.citrinis paratis decẽter, et cassiafist. Si dominetur phlegma, digeratur cũ oximel. diurer.et purgetur cũ mirob.chebulis,et turbith sine agatico:et si melãchol. digeratur cũ oxymel.scillitico:et purgetur cũ mirobal.indis,et lapide lazuli. Mirobalani autẽ semper debent temperari die et nocte in lacte caprino et vuis passis.Quæritur,Vtrum ætas pueritię sit ætas temperata. Et videtur quòd non:quoniam humidum excedit,et ita nõ est temperata:et cum hoc humidum excedẽs hebetat calidum,et ita nõ est temperata nec in calido nec in humido.Prętera ætas iuuẽtutis est magis tẽperata, quia melius digerit grossa et sicca,& ea quę sunt difficilis digestionis : et ita virtus naturalis est temperata:et animalis,quia melius mouentur,et vitalis, quia altiores sunt inspirationes atque respirationes : et virtus intellectiua est melior.

*tendas

*tendas

Phlebeto. quando facienda.

Macceratio.

Phlegma.

Pueritia ætas an sit temperata.

Præt

Præterea hoc est de intentione Auic. quia ætas iuuentutis est magis temperata. Oppositum vult Gal. in de regimine sanorum partic. tertia. Dico quòd, si loquamur de tẽperamẽto virtutis naturalis, pueri sunt magis tẽperati: quoniã meliùs digerunt, & potissimè humida: & sunt similiter melioris* istimbræ hi: quoniã multùm appetunt, & multum accipiunt, & nõ nocet eis. Et ratio dictorum est, quoniam in puero & iuuene calor est æqualis in radice secũdũ Gal. in de cõplexionibus: sed puer in alio excedit, scilicet in humido: & ideo nutrimẽtum facilius disseminatur & vnitur, & assimilatur propter passi obediẽtiam: sed totũ cõtrariũ est in iuuene: quoniam ratione siccitatis pori sunt densi, & ideo nõ potest fieri ita citò nec ita perfectè assimilatio. Cũ igitur digestiua vigeat per calida & humida, & sola ætas pueritiæ sit calida & humida, ideo hæc sola ætas est magis tẽperata. Et ita intẽdebat Gal. Si autem nos loquamur de perfectione operationũ virtutis animalis, sic ætas iuuentutis est perfectior: vnde sunt melioris & velocioris motus: quia nerui sunt sicciores. Vnde Gal. ait in de morbo, Quoniã, quãto nerui sunt sicciores, tanto sunt meliores ad motum, nisi fuerint ita sicci, & frangerẽtur. Et ideo, quantũ ad hanc virtutẽ, dicit Auic. quod iuuenes erãt magis tẽperati. Et ita patet, quomodo diuersimode loquebantur Galen. & Auicen. Et tunc ad primũ dico, quòd illa hebetatio caloris & excessus humiditatis non nocent operationi naturali: quia calor est æqualis in radice: sed nocet operationi motiuæ propter humidũ, quod excedit. Ad secundũ dico, quod iuuenes melius sicca immutant, ratione similitudinis, sed pueri melius humida, ratione cõplexionis & similitudinis, & plus etiã accipiũt de nutrimẽto ꝓpter augmẽtũ: & ideo nõ lędũtur multo cibo. Virtus autẽ intellectiua est melior in iuuene propter liberũ discursum spiritus, ratione siccitatis. Propter hoc igitur est magis tẽperatus puer, quãtum ad virtutẽ naturalẽ, sed magis iuuenis, quantũ ad animalẽ.

* *assimilationis nutrimenti.*

Iuuenes in quibus sint perfectiores pueris.

De mutatione rerum naturalium. CAP. XXV.

SEcundum quod scribit Gal. 3. partic. de interioribus, vt etiã superius fuit dictũ, Vnũquodq; corpus quod ex naturalibus perdit, quocũq; etiam modo illud amittat, detrimentũ est sanitatis regiminis naturalis. Ad cõpletũ igitur regimẽ sanitatis pertinet, ꝓ diligẽter inspiciatur, si aliqua

res conturbet res naturales. Vnde videndum est si mutetur intellectus, aut visus, aut anhelitus, aut appetitus, aut egestio, aut materia, & ita de aliis: quoniam & aliquod membrū mutetur à dispositione naturali, hoc non fit, nisi aliqua causa immutet & perturbet, quæ, si fuerit continuata, causabit morbū. quare vtile erit illi causæ repugnare, & potissimè in principio, iuxta illud, *concutiat

Principijs obsta: sero medicina paratur,
Cùm mala per longas conualuere moras. *Principijs obstandum.*

De memoria.

Aliquando perturbatur ingeniū, memoria, intellectus, & imaginatio, & ita de aliis, quod nō fit vt plurimū, nisi ex frigido & humido. Et hoc est, quod dicit Gal. in de interioribus, sicut superius frequēter dictū est. Frigidum enim est in cōfusione animæ in primo gradu, & humidū in secūdo. In primis igitur abstineat fortiter, & vitet somnū longum, & suffumiget caput cū ligno aloës & ambra cōfectis cū aqua rosa. muscata: & purgetur cū hiera picra. Illud enim posset valere in stupore omnium sensuum. *Memoria vnde perturbetur.*

De somno superfluo.

Sōnus superfluus prouenit ex mala cōplexione humida cū materia, aut sine materia: &, si sine materia, tūc suffumigetur cū calidis & siccis: &, si cum materia, tunc purgetur cum hiera picra: & gargarisēr ista, Rec. sinapium, staphisagriam, pyretrū, & euforbiū, & bulliāt in oxymel. scillitico, & gargarisetur: aut vna, vel duæ guttæ naribus instillētur: aut misceantur cum melle, & masticētur: ista enim fortiter purgant phlegma à capite, & calefaciunt & desiccant.

De vigilijs.

Vigiliæ accidunt vt plurimum propter cerebri siccitatē: & tunc vtatur lactucis, & coriandro, & diapapauere: & fomentetur caput cū aqua decoctionis papaueris & coriādri.

De emunctione narium.

Si nares nimium emungantur, suffumigentur cum mastice & thure & ligno aloës: si autem parum, fiat cum chamęmilla, meliloto, & anthos.

De appetitu.

Si appetitus augmentetur, prouocetur vomitus cū oxymelle diuretico, & purgetur cum hiera picra: & dentur vnctuosa, deinde vinum, & deinde diatrionpipereon: &, si di-

minuatur, prouocetur vomitus cū semine atriplicis, & purgetur cum cassia fistula, & dentur acerosa. Et cum hoc intelligendum est ꝙ cùm aliquis appetat calida & acuta, aut dulcia, hoc nō est, nisi quia in stomacho dominatur phlegma acetosum: purgetur igitur vomitu, & alia contraria tribuantur. Si autem appetit frigida & sitim patiatur, tribuantur fructus frigidi, & alia frigida & humida, præterquam lac & pisces: si autem nō patiatur sitim, calefiat stomachus cum dianiso & diantho.

Appetitus vi acutorum de cōtingas.

De egestione.

Si egestio augmentetur per viam mūdificationis, dimittatur, nisi excesserit: & tunc mundificetur secundum exigentiam materiæ, sed tamen cum mirobalanis: si autē multiplicetur propter multitudinem cibi, minuatur cibus. Et, si minuatur egestio propter paruitatem cibi, augmentetur cibus: si propter cibaria stiptica, vtatur vnctuosis & lenitiuis. Si autem retineantur egestiones præter solitum propter phlegma grossum & paucitatem cholerę descendētis ad intestina, vtantur clystere, & pipere grossiter confracto cum caricis: si autem fuerit propter caliditatem & siccitatem, vtantur violis, mercuriali, maluis, & cassiafistula.

De ventositate intestinorum.

Si ventositas intestinorum fuerit propter multitudinem cibi, minuatur cibus: & vtatur post abstinentiam forti exercitio: &, si fuerit ex frigiditate, vtatur anisō, cymino, & vino albo forti & puro: & saccelletur cum sale & semine vrticæ: & vtatur origano: & fiat clyster: & ponatur in balneo.

De vrina.

Si multiplicetur vrina per viam mundificationis, dimittatur, nisi excesserit: &, si propter multitudinem cibi & potus, minuantur: &, si propter caliditatem renum, ponantur rosæ & sandali cum aqua rosacea supra renes. Si vrina minuatur propter paucitatem cibi & potus, augmentētur: &, si propter nimiam caliditatem, detur semen endiuię & scariolæ, & violæ: &, si propter humores grossos, detur apium & matrtrum. Et, si fuerit ardor in vesica, detur musilago psillij colata cum seminibus mundatis & lacte.

Ardor vesicæ quomodo sit curandus.

De menstruis.

Si menstrua fluant per viam mundificationis, non restingantur, nisi virtus debilitetur: &, si fuerit propter pororum largi-

largitatem & expulsiuæ fortitudinem, vtatur sumach, & semine porri & bolo armeno cum succo plantaginis: & istud idem proiiciatur in matricem. Si autem menstrua retineãtur, balneentur vsque ad zonam in aqua, in qua sit chamęmilla, melilotum, anthos, artemisia, sauina, & lupini: & cũ his emplastretur antè & pòst: et fiat phlebotomia de saphenis. Idem fiat de hæmorrhoidibus.

De concupiscentia coitus.

Si concupiscentia coitus augmentetur præter solitum, calorem & humiditatẽ significat. Fiat igitur phlebotomia, & vtatur lactucis & coriandro, & sternat lectum cum foliis agni casti, & odoret camphoram, & quòd vertat imaginationem ad alia. Si autem coitus præter solitum minuatur, vtatur carnibus porcinis cum cœpis & ciceribus, & tritico cocto cum saccharo, & diasatirio.

De sudore.

Si sudor exuperet per viam mundificationis, non restingatur, nisi virtus nimium debilitetur: &, si fuerit propter multitudinem cibi & potus, minuantur: &, si fuerit propter nimiam repletionem, minuatur: iuxta conuenientiam humoris & aliorum particularium: &, si fuerit propter laborem & alia huiusmodi, quiescat: &, si propter nimiam raritatem, inungatur cum oleo rosaceo & myrtino. Et, si quis non potuerit sudare, decoquatur cassia lignea in oleo chamæmillino, & eo inungatur: aut ponatur vesica ænea plena aqua calida in pedibus & lateribus. Quæritur, Vtrum minutissimè trita prouocent secessum. Et videtur ꝙ sic: quoniam quantò res magis mordicabit & commouebit feces, tantò fluxus ventris erit maior: sicut patet de cholera, cùm venit ad intestina siue secundum naturam, siue præter naturam: quoniam ratione subtilitatis & mordicationis prouocat virtutem expulsiuam intestinorũ: nunc autem subtilissimè trita acquirunt penetrationẽ & mordicationẽ. quare videtur, quòd talia magis prouocabunt feces, quàm si grossissime fuerint confracta. Oppositum dicit Gal. 3. partic. de regimine sanorũ. Dico quòd sunt aliqua, sicut piper & anisum & ciminum & similia, quæ, si puluerisentur subtiliter, prouocabunt vrinam: &, si grosso modo, secessum. Cuius causa est, quia talia sunt mordicatiua: vt dictum est, & de facili penetrabilia, & cum hoc sunt attractibilia propter sub-

Cholera veniens ad intestina, quare prouocet ventrem.

tilitatem, quam acquisiuerunt: cum igitur descendunt ad duodenum intestinum & ieiunum, & ibi sunt venæ meseraicæ, eas mordicant & aperiunt, & ita penetrant, et attrahuntur de facili ab hepate & venis meseraicis propter subtilitatem suam: & ideo videmus omnia diuretica prouocare lotium, sicut est vinum album, et brodium cicerum, & decoctio petroselini: et ideo non competunt in ventre constipato quoniã magis cõstipant. Grossiter autem confracta non habent virtutem ita mordicandi: cum non possint penetrare per venas meseraicas, q̃ sint grossiter cõfracta & venæ sint strictę: & ideo natura pellit cum fecibus ad inferiora: &, quia diu morãtur cum fecibus, ideo excitant virtutẽ expulsiuam intestinorũ, & ita prouocant secessum. Et, cùm arguitur, dico q̃, quia mordicant et sunt subtilia, ideo prouocant vrinam: sed subtilia in actione, & grossa in substantia prouocant secessum. Nec valet de cholera: quoniam venit ab hepate versus intestina, istud autem mittitur à stomacho versus hepar: et, si mitteretur à stomacho versus intestina, non prouocaret vrinam: quoniam ratione suarum malarum qualitatum non esset attrahibile ab hepate & venis meseraicis: piper autem et allia attrahuntur, vel quia habent aliquam virtutem nutritiuam, vel quia nutritiuis sunt admixta. Intelligendum est hîc secundum intentionẽ Gal. 3. particula de regimine sanitatis, quòd quando crudi humores sunt in stomacho aut circa primas venas, electuaria & similia multum calida non debent dari post cibum: quia talia calida faciunt cibum crudum penetrare ad mẽbra: nec etiam ante cibum competunt excellenter calida: quoniam illam cruditatem, quæ est sine cibo, faciunt penetrare ad membra. & ideo eligebat Gale. diatrionpipereon simplex. In cruditatibus igitur dentur calida ante cibum, sed in parua quantitate: &, si dẽtur post cibum, hoc sit post longam moram et in parua quantitate. Detur igitur diatrionpipereon ante cibum: & diacyminum post, sed in parua quantitate.

Diuretica an conueniant, vẽtre constipatio.

Piper quare attrahatur ab hepate.

Electuaria calida an ante cibum sint danda.

De prognosticatioñe morbi futuri, per ea quæ sunt extra naturam.

CAPVT XXVI.

SVperius cap. 19. determinatum est de lapsu modico, & superius cap. vicesimoprimo determinatum est de debilitate membrorum notabili: hîc autem agitur de lapsu magno & notabi-

& notabili, ita quòd illi pessimos morbos prænunciant, nisi eis succurratur.

De dolore.

Dolor capitis, aut spatularũ, aut cuiuslibet alterius partis corporis morbũ futurũ magnũ significat, licet dolor sequatur morbũ, secundũ illud, Vbi dolor, ibi ægritudo. Succurratur igitur cũ phlebotomia, si corp⁹ fuerit plethoricũ: & cũ pharmacia, si alij humores à sanguine dominẽtur. Dolor capitis & grauedo cum tristitia & difficultate anhelitus maniã significat: cui succurratur cũ epithimo, hiera picra, & hiera Ruffi, & cum gaudio, et cum instrumẽtis musicis. Dolor capitis transiens dilatationẽ pupillæ significat. Dolor capitis cũ apparitione muscarũ & pilorũ corã oculis, cataractam significat. Vitent igitur omnes pisces, & omnia legumina, & omnes fructus, & omnia fumosa: & sint in magna abstinentia: & purgentur cum hiera picra, aut pillulis aureis. Dolor capitis in febribus cũ rubore faciei & oculorum, & apparitione lampadum, & vigiliis, et remissione vrinę phrenesim significat: cui succurratur cum phlebotomia, & maxima abstinentia, & clysteribus, & repercussiuis.

Maniãque prænũcient & quomodo præcauẽda sit.

Cataracta quomodo præcauẽda.

Phrenesim

De his, quæ apparent in facie.

Grauedo visus & auditus & aliorum sensuũ cum scotomia & vertigine et incubo, epilepsiã, aut apoplexiã, aut mortem subitanẽ significat: quibus immediate fiat clyster, & præcipiatur vltima abstinẽtia: & purgẽtur cũ hiera picra: & fiãt violẽtæ frications. Iectigatio in facie cum stupore, lethargiam, spasmũ, aut paralysim significat: cui fiãt clysteria multa, et purgationes cũ hiera picra, et abstinẽtia, & frications, et similia. Si facies fuerit rubea, rubore *trahente ad fuscedinẽ, cũ morphea, et raucedine, et difficultate anhelitus, proculdubio leprã significat: cui velocissimè succurratur cũ multis phlebotomiis, & frequẽti exhibitione hierę Ruffi, et cum abstinentia ciborum melãcholicorũ, & calidorũ, & de facili corruptibiliũ, & de difficili digestibiliũ. Si facies fuerit *subrotũda cũ inflatione palpebrę inferioris, & grauitate dextri hypochõdrij, hydropẽ significat: vbi cõpetit sũma abstinẽtia, & potissimè potus: & nõ comedat panẽ aliquo modo, nec aliquas carnes, nisi volatilium, quæ sint assæ. Torturę & saltus in facie paralysim significãt: purgetur cum hiera picra, & fricentur pedes: & fiant cauteria

Epilepsiã, et Apoplexiam.

**tendente*

Lepram.

** subtumida*

Hydropẽ.

Paralysim.

in facie & in collo,& respiciant se in speculo de chalybe.

De pectore.

Peripneumoniam, et phthisim prænūtiat.

Cui frequēter accidit catarrhus,& est macilentus,& habet pectus strictū & debile,expectat peripneumoniam aut phthisim. In primis restingatur rheuma,& purgetur caput cum hiera picra,& saccelletur caput cū millio, & fiant cauteria in capite in cōmissuris:&,si causa fuerit calida, vtatur diapapauere,&, si fuerit frigida, diairide & diahyssopo. Tremor cordis & saltus syncopen aut mortem subitaneam significat:purgetur igitur corpus cum hiera Ruffi,& vtatur diathamaro & diamargarito, & saccelletur pectus cum floribus boraginum,& bugloſſa,& melissa,& corticibus citrinis,& rosis & violis siccis, & nenuphare, & ligno aloes,& aqua rosacea muscata : & sit semper confitens , & pœnitens,quia mors fortissimè pulsat in ianuis.

Syncopen.

De dextro hypochondrio.

Hepatis apostema et oppilationē qua significent.

Grauitas,& dolor,& punctura in dextro hypochondrio cum febre, apostema hepatis significat: quibus succurratur cum phlebotomia hepaticæ venæ,& cū cassia fistula,& appositione rosarū,& sandalorum,& cāphoræ, & aquæ rosaceæ supra hepar:si autē ista fuerint sine febribus, & cum duritie,oppilationē significant:bulliat igitur absinthium, apiū,fœniculū petroselinū,lactuca,& spica nar.in oxymelle scillitico, & vtatur illo cum brodio cicerum: & inungatur tota regio cum vnguento arrago,martiano,& dialthea.

De ventre.

Colicam.

Dolor continuè circundans vmbilicū timpanitidē significat:si autē patiatur abominationē,fastidium, ventositatem & inflationem in latere & sub hypochondriis , colica passio significatur.In primis igitur fiat clyster, & apponantur anisum,cuminū,semen rutæ,& hiera picra,& vtatur cuminula alexandrina,& purgetur cum hiera picra, & inungatur cū oleo de ruta,& sit in vltimo abstinentię,& vtatur assis,& vino puro , & saccelletur cū sale, aniso,& cumino, & semine rutæ. Et dolor ventris cū punctura & mordicatione intestinorū & cū fluxu ventris, dysenteriā significat: detur igitur micleta & athanasia cum bolo armeno. Egestiones albæ præter solitū icteritiā citrinā significant : fiat igitur phlebotomia de vena hepatica , & ponatur succus lactucæ cum aceto & aqua rosacea supra regionē hepatis.

Dysenteriam.

Icteritiam.

De

De ano.

Prutitus in ano & dolor & grauedo pręter hoc, quod ibi sint vermes cucurbitini, teneſmũ ſignificãt: ſed in teneſmo accipiãtur vermes ſeu ſcarabei, q̃ inueniũtur ſub vrceolis aut ſub lapidibus, q̃ ſunt in cellariis ſubtus dolia, & cõterãtur fortiſſimè cũ ſeuo hircino, & fiat emplaſtrũ, & deſup apponatur. Si autẽ dolor fuerit hæmorroidum, accipiatur apiũ hæmorroidũ cũ radice & coto, & cõteratur & deſuper apponatur. *Teneſmum quæ prænũcient.*

De renibus.

Si dolor fuerit in fine ſpõdiliũ & verſus coxas cũ febre, apoſtema renum ſignificat: fiat igitur primò phlebotomia de baſilica, & ſecũdo de ſaphena, & fiat ex parte lateris, vbi eſt maior dolor: & purgetur cũ caſſia fiſtula: & emplaſtretur cum roſis & nenuphare & ſandalis & aqua roſacea. *Renũ apoſtema.*

De veſica.

Si arenę multę & multo tempore apparuerint, & ſubito, pręterquam q̃ eſt vſus medicamẽtis ad hoc valẽtibus, deficiãt, lapidẽ ſignificant, &, ſi fuerint rubeæ, ſignificatur lapis renum, &, ſi albæ, veſicæ. Ad præſeruationẽ autem lapidis multum valet vomitus & dieta ſubtilis, & quòd vtatur diureticis lenibus, ſicut ſunt ſemina frigida. Si autem lapis fuerit generatus, curetur, ſicut dictum eſt in lilio. Si autem aliquis patiatur *arſuram in mingendo, vlcerationem virgæ & veſicæ ſignificat. Vtatur igitur muſcilagine pſillij cum ſeminibus frigidis & mundatis, & lacte. *Lapidem quæ præmonciant.* **ardorem Veſicæ vlcerationẽ.*

De toto corpore.

Si carbunculi & apoſtemata parua minuta appareant aut naſcantur in corpore, aut vlcus magnũ, aut apoſtema ſignificatur. Fiat igitur phlebotomia de mediana, & purgetur corpus ſecundum exigentiã humoris. Et teſtor Deum & angelum, qui datus eſt ad cuſtodiam meam, quòd, qui ſi deliter & cum amicitia iſtud perlegerit & ſeruauerit, nun quã morietur, niſi morte naturali: quæ mors ſuauis eſt & dulcis, & ſine pœna & fatigatione, ſicut teſtatur Gal. in de differentiis febrium. Et placeat Domino noſtro Ieſu Chriſto, quòd verificetur poſtea dictum Ouidij, quod eſt tale, *Apoſtemata quæ prænũcient.* *Mors naturalis qualis ſit.*

Parte tamen meliore mei ſuper alta perennis
Aſtra ferar noſtrum, quod erit indelebile, nomen.

Quæritur, vtrum ſanguine pauco exiſtente, & humoribus crudis multis, cõpetat phlebotomia. Et videtur q̃ ſic: quo-

niam phlebotomia secundũ Auic. est euacuatio vniuersalis, quæ multicudinẽ humorũ euacuat, sed hîc sunt humores multi: quare cõpetit phlebotomia. Præterea in exercitantibus ad summũ &c. Hippo. loquitur de repletis & crapulatis in vltimo, & Gal. dicit, ꝙ nullo modo possunt ita bene euadere, sicut phlebotomia: tamẽ tales repleti & crapulati nõ possunt esse sine cruditate humorũ, &, vbi est cruditas, ibi est modicũ de sanguine bono: quare relinquitur, ꝙ in sanguine pauco bono & crudis humoribus multis cõpetat phlebotomia. Præterea ponamus nos peripneumoniã aut pleuresim de phlegmate cum crapula & cruditate, hîc sanguis est paucus bonus ratione febris, & abundãtia phlegmatis, & humores crudi multi, & tamẽ nullus negat phlebotomiã, quoniã, si sic, citò suffocaretur: &, si dicatur, quod in tali casu nõ cõpetat phlebotomia, quoniã sanguis bonus exiret & malus remaneret: cõtra hoc dicitur, ꝙ natura sagax est, cuius sagacitatis nõ est finis in regimine animalis, & sic retinebit bonũ & dimittet abire malũ: & præterea 3. de simplici medicina dicit Gal. versus finẽ, ꝙ in superflua humorũ euacuatione natura vltimò euacuat sanguinẽ: natura igitur ex sua industria vltimò retinet sanguinẽ: nõ ergo exibit bonus, & retinebitur malus, immo magis ecõuerso. Oppositũ dicit Gal. 3. partic. de regimine sanitatis. Dico ꝙ in tali casu nõ cõpetat phlebotomia. Cuius ratio est, quia phlebotomia nõ cõpetit, nisi in duabus causis, aut quãdo solus sanguis dominatur, aut omnes humores simul, sicut scribit Gal. expresse in fine cõmenti super illũ aphoris. Dolores oculorũ &c. & versus principium cõmenti super illũ aphoris. In pharmacijs &c. & super illũ aphoris. Quibuscũq; phlebotomia aut pharmacia &c. sed hîc nõ dominatur sanguis, immo paruificatur, nec omnes humores, quia nõ dominãtur nisi crudi, & cum hoc etiam alij à sanguine: quare in isto casu iuxta regulas Gal. nõ cõpetit phlebotomia. Præterea dato ꝙ cõpeteret, non tamen posset fieri: quoniã illi humores crudi sunt grossi & viscosi, & dato etiã ꝙ foramẽ esset magnũ, nõ tamẽ possent exire propter nimiã grossitiẽ, sed sanguis paucus bonus ratione suæ subtilitatis citius exibit, tantò autem facilius, quãto foramen fuerit maius, immo quasi sola euaporatio sufficeret. Quòd autẽ ita sit, hoc patet: quoniã in febribus

Phlebotomia quando cõpetat.

pũ

putridis colericis, in quibus nō est tamen ista grossities, si foramē fiat strictū, exibit sanguis subtilis rubicūdus, &, si immediate fiat magnū, exibit sanguis corruptus: patet igitur, ꝙ sanguis purus & clarus primò exit: & ideo, quando secūdatur phlebotomia, nō debet fieri cū percussione pollicis, sicut dictū est in 1. lib. de phlebotomia. Præterea fiet vnum magnū nocumentū, si fiat phlebotomia in tali casu, quod summè prēcipit Gal. euitare, scilicet ꝙ crudi humores traherētur à primis venis ad magnas venas, &, cū fuerint in magnis, traherētur ad mēbra, hoc autē est summū & vltimū nocumentum, ꝙ mēbra nutriātur ex humoribus crudis: & ideo nō cōpetit, immo etiā minora nō cōpetunt secundū Gal. quia nec exercitiū, nec balneū, nec coitus, sed abstinētia, & ociū, & somnus lōgus, & fricatio valde leuis ad euaporandū tantùm, & postea cōfortātia stomachum & hepar, sicut est diacitoniū. Et tunc ad primū dico, ꝙ multitudo est duplex secundū Gal. de crisi: quędā, quę facit abundantiā, & ista potest fieri ex vno solum humore: & quædā, quæ facit plenitudinē, & ista non fit nisi ex omnibus. Cùm igitur dicit Auic. ꝙ phlebotomia euacuat multitudinē: verū est de multitudine, quę ꝓpriè facit plenitudinē, nō autē de multitudine, quæ facit abundantiā. Ad secundū dico, ꝙ possibile est esse repletū in vltimo sine crudis humoribus, si nimirū repletio fuerit ex lōgo tēpore. Et quidā sunt, qui habēt venas strictas, qui, licet modicū accipiant de cibo, quē bene digerāt in stomacho & hepate, nihilominus terribiliter impinguātur. Vel possem dicere, ꝙ tanta est facta rarificatio ratione laboris, quòd, nisi subito euacuarentur, suffocarentur, nihil autem ita subito euacuat, sicut phlebotomia: licet igitur non cōperat de se, comperit tamen propter timorē suffocationis, simile dicitur de pleuresi & peripneumonia, si in tali casu acciderint. Ad aliud de natura dico, quòd sagax est, quando non nimis impeditur: sed hîc est impedimētum nimis magnum & notabile, sicut est ruptura venæ, quam non potest claudere, sanguis autē est subtilis, & ideo de facili egreditur. Ad vltimū dico, quòd non est simile: quoniam hîc est magna apertio, sed in pharmacia non, immo vadit sanguis à magnis venis ad angustas, quæ sunt in gibba hepatis, & deinde ad angustiores, quæ sunt meseraicæ, & ita potest bene retineri. Expellitur

Multitudo est duplex.

Phlebotomiam quā multitudinē euacuet.

igitur aut quod magis abundat, aut quo minus natura indiget, aut quod magis est eliquabile.

De iter agentibus. CAP. XXVII.

Itinerantiũ regimen.

QVi vult se trãsferre de regione ad regionẽ, in primis mũdificetur corpus eius cũ phlebotomia, & pharmacia, & abstinẽtia, vt ratione laboris & muratione aëris & ciborũ non cõtingat fieri ebullitionẽ humorũ in corpore: & ita nõ generabuntur febres, nec apostemata, nec lassitudines, & similia: & cum hoc exerciteț se paulatinè exercitio, quo debet vti. Et, si debet ire peditãdo, assuescat se antea hinc inde ire, peditãdo quotidie per vnã vel duas leũcas, vt postea sit assuetus ad labores. Similiter faciat equitãdo, si debeat facere iter suũ æquitãdo. Similiter fiat cum naucula in flumine aut stagnis aut iuxta ripã maris, si debeat trãsfretare: & similiter in quadriga. Similiter vtatur paulatinè omnibus illis cibis, quibus erit vtẽdũ in via aut in regione, ad quã vadit: &, vt breuiter dicã, in omnibus, quę acturus est, sit assuetus. Cũ igitur viã incipit agere, nõ comedat de manè vsq; versus tertiã, & parũ comedat & bibat, vt nõ fluctuet in stomacho. Vitet omnia salsa, & omnes pisces, & omnes fructus, & omnia holera, nisi vteretur eis via medicinæ aut propter sitim, aut propter laxationẽ ventris, aut ad cõstringendũ, & cõsimilia: vitet etiã omnia dulcia & oliuas & cappares. Omnia enim ista, quæ dicta sunt, aut de facili corrũpuntur, aut inducunt sitim. Cũ autem in fine dietæ venerit ad hospitiũ, quiescat, & postea sumat cibum tẽperatum, & de facili digestibilẽ in tẽperata quãtitate, & porũ similiter. Si accidat aliquãdo, quod aliquis debeat ire per mare aut per desertũ magnum, vbi nõ inueniet cibũ, nec fortè ipse paratus est ad portandũ, tunc accipiatur hepar porcinũ aut alterius animalis, & lardetur cum cariophillis, sed in parua quãtitate, & cum lardo, sed adhuc in minori quãtitate, &, cũ sufficiẽter decoctum fuerit, scindatur & teratur in vltimo, deinde cũ medullis vituli, aut cum adipe boum liquefacta, & cũ oleo sisamino vel oleo amygdalarũ dulciũ omnia misceãtur, & recõdantur, quasi esset vna massa facta ad modũ emplastri, & tunc vtatur paulatinè ista massa in tẽpore famis: quoniã & nutrit, & summè aufert appetitũ, ita vt vitã suã longo tẽpore per hũc modũ poterit qs sustẽtare. Si aũt aliquis debuerit trãsire p loca, vbi nõ poterit inuenire vinũ aut aquã, tunc secũ

Itinerantes quæ vitare debeant.

Famẽ sedans compositio optima.

Sitim auferens cõpositio optima.

portet eandi & semen portulacæ & semen acetosæ, quæ cõ trita & inter se commixta teneat in ore: & si contingat habere acetũ & aquã, tũc ista misceãtur cũ modico aceti aut vino granatorũ & multa aqua, & deinde sorbitet paulatim.

Contra calorem.

Cum autẽ iturus est aliquis in tempore calido, aut in regionẽ multùm calidã, tunc accipiatur succus portulacę & muscilago psillij & oleũ rosac. violac. quę inter se bene misceãtur: & tũc accipiatur camisia, & infundatur in illis, quãtum potest esse, à diaphragmate superiùs, & induat: deinde habeat vestem, quæ duplois appellatur, de duabus telis, in quarum medio sit bombax secundum mediocritatem, non tantùm, quòd nimis ponderet, nec ita parum, quod radius solis poterit penetrare: deinde habeat aliã vestem leuẽ super illã: deinde cooperiat caput fortiter, & potissime cum *capello facto de pilis castoris, si habere potuerit: deinde faciat caligas & sotulares de pelle hœdina pingui pilis remotis, & sit parata, sicut oportet, & sciũt soleatores facere & coriarij: deinde habeat chirothecas de pelle ceruina: & tunc incipiat viã suã in nomine domini: quia nullus calor poterit ipsum lędere in die illa. Si autẽ trãsierit aliquis per loca fœtida corrupta & venenosa, aut quia est in illo loco multitudo piscium corruptorũ, aut cadauera, aut serpentes, aut multa animalia viua venenosa: tũc teneat os suũ clausum & nares, quantũ poterit, vt nõ attrahat aërẽ: & portet in sacculo ros. viol. nenuphar, & camphorã, & sandalos, & modicũ ligni aloës & musci & ambræ, & teneat iuxta os & nares: & cùm venerit ad locum, vbi debebit quiescere, sorbeat oleum de semine cucurbitæ: quoniam multum valet contra venena, sicut dicit Auicenna: & si exæstuauerit magna siti, potet aquam frigidam cum modico aceti paulatinè vice post vicem, & gargarisando & diu in ore tenendo: quoniam, si potaret vsque ad satietatem, timendum esset de morte subitanea, sicut dicit Auicenna. Si autem in dominabus aut in nimis delicatis timeatur, quòd *frangeretur facies aut propter ventum aut propter puluerem, tunc Recipe axungiæ gallinæ recentis, aut porcinæ recentis, dragaganti, gummi Arabici contusi, muscilaginis psillij colatæ, succi portulacæ, albuminis ouorum ana ʒ. i. distemperentur cum aqua rosacea, vt aliquo modo sit clarum, quasi vng-

Itinerãtium per loca calida regimẽ.

*capitio

Itinerãtium per loca fœtida regimen.

*corrumperetur

vnguentum,& eo facies & manus illinantur:&,cùm volue rint,abluantur aqua colaturæ furfuris.

Contra frigus.

Qui iturus est per loca frigida, de manè inungat se totũ cum oleo de lilio:deinde induat se, sicut oportet, & pelles sint vulpinæ:& habeat almutiam de filtro,* foderatã pellibus:& chirothecę sint de pelle ceruina,* foderatę pellibus: &pedes siut bene cooperti,& subtus pedes sit de illo ligno, de quo fiũt patini:& sotulares nõ sint nimis stricti, vt possint aliquo modo agitari pedes. Deinde vtatur carnibus assis cũ vino puro aut nectare,& fortissimè alliatis:& quiescat aliquantulum,vt non fluctuet cibus. Et deinde portet secum allia,assam fœtidam,& nuces,vt,si frigus nimis constringeret eum in via, comederet allia & nuces:&, si veniret ad tantũ frigus,quòd pedes aut manus inciperent spasmari aut amittere sensum, tũc acciperet ʒ.j.assæ fœtidæ:& tunc audacter sic armatus et munitus in nomine domini aggrediatur viam suam:&,cùm de nocte venerit ad hospitium,nullo modo ponat se ad ignem,nisi fuerit vltima necessitas,et tunc etiam paulatinè et de lõgè:sed iaceat in lecto,& sit bene coopertus,et camera sit calida:&, cùm bene fuerit recreatus, abluat se cum aqua fontis, aut aqua quasi frigida:deinde comedat assa, et frixa,allia, cœpas, & sinapium:et bibat nectar,et vinum purum forte:sed famelicus non debet comedere ista calida, donec quieuerit, et tunc etiam paulatinè:aliter esset timendum de febre:& tũc post ista poterit se ponere iuxta ignem. Si autem quis debeat statim iterum ire per loca frigida, modicum aut nihil stet iuxta ignem. Caueat sibi ab aqua calida:quoniam melior esset frigida aut tepori vicina:& ponit exemplũ Auic. quoniam fructus congelatus,si ponatur in aqua calida,corrumpitur:et, si in frigida, sanus inuenitur. Odoret autem lignum aloës,et muscum,& ambram,et ladanum, et storacem calamitidem,et myrrham,et masticem, et thus:et suffumiget se cum illis. Si autem extrema fuerint liuida, scarificetur locus:&, si nigra, abscindantur, ne sana vicina corrumpantur.

* *suffultã* * *suffulta*

Assa fœtida cõtra frigus efficax.

Frigidus cauere debet aquã calidam.

De aqua.

Diuersitas aquarum iter agentibus plus nocet, quàm diuersitas ciborum, sicut dicit Auicen.quærenda est igitur bona

bona aqua cum omni labore. Portetur igitur aqua patriæ suę vsque ad locum, in quo hospitabitur, & cum illa coniungat aquam loci illius: & de manè accipiat aquã loci illius, & portet vsq; ad locũ alterius loci: & ita deinceps. Si portaret aliquis terrã mundã de terra sua, & misceret eum aqua lõginqua, quæ postea quiesceret & colaretur, esset bonum. Quãdo autẽ nõ inueniuntur bonæ aquæ, distillentur per alembicum, aut bulliãt in olla, aut ponatur lana in olla, per quam quod extra distillauerit, colligatur, aut *transeat multis vicibus per arenam mundã. Intelligendum est, ꝙ omni malæ aquæ vinum, acetum, cœpæ, & allia sunt theriaca: & lactucæ, si volumus infrigidare. Aliqui autẽ sunt, qui nõ bibunt vinũ, & aliquãdo coguntur ire de nocte, & cùm inueniũt fontẽ vel riuũ, bibũt aquã illã, & aliquando bibũt sanguisugã: tales igitur semper portẽt secũ ciphũ & telã: & tunc repleãt ciphũ illa aqua, & postea cooperiãt vndique fortiter cũ tela, & postea sorbitẽt aquã in medio vasis: & ita non oportet timere de aliquo reptili: & si omnia deficiant, sorbitent aquam paulatinè quasi fortiter cõstrictis labiis, & teneãt diu in ore, & permittãt suauiter eliquari: vt si fortè esset ibi aliquid, hoc possent eiicere.

Aqua quo modo itinerantibus sit rectificanda.

**transsimatur*

Sãguisuga de nocte vt nõ bibatur, cautela.

De mari.

Homines, qui nõ cõsueuerunt ire super mare, patiũtur fastidium, & vomitum, & nauseã: & nõ debet restringi, nisi nimis excederet: & tunc vtatur cydoneis & lẽtibus cũ aceto & hyssopo & semine apij. Et dominus dirigat omnia in tranquillitate. Quod autem deficit de ista materia, inuenitur in fine primæ particulæ de Lilio: coniungantur ergo, & erit opus perfecti magisterij. Quæritur, quæ mala cõplexio sit magis morbosa, an mala diuersa in toto corpore, an mala diuersa in parte. Et videtur, quòd mala cõplexio diuersa in toto sit magis morbosa, cũ sit deterior. Et arguo sic, Illud malum, quod occupat plures partes, est deterius & magis morbosum, quàm illud, quod pauciores occupat: sed, cùm mala cõplexio est in toto, plures partes occupat: quare mala complexio diuersa in toto erit deterior. Maior est de se manifesta: quoniã malum, postquàm de se est malum, quãto magis fuerit *excessum, tãto erit deterius: sicut videmus de albedine, quæ quãto plus occupat de superficie, tanto magis disgregat, quare quanto plures partes occupab

Complexio diuersa in toto corpore an sit magis morbosa, quàm in vna parte.

**extensum*

cupabit,táto erit deterius. Minor est manifesta: quare conclusio erit vera. Præterea illa mala complexio, quæ omnia mẽbra principalia & radicalia, & mineras omniũ virtutũ occupat, erit deterior, quàm illa, quæ nõ occupat nisi vnũ mẽbrũ principale tãtum: sed illa, quę est in toto, est huiusmodi, quare &c. Maior est manifesta: quoniã omnis mala cõplexio suæ virtuti defectionẽ generat secundũ Gal. 6. de morbo versus principiũ: erit ergo mala cõplexio in membris principalibus causa debilitatis virtutis: & in radice magis erit debilis, vbi omnia mẽbra principalia sunt læsa, quã vbi vnũ tãtùm: sed inter omnia illud', quod magis facit ad morbositatẽ, est virtutis debilitas: & in illo, qui lapsus est in toto, virtus est magis debilis in mineris, quare talis erit magis morbosus. Præterea ille, qui est lapsus in vna parte tãtùm, & omnes alię partes sunt tẽperatæ, nõ videtur esse morbosus: quoniã lapsus corrigitur ab omnib. aliis mẽbris sanis. Et hoc videtur esse de intẽtione Gal. in techni, cũ loquitur de cõparatione mẽbrorũ principaliũ. Vnde, si cerebrũ fuerit frig. & cor excesserit in tẽperamẽto in gradu opposito, nõ infrigidabitur corpus propter cerebrũ: quoniã caliditas cordis cõtra operatur: tũc sic arguo, Illa cõplexio lapsa, quę habet multa adiuuãtia & cooperãtia, nõ erit ita morbosa, sicut illa, quę nõ habẽt aliquid sibi coadiuuans, quare relinquitur, ꝙ mala cõplexio diuersa in parte erit minus morbosa: immo nihil morbosa, cũ tot habeat bona adiutoria. Præterea ille lapsus, qui magis approximatur ad malã cõplexionẽ æqualẽ victã, est deterior: cũ mala cõplexio victa sit irreuocabilis, sicut patet in hectica: sed lapsus in toto est huiusmodi, postquã omnes partes alteratæ sunt: videtur ergo, ꝙ approximetur ad malã complexionẽ æqualẽ victã: alia autẽ cõplexio, quæ est in parte tantũ, multũ est elõgata: quoniã, antequã eo veniret, oporteret transire per illã dispositionẽ, in qua est mala complexio in toto, quare relinquitur, ꝙ mala cõplexio in toto sit deterior. Præterea illa complexio est deterior & magis morbosa, quæ tardius reducitur: talis autem est mala cõplexio in toto: quare mala complexio in toto est deterior: quoniã difficilius est reducere multa, quàm vnum. Præterea Gal. scribit 3. partic. de regimine sanorũ versus prin. cùm loquitur de mala cõplexionẽ in toto, dicit, ꝙ mala cõplexio sic

ca est pessima, pessima autem nō potest dari deterior, quare relinquitur auctorita. Gal. quòd lapsus in toto sit peior: quia de siccitate partis non diceret hoc, sed de siccitate totius, quare videtur satis auctoritas expressa per illa verba, quòd mala complexio in toto sit deterior, & magis morbosa, quàm in parte. Oppositum huius potest declarari per sensum, quod est dignius omni ratione: quoniā experientia facit artē, & imperitia casum, sicut scribitur in procœmio Metaphysicæ. Videmus enim, ꝙ illi, qui habent pedes debiles naturaliter, citiùs incurrūt podagrā, quàm cō nalescētes aut senes, qui sunt debiliores in toto. Similiter si sanguineus de complexione habeat hepar calidum & la psum, citiùs infirmabitur, quàm melāchol. qui est lapsus & debilis in toto. Videmus etiā, ꝙ illi, qui habēt caput debile, licet aliæ corporis partes nō sint lapsæ, citiùs incurrūt rheuma & tussim & similia, quā aliquis alter debilior, licet in toto lapsus: & ideo videmus homines abiectos & debiles esse *sanatiuos, & multos fortes & viriles, cum habeāt aliquā partē debilem, esse quasi cōmuniter morbosos. Sensui igitur credendum est, quòd illi qui habent malā complexionem in parte, sint magis morbosi, quàm illi, qui habent in toto. Et auctoritas Gal. videtur esse expressa tertia partic. de Regimine sanitatis versus finem, loquens de mala complexione inæquali in parte: & dicit, quòd talis mala complexio omnino est morbosa: si igitur omnino est morbosa, nulla alia posset esse magis morbosa, ideo relinquitur auctoritate tanti principis, quòd mala complexio in parte est morbidior. Circa hoc tria considera. Primum erit, quæritur de lapsu totius & partis, tunc debent esse omnia proportionabilia, quantum est possibile. Si igitur lapsus totius fuerit per vnum gradū in toto, & lapsus partis debet esse per vnum gradum: & cum hoc cōplexio, & ętas, & regio, & consuetudo, & regimen debent esse æqualia: ita quòd non sit defferentia, quantum erit possibile, nisi quòd lapsus iste est in toto, & ille in parte: & cū hoc quæstio non quærit de lapsu in compositione, sed de lapsu cōplexionis: & cum hoc de lapsu complexionis sine materia: & cum hoc lapsus non facit ęgritudinem actualem, sed est complexio lapsa à corpore optimo, quæ nihilominus tamen continetur sub latudine sanitatis, sicut est cholericus & melancolicus

*sanus

lich. & ita de aliis: & viuit sanus, sicut alij cõmuniter viuũt. Et tũc quæstio sic limitata quærit, Vter istorum duorũ, si contigerit eos errare in regimine, citius infirmaretur. Secũdò notandũ est, ꝙ membrũ forte, cũ incurrit aliquod nocumẽtum, expellit à se illud superfluum: & si secundum mẽbrum fuerit forte, expellet etiã illud à se: & ita de aliis: & ita oportet, quòd finaliter veniat vsq; ad aliquod mẽbrum debile, quod non possit à se expellere, & ibi remanet: nam secundum Gal. 2. de morbo mẽbra fortia mittunt ad debilia nõ ex intẽtione: quoniã tunc haberẽt intellectum & rationem: sed quodlibet, quod potest à se expellere, expellit. Et propter hoc dicit Gal. ꝙ cutis facta sit debilis, vt omnes superfluitates corporis reciperet: quoniam melius est, quòd materia sit extra in cute, quàm si esset intus in corpore. Quando igitur forte & debile nõ habẽt superflua, tũc nihil mittitur: quia nõ est materia quę mittatur: sed, si factus fuerit error, statim mittetur. Tertiò intelligendum est, ꝙ vna malicia excedit aliã aliquãdo extẽsiuè, & aliquando intensiuè: & aliquando ægritudo generatur per viã cõgestionis, & aliquãdo per viam deriuationis: & cum hoc ęgritudines dicuntur peiores, quia tardius curantur, & aliquando facilius: & cum hoc discrasia mẽbri particularis aliquãdo iuuatur à membro vicino sano, saltẽ quãtum ad impressionẽ: & aliquãdo magis lęditur. Prima igitur positio seruit, vt quęstio limitetur: secunda seruit, vt causa habeatur: tertia, vt obiectionibus obuietur. Hoc viso, respõdeo ad quæstionẽ, & dico, simpliciter loquendo omnibus consideratis, quæ dicta sunt, ꝙ cõplexio lapsa in parte est magis morbosa, quã lapsa in toto, omnibus aliis paribus existẽtibus. Et causa est tacta in secũda positione: quoniã illud, quod summè generat morbũ, est aggregatio materię in locũ vnũ, nunc autẽ ita est, ꝙ mala cõplexio partis aggregat suũ superfluum & aliorũ. Virtus enim debilis est de se, & ita, si factus fuerit error in regimine, aggregabit: & cũ hoc fortia mittẽt, & ita habebit & à se, & à toto. Quãdo autẽ discrasia est in toto, nullũ mẽbrũ habet plus de superfluo, quã aliud, & ita saltẽ nõ erit aceruus, quod tamen erat potissima causa generationis morbi: & cũ hoc materia dispersa facilius corrigitur à mẽbro, quàm si fuerit cõgregata, & hoc est multum liquidũ. Sed ponamus aliquod corp' plethoricũ, & ꝙ quiescat

Superflua quomodo à mẽbris propellantur.

Ægritudo vna quomodo alia excedat.

Complexio lapsa in vna parte, quare sit deterior, quàm lapsa in toto.

quiescat: non est dubium, quin multa habeat superfluã in toto corpore, et tamen possibile est, quòd stet longo tempore sine ægritudine actuali, licet habeat in se materiam: sed ponamus quòd nimis se exercitet, vel quòd balneetur in aqua calida: verè in tali casu generabitur apostema aut febris: & hoc est, quia materia dissoluitur, & cõmouetur, & in vno loco aggregatur. Patet igitur, quòd aggregatio superfluitatum est potissima causa ægritudinum: in parte autem debili fit maior aggregatio, quare citius infirmabitur. Et per hunc modum vt plurimum generantur omnia apostemata: et propter hoc dicebat Gal. quòd talis mala complexio est omnino morbosa. Et veritas huius declaratur ab eo per exempla, vt patet de capite: quoniam, qui habet caput frigidum, de facili incurrit rheuma: et ita de hepate, quod, si fuerit distemperatum, incurrit cachexiam: & ita de aliis, quæ nimis longum esset enarrare: sed ista sufficiant causa breuitatis. Et per ista poterimus euadere rationes in oppositum. Et tunc ad primum dico, quòd lapsus tunc occupat plura loca: & ita in se est peior quantũ ad extensionẽ, sed non quantũ ad intentionem: quoniam, ratione maioris aggregationis in vna parte, diserasia partis erit magis morbosa: habet enim et suam superfluitatẽ & aliorũ membrorum. Vnde quilibet lapsus poterit stare sine morbo actuali dum tamen bene regatur: & pro tãto Gal. quærit, Vnde est hoc, ꝙ iste, qui est lapsus, modò infirmetur, & modò non? Dico quòd hoc dicit Gal. quoniam modò est boni regiminis, et modò non est. Ergo sit lapsus in toto et sit lapsus in parte, & ęqualiter peccẽt in regimine, tũc ille, qui est lapsus æqualiter in toto, habebit superfluitates per viam congestionis in toto: sed per viã dirriuationis modicũ aut nihil: quia ita debile est vnum membrũ, sicut aliud, postquam lapsus est æqualis: et ideo non congregabit aceruũ, quia materia disperſa citius corrigitur in multis, quã in vno. Ideo, licet materia sit maior per comparationem ad totum, nihilominus non erit ibi morbus, quia corrigitur: &, comparãdo ſuperfluum cuiuslibet partis ad quamlibet partẽ, modicum est. Sed lapsus in parte habet ſuũ ſuperfluum, & cum hoc totius: & ideo citius infirmabitur ratione multitudinis, quæ ab vno corrigi non potest: & ideo videmus communiter multos debiles esse * sanatiuos. Patet igitur, ꝙ li-

Morborum causa præcipua quæ sit.

Lapsus quare modò infirmetur, et modò non.

Debiles multi sani sunt.

* sanos

cet lapſus totius ſit peior extenſiuè, lapſus tamen partis eſt peior intenſiuè propter cauſas dictas. Ad ſecundum reſpondetur ſimiliter: quoniam licet lapſus ſit in pluribus membris principalibus, & ita in radice ſit peior, nihilominus, cùm ſit error in regimine, per accidens citius infirmabitur ille, qui eſt lapſus in vno membro principali tantùm. Et ideo videmus, quòd, qui habet caput debile, & omnia alia mẽbra ſana, ſi bene regatur, non infirmabitur: ſed, ſi fuerit error, ſtatim omnia mẽbra mittunt ſua ſuperflua ad caput, tãquam ad caminũ: & iterum caput mittit ſua ſuperflua ad membra ſubiecta, & ita continuatur morboſitas. Virtus igitur eſt debilior extenſiuè, ſed non intẽſiuè, quantum ad morboſitatem: & hoc eſt per accidens propter cauſam dictam. Ad tertium dico, quòd membra ſana impediunt effectum membri lapſi: &, licet non corrigant in radice, per comparationem tamen ad effectum alterationis in toto bene corrigunt: & hoc eſt, cùm ſunt in bono regimine. Sed ponamus, quòd error adueniat, tunc ſicut membra ſana & fortia erant ad ſaluationem mẽbri lapſi in parte, ex hoc quòd effectum ãlterius impediebant & humores contrarios generabant, ſic nunc, cùm iſta membra ſana & fortia ſunt præter naturam, facta ſunt in ruinam & deſtructionem membri debilis, cùm de ipſo nunc faciant ſentinam, & ad locum debiliorem ſuperflua cuncta ferantur ſecundũ Gal. Ad quartum dico, quòd quæſtio ſupponit, quòd lapſus diſtet æqualiter à temperamento: & quia mala complexio in parte ita poteſt approximari ad æqualem victam, ſicut patet in paralyſi particulari. Ideo dico iuxta poſitionẽ, quòd tantum appropinquat lapſus partis ad malam æqualem victam, ſicut lapſus totius: et ita non concludit, quin ita poſſet vinci complexio naturalis partis, ſicut totius, & fortè citius. Ad quintũ dico, quòd citius reducitur lapſus totius æqualis, diuerſus tamen, pro tanto: quoniam complexio naturalis nondum eſt victa, nec facta ſimilis trãſmutanti: ſed eſt æqualis, pro tanto: quia totum corpus æqualiter eſt lapſum aut in caliditate aut in frigiditate, & ita de aliis. Et tunc dico, ꝙ talis lapſus citius reducitur: quoniam, quod valet vni, valet alteri. Nunc autẽ ſi fuerit lapſus in parte, & ſi medicamentũ cõpetat illi diſcraſiæ, nihilominus mẽbra vicina ſana lædũtur: & ita medicamentũ ſemper infert nocument

Lapſus æqualis in toto quare citius reducatur, quàm in parte.

cumentum. Et ita omnis mala complexio in vna parte mala est ad reducendum: & si fuerit in duabus, deterior, sicut patet in stomacho frigido & hepate calido: quoniam vnū non iuuat alterū, &, quod confert vni, nocet alteri, & econuerso: & si concederetur, non tamen concludit: quoniam malitia morbositatis & ruinæ facilioris non prouenit solum propter lapsum, sed per accidēs propter superflua, quæ mittuntur. Et tunc ad vltimum dico, quòd ibi comparat lapsum ad ętatem. Vnde licet mala complexio in toto sit pessima in iuuene: quia, sicut dicit Gal. inuenis habet in principio, quod senex in fine: & ita sit pessima, quantum ad lōgæuitatem, non tamen oportet, quòd sit pessima, quantum ad morbositatem. Quoniam licet parum viuat, nihilominus potest esse * sanatiuus: & quia in tali loco non sunt superflua: &, quia sentit se debilem, non exponit se tot periculis: & ita, cùm sit melioris regiminis, erit magis * sanatiuus, nō tamen diu viuere poterit: quia iam in principio humidum radicale est exhaustum: & ita per comparationem ad longæuitatem complexio sicca in principio est pessima. Vnde possibile est, quòd morbosus sit longæ vitæ: quia multum habet de humido radicali: & pro tāto dicit Gal. in de regimine sanit. quod cōplexio humidissima est longæuissima. Scribit quoq; Aristot. versus principium de longitudine & brevitate vitæ & dicit, A nonnullis verò nihil prohibeat eos longa vita frui, qui morbis sunt obnoxij. Sed aduertendum est, quòd, qui bene viuit, bene moritur. Paremus igitur nos ad bene viuēdum, & ita mors erit bona: mors autem impiorum est pessima: bene autem mori vita est in vitam ęternam, ad quam nos perducat Christus filius Dei viui. Amen.

Benedictus Deus, qui incepit & compleuit.

*

Cōplex. mala iuuenis in toto quomodo sit pessima.

** sanus*

** sanus*

Morbosus quare esse possit longæuus.

Complexio quæ sit maximè longæua.

Viuens bene, moritur bene.

Mori bene quid sit.

BERNARDI GORDONII DE FLORIBVS DIAETARVM LIBER VNVS.

* * *

Corpus ex quibus constet.

CORPVS hominis ex quatuor constat humoribus, scilicet sanguine, cholera rubea, cholera nigra, & phlegmate. Sánguis dominatur in dextro latere, vbi hepar est, & cholera rubea ibidem: cholera verò nigra in sinistro latere, vbi splen est: & phlegmatis vna pars in capite, alia in vesica, & alia in corde. Sanguis est humor feruens, & dulcis: cholera rubea est amara, viridis, & sicca: cholera nigra est, acida, frigida & sicca: & phlegma est salsum, frigidũ & humidũ. Sanguinis regnatio incipit ab octauo idus februarij, vsq; octauũ idus Maij: choleræ verò rubeę in ęstate, ab octauo idus Maij vsq; ad octauũ idus Augusti: & choleræ nigrę in autũno, ab octauo idus Augusti vsq; ad octauũ idus Nouẽbris: & phlegmatis in hyeme, ab octauo idus Nouẽbris vsq; ad octauũ idus Februar. Sanguis dominatur à nona hora noctis, vsq; ad horam tertiã diei: cholera rubea à tertia hora diei, vsq; ad nonã horã diei: cholera nigra à nona hora diei, vsq; ad tertiã horã noctis: & phlegma à tertia hora noctis vsq; ad nonã horã noctis. Sanguis habet respirationes per nares, cholera rubea per aures, cholera nigra per oculos, & phlegma per os. Phlegma dominatur in pueris cũ sanguine vsq; ad quindecim annos, cholera rubea vsq; ad ann. viginti quinq;, cholera nigra vsq; ad annos quadraginta quinque cũ maxima parte sanguinis, hinc vsq; ad summã ætatẽ, sicut in pueris, dominatur phlegma. Sãguis facit hominẽ bona voce simplicẽ, modestũ, hilarẽ, blandũ, & planũ. Cholera rubea facit hominẽ iracundũ, ingeniosum, acutũ, leuẽ, macilentũ, audacẽ, plurimũ comedentem, & citò digerentem. Cholera nigra facit hominẽ iracundũ, subdolum, tristẽ, timidũ, & inuidiosum. Phlegma facit hominẽ pigrũ, somnolentũ, pinguẽ, intra se cogitantẽ, minus audacẽ, & canos in capite

Humorum proprietates

Sanguinis proprietates.

Cholerę nigrę proprietates.

capite citò habentẽ. Secundũ est tamẽ, q, quotiescunq; aliquis supradictorũ humorũ superexcreuerit, facit oriri magnam desperantiã siue ægritudinẽ, nisi citò à medico subueniatur. Sed, si quis fuerit doctus & diligens medicus, ægrotãti poterit succurrere. Nam, si ægritudo fuerit nata ex sanguine (qui est dulcis, calidus & humidus) ex amaris, siccis & frigidis curabitur: si ex cholera rubea, (quæ est amara, ignea & ficca) ex dulcib⁹, frigidis & humidis curabitur: &, si fuerit ex cholera nigra (quæ est frigida, ficca & acida) dulcibus, calidis & humidis curabitur: &, si ex phlegmate, (quod est frigidũ & humidũ) ex calidis & siccis curabitur. Quòd si medicus fuerit negligens & imperitus, lõga erit ęgritudo, & tãdiu protẽdetur, donec ipsius humoris pertrãsierit tempus, atque alius humor superexcesserit: atque ita excludatur ille, à quo ægritudo fuerat nata. Ideoq; scribendum de cibis & potubus, qui sint calidi, qui frigidi, qui humidi, qui sicci: & de quibusdam aliis, ad supradictorum humorum complexionẽ necessariis, & primò de frumento.

Ægritudines quomodo sint curandæ.

De frumento. CAP. I.

Frumentũ

FRumentum omnibus grauius est, ac temperamẽto calidum in primo gradu, & medium inter humidũ & siccum: tamẽ diuersas videtur habere naturas. Sunt enim frumenti duo genera, quorũ primũ est spissum, graue, frãgi difficile, albi coloris interius, & exterius in superficie læue & lucidũ: aliud est rarũ, & lęue, frangi facile, & interiora eius sunt albissima, & superficie non est læue. Farina & medulla frumẽti primitus dicti ex substãtia sui corticẽ vincit & furfurẽ: & hoc est ad faciendum semulam, quia plus habet farinæ & nutrimẽti: & concoctio eius fit à stomacho tarda, & eius digestio est dura & inobediens naturæ: ad cõfortationem membrorũ & vires dandas magis valet, quàm ad sanitatis custodiã. Nã ad membrorũ confortationẽ necessarius est cibus durus digestioni, & tardus dissolutioni: sed ad sanitatẽ custodiẽdã necessarius est cibus leuis, & facilis dissolui. Granũ, quod est lęue & facilè frãgitur, furfure & corticę exuberat, & medullę habet minus: quapropter ad corporis nutrimẽtũ minus est aptũ, & ad dissolutionẽ facile. Ideo ad sanitatis custodiã magis valet, quã ad mẽbrorũ confortationẽ. Frumentũ nascẽs in terra grossa & pingui, aut putrescibili, grauius est & pinguius in põdere, & nutribilius

existit: quod verò nascitur in terra macra & sicca, est tenue & leuius in pōdere, & minus nutrit. Aliud frumentū nascitur in regione calida & sicca, & est minus humidum: aliud nascitur in regione frigida & hum. & magis est humidum: aliud in regione frigida & sicca, & est ponderosum, & medullā habet plurimam, & citò digeritur, & perfectè nutrit. Itē frumentū aliquādo nascitur in moderato tēpore, & est perfectū, & nascitur aliquādo in immoderato tēpore, & est imperfectū. Sed, superueniētibus multis imbribus, nimis humectatur, vel nimius est aestus, & nimis desiccatur: vnde nimis nouū pro humiditate, vel nimis vetus pro siccitate reputatur. Sed mediocre, pro sui tēperatura accipiatur vel repudietur. Granū fractū si cum lacte coquatur, sanguinē laudabilem generat, & bene nutrit, nō tamē bonum est, vt farina, sed mollicie iam accipit: perfectè enim trita farina bene nutrit & bene digeritur, nō bene & perfectè trita, nō bene nutrit nec citò digeritur, & quæ vicina est molliciei, nimis calfacit & cōstipat, quæ verò lōginqua, econtrariò, & quę mediocris, bona est & laudabilis. Ius de farina confectū pectoris est purgatiuū & pulmonis, corūq; lenit aspritatē. Ptisanum ex farina frumenti factū valet ad sitim & fluxū sanguinis. Furfur habet calorē, & lenit, & mundificat, & dissoluit. Panis calidior est frumēto, ex quo fit, propter mollificationē & excoctionem, cuius tres esse formas scimus, magnā, scilicet, mediā, & paruam. Magnus panis plus habet medullæ, & corticē duriorē: quę cortex parū nutrit, & exiccat, & cōstipat, medulla verò grossa est, & viscosa, & inflatiua. Panis parui & subtilis medullā perforat ignis, & eius humiditatē deficcat. Vnde Hippo. Panis paruus & tenuis, medullæ est paucæ & pauci nutrimenti, egestio eius est tarda, & cōstipat ventrē. Panis mediocris cū additione salis & fermēti mediocriter coctus, si ex farina candidissima granorū supradictorū fiat, molliciei & coctionis obseruata mediocritate, sanis & tēperatis optimus est. Panis magnus siccos iuuat, paruus & tenuis humidos. Panis zymus minus nutrit & citius digeritur, azymus autē magis nutrit, & tardè digeritur, & iuuat multū laborātes. Fermentū diuersis appositū est virtutibus, & calorē habet paruū: vnde subtilē habet virtutē extrahēdi humores ex interioribus corporis. Frumentū recens, assatum igne magis nutrit,

Panis.

trit,& viscositatē minus facit, in aqua coctū inflatiuū est, & viscosos generat humores,& rugitum mouet: sed tamē, si bene digeratur, multùm nutrit, & mēbra cōfortat. Præterea oportet dare eis, qui magnis laboribus exercentur.

De hordeo.

Hordeum. Hordeum frigidū est & siccum in primo gradu, virtutē habens mundificatiuā & excolatiuā: nutrimentum eius est ab inflāmatione liberum. *Panis hordeaceus.* Panis hordeaceus frigidus est & siccus, minus nutriens, quàm panis frumēti,& est constipatiuus: hinc vnctuosus debet comedi cū carne pingui & butyro. *Ptisanum.* Ptisanū ex hordeo factum frigidum est & humidū,& aqua frigidior, iuuat autē calidos & sitientes,& acutis febribus laborantes. Sic autē conficitur, Hordeum bonum, album, durum, nec tamen vetus, tam diu fricetur, donec cortex auferri possit, deinde cōteratur,& hordei bene purgati vna sumatur mensura,& nouē aquæ,& tandiu coquatur cum igne temperato, donec redigatur ad vnam. Vel (vt alij volunt) quatuordecim mensuræ aquę ponantur in vna hordei,& vsq; ad tertiam partem coquantur, dehinc fortiter & bene coletur: & hoc dicitur ptisanum.

De milio & panico.

Milium. Milium est frigidum in primo gradu & siccum in secundo. Panis ex eo factus minus nutrit,& sanguinē minimum generat nec laudabilem, nec est eis vtile, qui carnem suam augmentare volunt, & pingue escere, sed his solummodo, qui laborant superfluis humoribus in stomacho, conuenit ad deficcandum. *Panicum.* Panicum in forma & in natura simile est milio, sed minus nutrit: vtrumq; tamen melius est in aqua coctum, quod fit duobus modis: aut in ablatis tantùm corticibus in aqua tantùm coquantur: aut farina eorum bene purgata in aqua similiter coquatur: omnibusq; modis, dum comeduntur, aliqua pinguedine indigent.

De fabis.

Fabæ. Fabę, quādo sunt recētes, frigidę sunt & hum.& inflatiuæ, quādo verò sunt ficcæ, frigidæ sunt & ficcæ,& ventosę, & inflatiuæ,& ad digerendū duræ. Comedētes statim grauitatē sentiunt,& fatigationē. Fumus per mēbra diffusus, & ad caput ascendēs, nocet cerebro,& somnia inducit melancholica. Fabæ albæ,& magnæ,& nō nimium veteres, in aqua coctę laudabiles sunt, si ciecta aqua prior, altera ad-

iungatur. Quòd si coquantur sine cortice, minus sunt inflatiuæ, & cuius digeruntur, sunt autem cum cumino & pipere vtiliores. Cum aliqua pinguedine *assatæ minus ventositatis habent & inflationis, sed ad digerendum sunt durissimæ: veruntamen, si in aqua infundantur post assationē, & cum cumino, mentha, origano comedantur, duritiē amittunt. Si cum cortice fuerint coctæ & aceto veteri, iuuant fluxum, dysenteriam, & vomitum. Farina earum cum lacte amygdalino & zuccaro confecta, tussientes iuuat, & pectoris & pulmonis asperitatem lenit.

*toste

De cicere.

Cicer. Cicer album calidum est in primo gradu, & humidū in medio. Nigrū calidius est albo, et minus humidū: veruntamen vtrūq; bene nutrit, vriná mouet, mēstrua prouocat, et sperma auget. Aqua, in qua cicer coquitur cum cumino, anetho, et cinnamomo, grossos humores dissoluit, lapidē renum et vesicæ frangit: nigrū tamē ad hoc fortius est albo, et albū nutribilius est. Nota quod faba et cicer, si (secundū & superius docuimus) bene coquātur et bene condiantur, operātur idē in corpore, quod fermētū in pasta, et carnem nutriunt, et dilatāt, et inflant, et subtiliant cutim.

De lentibus.

Lentes. Lentes frigidę sunt in secundo gradu, et ficeæ in tertio: et propter hoc melancholicum sanguinem generant. Si verò eas temperare volueris, quæ albæ sunt, eligantur, et mundentur, et elixentur in aqua, qua ciecta, in alia aqua coquantur, et cū aceto condiantur, et mentha, et origano, et pipere, ac cinnamomo, et oleo vel pinguedine recenti.

De cubebis.

Cubebe. Cubebę calidæ sunt in primo gradu, & mediæ inter ficitatem & humiditatem. Sine cortice coctæ, laudabiliores sunt, nec ventositatem, nec inflationem faciunt, sicut fabæ. Ad vsum verò edendi bonæ sunt in æstate & calida regione. Ius ex ipsis factum valet ad cordis lapsum, ad coryzam, ad tussim, & pectoris dolorem.

De rapis.

Rapæ. Rapæ calidæ sunt & humidæ, grossum cibum habentes, & inflatiuæ, & multùm nutritiuæ, & spermatis augmentatiuæ, & aliquantulum diureticę. Si bene coquātur in aqua, qua abiecta, in alia coquantur cum carne, bene nutriunt, carnem

carnem tamen mollem & inflatam faciunt.

De radice.

Radix calida est in tertio gradu,& sicca in secundo:nutrimentum eius est grossum, & durum digestioni, & stomacho nocet. Est enim lauatiua renum & vesicæ de grossis humoribus:vrinam prouocat, & lapidem frangit in vesica. Si verò cocta comedatur, tussi de humoribus frigidis subuenit. Volentes vomere,eam ante cibum accipiant:sed propter supplementum tantùm secundæ & tertiæ digestionis,post cibum sumatur:nam tunc agit minorem ventositatem ascendentem superius, & cum sua grauitate descendit inferius,deponítque cibum in locum digestionis, vbi digeritur,vt oportet. *Radix.*

Agnus castus est calidus & siccus in secundo gradu. *Agnus castus.*

Fœnugręcũ est calidũ in tertio gradu,& siccũ in primo.

Semen lini est calidum & humidum in secundo gradu. *Fœnugræcum.*

Cæpę calidæ sunt & siccę in quarto gradu,paruã tamen habent humiditatem,& inflant, & dolorem capitis faciũt: oportet ergo eas lacte & aceto condiri. *Cepa.*

Allia sunt calidiora cœpis & sicciora, maximũ calorem corpori facientia,& acuta,quæ,si coquantur,ardorẽ amittunt,& sunt meliora potationi, quàm cibo. Cocta magis nutriunt,quàm cruda,sanitatem custodiunt, & calorẽ naturalem confortãt,& digestionem adiuuant. Constipationem ventris habentes,& caput dolentes, non eis vtantur. *Allia.*

Porri calidi sunt in medio tertij gradus,& sicci in fine,capitis dolorẽ faciunt,hęmorrhoides adiuuãt,& ventositatẽ intestinorũ expellũt. Siue cocti, siue crudi, stomacho sunt nociui:quia neruos eius mordẽt acumine suo. Fumus eorum ad caput ascendens,visui obstat, & facit somnia terribilia & timorosa, nisi prius comedantur portulacæ & lactucæ,& similia,à quibus temperies accipiatur. *Porri.*

De caulibus.

Caules frigidi sunt & sicci in primo gradu,turbidum & melancholicum sanguinem generant. Quidam vmbilico similis,qui dicitur carabia: & est alius,qui dicitur caulis vetus:& est alius hyemalis,& alius æstiuus, sed æstiuus est acutior hyemali:vterq; tamen ventrem humectat, & vrinam prouocat. Sic autem temperetur, Elixetur in aqua, qua proiecta,in alia cum pinguissima carne coquatur. *Caules.*

Malua. Malua frigida est in primo gradu, & humida in secũdo, dissoluit phlegmones, & digerit sanies apostematum, ventrem humectat, & tussim sedat, & asperitatem gutturis, & pulmonis, & pectoris lenit, si in aqua cum pinguedine coquatur.

Maratrũ. Maratrum calidũ est in medio secundi gradus, et siccum in eodem.

Saluia. Saluia calida est in primo gradu, et ficca in secundo.

Spinachia. Spinachia frigida et humida est in primo gradu.

Pineæ. Pineæ calidæ sunt et siccæ in secundo gradu.

Borago. Borago calida et humida in secundo gradu, et habet

Apium. proprietatem generandi lætitiam, vt Apium.

Atriplex. Atriplex frigida est in primo gradu, et humida in secũdo: patũ nutrit, et eius liquor est aquosus, et citò eiicitur, illos tamen iuuat, qui sunt calidæ et siccæ complexionis.

Lactuca. Lactuca frigida et humida est in secũdo gradu: omnibus herbis nutribilior est, et sanguis, quẽ generat, optimus est: sitim mitigat, somnũ præstat siue cocta, siue non cocta vel cruda, et libidinẽ aufert. Sed, qui frigidę sunt naturæ, cum apio, mentha, et origano comedant illam. Cocta magis valet, quàm cruda: et modo nascens, quàm diu nata.

Portulaca. Portulaca frigida est in quarto gradu, et humida in secũdo: illos iuuat, qui calidæ sunt naturæ, et valet ad intentionem stomachi, matricis, et vesicæ, calorem febrium acutarum extinguit, stomachum confortat et intestina, et purgat vulnera in eis nata, et in vesica: sanguinis fluxum, vndecumque fluxerit, constringit.

De petroselino.

Petroselinum. Petroselinum calidum est et siccũ in fine tertij gradus: atq; ideo diureticum, incitans vrinam, et menstrua prouocans: ventositatem et inflationem dissoluit: dolorem renum et vesicæ sedat: poros corporis aperit, et vias clarificat: humorem extenuando cum vrina et sudore proiicit: purgat sanguinem: os stomachi aperit: et maxime, elixatum vulnera hepatis mundificat, oppilationem eius aperit, et apostemata eius curat: et maximè, quæ sunt in renibus: et ventositatem colicæ passionis soluit.

De chærefolio.

Chærefoliũ. Chærefoliũ calidum est in tertio gradu, et siccũ in secũdo, quod potu datũ cum mellicrato vrinã prouocat et mẽstrua:

strua: lateris dolorem atq; vesicæ, & ventris dissolutionem de ventositate grossa, mitigat: stomachi ventositatē omniū viscerum, & oppilationem aperit.

De nasturtio.

Nasturtium calidum est et siccum, phlegma viscosum dis- *Nasturtiū.*
soluit, & ventositatem grossam.

Ruta domestica calida et sicca est in tertio gradu: sylue- *Ruta.*
stris autem in quarto.

Apium calidum est & siccum in tertio gradu: ventosita- *Apium.*
tem dissoluit: vrinam & menstrua prouocat: constipatio-
nem splenis & hepatis soluit: sed tamen capitis dolorem
gignit.

Baucia & Pastinaca calida sunt in secundo gradu, & hu- *Baucia.*
mida in medio primi gradus.

Cucurbita frigida & humida est in secundo gradu. *Cucurbita.*

Anethū calidū est in fine secūdi gradus, & siccū in tertio. *Anethum.*

De cucumere.

Cucumeres & citrulli frigidi sunt & humidi in secundo *Cucumeres.*
gradu: calorem & sitim extinguunt, & vrinam prouocant:
sed citrulli frigidiores sunt, & aliquantulum styptici.

Fungi frigidi sunt & humidi, & ad digerendum multum *Fungi.*
duri. Multi comesti angustiam generant in ore stomachi,
& grauitatem vsque ad defectionem, & generant melan-
choliam.

Ficus calidę sunt in primo gradu, & virides sunt humidę *Ficus.*
in secundo gradu, & siccæ inter humiditatem & siccitatem
sunt temperatæ: mediocriter nutriūt, & bonum sanguinem
generant, & citò digeruntur: tussientes adiuuant: pectus,
pulmonem, renes, & vesicam purgant. Sæpe tamen & mul-
tum comedentes pediculis abundant.

De moris.

Mora frigida sunt in primo gradu, & humida in secun- *Mora.*
do. Quando sunt bene matura, solubilia sunt, & calorē ex-
tinguunt: immatura sunt styptica, & frigida & sicca, & in
stomacho calido & humido sunt vtiliora.

De prunis & Cerasis.

Pruna & cerasa frigida sunt in primo gradu, & humida *Pruna.*
in secundo: acida tamen frigidiora sunt & solubiliora: ca- *Cerasa.*
lorem extinguunt, & ventrem soluunt si ante cibum su-
mantur: sicca tamen minus, quàm recentia: postea si vinum

vetus

vetus optimum bibatur, non nocet.

Pira. Pira matura & aquosa sunt temperata, sed sicca sunt in primo gradu frigida & sicca in secundo, & acida frigidiora sunt. Ante cibum comesta, styptica sunt: sed post cibum sunt meliora: nam stomachum confortant, & fumum in caput ascendentem contrahunt.

Persica. Persica frigida & humida sunt in secundo gradu, & phlegma generant. Sed quæ facilè ab osse separantur, & teneræ sunt substantiæ, citiùs digeruntur: atque ante cibum sunt concedenda, & optimo vino sunt conficienda.

Citonia. Citonia frigida sunt & sicca in primo gradu: sed sunt styptica, & stomachi dolorem confortantia. Ante cibum comesta constipant, & post cibum soluunt. Citonia parua & odorifera, meliora sunt.

Poma. Poma frigida sunt & sicca, & stomachi dolorem confortãt: non matura styptica sunt, & ad digerendũ dura: acida frigidiora sunt: dulcia & odorifera inter caliditatẽ & frigiditatẽ sunt mediocria, & stomachicos, cardiacos cõfortãt. Sed tamen inutilia sunt neruis ante cibum vllum sumẽda.

Malagranata. Malagranata frigida sunt, sed inter humiditatem & siccitatem sunt temperata: acida frigidiora sunt, cholerã rubeam extinguunt, & stomachum & hepar confortant.

Granata. Granata, quando sicca sunt, solutioni ventris sunt cõtraria, & humiditates curant cholericas: sed si fuerint tenera, tussientes ex calore iuuant: dulcia inter caliditatem & frigiditatem sunt temperata, & sunt humida.

Mespila. Mespilæ frigidæ sunt & humidæ in primo gradu: aridæ tamen sunt siccæ: priores phlegma generant: sed sequẽtes calorem extinguunt.

Nuces. Nuces calidæ sunt & humidæ in primo gradu, recentes tamen minus sunt calidæ, & cortex interior subtilis parũ est constipans. Nuces mediocriter nutriunt, sed capitis dolorem faciunt: bonũ sanguinẽ generant, & venenis obstãt.

Auellanæ. Auellanæ calidæ sunt & siccæ, & ad digerendũ durę: grauant stomachum, & multùm nutriunt. Qui ante cibum eas comedunt, securi sunt, quòd nõ nocebit eis venenum. Si cũ ficubus comedantur valent contra morsum scorpionis.

Amygdala. Amygdalæ inter caliditatem, frigiditatem, & humiditatem sunt temperatę: pulmonem adiuuant & mundificant, cùm sunt colatæ: mediocriter nutriunt, & cum ficubus sic

cis

eis comestæ sunt solubiles: Quædam sunt amaræ, quæ colatæ pectus mundificant, cõstipationem splenis & hepatis aperiunt,& vrinam prouocant.

Castaneæ inter frigiditatem & caliditatem sunt temperatæ,& ficcæ in primo gradu: inflatiuæ sunt,& ad digerendum duræ: sed multùm nutriunt. *Castaneæ.*

De dactylis & vuis.

Dactyli bene maturi cal. sunt & humidi,& satis nutritiui & solutiui: nõ maturi sunt styptici & stomachũ cõfortant. *Dactyli.*

Vuæ diuiduntur in duo: est enim quædam acerba, non matura: & est dulcis, quæ est calida & humida: quę vero est acida, frigida est in * quarto gradu, & ficca in secundo. Dulces & maturæ multò meliores sunt, si pellẽ exteriorẽ habeãt nõ tenuẽ, & intus multũ humoris: solubiles enim sunt. Vuæ passæ naturaliter sunt tales, quales sunt illæ: sed sunt calidiores & nutribiliores: pectus & pulmonem mundificãt. Vua alba leuiter nutrit, facile digeritur,& venas cito perforat: nigra verò duræ est digestionis: stomachum confortat tamen:& si bene digeratur, multum nutrit. Vua sine cortice comesta solubilior est. *Vuæ.* *tertio potius. *Vuæ passæ.*

De oliuis.

Oliuarum duo sunt genera: vna oleum emittit,& altera aquam. Olei redditiua magis nutritiua est: sed aquę redditiua stomachum confortat, præcipuè cum aceto. Matura est cal. non matura est frigida. Oleum recens ab oliuis nouis, nigris,& maturis manãs, calidum est & humidum, mediocriter stomachum mollit,& ventrem humectat,& citò in choleram traducitur. Oleum ex longo tempore factum, si fuerit ex oliuis maturis, omnino caret malitia: quando autem remanebit aliquid ponticitatis, fit nocibile, & citò in malos humores conuertibile:& stomachum & digestionem impedit. Vetus oleum est vtile vsui medicinæ. *Oliuæ.* *Oleum.*

De melle.

Mel est calidum & siccum in secundo gradu: phlegmaticis & senibus cõgruum est, & bonum generat sanguinem, & calorẽ naturalem confortat: cholericis & iuuenibus est inconueniens: choleram rubeam generat, & calidos morbos & acutos, maximè in æstate. In eis enim corporibus prius in cholerã rubeã, quàm sanguinẽ, mutatur: colatiuũ & laxatiuum est. Est quoque acutum: vnde sitim facit: & *Mel.*

mul

multùm comedentes facit fastidientes, & citò vomentes

Sal. Sal calidũ est in secundo gradu,& siccum in tertio. Salidu o sunt genera, vnum metallinum,& aliud marinum. Metallinum laudabilius est, quod caret lapidibus,& est clarũ & æquale:& est fortius marino. Marinum fit ex lacubus, quos salinas vocamus, ex aqua maris igne cocta æstiuo tẽpore, vel sole (quod melius est) si fuerit calidum. Vtrumque soluit, & deficcat superfluitatem grossorum humorum, & putridorum, humiditatem naturalem seruat, poros claudit & condimentum præstat cibis.

Eruca. Eruca calida est in primo gradu,& humida in secundo: cholericis & sanguineis non cõpetit, sed frigidis naturali ter: quia eorũ vim digestiuã adiuuat,& humectat ventrem.

Piper. Piper calidum est & siccum in quarto gradu: stomachum frigidum & humidum habentibus cõfert, & pulmonem de viscoso phlegmate mundat, ventositatem & inflationem aufert,& vrinam prouocat.

Sinapi. Sinapi calidum est & siccũ in medio quarti gradus: humiditatem capitis & stomachi deficcat, & stomachum de grossis humoribus mundificat.

Ciminum. Ciminum calidum est in tertio gradu, & siccũ in secundo: ventositatem soluit, dolorẽ & torsionem ventris placat.

Acetum. Acetum frigidum est in primo gradu,& siccũ in tertio: vnde propter suæ frigiditatis debilitatem, corpus velociter perforat, vsq; ad loca remota: & est dissolutiuum,& extenuatiuum.

De carne.

Caro. Omnis caro calida est & humida, nutritiua, & sanguinis generatiua: sed tamẽ alia plus,& alia minus. Caro porcelli na inter calidita. & humiditatẽ est tẽperata,& nutribilior, quã quælibet caro, & meliorẽ sanguinẽ generat. Porcina humidior est,& flatulẽtior. Agnina cal. est & humida,& fæmina malũ generat sanguinẽ,& bene nutrit. Caprina malũ generat sanguinẽ,& melãcholicũ. Bouina est multũ nutritiua,& grossa,& ad digerẽdũ dura,& melãcholica. Vitulina tẽperata est,& bonũ generat sanguinẽ, sicut agnina animalis,& hœdulina. Et est regula generalis, Omnis fœtus ex humida matre natus, propter humiditatẽ nimiã tũ ætatis tũ matris, illaudabilis est: & ecõtrario, Ex ficca matre: est eadẽ regula. Omnis fœtus ex humida matre natus, quãto

Porcina.

Bouina.

Vitulina.

gene

generationi est propinquior, tanto est deterior: Ita omnis fœtus ex ficca matre natus, quanto generationi est propinquior, tanto est melior. Arietes iuuenes sunt minus humidi & viscosi, & meliorem sanguinem generãt, quàm oues. *Arietes.*

Oues enim non conueniunt, nisi his, qui sunt ficcæ cõplexionis: generant namq; phlegma viscosum. Caro castratorum citò digeritur, & meliùs nutrit. Caro *grassa ventrem mollit, sed ad digerẽdũ est dura: macra vero desiccat, & facilè digeritur. Caro, quę est inter *grassã & macrã, tẽperatior est: & conuenientior iuuenibus, & senibus, & exercitãtibus, & raras carnes habẽtibus. Caro pecudũ iam adultarum, & nondũ in ętate, perfectior est, scilicet boum, caprarum, & castratorũ: tamen nõ exercitantibus vitulina & hœdulina est melior. Omnis caro sylvestris illaudabilis est, & sanguinis melãchol. generatiua: meliores tamẽ sũt capreolina & leporina. Sciẽdũ est, ꝙ animalium natura similis est humanę cõplexioni in calore, frigiditate, siccitate, & humiditate: & hoc diætatiui prouideant. Quodcunq; in animalibus est comedendũ, lacerti esse vidẽtur. Caput grossus ei bus est, & multũ nutritinus, & ad digerẽdũ durus. Cerebrũ humidũ est & fastidiosum: Medullæ similiter. Linguæ sunt tẽperatę. Pedes, & aures, & labia sunt ad digerendũ facilia. Mamillæ & testiculi sunt fastidiosi, & plegmatici. Oculi neruosi sunt, & boni: sed parũ sunt fastidiosi. Hepar bonum generat sanguinem, & bene nutrit: sed durè digeritur. Cor difficilè digeritur: sed si posset digeri, multũ nutrit. Renes simpliciter. Splẽ malũ generat humorẽ. Pulmo phlegmaticus, & citò digeritur. Stomachus difficilè digeritur, & frigidum sang. generat. Ossa cum carne comesta sunt meliora.* *pinguis* * *pinguem* *Caro syluestris.* *Caput.* *Lingua.* *Mamillæ.* *Hepar.* *Cor.* *Renes.* *Pulmo.* *Stomachus* *Ossa.*

De carne Volatilium.

Caro volatiliũ facilior est ad digerendũ, & laudabilior carne quadrupedũ. Gallina excedit omnia volatilia, & sturni, & pulli, & perdices duræ sunt. Passeres sunt cal. & turdi sunt moderati, Palũbes parui cal. sunt, & melãcholici sanguinis generatiui. Anates & Anseres cal. sunt & humidi, & malos humores generãtes. Turtures generãt melãcholicũ sang. Grues durę, & indigestibiles sunt: similiter & Pauones. Galli castrati laubiliores sunt omnib. volatilib. Extremitates volatiliũ meliores sunt omnibus aliis membris: & maximè colla, & alæ. Caro cocta multum est nutritiua, & *Gallina.* *Anates.* *Grues.*

adiuua

adiuuat laborantes: cum aceto cocta conuenit cholericis: cũ lacte cocta nutribilior est, & frigidis nõ cõuenit: cũ caulibus cocta melãcholicũ generat sang. & est solubilis: cũ rapis cocta cal. est & humida, & sperma generat: & cum aceto cocta valet frig. stomacho & phlegmatico, atque defecto.

Caro assa. Caro assa calida est & temperata, & ad digerendum dura.

De piscibus.

Pisces. Pisces recẽtes frig. sunt & humidi, & vniuersaliter phlegma generantes: sed tamen in mari nascentes, vel in aqua salsa, parum sunt calidi: in petrosis *locis nascentes omnibus aliis sunt meliores & laudabiliores, & maximè in flumine currenti consistentes. Isti enim pisces habent carnes teneras, non viscosas, digestibiles, & bonum sanguinem generantes: iuuenibus calidis & phthisicis sunt cõuenientiores, in calidis & in æstiuis ab ęgritudine existẽtibus: Pisces in lacubus nascẽtes, aut limosis aquis, aut fœtidis, aut turbidis, aut multum quietis, pessimi sunt valde. Pisces squamosi meliores sunt carentibus squamis. Pisces recentes cholericis competunt, & calidum stomachum habentibus. Pisces sicci & salsi, calidi sunt & sicci: phlegmaticis conueniunt, si tamen non multum comedant.

*aquis

Pisces petrosi.

Pisces lacustres.

Pisces squamosi.

Pisces exsiccati.

De ouis.

Oua. Oua gallinæ laudabilia sunt: & primò perdicis, & phasianorum, si sint recentia: vetera autẽ facta in calido loco minimè sunt sana. Anserina, anatina, & carcouina sunt dura & indigestibilia. Quę elixa sunt, & mediocriter cocta, apta sunt digeri: sed ad duritiẽ cocta, tardè digerũtur. Oua frixa indigestibiliora sunt aliis, & grossiora, citóque in fumositatẽ, & cholericos humores, & ad putredinẽ cõuertibilia. Oua cũ oleo cocta, & aquis, & cõdimẽtis (scilicet pipere, cimino, & similibus) laudabiliora sunt, & facilè digeruntur: Similiter in aqua *grassa cum carne nõ bene cocta, sed tum calida bibita asperitatem cutis & pectoris leniunt.

Oua elixa.

Oua frixa.

*pinguis

De caseo.

Caseus. Caseus frigidus est, & siccus, & est constipatiuus, & humores generat grossos. Caseus recens laudabilior est, quia citò digeritur: caseus autem vetus & siccus, & nimis salsus, pessimus est omnium, sitim enim facit, & dolorem capitis, & constipationem hepatis, & lapidem in renibus.

Butyrum. Butyrum tẽperatum est inter caliditatẽ & humiditatem, valens

valens ad pectoris purgationem, similiter & capitis, & pulmonis: Si verò in his locis apostema fuerit, butyrum cum melle maturat.

Lac vniuersaliter frigidum est & humidum, sed coagulatum est siccum: serum verò humectat & calefacit, & vētrem soluit. *Lac.* Lac vaccinum nutritiuum est, & durum ad descendendum à stomacho. *Lac vaccinū.* Lac camelinum abundat aqua, & est minus nutritiuum, & citò digeritur: vnde iuuat hydropicos. *Lac cameli num.* Lac caprinum inter hæc duo est mediocre: quia hæc sunt tria inæqualia. *Lac caprinū.* Lac ouinum medium est inter lac vaccinum & caprinum. *Lac ouinū.* Omne lac ex animali infirmo est pessimum. Lac recens calidum est, & * aliquando valet contra venena. Lac in Vere aquosum est, in çstate est temperatum, & in autumno tendit ad grossitiem. Lac aquosum malum est. Lac animalis, quod vtitur calidis, est potius calidum: & quod stipticis, stipticum: & quod temperatis, temperatum. ** aliquantulum.*

De vino.

Vinum recens calidū est in primo gradu: vetus verò, trāsiens annos septem, calidum est in tertio gradu: mediocre, à duobus annis vsque ad quatuor, calidum est in secūdo gradu. *Vinum.* Vinum, quanto est calidius, tanto est siccius: & quanto minus est calidum, tanto minus est siccum. Vinum aliud est album, & aliud est grisum: Ex his componitur aureum, rubeum, glaucum, & roseum: Item aureum citrinum, cariū, pallidum, & subpallidum. *Vini diuisiones.* Vinum aliud est dulce, & aliud acerbum: & aliud forte in odore & sapore, & aliud debile. Vinū aliud subtile est, & aquosum: aliud terrestre, & grossum: & aliud mediocre. Vinum si fuerit mediocre, & ad mensurā bibatur, prout ætas, tempus, infirmitas vel sanitas exigit, est sanum: Medico verò necesse est, vt in vino, & in cæteris semper perpendat complexionem vniusciuiusq; hominis, & abundantiā humorū. Vinum, vt supra diximus bibitū, confortat calorem naturalem & augmentat, choleram rubeam expellit, & sudorem, et vrinam, et choleram nigrā: & est calefaciens & humectans, & membra solida, dura et ficca ex labore & fatigatione nimia, humectat: & defectionē tollit virtutis: ægrotis enim vires reducit, corpora pinguefacit, virtutem appetitiuā confortat, & inflationem & ventositatē dissoluit. Neglecta verò medicinali circunscriptione, si vinum bibatur vsq; ad ebrietatē, generat mentis

perturbationem, virtutis defectionem, ſtultitiam, apoplexiam, paralyſim, tremorem, ſpaſmum, epilepſiam, & ſimilia. Venæ enim & ventriculi cerebri replentur, et calor naturalis extinguitur. Vinum album et groſſum parũ nutrit: ſed ſubtile ſatis nutrit, et eſt diureticũ, calidis natura congruũ, & dolores capitis ex humore mitigat, & neruos & membra adiuuat. Vinum nigrum & groſſum & ponticũ, durum eſt ad digerendum et groſſum ſanguinem generat: ſi tamen iuuenibus ante cibum detur, bonum eſt: virtutem enim eis tribuit & nutrimentũ, vicinum porcinæ carni: ſenioribus eſt inconueniens ante cibum: poſt cibum vinum dulce nigrum & groſſum eſt bonum. Vinum rufum laudabile eſt, ad temperandum & generandum bonum ſanguinem, & ad confortandum calorem naturalem: ſed in colore & odore *tempore perpendetur. Vinum ſubrufum groſſum, & odoriferum, multum nutrit, et bonum generat ſanguinem. Vinum rufum groſſum, & ponticum, minus eſt vtile. Vinũ citrinum eſt ſubtile, parum nutrit: tamen calidius eſt vinum citrinum, et groſſum calidiſſimum eſt, et cito aſcendit in caput, & generat ebrietatem: et maximè, ſi vetus fuerit. Vinum forte ſi eſt bibendum, ante quinq; vel ſex horas multum aquæ admiſceatur, vel panis mundus. Vinum rubeum vicinum eſt nigro in groſſitie & dutitie. Vinum roſeum de rubeis vuis fit, & palmeum de albis: ſed album leuius eſt cęteris, et palmeum melioris ſaporis. Vinum albũ aquoſum [ ] facit mũdiorem. Vinum ſubalbidum aperit poros, & vias venarũ perforat, & citò eiicitur. Vinum dulce melius eſt in actionibus ſuis, quàm ſubalbidum. Vinum clarũ odoriferum generat ſanguinem clarum et mundum, & cor confortat & lætificat. Vinum cyminum triſtitiã & anguſtiam expellit, & omnibus ætatibus et complexionibus confert. Vinum coctum ſanum eſt. Vinum de melle inflatiuum eſt, ventoſitatis generatiuum, & hepatis & ſplenis oppilationis. Vinum de vuis paſſis confortat ſtomachum. Vinum de ficubus ventrem ſoluit, & malos & phlegmaticos generat humores. Vinum de dactylis melancholicos generat humores, mentem percutit, ſplenem et hepar oppilat. Vinum de frumento & hordeo malos fumos generat & humores, hepar & ſplenem conſtipat, & lapidem in renibus generat: vix digeritur. Conſiderare debet prudens Medicus ex prædictis,

Vinum albũ groſſum & ſubtile.

Vinum nigrum groſſum.

Vinum rufum.

* *quo ad vtiſtatem.*

Vinũ ſubrufum.

Vinum citrinum.

Vinũ forte.

Vinũ rubeũ

Vinũ roſeũ.

Vinum ſub albidum.

Vinũ clarũ odoriferum.

Medo.

Vinum de vuis paſſis, & ficubus.

Vinum de dactylis.

Cereuiſia.

ctis, vt secundum naturas hominum vinum potare doceat eos, quibus sanitatis custodiam impendere cupit.

De aqua.

Aqua frigida est & humida naturaliter. Aqua alia est sapida, alia insipida: insipida alia clara, alia non clara: Clara bona est ad bibendum (sicut est de fontibus orientalibus) quæ est lucida, leuis, nullius odoris, citò calescens, & citò frigescens, stomachum non grauans, sed refrigerans & humectans, & quæ citò eiicitur: Hęc autem est secunda, cuius fons est positus inter æstiuum orientalem: septentrionalis verò fluens de montibus supra petram, & currens super clarissimam arenam, post hãc priorem gradum sanitatis tenet. In hyeme istæ aquæ sunt calidæ, & in æstate frigidæ. Praua est illa, quæ aliquantulum redolet, et est sapida, aut turbida, aut quæ ex niue vel grandine conficitur: huiusmodi enim oppilationem faciunt in hepate, & lapidem in renibus, & difficilè à stomacho egrediuntur. Aqua putrida (sicut est aqua paludum, & lacuum, & in quam putredines ciuitatis currunt, & lutosa) est calida & spissa, splenem & hepar ingrossat, stomachum corrumpit, cutem horridam facit, & febres diuersas generat. Aqua pluuialis inter cæteras est melior, leuior, & mundior, si leuiter fuerit colata. Nam pluuia nihil aliud est, quàm subtilitas aquarum attractarum à sole: & quanto aqua subtilior est, tanto est melior. Aqua orientalis cadens cum tonitru bona est: quia tonitruum motu subtiliat fumum. Nix & glacies sunt laudabiles, quando sunt de bona aqua, & cadunt supra petram. Aqua salsa ventrem mollit, sæpe bibita ventrem constipat, corpus deficcat, pruriginem & scabiem generat, sed hydropicos iuuat. Si quis biberit frequenter aquam frigidam, non euadet mentis percussionem, & senectutem futuram: nec sitibundus bibat eam post somnum frequenter nec ieiunus. Aqua calida lauat stomachũ & de fecibus ciborum purgat phlegma, & omnem putredinem mundificat, & ventrem soluit.

Aqua.

Aqua prauæ quæ sint.

Aqua putrida.

Aqua pluuialis.

Aqua tonitrualis.

Nix.

Glacies.

Aqua salsa.

Aqua frigida.

Aqua calida.

IAM SEQVITVR REGIMEN ACVTARVM AEGRITVDINVM, QVOD continet tres particulas.

***

DE REGIMINE CIBI ET POTVS.

PARTICVLA I.

REGIMEN acutarũ ægritudinum consistit in tribus, in diæta, potionibus, & potibus alteratiuis: & secundũ hoc, opus nostrum diuiditur in tres particulas. Prima continet diætam cibi & potus: Secunda medicinas euacuatiuas: Tertia alteratiuas, seu digestiuas, seu mundificatiuas. De primo agitur sic. Cibus enim ille qui super omnem cibum cõuenit in morbis acutis, vt in pleuresi & peripneumonia, est cibus factus de hordeo & aqua, pro tanto, quia hordeũ est frigidũ & siccum, aqua autem est frigida & hum. Nunc autem si cõmisceantur, mixtũ erit frigidum & temperatè humidũ frigidũ erit, quia aqua & hordeũ cõueniunt in frigiditate, & ita frigidũ totius fortificabitur. Sed in passiuis qualitatibus disconueniunt, quoniã hordeum est siccum, & aqua humida: ita humiditas aquæ temperatur per siccitatẽ hordei, & siccitas hordei tẽperatur per humiditatẽ aquæ, ita totũ est temperatum: pura aqua est passibilis, alterabilis, conuertibilis, & in fumositatem pro modico transmutabilis. Nunc autem hordeũ ratione cõplexionis, & substãrię, præseruat aquã à tali conuertibilitate: hordeũ autẽ generat sanguinem melancholicum, ideo nõ competit volentibus nutricare corpus, nunc autẽ aqua prẹseruat ipsum à tali nutritione & cõuersione propter suam humiditatẽ, ideo ex eis constatur nutribilis mixtura, ita ꝙ hæc mixtio acquirit formã nouam ex simplicibus propter bonitatẽ suæ commixtionis & bonę decoctionis, scilicet propter quam est cibus, & medicina abstergit & mũdificat, laxat, lenit, digerit, subtiliat,

Ptisana cõmẽdatur in morbis acutis cũ Hipp.

Hordei facultates.

subtiliat, nutrit, iuuat anhelitū, valet ad screatū, ideo cibus est excellentissimus in acutis passionibus. Modus autem cōficiendi ptisanā est iste. Aut enim volumus dare ptisanā colatam aut non colatam: si colatam, tunc enim conuenit magis in ratione medicaminis quàm cibi. accipiatur hordeum bene maturum, plenum, pōderosum non rugatum, & aqua fontis mūda, clara, ita ꝙ aqua currat versus oriētem & currat supra lapides mundos aut arenā mundam, & ex riuo accipiātur 20. scutellæ aquæ & vna hordei, hordeū conquasset & ponatur simul in vase mundo, tunc accipiatur cacabus magnus plenus aqua, & prędictū vas in cacabo ponatur, & fiat ignis lentus de lignis siccis fere per 12. horas donec coloretur aqua ab hordeo quasi colore citrino, tunc quiescat, infrigidetur, coletur et vsui reseruetur. Si autem nō colatā dare voluerimus, tūc remoueamus corticē, quia tunc magis damus in ratione cibi quā medicaminis, & tūc fit cibus qui appellatur hordeatum, & paratur sicut auenatum aut amydū, tunc igitur hordeū fortiter cōteratur & sine cortice, & eū aqua lento igni fortiter decoquatur, ita tamen ꝙ veniat ad multam spissitudinē, immo fluat ad modum mellis, quia quando vergit ad spissitudinem, acquirit grossitiem & viscositatem, & ita exhibetur cū modico panis zuccari magis in ratione cibi. Multi autē sunt alij modi conficiendi, sed isti sufficiāt propter breuitatem. Nunc autem ægritudo in qua exhibetur, aut est breuis terminationis, aut non. Si breuis, aut virtus est fortis aut debilis. Si fortis, tunc dico quòd ptisana & omnis cibus est auferendus, nisi forte mellicratū, quia postquam ægritudo est breuis terminationis, & virtus fortis, nō indiget aliquo cibo, ideo nullus cibus est dandus, nisi ꝙ modicum valde nutrit, vt aqua, aut aqua hordei colata, aut aqua bullita, aut aqua vbi modicum fuerit infusum de pane infuso & solū madefacto. Si autē virtus est debilis, & ægritudo est breuis terminationis, tūc distinguo: aut enim est debilis propter inanitionē, aliquam sensibilē euacuationem: & quia corpus cōsumitur & liquefit, tunc quacunque hora & tempore cibus est dandus, vt hordeatum, aut auenatum, aut amydum, aut brodium pullæ, aut lac amygdal. aut spinachia, secundum quod particularia conueniant. Si autem est debilis propter malitiam symptomatum, aut propter dolorem, reple-

Præparatio ptisanæ, quæ duplex est colata, & non colata.

Hordeatū vulgo sine ptisanā non colatam parandi modus.

Victus tenuis quando conuenit.

Victus ratio variat pro natura morbi symptomatū, et ægrotantiū viribus.

tionē & similia virtutē prosternentia, propriè tunc omnis cibus est auferendus. Si autem ægritudo est longæ terminationis, tunc aut adsunt mala accidentia, aut non. Si nō, tunc à principio vsq; ad finem debet dari hordeatum, aut consimilis cibus. Si autē sint mala accidentia & cōsimilia cibum prohibentia, tunc nō debet cibus prohiberi saltem ptisana in ratione medicinæ. Ea autē quæ impediunt sunt, vt verbi gratia, qui nō potest expuere cum materia est indigesta, tunc non competit ptisana: verum est in ratione medicinę, sed bene competit ratione cibi. Sed ratione medicinæ cōpetit fortius, vt aqua mellis, aut oxymel, aut syrupus aliquis habens virtutē incidendi, subtiliandi, aperiendi, sicut forte syrupus factus de capil. ve. end. & se. melonū & liquir. hordeato, & similibus, & cū hæc impediāt si esset cōstipatus, quia tunc deberet præcedere suppositoriū, aut clystere, aut aliquod mollificatiuū, aut nisi cibus præcedēs descendisset in stomachum, intestina & venas meseraicas, quia tunc cōpetit abstinentia, aut fricatio leuis, & similia, donec cibus transiuerit hepar: aut quia corpus est plethoricum, tunc debet præcedere phlebotomia: aut dolor fortis, tunc debent præcedere calefactoria: aut aliquod accidens consimile in quo cōpetit pharmacia, aut consimilia, aut quia instat crisis. Si autē multū expuat, multū est dandū, & ratione cibi & ratione medicaminis. In omni igitur ægritudine tranquilla sine molestatione accidentiū, aliter & aliter est operandum. Hunc autē modum particularem operandi scire nō possumus, nisi sciuerimus formā regiminis, & quo modo subita mutatio est facienda vel nō, hæc autē forma elicitur per hunc modum. Prima consideratio sumitur ex parte medici, scilicet vt sit dispositus ad eliciēdum formam ꝙ sit solers, diligens, expertus, & memorās, tunc talis debet procedere per hunc modū, subita mutatio nō debet fieri nec forma regiminis trāsmutari, nisi secundum ꝙ corpus trāsmutatur à dispositione in dispositionē. Dispositiones autem corporis humani non sunt nisi sanitas, & principiū ægritudinis, status ipse & declinatio: aliud igitur regimen cōpetit in sanitate, aliud in principio morbi vsq; ad statum, & ita de aliis. Subita igitur mutatio in regimine non debet fieri, nisi secundum quòd corpus mutatur, & si subito mutatur, subita erit mutatio. Vnde si in

sanitate

sanitate cõpetant carnes, in ægritudine dabo ptisanam, & ita sicut corpus subito mutatur, & forma regiminis subito immutatur. Quæ autẽ est ista forma regiminis particularis, non possumus hoc scire nisi secundum considerationẽ particularium, scilicet quòd cognoscant complexionẽ patientis, habitudinẽ, consuetudinem, ætatem, fortitudinem, debilitatẽ virtutis & naturam stomachi, regionẽ, aërem, tẽpora anni, tempora morbi, naturã, causam morbi, & accidentia morbi & alia consimilia, & iuxta naturã istorum particularium, solers medicus conflabit formã regiminis: vt verbi gratia, ponamus aliquẽ cholericum, iuuenem, in æstate & tẽpore calido qui consueuit multum comedere & modo ex propinquo abstinuit, laborauit & fatigauit corpus suum, & habet orificiũ stomachi debile, & est multum rarus, extenuatus, & quòd per Dei gratiam incurrat febfortem liquefacientem corpus, cuius egestio est spuma & vrina vnctuosa, certè in isto clamant omnia particularia, quòd statim cibus offerendus est, quoniam iste est qui non potest ieiunium tolerare, & si sibi cibum subtrahis, in breui ipsum interficis. Tunc ponamus alium phlegmaticum senem, non à senio, qui consueuit parum comedere & modo parum comedit, fuit in ocio, est multũ repletus, & habet orificiũ stomachi forte, est musculosus, & est in hyeme & regione frigida, tunc subito incurrit feb. & feb. non est longa: tunc dico quòd iste est qui potest à principio vsque ad crisim esse sine cibo, præcipuè si ægritudo est breuis terminationis, quia omnia particularia clamant fortiter nihil dare. Si igitur isti cibus detur, suffocatus velociter morietur. Patet igitur quomodo prudens medicus ex cõcursu particularium elicit formam regiminis. In omni morbo tam chronico quàm acuto, tam cum apostemate, quàm sine apostemate, tam cum malitiis symptomatum, quàm cum tranquillitate eorundẽ. Ad hanc autem formã adhuc indigemus, vt sciamus quæ cibaria declinant ad subtilitatem, & quæ ad grossitiẽ, & quę ad mediocritatem, vt vtatur his vel illis secundum conuenientiam particularium. Iste ergo est ordo & modus incipiendi à subtili per mediũ vsq; ad grossum. Primum igitur quod est in vltimo subtilitatis est nihil dare: Secundo aquam bullitam: Tertio succum malorum granat. cum multitudine aquæ: Quarto sy-

Regimen particulare.

rupum, iulep: Quinto syrupum viol. & ros. Sexto hydromel, cum multitudine aquæ: Septimo lac amygdal. cola. Octauo aquam hordei colatam: Nono brodium cicerum cola. cum multitudine aquæ: Decimo aquam dare vbi panis fuerit infusus: Vndecimo amygdal. non colatum: Duodecimo spinachiam & lactucas, & consimilia: Decimotertio poma, pira, & consimilia: Decimoquarto hordeatum, auenatum, amygdal. & cibum, qui fit de colatura furfuris, & similia: Decimoquinto brodium paruæ pullæ nigræ: Decimosexto micam panis ter lotam in aqua frigida: Decimoseptimo extremitates pullorum: Decimooctauo extremitates galli parui: Decimonono accipe paruas pullas albas, aut nigras, aut gallos paruos, & similia: Vigesimo carnes hœdi lactantis: Vigesimoprimo extremitates porcorum, & consimilium: Vigesimosecundo gallinas, perdices, fasianos, pullos columbinos, turtures, merulas, & consimilia: Vigesimotertio vitulum lactantem, & ita de aliis consimilibus. Ita quòd ex istis omnibus sapiens medicus conflauit formam regiminis, quæ cum morbo est conueniens, & si aliqua deficiunt, possunt intelligi in prædictis, & in hoc terminatur prima pars, quæ consistit in recta administratione diætæ, quantum est ex parte cibi in quantitate, qualitate & ordine iuxta arbitrium medici prædicti, in cuius industria fere omnia relinquantur.

De regimine medicinarum solutiuarum.

PARTICVLA II.

Euacuatio duplex.

SEcundum opus huius præsentis cap. continet medicinas euacuatiuas. Euacuatio autẽ quædam est sensibilis, quædã insensibilis. Sensibilis sicut phlebotomia, pharmacia, & similia. Insensibilis, sicut calefactorium, quãtum est de præsenti. Nunc autem pleuresis, aut est de plenitudine corporis, aut sine plenitudine: si cum plenitudine, aut dolor ascendit, aut descendit. Si ascendit, aut ægritudo est confirmata, aut non. Si dolor ascendit, & corpus est pletho-

Vena sectio in pleuritide.

rieum, & ægritudo non est cõfirmata, fiat phlebotomia de basilica, vtrum autem de dextra, vel de sinistra, pleuresi existente in altera parte tantum, non est differentia, quoniam vena dextra, scilicet & sinistra æqualiter recedunt à

Morborũ acutorũ 11. lib. 2.

trunco venæ à quo ramificãtur, sicut innuit Gal. super illa parte, Quando dolor. vnde nõ est vena quæ nutriat costas

supe

ſuperiores, & inferiores, quæ terminetur ad brachiũ. Sed poſtquam Gal. docuit anatomiam venarum quæ nutriunt coſtas ſuperiores & inferiores, tunc ponit anatomiam venarũ quæ à nigra vena procedunt & per titillicum vadunt ad brachiũ. Vnde quædam vena magna pure procedit ab hepate per mediũ cordis ferè vſq; ad furculã, tunc oriuntur duæ venę in dexrrum & ſiniſtrum antequã oriãtur duę guidegi, quæ cuſtodiunt baſilicã in vtroq; brachio, & iſtæ duæ, vt dictum eſt, oriuntur ex puteo poſtquàm ramificatę ſunt venæ quæ nutriunt coſtas omnes, quia in nulla ex eis protenditur ad brachiũ. Si igitur vena magna ad modum putei per mediũ pectoris aſcendit, dextra & ſiniſtra baſilica æqualiter à puteo diſtabit. Si ergo æqualiter & nulla baſilicarũ haurit ex minera, ſed ex puteo medij pectoris, tunc reſtat ꝙ corpore plethorico dolore aſcendente nondum confirmata, æquale eſt pleureſi exiſtente in altera parte, ſi fiat de dextra vel de ſiniſtra. Si autẽ ægritudo eſt cõfirmata, tunc neceſſariò debet fieri de eadẽ parte. Cognoſcitur autẽ quòd eſt confirmata, & materia fluxa, quia dolor aſcendit vſq; ad brachiũ, & talis dolor ita aſcendens, ſignificat ꝙ tota iſta pars alterata & ſupercalefacta eſt, & ſan. quaſi corruptus totus. Pars autẽ oppoſita ſecundũ latitudinẽ non eſt doloroſa, ideo nec ſan. corruptus, tunc igitur conuenit quòd ſi fieret phlebotomia de parte oppoſita ſecundũ latitudinẽ, tunc euacuaretur primo bonus ſan. qui nõ eſt alteratus, & poſtea attraheretur ſan. partis oppoſitæ ad puteum, & per cõſequens ad partẽ ſanam, ita erit duplex nocumentum. Primo ſanguinem bonum euacuare: ſecundo malum ad partes ſanas attrahere. Si autem fiat ex eadem parte, tunc nullum ſequitur nocumentũ, quòd euacuatur primo ſan. alteratur, ſecundo alteratur magis, & tunc non fit attractio ad mineram pro tanto, quia baſilica nõ tranſit per aliquã coſtarum ſuperiorum nec inferiorũ, ſed procedit à puteo ſupra venas quæ coſtas omnes nutriunt. & antequam diuidatur puteus in duas venas, ſcilicet duæ guidegi, pater igitur quòd ſecundum anatomiam Gal. quòd in omni pleureſi confirmata debet fieri phlebotomia de baſilica eiuſdem lateris, & ſi corpus nõ eſt mundificatum, ſecundo aut tertio, aut pluries ſi expedit ex eadem vena. In hoc autem omnes ſunt decepti, qui credunt,

Autorũ morbo. 11. lib. 2.

quòd venæ, quæ nutriunt costas, constituant venas in brachio, quòd nusquam reperitur inspicienti anatomiam cum amicitia, & si corpus omnino non est plethoricum, cõpetit phlebotomia etiam de eadem parte, cõpetit etiam de eadem vena. Si autẽ descendit & corpus plethoricum, tunc debet fieri de saphena eiusdem lateris: quoniam si fieret de parte superiori cum san. inferior sit alteratus, & materia declinat versus inferiora, tunc sang. traheretur corruptus ad superiora & membra nobilia: Si autem fiat per partem inferiorem, tunc traheretur sang. corruptus versus inferiora, & ad membra vilia, & quia natura declinat eum inferius, tunc facilior fiet euacuatio, & si per artem oppositam, sicut superius & inferius, tamen vna oppositionum in phlebotomia debet obseruari, ideo cum dolor ad superiora ascendit, ibi tantum vna est oppositio, cum fit phlebotomia ex eodem latere, quoniam latus se habet per modum partis inferioris, & brachium per modum partis superioris, quia cum fit phlebotomia ex eodem latere, seruatur oppositio quæ est secundum inferius & superius: corpore autem multum plethorico existente & sang. dominante, secundum quòd humor declinat superius & inferius, secundum hoc fiet de eodem latere ęgritudine confirmata vel de superioribus, vel de inferioribus. Si autem adest plenitudo vel abundantia citra tamen vltimitatem, tunc aut pleuresis est de chol. aut de phlegmate, aut de melancholia. Illa autem quæ fit de sanguine, notata est in curæ prædicta. Si igitur fit de chol. quæ vtplurimum accidit in principio ante digestionem medicinæ: si timemus molestiam accidentium, & vt natura sit magis potens in statu, euacuemus in principio, cum carthamo, polypod. turbith, & similibus. Si autem abundauerit melancholia & fuerit pastor, aut marinianus, & fortis, musculosus, & orificium stomachi forte & consimilia, tunc competit elleborus niger cum anisо, aut hieraruffi, in parua quantitate, & quòd medicus exquisitè noscat naturam patientis & medicaminis. Si autem particularia non conueniant, tunc securius est dare senam, epithymum, lap. arme. boraboglossam, & consimilia. Et est mirabiliter aduertendum, cum omnis medicina laxatiua sit vtplurimum cal. & sit venenosa, corpori odiosa, malitiosa, corporis destructiua,

vnde

vnde si purgat, etiam inueterat: ideo expedit in omni casu potissimè nouis, dare diaprunis oxylaxatiuum, & similia, in quibus penitus error non cadit. Et post acceptionem medicaminis, tunc modicum debet accipere de aqua hordei, vt non remaneat aliquid de medicamine in via, & coadunetur in fundo stomachi: toto autem tempore solutionis nihil est accipiendum, sed postquam solutio cessauerit, minus de cibo, quàm cõsueuerit accipere debet. Si autem plenitudo cessauerit, & vniuersalis & citra vniuersalitatem tunc corpore mundificato ad euaporandum materiã coniunctam, competunt calefactoria, vnde calefactoria competunt duobus modis, vnde curant si corpus plenum non est: aut digerunt, si plenum est. Vnde si corpus est plenum, calefactoria dolorem augmentant, quia materiam attrahunt, & ita non digerunt: quare vniuersalia præcedere debent, vtpote phlebotomia vel pharmacia. Si autem corpus est mundificatum, tunc calefactorium curat. Tunc igitur aut materia est cholerica, aut aquosa, humida, aut melancholica. Si igitur sanguis fuerit vergens ad choleram, tunc accipiatur spongia, & intingatur in aqua, exprimatur & lateri quãtum calidius sustinere poterit applicetur, & cũ incipit infrigidari, statim remoueatur, & iterum calidum renouetur, & cõtinuetur. Si autem sanguis vergat ad aquositatem, humiditatem, & ventositatem, tunc accipiatur milium & sal, torrefiant igni sine liquore, & lateri applicetur, & cum infrigidabitur iterũ calefiat, & ita continuetur. Vnde aduertendum est, quòd nullo modo debent applicari saniem generantia, ideo competunt semper resolutiua, & non maturatiua: tamen didici à vetulis magis per viam experimenti, quòd maluę, bismaluæ bullitę, & pistatæ cum axungia porci re. & oleo viol. soluunt dolorem in pleuresi. moretur enim emplastrum vna vice modico tempore, & in hoc terminatur regimen euacuationis.

Calefactoria, vbi conueniunt.

Errant hodie, qui suppurantibus huic morbo subueniunt.

De medicinis alterativis & digestivis.

PARTICVLA III.

TErtium opus nostrum consistit in alteratione & digestione medicinæ. Digestiua quæ ponit Hippocr. sunt 5. vinum, hydromel, oxymel, aqua, & balnea. Primo docet digerere materiam cum vino. Vinum autem est quoddam forte, quoddam debile, quoddam grossum, quoddam subtil

Digerentia in pleuritide Hipp. 5. Vinum.

ſubtile,quoddã mediocre,& eſt quoddã album, quoddam nigrũ,quoddam mediũ, quoddam ſtipticum, & quoddam non. Nunc autẽ iſtud vinum quod magis abſolutè cõpetit in morbis acutis,eſt vinum albũ in colore,ſubtile in ſubſtantia,ſine odore & fortitudine, ꝙ aſſimilatur aquæ in omnibus cõſiderationibus,prout eſt magis poſſibile:vinum autẽ groſſum,ſtipticum,cõpetit in fluxu vẽtris. Vinum autem forte,cõpetit in declinatione,cum materia eſt groſſa, viſcoſa & adhærẽs,quæ nõ habet exitum,cum tamẽ nõ timemus de febr.nec dolore capitis, nec de cõuerſione eius in choleram,nec de ſiti. Vinum autẽ debile ſine odore,cõpetit,cum de iſtis timemus. Vinum autẽ dulce, cõpetit in ſpiritualibus,magis timetur autẽ,cũ adeſt ſitis, oppilatio, apoſtema in matrice, &nimia cho.in ſtomacho, & ſimilib. Secundo igitur docet digerere materiã cum hydromelle.

Hydromel. Nunc autẽ intelligendum,ꝙ hydromel eſt ſyr.ſeu potio facta ex aqua & melle: & hydromel duplex eſt, quoddam vbi ponuntur decẽ partes aquæ, & vna mellis decoquatur ad perfectionẽ,ſi mel tamen eſt purum,nõ oportet decoquere per ſe, ſed ſi cũ aqua, melior eſt cõmiſtio:eſt autẽ aliud hydromel,in quo ſunt quatuor partes aquæ,& vna mellis. Hydromel autẽ vbi eſt multum de aqua,cõpetit in morbis ſpiritualium,in ratione cibi,ſi virtus eſt fortis,& ęgritudo breuis terminationis:in via autem medicaminis competit cùm materia nõ eſt multum groſſa,nec viſcoſa,ſed mediocris vel quaſi in groſſitie,qa virtutẽ incidẽdi habet. Ea autem quæ impediunt eius exhibitionẽ ſunt, ꝙ ægritudo ſit liquefactiua,aut materia groſſa,viſcoſa,aut dominiũ cho. in ſtomacho,aut ſitis,aut apoſtema matricis,aut fluxus vẽtris,aut oppilationes nutritiuorum. Si autẽ hydromel eſt cum paruitate aquę,tũc ſi calor eſt debilis,& materia multum groſſa cõpetit, quia fortius nutrit,& fortioris eſt virtutis in incidendo. In aliis autem cafibus in quibus non competit,cum eſt multitudo aquæ,multo minus,& iſtud,

Oxymel. quia citius conuertitur in choleram,oppilationem,inflationem,& citius induceret ſitim. Tertium digeſtiuum eſt oxymel,& eſt ſyr.factus de aqua,melle,& aceto. Duplex tamẽ eſt oxymel, quoddam vbi eſt multum de aceto, & quoddam vbi eſt parum,quando eſt multum de aceto,tunc non competit niſi virtus ſit fortis,& materia multum groſſa,&

ægrit

ægritudo breuis terminationis. Si autem parum sit de aceto, tunc competit in ęgritudine breuis terminationis. Sed in longa, virtute existente debili, & materia parum grossa. Si autem materia est grossa, & virtus debilis, debet exhiberi oxymel paruæ cõmixtionis: si materia est parum grossa, & virtus fortis, tunc competit fortis commixtionis in parua quãtitate, & cum multitudine aquæ. In omni autem ægritudine chronica, prius debet præcedere oxymel paruę commixtionis, deinde fortis, vt inde magis particulariter procedamus. Nullum oxymel competit in pas. spiritualiũ, si pectus est strictum, & si adest fortis tussis. Si autem tussis est modica, & spiritualia salua, & forte, quòd ægritudo sit in declinatione, tunc debet dari oxymel cum decoctione liquiritiæ, & hordei tria cochlearia, & 12. de aqua. Sũmo tamẽ opere cauendum est, ꝙ in pas. spiritualium non prouocetur tussis, acetosa autem pronocant, & in hoc sunt multi decepti. Si autem ægritudo est in nutritiuis, debemus semper apponere, quæ conseruant & defendunt nutritiua, secundum diuersitatem mẽbrorum læsorum, vt zuccarum, aut sandalos, aut rosas, aut modicum de mentha, aut de scolopendria, spodio, & multis similibus. Quartum digestiuum est aqua, aqua autem in morbis acutis, quantum est in via medicinæ, nisi forte in ratione potus, tantum non competit, nisi cum omnibus istis conditionibus, quòd materia sit digesta, ægritudo in declinatione, quòd non cum apostemate, & quòd non sit oppilatio, & quòd cõsueuerit potare aquam, & sit iuuenis, virtus fortis, tempus calidum quòd multum sitiat, & aqua sit bona & bene frigida, & accipiat eum vno magno vitro, in magna quantitate quantum vno haustu poterit accipere, sine attractione anhelitus. Quintum capitulum de balneis, balnea autem administrantur in febribus, quæ sunt cum apostemate: & nũquam in aliquo casu competit bal. corp. existente plethorico, nisi apostemate rupto, materia digesta, feb. existente in declinatione, & corpore mundificato, materia existente homogenea. Bal. autem est triplex, quoddam quod vocatur soliũ, quoddam quod vocatur stupha, & quoddam quod vocatur empima. Solium est illud, quod fit in tina cum aqua caldul. in quo mundificatur cutis, & ea quæ vicinãtur cuti, & est

Non est tamere dandũ oxymel in morbis pectoris.

Aqua in morbis acutis quando cõuenit, quãdo non.

Balneum.

Non empima, sed em

pyrexima propriè dicitur, id est, incensio.

est illud quod cõpetit conualescentibus, & de isto videbatur loqui Hipp. cum dicebat quòd patiens debet esse quietus & tacitus, nihil agens, tutus à fumo, & quòd postea parietis tinę nõ fuerint magis eleuatæ, via sit breuis ad lectũ, & ꝙ locus vbi reponitur sit calidus, & suauiter à multis manibus pertractetur diligenter, & leuiter fascietur, ita ꝙ non laboret, nec in aliquo cadat error, sit tractatus vacuus cum intrabit, nec comedat, nec potet in balneo, postea cũ calor acquisitus per balneum abierit, quòd sumat cibum temperatè. Secundum bal. est stupha, vbi debent esse tres domus lapideæ, ita quòd in prima debet esse aër temperatus, aut parum excedens, in secunda magis calidus manifestè, in tertia multum cal. & hoc bal. magis competit in via præseruatiua, quia etiam ab interioribus mundificat: si nõ sit plethoricum, debet fieri post exercitiũ, & cum fricatione forti, vt non fiat subita mutatio, debet parum morari in prima domo, in secunda magis, in tertia quantum indiget & seruẽtur regulæ dictæ in primo balneo. Tertium bal. est parria, & potest fieri quatuor modis. Primus est, quòd corpus plenum aquositatibus infrigidatũ, corpore tamen mundificato, in diebus canicularibus debet sepeliri, vsque ad os in arena maris in meridie, & cooperiatur caput eius, vt non incurrat ephimeram. Secundo modo potest fieri in casu prædicto cum conditionibus prædictis in paupere, lento, phlegmatico, corpore mundificato, quòd ponatur in furno cali. & diutius immoretur. Tertius modus in casibus & conditionibus prædictis, quòd fiat fouea in terra, & ponantur in fouea carbones igniti de iunipero, & constituatur crater ferreus supra foueam, & supra craterem ponatur multitudo ebulorum, & patiens nudus iaceat supra craterem, & ex illis sic paratis ebulis vndiq; totaliter inuoluatur. Quartus modus cum cõditionibus prædictis est, quòd fiant duo ignes comparati, & patiens ponatur in medio, & voluatur vndique donec incipiat fumare, fricetur fortiter & ita curabitur, si Deus voluerit.

Pyra debet potius dici.

Signa pleuritidis à sanguine bilioso.

Aliqua tamen possumus addere ad prædicta.

Pleuresis autẽ fit de sanguine vergẽte ad chol. cuius signũ est, quia inuenis, cholericus, quia laborauit, est vrina rubea, tenuis, cum siti & amaritudine oris, sputo citrino, & cum dolore acuto, pungitiuo, intolerabili, in tali casu digerat

geratur materia sic,R.end scario.lactu.hepaticę,rad.vnguł cabalinę,capil.ve.re.ana ʒ.ij.quatuor se.fri.florũ nenuf. liquir.mũd.ana ʒ.j.hordei cum cortice,lib.ß.panis zuc.li.j. fiat syr.clarificatus. Si autem pleuresis fuerit de san.vergente ad naturam phlegmatis,quod cognoscitur, quia phlegmaticus de complexione cum venis strictis , & quia senex, vixit in ocio,& cũ plenitudine cibi & potus , eructuatione acetosa,vrina remissa,sputo albo,globoso & modico dolore,tunc cum talibus cõditionibus digeratur materia sic. R. rad. brusci.asparagi.se.brus.se.asparagi.an.ʒ.ß.capil.vene. re.ʒ. ij.end. scar.an.ʒ.j.se.melonis.se.end. se.scar.an.ʒ.ij liquir.ʒ.j.& hordei.ʒ.iiij.mel.ʒ.j.zucc.li.j.fiat syr.lib j.& ß.Si autẽ san.vergat ad melancholiam,quod cognoscitur,quia melancholicus , & quia habet venas strictas , angustas, est extenuatus,plenus cogitationibus, & cum acetositate trahẽte ad siccitatem,vrina tenui,& remissa,sputo,liuido, aut nigro,dolore non multo,sed cum graui & ponderoso. Digeratur materia sic.R.radi.apij.bugloss.borag. capil. ve. re.cichoreæ,end.scar.ana ʒ.ij.se.end.semi.melonũ,se. scar. se.brusci.se.asparagi. ana ʒ.j. liquir. hordei. ana ʒ.ij. panis zucc.lib.j.fiat syr.clarificatus vsque ad lib.j.& ß. Si autem materia fuerit grossa,viscosa,adhærens , cum stricturа pectoris,& quæ non habet exitum,nisi cum tussi laboriosa & cum difficultate magna,tunc competit gargarisma, ita tamen, quòd non transglutiatur.R. hyssopi,ireos. ana ʒ. iiij. capil.ve.re.fœnugræ.orobi,se.melonum,liquir.vuarũ passmund.caricarum.iuiubarum,hordei.ana j.mel. libr.ß.aceti al.ʒ.sem.fiat decoctio vsque ad lib.iij.& de hac decoctione gargarizet sæpius in die,& nocte tenendo in ore quandiu poterit. Vlterius intelligendum,quòd in omni pas.tussi,& labore spiritualium de materia cali.aut cum discrasia cali. fiat tale conditum.Rec.capil.ve.re.ʒ.iij. quatuor se. frigid. ana ʒ.j.vuarum pas.mund.à cortice,& arill.caricarum,suc. liquir.hordei mund.ana ʒ.ij. candi.penidi.dragaganti,gummi arab.ana ℈.sem.zuccar.lib.sem. omnia simul cum toto in vltimo conterantur,misceantur,fiat conditum,& ponatur in sole,& similibus calidis,donec fuerit fermentatum, postea die ac nocte,continuè accipiatur lambendo. Si autem materia fuerit grossa , siue viscosa,tunc. Recipe radic. ireos,hyssopi,summitatũ origani,calamenti,fol. satureiæ, capil.

A sanguine pituitoso.

A sanguine melãcholico signa.

Si semini singulorum ponatur ʒ. 1. satis erit ad sanguinẽ pituitosum digerendum cũ aliis rebus adscriptis.

Conditum ad omnem tussim , & morbum pectoris.

capi.vene.re.an.ʒ. 2.fœnigræ.liquir. hordei.an.ʒ.1. mel.℔b. ß conterantur, in vltimo fermẽtetur in sole, aut similibus, & sumatur, lambendo diutissime in ore tenendo.

DE RECAPITVLATIONE.

Acutarũ ægritudinũ regimen in tribus consistit.

CVM omnis prolixitas nouerca sit veritatis, ideo ego videns librum regimẽti diffusè traditum, sui motus amore socij mei magistri Ioannis de Confluento hunc librum à capite breuiter sub quodam epilogo pertractare. Regimen acutarum ægritudinum in tribus cõsistit, in dieta, potibus alteratiuis, & medicina. Ideo primo propono contradictiones medicorum ponere, secundo rectam administrationem diætæ in cibo scribere, tertio de potibus alteratiuis determinare, quarto de medicinis tam sensibilibus, quàm insensibilibus discurrere, quinto de bal. consummare, & si secunda successerit fortuna, postea medicinas ad alia præparabo. Extirpanda sunt vitia antequam seminentur virtutes, ideo de contradictione medicorum videamus. Quidam in principio ægritudinis inaniebant patientem, & in statu eum replebant, in replendo diuersifica bantur, quia quidam dabant ptisanam non colatam, quidã colatam, quidam potum aquæ tantum. Alij erãt qui primo dabant, & postea inaniebant, postea dabant. Alij erant, qui in toto tempore ægritudinis nihil dabant, cum deberent dare. Alij dabant grossum ptisanæ in qualibet ægritudine. Alij ptisanam colatam, alij semper potum tantum. Error omnium istorum patens est. Primi errabant cum subito inanirent. Vnde omnis subita mutatio nocet, & in sanis, & ægris. Errabant igitur ipsum inaniendo, necnon errabant replendo, quia nihil debet dari in statu, quod in principio prohibeatur. Nunc autem cibus prohibetur in principio per eos, quare in statu dari non deberet, sed isti qui dabãt in statu errabant, quidam minus, & quidam magis. Illi qui dabant ptisanam non colatam, magis errabant, & illi qui colatam, minus. Secũdus error principalis manifestus est, cum ipsi facerent subitas mutationes, in eo quòd dabant in principio ægritudinis nõ errabant, sed in eo, quòd postea subito inaniebant, & iterum postea subito replebant. Errores autem omnium aliorum aperti sunt, quia replere non replendum, inanire non inaniẽdum, malum est, ipsi errant huiusmodi, quare &c. Dare ptisanam non colatam

Quorundã in acutis mẽdosa procedendi ratio.

cum

cum non deberent dare,& colatã cum deberent dare,groſ ſum, & potum cum nihil deberent dare , ſatis manifeſtum eſt quòd errabant. Viſo de primo, videdum eſt de ſecundo, videlicet de recta adminiſtratione cibi,quia cibus exhibe tur per comparationẽ ad virtutẽ,ideo devirtute diſtingua mus. Virtus acutè febricitantis, aut eſt fortis,aut debilis: ſi fortis, aut eſt fortis abſolutè,aut comparatè. Si abſolutè fortis eſt,tunc demus ptiſanam colatam, & hîc ſecundum ſufficientiam. Si virtus ſit debilis,aut eſt debilis in ſe,aut per comparationem ad morbum. Si per cõparationem ad morbum,tũc in toto tẽpore ægritudinis,nihil dari debet, donec poſt criſim,niſi ægritudo eſſet liquefactiua,& corpo ris cõſumptiua,quod cognoſcitur, quia egeſtiones ſpumo ſæ ſunt,& tunc ptiſana non colata debet dari. Si ſit debilis in ſe,tunc à principio ęgritudinis vſque ad finem da ptiſa nam non colatam,niſi ita eſſet quòd eſſet conſtipatus,quia tunc non debet dari,ſed potius debet fieri clyſtere,vel ſup poſitorium,& hoc ſecundum virtutem, & niſi feces ſanita tis adhuc eſſent inuentę. Vnde permittendum eſt,quòd de ſcendant per ſe,vel per artificium,niſi poſſet excreare,quia tunc magis competit oxymel,niſi fuerit criſis prouentura, & niſi fuerit timendũ de malis ſymptomatibus. Si ergo ali quod iſtorũ non affuerit,ptiſana eſt continuanda. Modus autem dandi diuerſificatur penes conſuetudinem. In ſanita te ſi bis conſueuit comedere,bis in ægritudine:ſi ſemel, ſe mel in ægritu dine,poſtea muta eum ad bis. Quantitas de bet eſſe non multa,non parua,ſed mediocris. Item ſi ſit val de debilis propter ſe , vel propter feb. liquefactam , ptiſa nam non colatam da. Si adhuc magis , aliquantulum for tis,colatam da. Si adhuc magis potens,aquam in qua fue rit panis infuſus da. Item ſi vis dare ptiſanam magis via cibi quàm medicinę,ptiſanam tunc non colatam da. Si ma gis via medicinæ quàm cibi, tunc colatam da.

Cibum in acutis exhi bendi ratio, variat mul tis de cauſis.

Ptiſanæ exhibitio.

Ciborum quantitas.

Item ſi vis dare ptiſanam in via medicinæ, pone 20. lib. aquæ,& vnã hordei nõ excorticati, & bulliat vſq; ad lib. 1.

Item eligas hordeum maturum,inflatum,ponderoſum.

Item ſemper in ægritudinibus acutis ,da groſſiorem ci bum in mane,ſubtiliorem in ſero: in chronicis econuerſo.

Item in vna comeſtione,cibus ſubtilior præcedat groſ ſiorem.

Apho. 23. partic. 1. Item non dormiat immediatè post cibū. Hoc viso videamus de tertio, tamen quia digesta medicari oportet & mo-
Digerētia 4. uere nō cruda, ideo de digestiuis, postea de euacuatiuis videamus. Digestiua sunt quatuor, vinū, hydromel, oxymel, & aqua frigida. Primo videamus de vino. Vinū, aliud dulc. aliud pōticū, aliud odoriferū, aliud nō, aliud grossum, aliud
Vini differentia. subtile, aliud forte, aliud debile, aliud al. aliud nigrū. Vinū dulce cōpetit in apostematibus spiritualium, & adiuuat ad sereandū, nisi apostema fuerit in nutritiuis, vel ipse fuerit cholericus, & apostema fuerit ruptū, & feb. fuerit in declinatione, ventrem enim laxat: ponticum solum competit in diarrhœa: odoriferū competit vbi timemus de repletione cerebri & debilitate eiusdē: non odoriferū competit, quando caput est debile: grossum cōpetit, quādo ventris fluxus est, & timemus de dolore capitis. Subtile cōpetit, quando materia grossa est, & volumus eam incidere. Forte cōpetit, quando non timemus de capite & indigemus magna incisione. Vniuersaliter aut vinū album, aquosum, subtile, debile, magis competit in digestione feb. non enim facit dolorem capitis, nec conuertitur in chol. & facit multa iuua-
Hydromelitis vsus. menta. Nunc videamus de hydromele. hydromel enim est syr. cōpositus ex aqua & melle, & mel non debet decoqui si bonum & purum inueniatur. Feb. autē in qua cōpetit, aut est cum apostemate, aut sine. Si cum apostemate, aut est in spiritualibus, aut in nutritiuis. Si in spiritualibus, tunc cōpetit in æstate cū aqua frigida, in hyeme cum aqua cal. Si apostema sit in nutritiuis, nullo modo competit. Si vero est liquefactiua, hoc dupliciter, aut igitur est breuis terminationis, aut longæ. Si longæ, non competit: si breuis, aut habet ventrem laxum, aut non. Si sic, & sit nimis laxus, non competit, laxat etiam habentibus chol. in intestinis: si non est laxus & sit breuis terminationis, & feb. non sit liquefactiua, & apostema non fuerit in intestinis, tunc hydromel
Oxymelitis vsus. competit. hydromel calidæ complexionis est. Vnde videamus de oxymel, oxymel & secaniabin sunt idem, fit ex aceto, melle & aqua: frigidę complexionis est. Duplex est oxymel, multæ commixtionis, aut paruæ. Si multæ cōmixtionis, & morbus est cū apostemate in spiritualibus, & virtus fortis, tunc competit, tamen in parua quantitate. Si sit oxy mel paruæ commixtionis, virtus debilis & materia parum grossa,

grossa, viscosa, tunc cõpetit in moderata quantitate: si parũ grossa & virtus fortis, tunc non cõpetit multæ cõmixtionis, nisi forte in valde parua quãtitate, proportio debet esse recta vtrobiq; virtus fortis & materia grossa, oxymel multæ cõmixtionis, & econuerso. Si parũ grossa, & virtus debilis, oxymel debet esse paruæ mixtionis. Si apostema fuerit in ventre, tũc virtus aut est fortis, aut debilis. Si fortis, tunc competit, si debilis non competit. Si apostema fuerit in hepate, aut in splene, non competit, nisi aliqua conforta tiua membri ponantur, vt triasand. vel zucca. In hepate, & in splene ægritudo sit sine apostemate, aut erit chronica, aut acuta. Si acuta, aut virtus fortis, aut debilis. Si fortis, tunc competit, & multæ commixtionis. Si debilis, tunc oxymel paruę cõmixtionis competit. Si ægritudo sit chronica, tunc semper conuenit paruæ acetositatis. Quarto notandum est de aqua, aqua enim frigid. cõpetit in feb. acuta his conditionibus obseruatis, ꝙ sit iuuenis, & virtus fortis, & cõsuetus potare aquam, & materia sit digesta, & non fuerit apostema, nec fuerit oppilatus, nec fuerit in media ætate, & aqua sit frigidissima, hauriat in multa quantitate subito, & ꝙ multum appetat potare, & ipse sit cholericus, & ægritudo sit cholerica, his conditionibus obseruatis, & nõ aliter debet dari. Viso de digestiuis, postea videamus de euacuatiuis, cum euacuatiua sint duplicia, quædam sunt sensibilia, quædã insensibilia. Primo autem de euacuatiuis insensibilibus videamus. Ista autem sunt calefactoria. Calefactoria sunt triplicia. Primum est humidum, & fit ex aquæ positione in vase æneo, seu in vitreo, seu terreo. Secundum est partim humidum, partim siccum, partim mordicatiuum, incisiuũ, & fit ex hordeo, & orobo torrefactis, & in sacculo positis. Tertium est siccum, acutum, mordicatiuũ, & fit ex sale, & milio. Ista autem competunt secundum diuersitatem materiarum. Quandoq; est apostema cholericum, & in tali competit calefactorium primum, quod est humidũ. Si materia fuerit viscosa, grossa, tunc competit secundum calefactorium, quod est partim siccum, & partim humidũ: quędam est materia sanguinea, aquosa, subtilis, tunc competit tertium calefactorium, quod est siccum, & mordicatiuum. Sed ante applicationem istorũ, debemus cõsiderare vtrum corpus sit plethoricum, aut nõ: si non, tunc in principio de-

Aqua quãdo vtẽdum in febribus, ex Gal. lib. 9. Meth.

Calefactoriorũ vsus.

bemus calefactorium applicare, & si materiã peccantẽ non cognoscimus, apponamus primo calefactoriũ, si nõ iuuat, apponamus frigidũ, & in applicãdo debet esse cautela, quia inter calefactoriũ & latus, debemus pãnos lineos apponere, & calefactorium vndiq; circuire, & cauere ne fumus vadat ad nares, nisi materia expeteret. Si corpus fuerit plethoricum, quod cognoscimus, quòd per calefactorium non iuuatur, tunc aut dolor vadit versus superiora, vel versus inferiora. Si vadat dolor ad superiora, tunc competit phlebotomia, & hic si materia sit in fluxu, de basilica eiusdem partis. Si materia sit fluxa, tunc competit de mediana eiusdem partis, & hoc tantum extrahendo, donec color sanguinis permutetur. Si materia vadit ad inferiora, tunc competit secundum Gal. phlebotomia quantum est de securitate, secundum Hipp. competit pharmacia, vt elleborus niger repressus cum cathartico, vel fellichimum cum asa, & illud dabatur in tempore Hipp. Nos verò qui sumus in alio climate, non vtimur illis medicinis, sed vẽtrem lenimus cum cassiafist. & similibus. Post receptionẽ medicinæ, debemus eum nutrire cum aqua hordei moderatè. Hoc viso videamus de baln. Febris autem, est cum apostemate, aut sine. Si cum apostemate, tunc non competit nisi materia digesta, apostemate rupto, & febre existente in declinatione. Si sine apostemate fuerit, aut corpus est plethoricum, aut nõ. Si plethoricum, nõ competit balneum. Si non est plethoricũ, hoc dupliciter, aut materia est homogenea, vt est in cholera citrina, & tunc competit: aut est heterogenea, & tũc non competit balneum, & hoc potissimè materia existente pauca, quia resolueretur subtile & remaneret grossum. Nunc autem ipse non debet intrare bal. & hoc immediatè post comestionem, nec comedere in balneo, & debet esse tutus à fumo, & loquela, & lectus vbi iacebit sit calidior quàm consueuit, non multum crebrè proiiciatur aqua, permutetur suauiter, & desiccetur cum mantilibus, & via sit breuis à lecto ad tinam, parietes tinæ non sint multum eleuatæ, habeat aptos ministros, & sic per Dei gratiam in acutè febricitantibus completum est regimen. Et tu per viam exempli secundum magis & minus potes idem intelligere in chronicis, & si completè dicta Hippocratis non aggregaui, peto veniam de omissis, &c.

Vene sectio.

Fellichimũ vocat pepliũ quo cũ succo silphij vtebatur. Hipp. 2. de rat. vict. acutorum.

BER

BERNARDI GORDONII AFFECTVS PRAETER NATVRAM CVRANDI Methodus, in qua indicationes, quæ à Medico sunt obseruandæ, dilucidè enucleantur.

***

INGENIA curationis morborum, quantum est de præsenti, sunt decem. Primum sumitur ex morbo, iuxta illud Gal. 5. de ingenio, Semper ante mentis aciem ægritudinis cognitionem habeas. Prima consideratio sumpta à morbo, fortis est & valida, quoniam si consideratio morbi, & aliorum particularium contradicant, fortior est consideratio sumpta ex morbo, potissimè si morbus fuerit intensus. Docet igitur per contrarium fieri curationem, cæteras igitur significationes distrahit & abscindit, & suá declarat significationē, sicut hic verba possunt colligi ex dictis Gal. 8. de inge. cap. finali. Quantum igitur de præsenti, ingenia curandi morbos sumpta ex morborum essentia, sunt vndecim. Primum sumitur ex morbi essentia, scilicet si simplex sit, vel cōposita, quod cōtinet tria ingenia. In primis igitur cōsideremus, si morbus est simplex vel compositus: si simplex, aut intēsus, aut remissus: si remissus, debile medicamē sufficit in reducendo: si intēsus, forte medicamen intēsum per contrarium est applicandum. Si autem compositus est morbus, considerandum est ex quot & ex quantis sua conficitur compositio, & secundum diuersitatem compositionis sunt diuersificanda medicamina, considerâdum igitur est, quod istorum sit molestius, & molestiori ipsius debemus succurrere, aliud non negligēdo. Secundū ingeniū dependet ex primo, scilicet ꝙ consideremus si vnum est causa alterius: si sic, prius succurrendū est causæ. Et tertium adhuc ingenium, quod cōtinetur sub primo est, quòd consideremus si vnum nō potest curari nisi aliud prius curetur: ita prius succurrendū est ei sine quo aliud curari non potest: si

Ingenia vocat inuētionem eā quæ fit per discursum indicationum.

Indicationes à morbi essentia sunt vndecim.

autē æqualiter est cōsideratio, æqualiter vtrunq; curetur: à morbi essentia est sumendum exordium. Secundum ingenium est, quòd consideremus, si dolor est iunctus ægritudini, quòd causam doloris remoueamus, dolorem autē mitigemus: & si non est nobis alia via, quòd stuporem inducamus, & hoc fiat cum cautela, quòd in stupefaciendo non transeamus papauer. suo enim stupore domesticum est, secundum Auic. Tertium ingeniū sumitur ex tempore, scilicet quòd extrema tēpora, sicut æstatem & hyemem timeamus, scilicet in medicinis laxatiuis & vomitiuis, & incidendo, aperiendo, & in omni forti medicatione: si igitur indiguerint, quantū erit possibile, moderentur. Quartum ingenium sumitur ex accidentibus animæ, scilicet quòd regimen declinet ad lætitiam & gaudiū, moretur cum dilectis, & cum illis quos timet, vt prohibeāt eū à nocitiuis. Quintum ingeniū sumitur ex motibus & mutationibus, scilicet vt mutetur de domo ad domum, de camera ad camerā, de magnis villis ad paruas, & quòd mutetur ad media, ad mōtes, ad valles, aquas, aërem, & ꝙ omnia declinēt ad delectationē, & ad maiorem aëris puritatem, ita mutetur forma, & sit ordo, modus, breuiter omnia consideret medicus, quæ lætitiā inducere possint, aut curationem, aut appetitum, & similia. Sextum sumitur ex natura ægritudinis, scilicet si est breuis terminationis vel tardæ. Si breuis, ꝙ cibus minuatur: & si fuerit acuta, aut furiosa, quòd prius euacuetur nō expectando digestionē, si corpus fuerit plethoricum, aut materia venenosa, & sic de aliis: si est tardæ terminationis, quòd euacuemus post digestionē, & cōfortemus virtutē infirmi cum cibis & potibus, simus etiā magis liberales in dando, quàm in subtrahendo. Septimū est vt consideremus si est cum apostemate, in primis vtatur repercussiuis, nisi talia fuerint, quæ non impediant, sicut est corporis plenitudo, aut furia, aut venenositas, aut dolor nimius, aut quòd non esset in emunctorio mēbri nobilis, & similia. Et quòd in augmento ponamus partim repercussiua, & partim maturatiua, mūdificatiua, abstersiua, & sic de aliis, iuxta considerationem particulariū. Octauū sumitur ex aëre, scilicet ꝙ semper ægritudini cōtrarietur, & quòd sit medius elongatus à locis corruptis: ideo oportet, quòd nō sit nimis coarctatus, nec nimis ventosus, sed

Indicatio sumpta à dolore.

A tēpore.

Ab animæ accidentibus.

Ab aeris & loci mutatione.

A natura ægritudinis.

A morborum complicatione.

Ab aëre.

medio

mediocriter. Conſpicere debet igitur medicus diſpoſitionem ciuitatis & domus: ſi fuerit in parte decliuiori ciuitatis, quòd ipſum faciat mutari ad ſuperiorem partem villæ, cum cautela, quòd ſit cautus in portando. A labore debet aduertere medicus, ſi eſt officium maximè patientis cõtriſtans ipſum, ſicut ſunt fabri, macellatores, paratores coriorum, fundentes ſepum, & qui operantur de ſulfure & ſimilibus, & quilibet debet reſpicere domum, & quòd intret cameram, ſi eſt iuxta terrã, quòd non ſit rheumatica: ſi eſt ſuperius, quòd nõ ſit nimis ventoſa: ſi eſt de lapidibus, aut poſtibus, aut tegulis, aut terra, aut quòd medico occurrat, obſeruetur, & in omnibus iuxta naturã ægritudinis, & aliorum particularium. Nonũ ſumitur ex miniſtris neceſſariis medico & coquo. De miniſtris, quòd ſint boni, & patientem diligentes. Et quòd appetant ſalutem patientis, & quòd nõ nuntient ei aliqua de ſiniſtris, & non permittant intrare niſi paucos, & diligentia miniſtrorum aduertantur ad omnia quæ dicta ſunt, intrinſecus, ſcilicet ad latratum canum, ne impediatur ſomnus, caſum & ruinam: ſi veniat ſudor, ne ſit diſcoopertus, neq; nimis coopertus, & potiſſimè, quòd non arctent ipſum, quia multi ex hoc ſuffocantur, aduertat ad multa alia ſigna ſimilia, ad quæ narrandũ non ſufficeret præſens dies. Et aduertere debet potiſſimè ad coquinã, quòd coquus ſit tẽperatus: ſi enim eſſet phlegmaticus, res multum ſalſæ iudicarentur ab eo inſipidæ, & ſic de aliis. In mortario quòd nihil teratur niſi ad opus infirmi, & quòd vaſa ſint vitreata, terrea, vel ſtannea, aut cuprata, & ſic de aliis per ordinem, quod medici induſtria relinquatur. Et cum hoc attendendum eſt ad medicum, & præter conditiones quas ponit Haliabb. ſcilicet quòd ſit bonæ viſionis in 5. ſenſibus, velocis ſolertiæ, bonæ rememorationis, boni iudicij, & ſani intellectus, oportet quòd habeat in ſe tria, quòd ſcilicet ſit ſapiens, diligẽs, & quòd operetur ſecundũ artem. Prima iſtarũ eſt ſummè neceſſaria, ex hoc quòd ſit potens interpretari dicta Hippo. Gal. vniuerſalia & particularia diſcernere. Vniuerſalia particularibus applicare, quare oportet quòd ſit ſciens. Secundo, quòd ſit diligens, ſcilicet quòd de mane viſitet patientem, & potiſſimè propter vrinam & reſidentiam, vt videat colorem & ſubſtantiã antequam corrũpatur, ordinet de cibo

Ab aſſiſtentibus.

Coquus qualis eſſe debeat.

Medici conditiones.

Medici officium.

infirmi,& aliis particularibus, obuiet periculis futuris, & reprimat præcedentia. Secundo debet visitare in meridie, vt possit bene videre naturam, actum, terminum, compositiones morborũ,& accidentia eorum, & vt ordinet somnifera medicamina,cibos in crastinum, & alia quæ potest considerare circa infirmum, quòd reddat ipsum obedientem,assistentes diligentes, & omnia quæ intrinsecus eius sunt ad vtilitatem infirmi. Tertio quòd medicus operetur secundum artem,scilicet per canonẽ Gal.Hipp.& aliorum sapientum, & in hoc condemnatur omnis ars augurandi, sicut est ars geometrica, suspendendi herbas ad collum, omnia empirica,sorticinia, fascina, & alia quàm plurima quæ nõ est bonũ reuelare propter abutentes,qui cõscientia neglecta,vtuntur magicis, & quibusdã ingeniis fatuis, & cum omni solertia pessima, mala lege, & multa similia quæ non est bonum narrare,vt quòd calumniosum puniatur,& testor Deum,& nimirũ, quòd nunquã vidi hominẽ malitiosum in medicina,qui diu duraret dies suos,quia

Medicus rationalis debet esse.

Non habet euentus sordida præda bonos.

Indicatio sumpta ab effectu medicaminis.

Decimum ingenium sumitur ex effectu medicaminis, nam vides,& in processu cognoscis, quòd non bene operatur,nullo modo moreris in errore,sed corrige ipsum: si autem rectè operetur, non mutes medicamen, sed mutes modum,quia à consuetis non fit passio:

Nam durum lapidem gutta cadendo cauat.

Si autem aliquis agat diminutè, dicit Auic. quòd tunc natura curabit,aut manifestabit. Si autem timeas ignominiam,da quæ nõ possunt iuuare,nec nocere, de quo sit curandũ,sicut est simplex iulep & similia: & intantum insiste libris die ac nocte: considera tumorẽ, dolorem, læsionem, operationem,anatomiam, & quæ egrediuntur à corpore, iuuantia & lædentia,qui ad ista diligenter considerauit,est possibile,quòd cognoscat,aut secundũ veritatem,aut coniecturam proximam veritati,si non est lapis molendini, & talibus non scribo. Vndecimũ ingenium sumitur ex modo medicandi,& dicit Auic. Amplius scire debes, quòd non omnis repletio,nec omnis malitia cõplexionis, suo medicatur contrario, sed sufficit administratio bonitatis reiminis,medicus igitur melior est, qui ægritudinem cum cibis & potibus curare poterit vel sciuerit. Insistamus igitur

Galen.

primo

primo in curationibus morborum in potibus alteratiuis, medicinis alterantibus & digerentibus, & si non cum manuali operatione, quæ chirurgia appellatur, sunt ista ingenia, quæ sumuntur ex morbi essentia.

Indicatio à tẽperamento.

SECVNDVM ingeniũ principale sumitur à cõplexione, cõplexio enim debet cognosci à medico totius & partis per ea quæ docet Gal. in techni. Circa cõplexionem cadunt 6. regulæ. Prima est, ꝙ debet attendere cõplexionem, quia tunc circa illã versantur operationes, nõ circa alia, sicut docet Gal. 11. de ingen. sanit. cap. 1. versus finẽ, scientia coniecturans, & proxima veritati est eleuatio in discrasia sua, & per cõsequens naturã medicaminis, naturã graduationis, in quo gradu, & meta eleuetur medicamen, ita secundum qualitatẽ, quantitatẽ & modum, & si nõ exquisitè, saltẽ in aliis medicaminibus per viam rationis, & experimenti appropinquabo ad veritatẽ, quantum est possibile ex arte, & fortissimũ capitulum est, & indiget solerti ingenio. Secunda regula est, quando complexionẽ scio, scio terminum reductionis, & quando debeo cessare ab alterationibus: est enim cõplexio in alterando & reducendo, sicut signũ ad sagittam, ipsa enim ignorata inanis vel casualis est operatio. Tertia regula est, ꝙ omnis discrasia similis cõplexioni facilioris est reductionis. Iuxta illud: In morbis minus periclitantur ægrotantes, &c. quia simile de facili patitur à suo simili, & in causa prẽsumitur debilis, ita si cholericus & phlegmaticus incurrant tertianã, minori reductione indiget cholericus quã phlegmaticus, quia discrasia esset in suo simili. Quarta regula est, ꝙ omnis discrasia in contraria cõplexione difficiliotis reductionis est, & fortioribus indiget medicinis, quoniã natura terretur fortius postquã discrasia est introducta non obstante contrarietate particulariũ: fortis enim est ignis, qui in aqua non extinguitur, & ita phlegmaticus, qui incurrit tertianã, fortiori indiget reductione: & ista sunt vera vt plurimum in quantũ est de natura rei, tamen aliquæ cõditiones debent apponi, quæ prædicta impediunt, sed sunt de rarò contingentibus, circa hæc ponamus talẽ casum. Ponatur cholericus aliquis in æstate, qui vtatur cibis calid. aggregabit multitudinẽ choleræ, possibile est, ꝙ illa chol. licet multa non putrefiat, vtpote quia boni regiminis in aliis, vt exercitio

Aphor. 24. partic. 2.

Hypothesis.

in balneo, fricationibus & aliis. Tunc ponatur phlegmaticus in æstate vel hyeme in quo dominetur 3.j. chol. possibile est, quòd balneetur in balneis aluminosis, aut quia subito exponit se aëri frigido, quòd in illo est putrefacta 3.j. & in alio cholerico, quod putrefiat, ℔.j. peior erit etiam chol. in cholerico nõ est dubiũ, quia materia est maior. Ita cum diximus de conuenientia particulariũ, intelligimus, ꝙ omnia sint paria, & nõ diuersa nisi in cõplexione, tunc manifestatur canon prędictus, medicamen verò posset iudicium impedire. Quinta regula est, ꝙ omnis cõplexio siue lapsa, siue non, in tẽpore morbi cõseruanda est, nisi ante ægritudinẽ lapsam complexionẽ incepisset reducere, sicut testatur Gal. 7. de ingen. sanit. vbi æquale ponit tẽpus esse reducendi cal. & frig. sed modus est æqualis: in eodẽ enim tẽpore in quo cal. reducit frig. in eo frig. cal. cum sint qualitates actiuæ, modus tamen non est æqualis, quia si membrum frig. alteretur, & cal. membrum vicinum lædetur à medicamine frigid. multum lędetur, quia frigid. est naturę inimicum occidens & mortificans: totum contrariũ est de hum. & sic. quoniã modus reducendi est æqualis, sed tempus non æquale, humidum enim de facili reducitur à sicc. sed sicc. tardè ab humido: pro tanto dicebat Gal. facilius rem humidam deficcare, quàm siccam humectare: modus tamen est æqualis, quoniam membrũ sanum vicinum non alteratur, de quo sit curandum, & sicc. nec ab humid. &c.

Galen. 7. Methodi.

Indicatio à viribus.

TERTIVM ingeniũ principale sumitur à virtute siue actione, siue operatione mẽbrorũ. Virtus enim in primis considerandа est, quoniã sublimior omnium considerationum, vel intentionũ, est intentio sumpta ex virtute, sicut dicit Gal. in fine primæ partic. regiminis acuto. supra illam partem, Quòd si antiquus cibus, &c. virtus enim in tẽpore morbi custodienda est, sicut Gal. testatur 12. de ingenio sanit. cap. 5. versus princip. Virtus enim custoditur secundũ Gal. ibidẽ ex custodia spirituum, & fundamenti membrorum, sicut est cerebrum, cor & hepar, ideo omnia illa quæ corpus dissoluunt, ad debilitatẽ faciũt, sicut potest colligi ex dictis Gal. in regimine acuto, prima partic. supra illam partem, Quo sumpto si dolor, &c. ideo in talibus partibus de facili virtus dissoluitur. Si igitur aliquis fuerit choleri cus, inuenis in æstate qui laborauerit, abstinuerit & incurrat

rat, fe. certè si iniungatur sibi abstinentia, cito venit ad illã terribilẽ faciẽ Hipp. & ideo ilico cibus dandus est, sicut te statur Gal. in prognosticis, supra illã partẽ, Quòd si sic fue rit, &c. ad vnam columnã, cum dimidia versus principium quinti. & si ista dissoluunt virtutem, cõtraria custodire in tendamus, vnde in custodia virtutis, tanquam magistra o mnium ingeniorũ curandorum morborum est insistẽdum. Circa igitur virtutis actionẽ, & operationem, quoniã ope ratio arguit virtutem, cadunt duæ considerationes. Prima talis est, in virtute, & actione mẽbrorum, debemus inten dere: quoniam actiones quorũdam mẽbrorum sunt nobis necessariæ multum in curationibus morborum, & quædã modicum: verbi gratia actio motiua cerebri est modicum nobis necessaria in curationibus morborũ, quoniã non est necessarium in morbis, ꝙ patiẽs sit viator, nec ambulator: sed tamẽ actio hepatis est multũ necessaria, quia virtus na turalis est, quę curat morbos secundũ Gal. in de crisi, & pro tãto in pas. cerebri audemus apponere fortiter dissolutiua in pas. hepatis cum dissolutiuis debemus apponere aliqua styptica. Et Gale. docuit cuidã, vt in quodã infirmo sibi ap ponere aliqua styptica ad cõfortationẽ eius, & noluit sibi credere, & cũ visitaret eũ, inuenit eum mortuũ, & laudaba tur eum ille medicus iret ad eũ, & ita patet ingeniũ, quod debet sumi ex virtute ad bonum. Veruntamen & secunda consideratio circa istam materiam, sumitur ex virtute, & consideratio sumpta ex virtute, est causa considerationis virtutis & potentiæ, & omnia instrumenta ex quibus me dicus operatur, regulat & informat, diætam, potionem, & manualem, scilicet, compositionem ad totum morbum sci licet, si enim virtus fortis est, & potest tolerare vsq; ad cri sim nihil dabitur forte nisi hydromel, & similia, de quibus non curandum, cum virtus sit debilis per viam inanitionis & dissolutionis, & nõ per viam prosternationis & repletio nis, sicut ista leguntur à Ga. super illum aphoris. 1. particu læ. Cõtemplari autem oportet, &c. Si autẽ detur cibus per comparationem ad vnam exhibitionem, & virtus est for tis, multum dabitur, quia virtus fortis multum potest di gerere, & rarò. Si virtus est debilis, parum dabitur & fre quenter: & parum, quia non posset vna vice multum dige rere: frequenter, quia non posset tolerare ex illo aphoris.

Gal. 13. Methodi.

Aphor. 3. libri 1.

Et

2.aph.17. Et quibus semel,aut bis &c.& ita patet quomodo regulat exhibitionẽ cibi. Et etiam regulat potum,hoc patet,quia cum aqua frigida competit in febr. cum cõditionibus obseruatis,inter omnes potentissima est virtus,quòd sit fortis,sicut potest colligi ex dictis Gal.in regimẽto,Et iis qui pleuretici sunt &c. Quòd autem informet potionẽ, patet in digestiuis,& euacuatiuis. In digestiuis patet de oxymel multæ acetositatis,quod non debet dari nisi virtute forti, sicut habemus ab Hippo.& Gale.in tertia parte regimenti acut.cum loquitur de hydromelle acidissimo, & specialiter in illa parte,Quòd si fuerint vires infirmæ. Et de euacuatiuis est planum, quia clysteria nõ audemus facere nisi virtus sit fortis,sicut dicit Hipp.in regimento,Quòd si antiquus, si virtus, & eius ætas permiserit, clysteri opus est &c.quòd multò minus audemus,dabimus medicinam vomicam,aut secessiuam,nisi virtus sit fortis,cum omnes medicinę laxatiuę sint nocitiuę stomacho,& propriè ori eius sicut dicit Gal.in regimento super illam partem, Porro si pas.&c.De manuali operatione patet incidendo,vrendo.& phlebotomando,de quo Gal. specialiter docet cõsiderare virtutem, sicut ipse dicit in regimẽto supra illam partem, Quando dolor ascendendo,&c.& rectè in fine quinti.Quare discurrendo particulariter per omnia instrumenta,cum quibus medicus operatur,virtus omnia regulat, dirigit,& informat.ad ingenium igitur sumptum mirabiliter cum diligentia est aduertendum.Bene igitur est dictũ, quòd sublimior omnium intentionum est intentio sumpta à virtute.Virtutem igitur oportet custodire, quia vim digerit putridam & coniunctam cum feb. refrigerat, sicut dicit Gal. 11.parte de ingenio,cap.6.in fine.

Indicatio à mẽbri prastantia.

QVARTVM ingeniũ principale sumitur à principalitate,& nobilitate mẽbrorũ.Gal.& Auic.& omnes cõcordant in hoc,quòd cor est nobilius mẽbrum,quod sit in corpore, & conseruatur cum nobilitate anhelitus,& sanguinis,sicut docet Gal.12.de ingenio.Aduertendum igitur diligenter ꝙ aër,qui attrahitur non sit corruptus modo aliquo,& ꝙ cibus sit in tali qualitate, quantitate & ordine, ꝙ digeratur in stomacho & hepate,& ita spiritus qui generatur in cor de erit,subtilis,clarus & mundus:si autẽ aër sit corruptus, pestilentialis,aut hu.corruptio rectificetur & confortetur

cor

cor cum medicinis cordialibus, ideo valent in rectificando alterationes, mundificationes & similia, & ideo iuxta conuenientiam particularium, valent ista acetum, camphora, muscus, bugloſſa, auri puri folia, os de corde cerui, margar. hyacinthi blatabizātia, corallus, & similia. Secūdo debemus cerebrū conſiderare, quoniā ſi cēteſima pars diminuatur, vel in hepate, vel etiā in cerebro, vel in corde cito fieret mors: ideo debemus purgare, mūdificare, cōfortare & ea quæ potiſſimè ſunt boni odoris exhibere, ſicut habetur 12. de ingenio. Et pro tanto valent poma rub. potiſſimè inuenta in Montepeſſalano, ambra, ſand. & multa ſimilia, iuxta conuenientiam particularium. Tertio debemus conſiderare hepar, quòd non dentur cibi oppilatiui, ſicut eſt triticum coctum, fabæ, & ſimilia, potiſſimè in caſu, vbi non competerent de natura rei: ſed dentur cibi temperati in qualitate, quantitate: & ordine, & quòd prima digeſtio ſit perfecta: & ita à duobus ſummè cauere debemus, à nimis diſſoluentibus & oppilatiuis. Quarto debemus conſiderare ſtomachum, ſi debilis, quòd aquam frigidam nullo modo tribuamus, ſed cōfortemus modo cum melle, modo cum ro. modo cum zedoar. modo cum mentha, & ſimilibus, quæ iuxta differentiam particularium competūt, tamen ſi ſtomachus non eſſet debilis, dare non audemus. Quinto conſideremus cōplexionem, ne nimis calefiat, aut infrigidetur, aut repleatur, aut coarcetur, & potiſſimè, ꝙ à rheumate, vel ſanguine nō grauetur: in talibus debemus adiuuare & alleuiare, cum iis quæ habent aſpectum ad cōplexionem, ſicut eſt ireos, hyſſopus, capillus vene. iuxta tamen conuenientiam particularium. Sexto conſideremus complexionem ſplenis, potiſſimè in oppilationibus eius, & duritiem, & quòd adminiſtremus ea quæ habent aſpectum ad ſplenem cum deoppilantibus, & dicit Gale. 12. de ingenio, cap. 6. verſus finem, quòd radix capparis, acetum, & mel competunt ſpleni, ſicut abſinthium, ſquinant. & ſpicanardi, hepati: ſplen tamen generaliter fortioribus indiget. Septimo conſideremus renes & veſicam, & matricem, aperiantur & mūdificentur, cum iis quę habent aſpectum, ſicut eſt miliū ſol. cantharides, ſauina, & ſimilia iuxta differentiam particularium.

QVINTVM ingeniū principale ſumitur à cōſideratione

Indicatio à partis compositione.

ne mẽbrorum,& fabrica eorum patet sic: si enim cerebrum purgare volumus sensibiliter per palatum, & nares,& si insensibiliter potissimè cõmissuram anteriorem, alia enim emunctoria nõ habent sensibilia, nec manifesta. Si autem pectus purgare volumus per cãnam, purgabitur cum tussi. Si autem stomachum purgare volumus, duobus modis poterimus, superius per vomitum, inferius per secessum. Si autem hepar, cum habeat suam fabricam versus venã pro fundam, ideo duobus modis poterimus purgare, per vias vrinales,& per ventrem. Si autẽ intestina, per inferiora tantum. Si autem renes, vesicam,& matricẽ, per inferiora tantum. Locus autem qui est inter siphac,& mirach, nullũ habet emunctorium, ideo de difficili euacuãtur ventositates & aquositates, quæ ibi continentur, nisi cum diuretic. aperitiuis, dissolutiuis,& paruitate cibi & potus,& cũ his quæ à tota specie euacuãt aquã hydropic. sicut est ireos, & electuarium de succo menthæ agrestis,& similia. Si autẽ iuncturas purgare volumus, de difficili purgabimus, potissimè materiam coniunctam, ideo corpore mundificato, vel cauterium, ventosæ, emplastra, vnguenta, & similia, apponemus, & ea quæ à tota specie euacuant à iuncturis, sicut est electuarium de suc. ro. hermod. turbith,& similia, iuxta cõuenientiam particularium. Et si volumus purgare oppilationes nerui optici, aut materiam cõtentã in eis neruis, & à profunditatibus mẽbrorum & venarũ, de difficili possunt expelli, & hic oportet, quòd medicus sit multum expertus, talia possunt esse sicut pulpa col. quæ materiam ducit à profunditatibus venarum,& hoc considerat medicus quæ medicinæ competant in lepra confirmata, & nõ confirmata. Et de ista materia per Dei gratiam singularẽ tractatum sumus facturi, ideo aduertat,& ad paralysim, spasmum, cataractam & similes ęgritudines. Patet igitur ex dictis quomodo,& qualiter ingenia curãdi diuersificantur per diuersitates curationis morborum.

Loca conuenientia per quæ humores à partibus educuntur.

Indicatio sumpta à partis substantia.

SEXTVM ingeniũ principale sumitur à compositione mẽbri, quoniam quædam membra sunt naturaliter solida & dura, sicut nerui, ideo fortioribus indigent medicinis,& in meliori quantitate, sicut dictum est in cap. præced. quędam mollia naturaliter, sicut caro, ideo debilis sufficit medicina,& sicut est in naturalibus, sic est in artificialibus & acquis

acquisitis, firmiter opinantur: aliqui autē habent musculos totius corporis duros & solidos, ideo indigent fortioribus medicinis, sicut sunt illi, quorum cōsuetudo est multum laborare, & diu non iacere, sicut sunt marinarij, & homines armorum, agricolæ, pastores & cōsimiles: illis verò quibus tota caro est rara, & mollis, sicut sunt mulieres, &c. debilis medicina cōpetit, & sicut omnium eorum qui consueuerunt esse in vmbra, & quiete corporali, sicut scholares, studentes, religiosi & mercatores, quidam sunt draparij, & tapesatarij, & consimiles, qui quotidie sedent in operatoriis. In his enim omnibus, cautela maxima est operanda. Patet igitur quomodo consideratio sumpta à consideratione membrorum docet considerare diuersitatem ingenij curationis morborum.

Indicatio sumpta à vitæ cōsuetudine.

SEPTIMVM ingeniū principale sumitur à colligantia mēbrorum. scimus enim ex anatomia membrorum, ꝙ cerebrum colligatur cum stomacho per duos magnos neruos descendentes à cerebro ad stomachum. Patet igitur, ꝙ materia rheumatica de facili potest descendere à cerebro ad stomachum, & cum hoc possunt fumositates ascendere à stomacho ad cerebrū: verbi gratia, si aliquis habet oculos debiles, aut cap. caueat ab alliis, vino forti, cæpis, piscibus, & similibus fumosis: similiter qui habet stomachū debilē, caueat rheuma: & si fuerit ea materia, odoret camphor, ros. & sandal. & si materia fuerit frig. odoret ambrā, styracem, ladanum, & similia. Scimus enim per anatomiā, ꝙ mamillæ habent conuenientiam cum matrice: si igitur volumus menstrua retinere, apponamus ventosas supra venas, quæ sunt sub mamillis: si volumus postmodū prouocare, fiat minutio de saphenis: scimus etiam per anatomiam quòd in pas. hepatis competit phlebotomia dextræ partis, & in passionibus splenis de basilica sinistræ partis, & propter hanc societatem debemus scire, quòd in pluribus corporibus operationes sunt seruandæ dextri ad sinistrum, & econuerso, sicut potest colligi ex dictis Gale. in Aphoris. Posteriora capitis dolentia versus finem quintæ particulæ. scimus enim quòd intestina habent colligantiam cum hepate mediantibus venis meseraicis, fluxus igitur ventris aliter curabitur, cum est ex meseraicis, aliter cum est ab hepate, aliter cum est à venis, & à toto corpore, & sic

Indicatio sumpta àcō nexione mē brorum.

Aph. 61. par. 5.

sic de aliis. Patet igitur quòd ingenia curandi diuersificantur secundum membrorum colligantiam.

Indicatio sumpta à vicinitate.

OCTAVVM ingenium principale sumitur à vicinitate mẽbrorum, cũ enim nerui retro transeant per dorsum, approximantur cordi, & ideo stomachus cum vicinitatẽ habeat cum corde & potissimè versus orificium suum, & stomachus patiatur, cõpatitur sibi cor vicinitate: ideo à stomacho aliquando venit syncopis valde fortis, quare stomachus est purgãdus. similiter matrix est vicina diaphragmati, ideo in suffocatione matricis accidit syncopis, quare oportet matricem mundificare à corruptis humoribus, & apponere fœtida naribus. Patet igitur quòd ingenia curandi diuersificantur secundum membrorum diuersitatem.

Indicatio sumpta à situ partium.

NONVM ingeniũ principale, sumitur à positione membrorum in superficie, vel in profundo positorum: quoniam cum est membrum in superficie, modica quantitas medicaminis sufficit, quia de facili veniet ad particulam patiẽtem cum virtute sua: si autem fuerit in profundo, oportet dupli care, vel triplicare medicinam. exemplum de primo, posset esse stomachus, de secundo pulmo, matrix, renes, vesica, iuncturalia, & extrema, materia coniuncta existens in extremis, digeratur modicum per potionem sumptam per os, quoniam iam aperit virtus antequam sit illo in loco, & ita patet quo modo membrorum positio diuersifica fiat per ingenia curandi, &c.

Indicatio sumpta à partiũ sensu.

DECIMVM ingenium, & vltimũ sumitur ex sensu, quędam enim mẽbra habẽt fortem sensum, sicut stomachus, & in talibus nõ audemus apponere mordicatiua medicamina, quoniã propter sensum nimiũ induceret nimiũ dolorẽ, & ita syncopim: quędam autẽ membra sunt debilis sensus, sicut ligamenta: aut nullius, & in talibus audemus fortissima medicamina apponere, & ista omnia sunt ex dictis Gal. 7. de inge. sanit. & potissimè ex 7. parte, cap. fin. & ex dictis Auic. 1. canon. Fen. 4. ca. 1. Statuta fuit hæc ordinatio in prędclaro studio Mõtis pessulani, anno Domini 1296. Mense Iulio, Die Mercurij post festum beati Martialis, & quia aliqui ex sociis volunt scire, dandũ est. Intelligendũ, quòd longa sunt tempora, quòd nos abbreuiauimus regimentum acutorum, & venit ad manus multorum, postea cõpilauimus opus totum de crisi, & de criticis diebus breuiter, &c.

Seq

SEQVITVR TRACTATVS DE PROGNOSTICIS, QVI QVINque continet partes.

SENECTVS domina obliuionis est, nota autem, cùm scientia prædicendi sit ardua & difficilis, nec nõ multũ vtilis, ideo signa prognostica & dies criticos intendo sub quodam epilogo pertractare, vt meę sit solatium senectutis, non cõfidens in aliquo de meis viribus, sed de vbertate gratiæ Saluatoris. Si autem in hoc opere aliquod dictum fuerit retractabile, ex me illud fateor esse: si autem aliquid boni fuerit ibi, non à me fuit, sed ab illo,

Qui siccam rupem fundere iussit aquas.

Scientia autem prędicendi est vtilis ad multa, quia audita prognosticatione vera patiens redditur obediens, & imaginatur quòd medicus potens est ipsum curare. Subuenit etiam futuris periculis, & præseruat medicum ab infamia & dehonestate, & per consequens cum cognoscit, statim scit diætare, cibare, syrupum & medicamina applicare, & particularia etiam remedia adhibere, sicut videbitur suo loco. Clauis autem totius prognosticationis consistit in comparatione virtutis & morbi, quia si virtus superet morbum, curabitur proculdubio, quia ex aliquo non fit sanitas, nisi ex completo dominio virtutis supra materiã morbi. Si autem morbus dominetur naturæ, morietur, quia nihil aliud est mors quàm completum dominium morbi supra naturam. Fortitudo autẽ virtutis cognoscitur ex fortitudine operationis, cum operatio arguat virtutem. Si igitur ratio sit salua & imaginatio, & inde memoria, sensus bonus, motus, somnus, vigilia, & operationes vbique sensuum sunt perfectæ, decubitus & motus totius corporis, tunc prima basis est salua, & per consequens vna virtute salua, reliqua remanent in sua dispositione. Si autem anhelitus est laudabilis, pulsus æqualis & ordinatus, tunc virtus cordis est salua, & per consequens totum corpus, quia vna virtute læsa, reliquæ non possunt penitus esse saluæ. Si autem egestio, appetitus, & vrina fuerint laudabiles, tunc virtus naturalis est salua, & per consequens totum corpus, quia si vna virtus multum patiatur, & omnes patientur,

Commoda proueniẽtia à facultate præsagiẽdi, quæ eadem tradit Hippoc. in principio prædictionum.

Præcipua vis prædictionis vnde pendeat.

Virtutis robur sumitur à facultatibus nostrũ corpus dispẽsantibus.

aut ratione vicinitatis, aut ratione colligãtiæ. Ex his omnibus igitur fortitudo totius significatur, & secundũ quòd magis & minus resident ab aliis, sed hæ virtutes erunt debiliores secundum plus, aut minus. Fortitudo autem morbi cognoscitur potissimè ex virtutis prostratione, & ex nimio dolore, calore multum intenso, ex inquietudine, & impotentia tolerandi, alienatione, siti intolerabili, insomnietate, & quòd applicatio medicaminum non conferat, ex magnitudine apostematum, & nobilitate membri, & multitudine materiæ & furia eius, & ex reliquis accidentibus pernecabilibus. Ex his omnibus vehemens morbi malitia significatur, & secũdum quod ista symptomata remittuntur, plus aut minus morbi malitia est minor secundum plus & minus, & potissimè cum dolor est modicus, aut nullus, quia dolores prosternunt virtutes, cum dolor est lentus, quietus, non pungitiuus, non crescens in tactu, & etiam cum tolerat ægritudinem cum patientia & leuitate, potissimè cum fuerit delicatus per naturam. Ex his igitur morbi malitia maior, vel minor significatur, qui igitur in his basibus se appodiauerit, & perfectè sine mentis caligine inter ista comparauerit, in prognosticatione nunquam decipietur, nec & in opere, quia scientia prædicendi & operandi sunt annexa adinuicem, si ergo consideres, sempiternaliter simul erit indebile nomen Hoc igitur opus in quinque diuiditur partes. In quarum prima docebimus prædicere naturam morborum. Secunda naturam temporum. Tertia naturam paroxysmorum. Quarta naturã accidentium. Quinta naturam dierum criticorum.

Morbi magnitudo ex quibus cognoscitur.

INCI

INCIPIT PRIMA PARTICVLA, QVAE DOCET PRAEDICERE NATVRAM morborum, & continet quinque capitula.

Prognosticatio in tertiana interpolata simplici singulari, & correlatiua eius. CAPVT I.

IN MORBIS prognosticare nõ possumus, nisi morbũ cognoscamus, ideo morbi cognitio præcedere debet. Feb. enim putrida sola simplex singularis non est nisi triplex, sicut est feb. chol. phlegmatis, & melancholiæ. Sanguis autem si putrefiat in fieri propter suum temperamentum putrefactione perfecta sub forma propria manere non potest, quoniam altera pars conuertitur in chol. & altera in melancholiam, ideo non facit feb. simplicem, sed semper compositam, ideo feb. non sunt simplices nisi tres, in quibus primum animus exercitandus est, vt melius compositæ cognoscantur. Feb. autem tertiana cognoscitur per res naturales, non naturales & contra naturam. Intelligẽdum enim est, quòd cum materia putrefit intra venas, feb. continuam generat. Si autem extra, interpolatam. Ponamus igitur, quòd aliquis patiatur feb. interpolatam, tunc poterimus scire vtrum sit tertiana vera vel notha. Si fuerit cholericus, musculosus, pilosus, venas habens latas, audax, animosus, somnians se videre ignem, & volare de monte in montem, & videre bella, & aër sit calidus, regio cal. & quia consueuit laborare, sollicitus esse, comedere cal. & parum, & febris incipit cum rigore, quia rigor est tanquam si cum acubus pungeretur, & durauit acceßio xij. horas, vel maius, & vrina est rubea, tenuis, pulsus à principio tardus, postea velox, postea frequens, semper tamen æqualis, & terminatus est paroxysmus per vomitum chol. aut feceßum, aut sudorẽ citrinum vaporosum. Certè cum omnia ista particularia cõueniunt cum tertiana vera

Febris putrida triplex.

Febris tertianæ cognitio.

(Maius) legendum potius (minus) secundũ doctrinã Gal.

sola simplex singularis, tunc his coniūctis exquisitè in actu prognosticandi consurgere debet, & per consequens operandi. Prognosticatio igitur erit talis, ægritudo hæc terminabitur in vij. periodos, cuius prima accessio erit debilis, secunda fortior, tertia magis fortis, quarta fortissima, & ibi erit status: quinta autem magis debilitabitur, sexta magis debilis, septima debilissima, aut nulla. Prognosticabit etiam quòd infra xiiij. dies terminabitur, & quòd cum aliqua euacuatione manifesta, cum vomitu vt plurimum, sudore, secessu, aut fluxu sang. narium: prognosticabunt dol. capitis, vigilias fortes, sitim intolerabilem. Ista autem omnia contingunt, quia materia est cholerica, pauca quantum est de se, subtilis, calida, mobilis, furiosa, ideo ista arguunt velocem motum & fortem, quæ quia calida, subtilis, penetratiua, pungitiua, mordicat, dolorem inducit, vigilias, & sitim potissimam, cum alia particularia conueniunt. Præcognoscit igitur medicus, quòd status erit in die septima, & terminatio in quartadecima, aut infra. Et quia scientia prædicendi non est finis medicinæ, ideo his cognitis animus non quiescit, ideo materia cognita & elongatione status, & modo affligēdi, & quomodo medicus scit diætare & medicamina applicare, quia igitur status est in die septima, subtiliatiua diæta non competit ei, & quia interpolata & præcauebitur paroxysmus, & potissimè quartus. Tunc igitur in die accessionis si virtus posset tolerare, non detur aliquis cibus, nec potus donec in declinatione paroxysmi: & si nō possit tolerare ex hoc, quòd tardè incipit paroxysmus, & cibus detur ante paroxysmum per tres horas, lac amygda. aut mica panis ter lota in aqua frigid. dul. In toto autē paroxysmo potissimè in principio, nō accipiat cibum neq; potum, nec dormiat. In declinatione autem potest cibari cum lacte, aut brodio pullæ al. coctæ cum seminib. fri. aut cum hordeato, aut cū auenato, potus sit aqua hordei. In die autem interpolationis, potest vti parua pulla cocta cum lactucis sine sale, & vino debilissimo, cum magna multitudine aquæ. Et quia in diæta non est finis, ideo oportet medicamina adhibere. Medicamen igitur erit tale. R. succi cucurbitæ, succi portulacæ. ana lib. ß. lenticulæ aquæ ʒ. iij. quatuor ſ. frig. munda. ʒ. ij. panis zuc. lib. ij. fiat syr. Purgetur sic. R. viol. M. iij. florum bora. ʒ. ij. fiat decoctio & in decoctione

Tertiana febris terminatio.

Purgatio.

coctione resoluatur cassiæfist.mund.ℨ.ij. detur in aurora.

Fomentatio fiat talis.R. folia vitis al.folia salicis, folia cucurbi.foliorum ros.viol.ana lib.j. decoquantur in aqua, & cum tepida fuerit,fomẽtentur pedes,genua,brachia,collum,& facies,& domus sit subterranea,tota aspersa aceto, aqua ros.nenuphare,sandal.& camphora,& sic curabitur,si Deus voluerit. Cum autem sufficienter reductus fuerit, conseruabitur sicut sanus,& ibi est finis,quia sanitas est finis. Tertiana autem notha appellatur,cum non est vera, id est,materia cholerica non est pura,sed est ibi aliqua portio phlegmatis admixta, & quia particularia non conueniunt, vtpote,quia senex,cum hyeme,& ita de aliis, & secundum quòd plus & minus particularia conueniunt.Prognosticatio est,de elongatione status,plus quàm in tertiana vera,& ita de accidentibus, & est generalior, & medicamina magis subtiliatiua,& aliis omnibus , secundum naturam particularium adiunctorum: & si vellem hic particularia pertractare,multum prolongaretur opus,& esset dehonestare, cum non euadat liber à vituperatione vituperantis. Sua autem relatiua,scilicet tertiana continua,de eadem materia est cum tertiana interpolata, nisi quòd materia tertianæ continuæ est in venis, cum sanguine. Est ergo tertiana continua,de materia chol.intra venas conclusa,per totum expansa. In interpolata tamen,materia est extra venas,loco vno coarctata. Tertiana autem continua , non separatur,nisi cum separatione perfecta,quæ non reuertitur : calor autem est tactu intensus,pungitiuus,vretiuus , lædens tactum,quod non est in tertiana interpolata.In hac autem, prognosticatio est alia,& alia,operatio particularis, & longatio status alia & alia, secundum quòd particuluria conueniunt,plus vel minus. Sapiens ergo medicus, qui nouit prognosticare,& operari in simplici interpolata, scit omni no agere in sua relatiua continua,non audeo tamen nimis pertractare,timens prolixitatem. Vnum tamen est intelligendum,quòd vna & eadem materia,diuersas facit ægritudines,secundum quòd in diuersis locis est situata.Chol.ergo aut est putrefacta,aut nõ.Si putrefacta,aut intra venas, aut extra:si intra,aut in venis proximis cordi, tunc generatur causon:aut in venis remotis,& tunc generat cõtinuam tertianã.Si autẽ extra venas putrefiat , aut in vno loco per

Fomentum.

De febre tertiana notha.

Tertiana continua.

Interpolata

Bilis putre scẽtis morbi.

viam apostematis, aut in diuersis: si in diuersis locis extra
Tertianæ duplices. venas, vt per viam collectionis putrefiat chol. tunc creabit duas tertianas, quæ in vno die duos scilicet faciunt paroxysmos: Si autem in vno, aut est multa, aut parua: si multa, tunc generat duplicẽ tertianã interpolatam: si pauca, simplicem. Si autẽ materia colligatur in loco, & coadunatur
Morbi à materia cholerica in alia quam partem transmissa. ad apostema, tunc aut est adusta, aut non: si adusta, generat heryſipelam, quod interpretatur ſacer ignis: si non est adusta, tunc generat apostema cholericum cum duritie, dolore & rubore. Si autẽ materia non est putrefacta, tunc aut est in toto corpore, aut in parte corporis. Si in toto corpore, aut est in carne, aut in cute: si in carne, generat
Lepra. leprã. Si in cute, aut vniuersaliter, aut nõ: si vniuersaliter,
Ictericus. tũc generat ictericiã citrinã: si non, morpheã ru. quia morphea est defœdatio cutis maculosa. Si autẽ sit in parte cor
Scabies. poris, tũc diuersa generat, sicut est scabies, aut prurit⁹, aut pustulę paruę, aut impetigo, aut aliqua infectio, aut vlceratio, aut vomit⁹, aut egestio est cho. aut sudor, & cõsimilia.

De prognosticatione in febre quotidiana. CAP. II.

SIcut prognosticatio præcedit operationẽ, ita cognitio prognosticationẽ, & ita qui vult in febre phlegmatica
Hypothesis. prognosticare, prius oportet eam cognoscere. Cognoscitur autẽ sic, ponamus aliquẽ febricitantem interpolatè, & sit phlegmaticus, cum venis strictis plenis, & sit piger, timidus, humiditatibus plenus, & quòd somniat se natare in aquis, & submergi in eis, & quòd sit in hyeme tẽpore frigido, & ciuitas sit situata inter valles circa aquas, & quòd vixerit in otio, cum multitudine cibi, & ꝙ febr. incipiat cum modica frigiditate in extremitatibus tantum, calor non sit nimis intẽsus, inflãmatus, nõ sitiat, quòd vrina sit remissa, pulsus paruus, imò tardus, inordinatus, nõ accedens, & in iuuene ad multam velocitatẽ & frequentiam, & quòd paroxysmus extendat se circiter xviij. horas, & quòd terminetur per sudorẽ, aut per aliquam euacuationem manifestam, tunc dico, quòd omnia ista declarant, quòd hæc feb. est quotidiana, interpolata, simplex, singularis cum conuenientia particularium. Tunc cognita ægritudine, poterit prognosticare, ꝙ ægritudo erit longa valde, & quòd status erit remotus à principio, symptomatica non erunt malitiosa, & interpolatio erit modica, accidentia erunt lõga, &

fine

sine magno impetu, in longo tempore terminabitur paulatinè, & erit parua sitis, somnus profundus, pigritia multa. & consimilia. Et quia finis non est hic, ideo quòd nondum est animus satiatus. Diæta ergo accedat ad grossitiē, sicut est brodium cicerum, carnes hœdinæ, vinum lympha tum mediocriter cum aqua petroselini, boragi. & similia. Materia igitur digeratur in primis cum oxymel. diure. & purgetur cum hierapi. & fomentabitur cum aqua decoctionis chamomillæ, & meliloti. Et intelligendum, quòd quotidiana notha differt per aliqualē choleræ admixtionem, & quia non conueniunt particularia, ideo diuersificabitur prognosticatio & operatio, secundum quòd particularia conueniunt plus vel minus. Sed eius relatiua, scili cet quotidiana continua, consistit de materia inter venas concluſa, vbi non est interpolatio manifesta: prognosticatio autem & operatio proportionantur inquantum huiusmodi suæ relatiuæ, ideo particularia medici industriæ relinquantur. Tunc intelligendum est, quòd materia phlegmatica, aut putrefit, aut nō: si putrefit, aut intus, aut extra: si intus, tunc generat febr. conti. de phlegmate putrefacto intra vasa: si extra, aut per viam collectionis, aut non: si nō, tunc generat febr. interpo. de phlegmate putrefacto extra vasa: si putrefiat per modum collectionis, aut materia aduritur, aut non: si autē aduritur, generat fistulam: si non, ziniam, id est apostema molle sine dolore. Si autē non putrefiat, aut spargitur ad totum, aut ad partem: si ad totum, aut ad cutem, aut ad carnem. Si ad carnem, generat lepram. Si ad cutem, aut ad totum, aut ad partem: si ad totum, & per totum corpus, tunc generat hydropisim carnosam: si ad partem cutis, tunc generat morpheam albam: si ad partē mittitur, tunc generat diuersa, secundum diuersitatē loci, & specierum phlegmatis adustionis, & cōpositionis, sicut sunt scrophulę, canicies, materiales infectiones maculosę, pruritus, pustulæ, apostemata parua, desudationes, verrucæ, acrochordones, bocium gulæ, polypus, caligines, tinnitus, vomitus, sudor, fluxus, stupor, congelatio, subet, apoplexia, epilepsia, paralysis, tremor, colica, vermes, serpentes, scarabæi, arpia, frater lombardorum, artetica, pori, nausea, mollificatio membrorum, dormitatio, grappa, oscitationes, halitationes, rugitus, gurgulationes, & multa alia

Victus ratio.

Quotidiana cōtinua.

Pituitæ putrescentis morbi.

Oedema.

Lepra.

Morphea.

consimilia, quæ omnia generantur ex phlegmate, vel ex aliqua potatione humida aquosa admixta, &c.

De prognostication in febre quartana simplici, singulari, & correlativa. CAP. III.

Causæ & signa quartanæ.

COgnitio propter quid in cognitione causæ existit. Si ergo de quartana aliquid prædicere volumus, causas & signa cognoscere debemus. Si igitur in cognitione status venire volumus, per naturam ægritudinũ venire debemus, signa igitur certa determinata huic habere debemus, per quæ ægritudinẽ cognoscere debemus, non per naturã paroxysmorũ. Paroxysmi enim nõ indicant exquisitè ægritudinẽ, nec per consequens elongationẽ status, quia duæ tertianæ affligũt quotidie, ergo quotidiana falsa est: aliter duæ quartanæ affligunt, de tertio in tertium, ergo tertiana falsa est, decipitur ergo qui vult cognoscere ægritudinem per paroxysmum, si ergo quartanã volumus cognoscere, quod volumus, vt sciamus prognosticare, tũc oportet nos ad alia signa cõfugere. Ponamus ergo aliquẽ febricitantẽ febr. interpolata, & fuerit extenuati corporis, venis vacuis, strictis, & sit nudus pil. nigris, turpis aspectu, timidus, melã cholicus, inuidiosus, sine omni charitate, & somniet se videre diabolos, & monachos nigros, & transire per loca angusta, videre terribilia, tẽpus sit autumnus, & vix erit lõgo tempore in solicitudine, & comederit longo tẽpore cibaria melancholica, vt legumina, & similia, & habet splenem durum, oppilatum, & paroxysmus incipit cum frigiditate tanta, ꝙ videntur cõtundi medullæ ossium, & paroxysmus fuerit longus, interpolatio verò lõgior, tamen vrina fuerit remissa, pulsus paruus, tardissimus, in principio paroxysmi, sicut pulsus hominis decrepiti, inordinatus, & febris cessauerit cum sudore, & similibus. Verè non oportet expectare secundam accessionẽ, quasi dicam in prima visitatione, cum hic particularia cõueniũt, quòd iste bonus homo patitur quartanã interpolatam solum simplicem singularem. Iste ergo beatus animus surgat, & notata tota vicinia prognosticet per hunc modũ, iste patitur quartanã nimiã, cuius status erit remotissimus, & ægritudo erit lõgissima, expectabis fere totam solutionem, solum in signifero, cuius primi paroxysmi, erunt multi incipientes, in eodẽ tempore, & non diuersificabuntur, & cũ frigore venient exter-

Hypothesis.

mina

minabili, dentium stridore, grauitate capitis, & ponderositate totius corporis: quies fit cũ sudore plurimo, & post multas horas iterum reuertitur paroxysmus, & semper vt plurimum post hanc ægritudinem vel passionẽ in aliquo membro aliqua remanet corruptela. Quartana autem simplex, &c. non est per admixtionem alicuius hum. sed quia chol. aduritur, aut phlegma salsum, aut sang: aut quia particularia non conueniunt, prognosticatio & operatio est, secundum quòd magis, aut minus elongatur à vera. Quartana autem continua, de materia est melancholica putrefacta intra scilicet vasa, cuius prognosticatio & operatio erit, secundũ quòd particularia conueniunt plus aut minus, quare non possumus tangere propter breuitatem. In vera autem quartana, operatio talis debet esse, cibus perdices, gallinæ, phasiani, vinum, brodium cicerum, borag. & consimilia. Et hoc in diebus interpolationis: in die autem paroxysmi, aut modicũ aut nihil, si virtus tolerare queat. Primum digestiuum sit oxymel, & scil. Euacuetur autem in principio paulatinè cum diasene, diabo. myrob. indis, lapide armeno. & similibus, postea cum fortioribus, sicut est hiera ruf. & consimilia. In principio autem horripilationis ponatur fuligo cum vrticis in arteriis manuum, & totus interdũ in aqua cal. reponatur, & hæc consimilia. Hæc autem de his breuiter pertransimus, quia per intẽtionem cum auxilio Dei, alibi intendimus pertractare. Intelligendum tamen est, quòd melancholica materia, aut est putrida aut nõ. Si putrefacta, aut intra venas aut extra. Si intra, tunc causat quartanam continuam: si extra, tunc secundũ quòd materia est multa vel parua, in vno loco, aut in diuersis, generat interpolatam simplicem, aut duas quartanas, aut quintanam, aut sextanam. Si autem materia collectionẽ faciat, tunc aut vritur aut non: si aduritur, tunc generat cancrum: si non, apostema, quòd scliros appellatur, cum duritie, & sine dolore. Si autem materia nõ putrefiat, tunc aut mittitur ad totum, aut ad partem: si ad totum, aut ad cutem, aut ad carnem: si ad carnem, generat leprá: si ad cutem, aut ad totum, aut ad partem: si ad totum, generat ictericiam nigram: si ad partem, generat morpheam. Si autem materia melancholica ad totum non transmittatur corpus, tunc diuersas generabit ægritudines, secun-

Quartana simplex.

Quartana continua.

Ratio victus in quartana simplici.

dum diuersitatem membrorum,& materiæ situs,sicut melancholia,impetiginem,serpiginem, nigrorem, tusses, infectiones,pustulas paruas,nodos & similia,&c.

De prognosticatione in morbis compositis, & primo in febribus. CAP. IIII.

Febres cõpositæ multiplices.

COmpositiones febrium sunt multiplices, & diuersæ. Compositio autem aliquando est vnius generis, aliquando diuersorum:si vnius, sunt sicut duæ tertianæ, duæ quartanæ,& tres,& ita de aliis multis:cum enim humores sint diuersi,& diuersarum cõplexionũ,quilibet habet proprium motum,& proprium regimen, & propriũ temperamentum, vnus est aliud à temperamento alterius, ideo vnus minus potest putrefieri præter hoc,ꝙ alter putrefiat, ita similiter vnus humor potest putrefieri,& destitui à regimine naturæ,ita quòd in aliqua parte corporis accidãt hæ dictæ causæ, & accidat putrefactio, possibile est ergo cho.putrefieri intra vasa,& ita facier feb.continuã, possibile est quòd altera pars choleræ exeat venas, & quòd putrefiat in foraminibus membrorum, & quia materia cum putrefit extra,generat interpolatã,ideo simul erit possibile,ꝙ patiatur feb.tertianã interpolatam, & continuam, & ista cõpositio erit generis vnius. Similiter est possibile,ꝙ extra venas in diuersis locis, in vno tempore cholera putrefiat,& secundũ diuersitatem putrefactionum fient diuersæ febres:secundũ hoc igitur erit possibile simul esse duas tertianas,aut tres,aut plures.sicut dico de cholera,ita possumus pari ratione intelligere de quolibet alio humo. Si autem cõpositio fit diuersorum generũ, tunc hoc accidit multipliciter,sicut aliquando cõponitur feb. hectica cum putrida,putrida cum ephimera,& ephimera cum hectica. Feb.enim denominationem habent ex subiecto:si spiritus primo ac principaliter,per se, & subiectiuè calefiat, ephimera erit,licet humo.& mẽbra sint supercalefacta: si autẽ humiditates,aut mẽbra supercalefiant primo erit hectica, licet alia sint supercalefacta,tunc igitur possibile est humores putrefieri, & febr.generari, & quòd patiens vadat ad solem,& fortiter irascatur, & quòd supercalefiat spiritus animalis vitalis & naturalis,ita erũt simul putrida,& ephimera.Et ita intelligamus de ephimera,hectica,& putrida. Compositio igitur diuersorum generũ, aut erit per viam

vici

vicinitatis, aut commixtionis: per viam commixtionis, sicut sunt feb. generatæ de phlegmate salso, aut cho. adusta, & ita de omnibus aliis generatis, de vno humore innaturali adusto. Si autem per viã vicinitatis, aut erit quo ad materiam tãtum, aut erit quo ad materiam, & formam: si quo ad materiam, sic erit epiala, lipiria, vbi alia pars phlegmatis putrefit in exterioribus, & altera, propter sui grossitiẽ putrefieri non potest, sed pars putrefacta calorem inducit in toto corpore, & altera pars dissoluitur, & sentitur calor, & frigus in toto corpore, in altera tamen calor est magis manifestus exterius, & frigiditas interius magis: In altera verò calor est magis manifestus interius, & frigiditas exterius magis. Et hæ species magis cognoscuntur. Si autem fit compositio, quo ad materiam, & formam, erit multiplex, & diuersa valde, secũdum quòd diuersimodè possunt putrefieri in diuersis locis, & secundum quòd vnus cum quodlibet, & quilibet cum quolibet coniungi possunt per viã vicinitatis: tunc non oportet nisi discurrere, & quodlibet cum quolibet coniungere. Incipiamus à sanguine. licet enim sang. feb. simplicem singularem facere non possit pro tanto quia temperatus est, cum putrefit, amittit formã & altera eius pars cõuertitur in chol. & altera in melãcholiam, nihilominus tamen quantum est ad fieri putrefactionis, secundum se putrefieri potest, & solus in facto esse non sang. aut igitur putrefit, aut nõ: si nõ, tunc generat feb. san. de sanguine nõ putrefacto, propter dominium quãtitatiuũ sang. intra venas, quæ quidẽ ephimeræ proportionatur: si autẽ putrefiat, tunc si plus dissoluitur, generat homotonõ sanguineã, quæ aliquãdo cõponitur cum cho. & si plus est de cho. appellabitur causonides: si plus de san. synochides: & si æqualiter, alio nomine appellabitur: nunc autẽ si aliud est temperamentum san. & aliud phlegmatis, potest vnum putrefieri sine alio, qua igitur ratione separatim, ita coniunctim, & ita potest, vt videtur fe. componi per viam vicinitatis ex san. & phlegmate, aliquando plus de isto, aliquando plus de illo, aliquando æqualiter. Et intellige ita de melancholia, de humoribus naturalibus, & innaturalibus, vt phlegma salsum, & ita de omnibus aliis. Tunc ergo videtur, quòd sang. potest coniungi cum cho. & cum qualibet specie eius, & cum phlegmate, & cum qualibet specie eius.

Febres ex sola vicinia humorum.

Febris homotones. Causus. Synochus.

Nunc

Nũc loquamur de cholera, igitur cum phlegmate coiungi potest, quoniã quilibet potest putrefieri intra venas, & ita erit cõposita ex tertiana cõtinua, & quotidiana cõtinua: si vterq; putrefiat extra, tũc erit fe. cõposita ex tertiana interpolata, & quotidiana interpolata. Si autẽ chol. putrefiat intra, & phlegma extra, tunc erit cõposita febr. ex tertiana cõtinua, & quotidiana interpolata. Si autẽ phlegma putrefiat intra, & chol. extra, tũc erit feb. cõposita ex quotidiana continua, & tertiana interpolata. Et hæc vocantur quatuor

Quatuor species hemitritæi.

species hemitritæorũ, quia medieras est tritæi, id est, tertiænæ, & sicut chol. naturalis, & phlegma naturale possunt putrefieri per viã vicinitatis, ita omnes species cho. innaturalis, & phlgmatis innaturalis, aliquãdo plus de isto, aliquãdo plus de illo, aliquãdo æqualiter: aliquãdo intra, aliquando extra, & tũc nõ oportet nisi combinare, & quodlibet per quodlibet discernere. Et sic cholerica materia potest coniungi cũ melancholica naturali, & innaturali. Et naturale

Febriũ ad invicem cõplicatio.

cum naturali, innaturale cũ innaturali. Tunc igitur potest putrefieri cho. & melãcholia intus, & vtraq; extra: & alterũ intus, & alterũ extra, ecõuerso, & est exemplificatũ in chol. & phlegmate. Tunc vadamus ad phlegma, vt phlegma naturale potest coniungi, cũ melancholia naturali per viã vicinitatis, & vtrunq; putrefieri intra venas, & erit feb. cõposita ex quotidiana cõtinua, & quartana cõtinua: si vtrunq; extra, erit feb. cõposita ex quotidiana interpolata, & quartana interpolata: si autẽ phlegma intus, & melancholia extra, erit feb. composita ex quotidiana continua, & quartana interpolata. Si autem species phlegmatis innaturalis coniungantur cũ speciebus melancholiæ innaturalis, tunc diuersitas erit magna valde, secundum quòd humo. abundant plus, vel minus intus, vel extra, & non oportet nisi discurrere, & quodlibet cum quolibet comparare secundũ exem

Signa.

pla dicta. Signa autẽ omnium istarum compositionũ, per simplicia habentur, qui ergo cognoscit exquisitè febr. solas simplices singulares, cognoscit & compositas. & in prima die simplices debent cognosci, compositæ autem non, nisi tunc cum motus eorum omnium, quæ in compositione intrant transeunt, & tunc per modum affligendi maiorem, vel minorem diuersitatem symptomatum, pulsuum, vrinæ, & alia accidentia, diligenter aduertendo ad res naturales,

turales,& non naturales,contra naturam, & quantum virtus minus minuat suam operationem alterius, considerando complexionem,virtutem,delicationem,consuetudinem,& alia omnia dicta in coniunctione simplicium. Cognoscuntur quædam subito,& cito,quædam cum difficultate potissimè,cum duæ materiæ simul,& æqualiter putrefiunt intra vasa,sicut est feb.cõposita ex tertiana continua & quodiana cõtinua,ita de aliis similibus, & in aliquibus tamen possumus exemplificare, vt idem in similibus videatur. Ponamus aliquam febrem, quæ incipit cum rigore, quasi cum puncturis acuum,& vomitu cho. cum pulsu occulto in principio accessionis, veloci,& frequenti in augmento, fieri in sexta hora noctis, & fit in secũda hora diei alter sibi consimilis, in nona hora alter consimilis, tunc non oportet dubitare, quòd hæc feb.est composita ex tribus tertianis interpolatis, de materia in tripliçi loco putrefacta. Si autem in prima hora diei incipit cum frigiditate modica,& inordinatione pulsus,calore in tactu nõ multum acuto, vomitu phlegmatico,& in hora sexta incipiat paroxysmus alter consimilis, in octaua noctis alter consimilis,non oportet dubitare quòd hîc est feb. composita ex tribus quotidianis. Si autem paroxysmus incipit in 4.die cum frigiditate extendente medullas ossium, & pulsus fit in vltimo occultus,& tardus in principio paroxysmi,& cõ similis incipit in 12.hora, non oportet dubitare,quòd hæc feb. est cõposita ex duabus quartanis, ita intelligamus de multis cõsimilibus. Si autẽ paroxysmus incipit cum frigore intenso,pulsu inordinato,tardo,& occulto in principio paroxysmi,& durauerit in lõgo tẽpore,& cesset cũ sudore & similibus,postea insurgat paroxysmus cum frigore tanquã cum puncturis acuũ,& velocitate pul. cũ est in agmẽto,frequẽtia,& calore intẽso,& terminetur cũ vomitu cho. tunc hęc feb.est cõposita ex quartana interpolata,& tertiana interpolata.Et ita intelligamus de phlegma.& aliis conbinationibus,seu extra,seu intus.Ita ♀ cho.facit calorẽ in tensum maiorẽ de tertio in tertium. Phlegma autem facit cal.lentum,vaporosum,pul.inordinatum, vrinã remissam, & affligit plus per dies pares,& accessio est lõga,interpolatio est modica.Melãcholia autẽ in principio facit pulsum occultũ,in fine & tardè,vrinã remissam, interpolationem

Hypothesis.

mag

magnam,& post frigus intensum,& affligit in diebus paribus magis. Ex his medicus poterit omnes compositiones cognoscere,simplicibus cognitis. Omnia signa particularia non tangam,vix enim sufficeret præsens dies. Prognosticabit enim medicus esse seb. compositam malitiosam, de difficili terminabilẽ,cum errore,terribilitate accidentium,& tolerãtia mala patientis,propter diuersitatẽ symptomatum,&reiterationẽ eorum.Hãc malitiam iudicabit plus,aut minus secundum diuersitatem materiæ,vel multitudinem,& secundum hoc oppositiones particulares diuersificantur,quæ omnia in simplicibus imbibunt,& hæc omnia ob breuitatem industriæ medici relinquo.

De prognostico in apostematibus.

Quatuor species tumorũ præter naturam,Phlegmone,Erysipelas,Oedema,Scirrhus.

APostema est morbus compositus, in quo sunt omnia genera morborum,sicut est morbus consimilis, officialis,& cõmunis. Quis autẽ horum sit morbus per se,vel omnes simul,alibi habet locum. Apostematum autem quę dam generantur ex sanguine,& appellatur phlegmon,quę dam de cho.& appellatur erysipela, quædam de phlegmate,& appellantur ziniæ, quædam de melancholia, & appellatur sclirosis. Modus autem generationis apostematum est iste, cum magnæ venæ sunt plenæ, deinde paruæ, & capillares:tunc quia san. in venis contineri non potest, aperiuntur violenter orificia venarum, tunc sang. exit, & resudat ad porositates membrorum,& loca debilia.tunc si san.temperatus est in qualitate, & quantitas eius est pauca,& virtus eius est fortis,tunc potest rectificari,aut quandoque assimilando,& euaporando sic,quòd non generabit apostema.Si autem sit nimiæ quantitatis, aut malæ qualitatis, tunc non potest corrigi, sed congregatur materia in loco debili,& causat apostema. Si autẽ sit in interioribus, & quantitas magna,ita quòd fumus resolutus ex interiori possit penetrare continuè ad cor, aut continuè possit calefacere partem, & partem,donec veniat ad cor, tunc febr. continuam generabit.Si autem sit in exterioribus & membris remotis & in parua quãtitate,tunc causabit phlegmonem.Si autem sit quasi in dispositione media,ita quòd calefactio aliquando potest venire ad cor,& aliquando non, tunc possibile est nec videtur incõueniens quòd seb.interpolata possit ex apostemate san.generari,licet sit hoc de ra

rò cont

rò contingentibus. Si autem sanaduratur, transit in naturam venenosam, corrodit, vlcerat, & generat carbunculũ. Et cognoscitur apostema sang. cum est in exterioribus per calorem, duritiem, ruborem, & dolorem, & pulsationem. Si autem sit in interioribus, tunc cognoscitur quadã coniectura proxima veritati, quia vrina rubea, spissa, pulsus plenus, vndosus, sputum rubeum, & quia iuuenis, & habet venas latas, plenas, in tempore vernali, & similibus. Modus autem generationis apostematis cholerici est sicut de sanguine, & ita de aliis humoribus. Cognoscitur autem apostema cholericum, quia color est citrinus, locus est durus, cal. & doloroſus. Si autẽ sit in interioribus, cognoscitur per vrinam citri. & tenuem, & per pulsus velocitatem, sputum citri. & quia cholericus, tempus est æstiuum, & similibus. Si autem inflammetur cholera, generat pessima scandala, quia scindit membra vt gladius, & tunc causatur sacer ignis. Materia autem phlegmatica cognoscitur per albedinem, grossiciem, modicum calorem & dolorem: & si aduratur, generat fistulam. Si autem sit in interioribus, cognoscitur per vrinam remissam, spissam, pulsus mollitiem, & inordinationem, per sputum al. globosum, quia phlegmaticus, tempus hyemale, & similibus. Materia autem melancholica cognoscitur per duriciem & liuorem, & per parum de dolore & calore. Si autem sit in interioribus, cognoscitur per vrinam remissam, tenuem, pulsum paruum, strictum, sputum liuidum, & quia melancholicus, & tempus autumnale. Apostematum autem quædam habent figuram acutam, & ista sunt melioris terminationis, quia significatur virtus fortis & materia obediens & membrum dispositum. Si autem figura sit obtusa, tunc est malum, quia significatur materia grossa & virtus debilis, quæ non potuit expellere, & membrum solidum per quod nõ poterat fieri transitus. Apostematum autem quædam rumpuntur exterius, quædam interius, & quædam vtroque modo. Illud autem quòd rumpitur extra, melius est pro tanto, quia virtus significatur esse fortis, potens expellere exterius, & non corrumpitur aliquod membrum ex hoc, quia delegatio est ad exterius: si autem ruptura fit ad interius, tunc est malum propter hoc, quia corrumpi possunt membra nobilia.

Signa phlegmones.

Signa erysipelatis.

Ignis sacer.
Oedema.

Signa scirrhi.

Apostematum termination.

lia. Si autem rumpitur exterius & interius, tunc est deterius, quia non inuenit natura locum solidum vbi se appodiet in generatione cernis, sicut videmus in generatione plantorum, vbi est generatio earum in confinio trium elementarum in solido, præterquã in lenticula aquæ, quia non appodiat radicem in terra, & quia nõ inuenit centrũ, vt solidum vel eorum materia. Terminatio apostematum venenosorum sicut est erysipela, anthrax, carbunculus, & similia apostemata venenosa, cũ apparent exterius, si subito se proiicerent interius, & locus appareat exiccatus, & fuerit liuidus color aut viridis, aut niger, tunc mortem significat ex materia malitiosa, & venenositate eius. symptoma ticè materia mittitur ad interiora, & quia vadit ad membrum nobilius, ideo subito interficit, & ita mortem significat. Apostemata autem componũtur multipliciter & signa compositorum per simplicia discernuntur. Si autem san. fa facit apostema, & aduratur, generat carbunculum. Si autẽ sãn. aduſtus misceatur cum chol. generat apostema, impetiginem, anthracem, & carbunculum. Si autem chol. inflammetur generat erysipelam, id est sacrum ignem. Si aduratur, generat herpestiomenum, id est, lupũ. Si autem phlegma aduratur, fistulam generat. Et si melancholiã aduratur, generat cancrum. Apostemata autem partis dextræ sunt peiora, quia virtus est fortior, & ideo causa maior. Apostemata autem sinistræ partis, minorem habent malitiã, quia virtus debilior, ideo causa minor. A diaphragmate inferius propter hepar, quod est in parte dextra malitia maior. Splẽ autem in parte sinistra est, ideo malitia minor. Et cum vniuersaliũ insufficiens sumatur doctrina, nisi ad particularia expandantur: ideo particulariter de apostematibus est loquendum: & quia cognitio particulæ magna pars curationis est, ideo de his particulariter est determinandum secundum naturam particulæ patientis. Nunc autem regiones corporis humani sunt tres, vt regio animatorum, regio spiritualium, & regio nutritiuorum, ideo primo agendum est de apostematibus magnis, periculosis in regione animatorum. Apostemata autem magis periculosa in parte animata quantum est de præsenti sunt tria. Primũ est apostema de chol. in parte anteriori cerebri, & appellatur phrenesis, cum se. continua, alienatione, saltu, clamore, &

Venenosorum apostematum terminatio.

Carbunculus.

Anthrax.

Erysipelas.

Cancer.

Phrenesis,

re, & terribilibus accidẽtibus, quia feb. pernecabilis est in omni genere suo, cuius si vrina sit alba, spissa, & si perseuerauerit, mortem proculdubio significat, quia mortificationem virtutis naturalis significat in minera. Secundum apostema est in parte posteriori de materia phlegmatica in plus, & appellatur lethargia, ꝙ obliuio interpretatur, cuius signa mortalia sunt tremor capitis, liuor faciei, & quòd sanguisuga apposita non adhæret. Tertium autem apostema est apostema aurium cum dolore acutissimo, ideo iuuenes propter sensum citius moriuntur. Et intelligendum est quòd omne apostema in capite cum dolore acutissimo, intensissimo, & feb. cõtinua, mortem significat. Senes tamen tardius moriuntur, cum non habeant tantum sensum. Nũc veniamus ad apostemata spiritualium, quæ sunt 5. vt apostemata vuulæ, squinãtia, peripneumonia, pleuresis, & apostemata diaphragmatis. Apostema vuulæ periculosum est propter feb. tumorem, & dolorem, quia impedit duas operationes nobiles, vt anhelitus, & cibi descensus: eius incisio est multũ timorosa, ita vt in sanitate rarissimè accidat quin cadant in phthisim qui vuulã incidunt sibi, ideo purgato corpore si nimis in radice graciletur, incidenda est. Secundum apostema est squinantia, & habet species quatuor: Vna nanque apparet omnino extra in collo: Alia quæ omnino intus in via anhelitus, & non apparet: Tertia quæ partim est intus, & partim extra: Quarta quæ apparet in gutture ore bene aperto: quæ igitur tãtum apparet extra, minus malum, ideo quia ad exteriora erumpi potest & non corrumpit membra nobilia, nõ impedit nobiles operationes. Secunda est in maiori malitia quæ apparet in gutture, quia non potest ita bene mundificari, & ad exteriora erumpi. Tertia est in gradu peiori, quę tantum est interius & nõ apparet, quia medicinalia non possunt applicari. Et si rumpatur, fluit ad interiora. Quarta est in minori malitia, quia apparet intus & extra, & quia vadit ad pulmonem altera pars, & quia in medio perforat, & natura non inuenit viam vbi appodiet se, & quia materia est multa valde, postquam est exterius & interius. Et quæ ducit ad vocem catulinam & summam difficultatem anhelitus, mortem proculdubio significat, nisi ei succurratur cum omni genere phlebotomię & euacuationum. Tertium apostema est peripneumo-

phlegmone menyngũ.

Lethargus apostema pũ tuosum in parte cerebri posteriori.

Apostemata spiritualium.

Periculum est incidere vuulam.

Angina quatuor species.

Peripneumonia.

nia, quod est apostema vt plurimum phlegmaticum in pāniculo pulmonis vel pennis eius,& cognoscitur ex dol. spatularum,rubore maxillarum,feb.continua,& cum malitiosis symptomatibus. Quartum & quintum apostema quod est in panniculis costarum interioribus vel in diaphragmate,quod vtplurimū ex chol. generatur penetratiua ad panniculos. Et habet quatuor symptomata inseparabilia. Primum accidens est dolor admirabilis, intolerabilis, pungitiuus, malitiosus pro tanto, quia ibi est quadruplex causa doloris,scilicet materia quæ abundat interius in venis, & mala complexio diuersa dolorem inducens, & multitudo humorum à circunferentia ad centrum descendentium,solutionem continuitatis inducens,præterea in forma membri est dolor propter malitiam complexionis diuersæ, & materia influxa existente,& cum est dolor propter illā eandem materiam solutionem continuitatis inducentem mouendo à centro ad circunferentiam, inest ibi dolor inæstimabilis propter duas causas doloris duplicatas. Secūdum accidens inseparabile est feb.continua, fortissima cum calore fortissimo,pro tanto,quia est ebullitio minerę sic prope cor,ideo fumus tātæ fornacis continuè vadit ad cor, & quia ebullitio cōtinua,ideo feb.fortissima,valida. Tertium accidens inseparabile est difficultas anhelitus, cū propter materiam comprimatur diaphragma,& oppilentur vię anhelitus. Quartum est tussis,quoniam cum aliquid resudet ad caput cannæ,sentit nocumētum virtus animalis sensibilis, & excitat virtutem naturalem & expulsiuā, nititur expellere illud nocumentum,& talis motus appellatur tussis.

Pleuritis.

Quatuor accidentia in inseparabilia pleuritidis.

Indicia in apostematibus pectoris sumūtur ex sputo.

Nunc autē si in apostematibus spiritualium à principio infra tres dies appareat sputum al.digestum, & exeat cum velocitate,& cum tussi modica, curabitur in breui proculdubio. Si autem tardè appareat, tardè curabitur. Si autem à principio appareant mala signa, vt sputum citrinum, aut ru.nigrum,liuidum,aut viride, mortem proximam significat: si tardè appareant, tardè morietur. Et si signa mediocria apparent,mediocris erit disposicio morbi. Ista tamen inferius magis particulariter pertractabuntur. In regione autem nutritiuorum,quantū est de præsenti,octo accidunt apostemata,vt apostema meri,stomachi,hepatis,hypochōdriorum,splenis,renum,veficæ,& pectinis,quia nos nō loquimur

Apostemata membrorum nutritiuorum.

quimur nisi de apostematibus magis periculosis,& sicut ali qua alia intelliguntur in his dictis aut sub canonibus generalibus antedictis. In meri quadruplex apostema potest generari,aut omnino intus,aut omnino extra,aut simul intus & extra,aut in capite meri,quia videtur ore aperto. Ista apostemata aut sunt periculosa propter nobiles operationes quas impediunt,aut quia intus spondilia dorsi contrahuntur,aliquando propter spasmum & propter omnia alia quę dicta suut in squinantia. Apostema stomachi & potissimè orificij,est multum periculosum, propter dolorem syncopalem, qui ibi accidit propter nimium sensum & approximationē ad cor,& est cū nausea, vomitu,& ablatione cibi. *Apostema stomachi periculosum.*

Apostema autem hepatis,cognoscitur ex dolore à parte dextra subtus costas,& quia figura est nouacularis, & egestio ad modum loturæ carnis,est periculosum, quia membrum nobile:in eius operatione fit error frequenter sicut dissolutionis,si styptica non apponantur, vt virtus membri confortetur,& quia sequitur feb.fortissima propter nobilitatem membri,& aliquando hydropisis propter corruptionem digestionis. Et hæc duo habet signa,constipationem ventris,& tussim,apostema hypochondriorum,seu iciunij, seu venarum meseraicarum, propter approximationem ad membrum nobile,& quia cibus non potest penetrare ad hepar,quare sequitur feb.& hydropi. aut eius signum fluxus ventris. Apostemata autem splenis & renum sunt multum periculosa,quia hu. hepatis & humiditas non potest bene mundificari. Sunt igitur periculosa propter materiæ multitudinem & membri nobilitatem. Idem dico de apostemate versus vmbilicum & pectinem. Apostema autem vesicæ est periculosum magis propter maiorem excessum, cuius malitia cognoscitur in fortitudine feb.retentione vrinæ & egestionis:accidit plus pueris,cū nulli ex rebus intendant, nisi soli comestioni. Apostematum autem ventris,quædā sunt calida,& quædam frig. In his autem apostematibus, si pulsatio fortis,& magna apparuerit angustia, alienationē significat:& si cum hoc oculi sunt tremuli,maniam significat.Ista autem apostemata dura,dolorosa,cum terribilibus accidentibus apparentia in principio mortem inferunt, & si non,& fuerit iuuenis,& dolor fuerit in fronte,& corpora appareant rubea,fluxum sang.infra diem vij. significat. Si *Signa apostematis in iecore.* *Pueri sunt obnoxij vitijs vesicæ.* *Signa salubria & insalubria apostematum ventris.*

autem non sit, & æger prætenditur vsque ad diem xx. terminabitur per saniem. Apostemata autem frigida in frigidis locis tardius per fluxum sang. terminantur, & cum per saniem tardius. quia diem xl. oportet expectare. In omnibus apostematibus, quanto plus descendunt inferius, tanto minus de sanie generant. In superioribus autem plus, propter caloris fortitudinem, & virtutis. Sanies autem laudabilis cognoscitur, quia alba, & æqualiter per totum, & non mali odoris. Contrarium autem cognoscitur per contrarium. Præterea intelligendum est, quòd apostemata spiritualium, duobus modis terminantur. Aut enim fit terminatio per saniem quando generatur ante diem vij. aut post. Si autem in die vij. vel ante, proculdubio mortem significant, cum sanies & putredo est cholerica, quia in tam breui tempore, natura non deberet saniem generare, quare morietur in xiiij. Tamē tot bona signa possunt apparere, quòd mors retardaretur. Finaliter tamen euadere non potest. Si autem apostematis terminatio fiat per aliud apostema, tunc aut est in superioribus, aut in inferiorib. Si in superioribus, cognoscitur per difficultatem anhelitus, & quia hypochondria non dolorosa nec tensa. Si autem dolor est in hypochondriis, materiam significat inferius delegari. Nunc autem delegatio, aut est post digestionem materiæ, aut ante. Si post, salutem significat, & totius membri. Si autem materia fuerit indigesta, periculum est de membro, licet totū saluetur, vt si hic materia, quæ ante digestionem delegata fuit, ad extrema iterum reuertatur ad mineram, mortem significat. Apostema autem, quòd generatur in hyeme plus durat, & tardius accidit resolutio. Apostemata, quæ per saniem terminantur, quædam sunt cal. quædam frig. & quædam mediocria. Apostemata cal. rumpuntur & terminantur in die xx. frig. in lx. mediocria in xl. & non debemus cōputare à principio totius morbi, sed à principio generationis saniei, quod cognoscitur ex punctura, dolore, maiori inflammatione, & cal. & ex tunc rupturam expectemus.

Nota saniei laudabilis.

Apostemata spiritualiū duobus modis terminantur.

Apostematum terminatio.

Apostemata autem, quædam generantur de ventositate, quædam de aquositate.

Hic docet prognosticare de febrium differentia. CAP. V.

Triplex genus febrū.

TRiplex est feb. in genere, vt ephimera, cuius subiectū est spiritus: putrida, cuius subiectum sunt humores: hectica,

hectica, cuius subiectum sunt membra solida, licet in altero tamen principaliter alterum: verbi gratia, amphora potest esse frigida, & quòd vinum frigidum intus reponatur, tamen calefiet vinum calefactione amphoræ, & hæc assimilatur hecticæ, vbi membra solida primo, & principaliter sunt calefacta, & per consequens alia. Aliquando est vinum calidum, amphora frigida, calefit inde amphora ex vino, & assimilatur putridæ, vbi hum. primò putrefiunt, & per consequens totum. Aliquando etiam aër calidus subintrat domum, vt patet in æstate in statu venti meridionalis, & ex calefactione aëris calefit tota domus, & hoc assimilatur ephimeræ, vbi calefiunt spiritus, & per consequens tota domus corporis humani. Ephimera appellatur febris, quæ principaliter in spiritibus radicatur, & dicitur ephimera ab enfiron pisce, qui eadem die, qua oritur moritur. Generatur autem hæc febr. ex causis multis tam exterioribus, quàm interioribus, & ex rebus sex innaturalibus indebitè corpori applicatis, sicut est aër nimis calid. frig. & pestilētialis, exercitium nimium, coitus, baln. cibus, potus calid. & venenum exhibitum, medicamina nimis calid. vigiliæ nimiæ, inanitio, nimia expulsio, & retentio superfluitatum, accidentia animæ, sicut est ira, tristitia, & consimilia, & proueniunt ex apostematibus, quæ proueniunt in emunctoriis membrorum nobilium, sicut bubones, & consimilia. Causas autem reddere omnium longum esset, & signa distinctiua habentur indicio patientis. Distinguitur specialiter hæc feb. ab omni alia, quia calor est æqualis in principio & in statu, non pungitiuus, vritiuus, nunquam venit nisi ex causa manifesta, vrina est naturalis, aut modicum distat, pulsus æqualis accedens ad velocitatem, & frequentiam, & modicum distat à naturali, terminatur cum sudore vaporoso, & non durat naturaliter, nisi per vnam diem. Sed si corpus est oppilatum, & similia, extendit se ad longius vsque ad quartam diem. Et si vadit vlterius, iam non est ephimera, sed putrida. Sed prognosticatio erit talis. Febris hæc erit breuis terminationis & bonæ, calor lentus sine malitiis symptomatum, & medicabit corpus diæta, & erit tenuis seruata, ne fiat casus in putridam, & non nimis tenuis, ne fiat casus in hecticam. Ergo diligens cautela sit in regimine, ne in aliam ruat febrem.

Ephimera. Putrida. Hectica.

Causa feb. ephimeræ.

Nota febris ephimeræ.

Præsagium febris ephimeræ.

Causæ feb. putrida.

Febris autem putrida in hunc modum fit. Putrefiunt humores cum destituunt, cum carent euentatione, cum conculcantur, cum magnificantur. Cum igitur pori claudūtur, quod fit cum humores augmentantur aut conculcantur, & constringuntur propter frigiditatē & similia. Tunc fit quædam ebullitio, & fumi capniosi, resolutio & permixtio subtilis cum grosso, quia putrefactio est in corporibus calidis, & humores cum dissolutione rara erunt. Est igitur putrefactio liquidorū & fluidorum, cum ergo materia conculcatur, resoluitur fumus siccus, vt apparet in sterco ribus putrefactis in campis, vbi resoluitur fumus vrēs, & pungens faciem, sicut fumus resolutus ex minera acutus, capniosus, pungitiuus petit cor, & superinflāmatur calor, spiritus cordis, ipsum cor, & per consequens totū corpus, & tunc est febr. formaliter. Distinguitur autem sic febris putrida ab aliis febribus, quia vniuersaliter calor in tactu est pungitiuus & vritiuus, tactui inferens nocumentum. Et venit vtplurimum sine causa manifesta, vrina est in principio indigesta, pulsus in principio paruus, velox, & in statu magnus & velox, in principio calor debilis, in statu fortis. Et si materia est intra venas, tunc vtplurimùm est sine rigore. Si est extra, est vtplurimum cum rigore, & contortio maior propter fumosarum superfluitatum expulsionem. Prognosticatio erit talis, omnis continua putrida, periculosa, & cum malitiosis, & pernecabilibus accidentibus, calore, forti inquietudine, & mala tolerantia patientis. Regimen & medicamina debent esse magnæ prospicacitatis, cautela mirabilis, solertia & diligens solicitudo. Debēt igitur medicamina applicari & regimē, quòd habeant aspectum ad oppilationem, pororum clausionē, quantitatem putredinis, eleuationem disgregationis, naturam materiæ, & ad particulam pa. Et secundum, quòd competunt plus illi vel illi, secundum hoc oportet componere medicamen, & inde euidenter medici peritia experitur. Febris autem hectica in mēbris solidis radicatur, & creatur duobus modis. Vnus est euidens & manifestus, & cum cali dirate, & ex febr. valida præcedente generatur. Alter est, ꝙ magis occultè, & magis paulatinè fit, scilicet cū causatur cum tristitia, labore, & similibus angoniis. In febre autem hectica, cuius subiectū sunt membra solida, omnes partes

Note febris putrida.

Præsagiū febris putrida.

Causæ feb. hecticæ.

Gale. in libello de inæquali intemperie.

corpo

corporis, secundū rerum naturas, alteratæ sunt æqualiter, & in toto corpore complexio naturalis est mutata, & facta est similis transmutanti. Et non est pars, quę possit resistere sensibiliter alteranti, & in principio, quia mala complexio est æqualis. Ideo non est dolor, quia contrariū nō sentitur cum sit idem & habituatum. Discernitur autē ab omni febre, quia pulsus est durus, quod non est directè in aliqua alia febre, nisi per accidens. Quia quando corpus est infrigidatum ex aëre vel ex aqua frigida, vel ex apostemate & similibus, vrina est indigesta, vnctuosa, & si fuerit introducta hectica propter febr. validas præcedentes, cognoscitur ex tensione cutis, profunditate oculorum, & notabilissima consumptione, quia humidum radicale consumptū est, exhaustum, & deseccatū, fractione, & puluerizatione, & vltimata immutatione, cuius rectificatio est penitus impossibilis, vt videmus in elychnio cum caret oleo, totus inflam matur, incineratur, comburitur, & subito extinguitur cum quadam inflāmatione subita. Et vastatur humidū elychnij ad tantam contractionē, ꝙ si etiam apponatur oleum, non saluabitur flāma, quia incineratū est, sed subito cum quodam inflāmato impetu extinguitur. Sic est in corpore nostro humidū radicale. Primum est cal. feb. exhaustum est & consumptum, sic quòd aliquo humido nutrimentali aduenient, calor naturalis saluari nō potest, & petit harmonia corporis & animę, sicut in decrepitis humido naturali cōsumpto sine pœna & fatigatione efficitur mors dulcis. Cū autē prouenit paulatinè, aut aliis prouenit causis, cognoscitur ex diuersa cibatione, quia post cibum magis affligitur: quod patet, quia si diuersis horis cibatur, diuersimodè plus vel minus affligetur. Et hoc etiā in omni specie est verum, & ex quacunq; causa prouenit. Hectica igitur quādo prouenit propter causonē, & feb. præcedētes, facilis cognitionis est, quoniā hypochondria, & venter videntur tangere dorsum, totum corpus est aridum, & siccū, pellis in toto ossibus videtur coniungi subito. Cum pinguibus, & humidis ista venire non possint, sed gracilibus & eis qui vixerunt in labore. Discernitur, quia in primo tactu calor videtur debilis, si cōtinuetur erit acutus, pungitiuus, pul. autem omniū hecticorū est debilis, paruus, spissus, & durus. Si autem prouenit hectica sine febribus præcedentibus,

Indicia febris hecticæ.

Hectica febris, quando facilis est cognitionis.

Hectica febri qui magis obnoxij.

Hectica febri difficilis cognitionis quando.

tunc est difficilis cognitionis in principio antequam appareat manifesta consumptio, quoniã in principio similitudinem habet cum ephimera, febre sanguinea, & aliis febr. putridis. Et si hectica fuerit simul cum putrida, de difficili cognoscitur. Si autem præsumatur, ꝙ sit ephimera ex hoc, quia calor naturalis nõ variatur in prima die, secunda, tertia, & nõ est facta aliqualis transmutatio, nec caloris inæqualitas, tunc si fuerit cum quadã corporis ariditate, & sic cum quadã consumptione, tunc proculdubio in hecticam est venturus. Quoniã etiam si humiditas cordis, & mẽbrorum radicalium nondũ est consumpta, tamen egressus est super calefactionẽ & ebullitionem. Si autẽ de synocha dubitetur, propter æqualem afflictionem, tunc distinguitur, quia in synocha est calor fortis, & inflãmatus lædens manum, & pul. magnus, velox & frequens. In hectica autẽ omnia ista minorantur, secundum minorationẽ caloris hectici cæ cõparando ad synocham. Feb. igitur est imbecillis, pul. paruus, & debilis. Si autẽ dubitetur de aliis feb. putridis, hoc est, quod distinguit, quia omnes putridæ inæqualiter affligunt, aut secundũ dies pares, aut secundum paroxysmos interpolatos, aut secundum maiores, vel minores afflictiones continuas. In hecticis autẽ quantum est de se, sunt æqualis afflictionis, nisi sit propter cibũ. Hoc enim maximè proprium est omnibus hecticis post cibum inflãmari, pulsus augeri, & postea venit ad primam dispositionẽ, quoniam est calor sic situatus in ficco, humido nutrimentali adueniente, inflammatur & intenditur calor, sicut videmus lapides ignitos fumare, & calcẽ viuam, si aqua frigida super apponatur. Hoc enim est cõmune omni hecticæ, quoniã calor est fortior in arteriis, quàm in partibus vicinis.

Præsagium modus in febre hectica.

Prognosticatio igitur erit talis, si fuerit in principio cum nondum humidũ cordis est consumptum, corpus deficcatum & aridum factũ, tunc possibilis est curatio: sed si fuerit in fine iam humido cordis consumpto, corpore exiccato, & arido facto, tunc impossibilis est curatio, sicut est ostẽsum in elychnio. Si autem fuerit dispositionis mediæ inter consumptionem, tunc curatio erit media inter curabilem omnino, & omnino incurabilem.

Curatio febris hectica.

Curatio igitur erit cum humidis, & temperatè calidis, ita super omnia valet lac: quia de facili per membra disseminatur, nutrit & assimi-

latur:

latur:& primo valet lac mulieris plus iuuenis bene complexionatæ:deinde asinæ:postea caprarum : deinde vaccarum grossum, caprarum mediocre. Elige igitur montem excelsum in quo inhabita , & elige de lacte, quo indiguerit,& curabuntur multi,quorum nullus euaderet.

DE PROGNOSTICATIONE ÆGRITVDINVM SECVNDVM tempora anni.

De prognosticatione ægritudinum vernalium.

CAP. I.

Temporis veris descriptio.

TEMPVS autem vtile secundum intentionem Astrologorum incipit à principio Arietis, & durat vsq; in finem Geminorum , & continet tria signa,& tres menses, sicut est Aries, Taurus,Gemini.Incipit fere à medio Martij,& durat,quasi ad medium Iunij,secundum tamen intentionem medicorum illud totum tempus est vernale in quo arbores incipiunt pullulare, florere, & terra germinare , & ita habet strictũram , & latitudinem secundum diuersitatem climatum. Hoc autem totum tempus tẽperatum est , quia sole ascendente æqualis est aspectus. Vnde in Aestate est calor nimius propter directum aspectũ , & approximationem solis ad nos. In Hyeme, est tempus frigidum propter elongationẽ solis à nobis. In vere autem, aspectus est mediocris,& ideo non est in Vere tantus calor, sicut in Aestate, nec tanta humiditas , sicut in Hyeme: ideo tempus vernale temperatum est in se,& temperatum per comparationem ad tempora extrema , & per comparationem ad affectum eorum, quæ introducit in corpore humano : quoniã si ipsum temperatum inuenerit, conseruabit illud: si distẽperatum , diuersas causabit ægritudines secundum diuersitates distemperantiarum. Hoc tamen non est ex sui malitia, sed est ex fortitudine virtutis corpus mundificantis. Secundum tamen temperamentum latitudinẽ habet, quia in principio assimilatur Hyemi,& in fine Aestati. In medio autem est maius temperamentum. Si autem ver suam naturam non seruauerit, diuersas ægritudines causabit , secundum quòd distemperantia est diuersa. Nunc autem sua

Veris tempus temperatum.

distemperantia, aut est in qualitatibus, aut in substantia. Si in qualitatibus, aut in actiuis, aut in passiuis, aut in vtrisque, aut in simplicibus, aut in compositis, secundum hæc ægritudines generabuntur, quæ complexioni eleuatę assimilantur: aut est alteratio facta in substantia, nō quòd aëris substantia cum sit simplex, corrumpatur, sed propter vapores admixtos, qui effectiuè ex superioribus procedūt materialiter ex inferioribus in aëre causant epidimiam. Corpora tamen ex hoc non læduntur, nisi fuerint apta, propterea aliæ & aliæ ægritudines generantur, secundum quòd est complexio temporum præcedentium vnius, vel plurium, quæ præcessit eadem aut diuersa, in quorum cognitione sola sufficit exercitatio. His autem omnibus bene cognitis, & in se consideratis, prognosticatio erit talis, cum videbit medicus aërem temperatum, & tēpora præterita fuerint tēperata, ægritudines huius temporis erunt breues, & bonæ terminationis, & sanguineæ, salubres, quantum est ex proprietate temporis. De ægritudinibus autem generatis per attributionem, quæ est ex materia in hyeme aggregata, generabuntur apostemata, epilepsia, & similes morbi, febr. & huiusmodi. Quantum autem est de materia aggregata in Autumno, generabuntur lepra, melancholia, infectiones, & similia generata de materia melancholica. Quantum est autem de materia generata in æstate, generabuntur mania, tertianæ, causon, & ægritudines, quæ generantur, ex chol. adusta. De ægritudinibus autem, quæ generantur in vere distemperato, dico, quòd sunt aliæ & aliæ, secundum distemperantias, & corruptiones diuersas, quod esset longum enarrare, sed iudica secundum, quòd erunt similes diferasiæ, quia omne agens similem affectum inducit in passo. Medicatio igitur erit talis. In principio veris medicatur corpus, mundificatur cum temperatis & leuibus. In fine fiant phlebotomia, balnea, fricationes, & exercitia temperata. Diæta fit mediocris per totum, & ita nihil nociuum poterit prævalere.

Morbi verni.

Ægritudines istæ diuersæ à victus ratione præcedē te generari solent.

Facienda tempore veris.

De prognosticatione ægritudinum æstiualium.

CAP. II.

Descriptio æstatis.

AEstas est totum illud tempus, quod est à principio Cancri vsq; ad finem Virginis, & continet tria signa, sicut est Cancer, Leo, Virgo, & incipit fere à medio Iunij,

&

& terminatur quasi in medio Septembris. Vel æstas est totum illud tempus in quo grana venerunt ad perfectam maturitatem. Et hæc diuersitas est magna valde secundum diuersitatem climatũ. Aestas est cal. & siccæ cõplexionis, in qua excedit caliditas magna valde propter approximationem solis ad nos, & propter aspectum directum, & quia radius fere est perpẽdicularis, ideo magna, & fortis reflexio, tum etiam propter conformitatem, tum etiam propter canicũlã, quę est in ore leonis, cuius ortus est in xx. die Iunij, & durat fere xl. diebus, & habet fortissimã virtutem immutando aërem, ideo transmutat corpus ad cal. & sic. Hoc tamen est suũ temperamentũ, cum sunt aliquæ pluuiæ, & vẽtus boreas incipit flare in principio dictũ canicullariũ, quare tunc aër sanus, & homines viuũt sanatiui. Distẽperatur autem aër in æstate quadrupliciter, aut quia intenditur in eisdem qualitatibus, vt quia nimis cal. & sic. & tunc causat minorem epidimiã, aut transmutatur in oppositis, vt quia æstas est frigida, & humida, tunc causat maiorẽ epidimiã, aut corrũpitur in se propter vapores resolutos, corruptos, mixtos cum aëre, tunc causat maiorem epidimiã. Quarto modo alteratur natura æstatis propter cõplexiones temporum præcedentes cum suã naturã non seruauerint, tunc generãtur ægritudines aliæ & aliæ, quodlibet tamẽ effectũ consimilem introducit. Medicus autem cum ista cognouerit, prognosticare incipiet per hunc modum. Si æstas suam naturam seruauerit, ægritudines erunt bonæ, bonæ determinationes & salubres, sine pernecabilibus accidentibus. Vnde ægritudines generatæ per viam proprietatis erunt tertianæ, causon, phrenesis, & consimilia. Illæ autem, quæ sunt per attributionem, sunt quantum est de Vere synochus, & similes morbi de sãguine. Si ex Hyeme, apoplexia, arthetica, & similia. Si ex Autumno, quartanæ erraticæ, melancholiæ, & similia, ex malo regimine. Omnes tamen morbi possunt generari, & quo ad fieri, & quo ad factum esse. De ægritudinibus autem generatis in æstate distemperata prognosticabit perniciem, & malam terminationem, & certam suspectam semper in naturam residuam. Hæc tamen erunt alia, & alia secundum naturam discrasiarum, & naturam corporum suscipientium. Medicatio erit talis,

Aëris in æstate distẽperatio quadruplex.

Ratio prognosticandi ægritudines æstiuales.

Rectifica-

habita

Vio aeris in aegritudinibus æstiualibus.

habitatio sit marmorea, discooperta à parte flatus borealis, & pauimentum sit infrigidatum, cũ aqua ros. aceto al. sandal. camphora, multitudine nenufaris, & similibus. Vtatur rob. malorũ gra. cum vno bolo cassiæ fistulæ in hebdomada semel. Vratur cibis facilis digestionis, dimittat coitum, exercitiũ, solicitudinẽ, & omnia quæ sunt in excessu versus caliditatẽ potissimè, & sanabitur si Deus voluerit.

De prognosticatione aegritudinum autumnalium. CAP. III.

Autumni descriptio.

AVtumnus est totum illud tẽpus, quod est à principio Libræ vsque ad finẽ Sagittarij: & cõtinet tria signa, sicut est Libra, Scorpio, Sagitarius, & continet tres menses, incipit fere in medio Septembris, & terminatur quasi in medio Decẽbris. Vel Autumnus est illud tempus, in quo folia incipiunt cadere de arboribus, donec perfectè ceciderint, & terræ nascentia marcescunt. Nunc autem complexio sua est frigida, & sicca. Et verum est, quòd sicut ex ascensu solis per zodiacum Ver redditur temperatum, ita ex æquali descensu Autumnus erit temperatus. Sed aliud est, quod facit illud distemperamentũ. Aër autumnalis est frigidissimus, siccissimus, quia cũ aër sit subtiliatus, & sum mè deficcatus propter æstatem præcedentem, cum in Autumno veniente nihil sit quod humectet, ideo remanet illa siccitas, & subtilitas, & quia aër incipit infrigidari propter elongationẽ solis, ideo aër Autumnalis alteratur, & transmutatur à quolibet alterante siue venti, siue vapores, siue influentia orbium, seu alteratio calida, seu frigida, & cum sit subtilis, fit de facili impressio, & aër fit subtilis. Ideo in Autumno modo calida, modo frigida, versus omnia lata transmutantur. Vnde non est tanta caliditas, sicut in Aestate, nec tanta humiditas, sicut in Hyeme: tota igitur natura eius declinabit ad frigidum, & siccum. Cum ergo complexio corporis sequatur complexionem aëris, ideo multipliciter corpus humanum trãsmutatur, & hu. varij, & diuersi generãtur, modo cal. modo fri. virtus debilitatur propter subitas transmutationes, ideo varij morbi, & diuersi quasi pestilentiales generãtur in Autumno, tum propter naturã eius, quia cõseruat malitiã Aestatis, tũ propter fructus comestos in Aestate. Ista autẽ omnia accidũt in Autumno, cũ seruauerint suã naturã. Nunc autẽ tẽpus autumnale quadrupliciter variatur, cũ suã exuerit naturã: aut enim inten-

Autumni tẽperatura est frigida & ficca, & inæqualis, teste Gal.

Tẽperamẽtũ corporis sequitur tẽperamẽtum aeris.

ditur

ditur in eisdē qualitatibus, tunc causat minorē epidimiā, & tunc multiplicātur morbi frig.& sicci,sicut est melācho. desipiētia,& cōsimiles morbi.Si autē trāsmutetur ad oppositas qualitates,tūc causat mediā epidimiā,& multiplicantur morbi cal.& hu.sicut apostemata,virulentia,sanies rubigines,& ægritudines corruptiuæ,corrosiuæ, & cōsimilia. Si autem corrumpatur in substantia propter vapores admixtos,tunc causat maiorē epidi.& generantur feb.pestiferæ corruptiuæ, in quibus est incerta prognosticatio, propter virtutum signorum particularium.Si autem transmutatur Autumnus propter præcedentia,vt quia in eisdē qualitatibus fuerunt transmutata, tunc diuersi morbi causabuntur secundum diuersitatem illarum trāsmutionum, quod enarrare esset lōgum.Et nō oportet nisi quòd intelligamus , quòd quælibet causa effectum sibi similem introducit.Qui igitur omnia ista cognouit,surgat & prognosticet per hūc modū.Autumnus si suā naturā seruauerit, generabūtur ægritudines lōgæ,& malæ terminationis,errati cæ,multæ,& quartanæ innumerabiles, desipiētiæ infinitæ, lepra,infectiones variæ,& diuersæ,& cōsimiles morbi causati per viā proprietatis.Si autē generātur per viā attributionis,tūc quantū est de materia generata in Aestate conseruata,& retēta in Autumno propter frigiditatē eius generabūtur tertianæ, causon, fluxus ventris chol.mania, & morbi cōsimiles. Si autē generatur materia in Vere,& forma introducatur in Autumno, tunc generātur feb.sangui. apostemata sang.& similia. Si autē materia generatur in Hyeme,& fuerit cōseruata vsq; ad Autumnum, causabuntur apostemata,epilepsia,& similes morbi generati de materia fri.& hu.Si autē suā naturā seruauerit , generabūtur cōsimiles morbi secūdum naturā discrasiarum, quod esset lōgum narrare,sed studioso medico remittatur.Medicatio erit talis,summè caueat repletionem,coitum,exercitium immoderatum, solicitudinem,cibaria frig. & sicca,& fructus potissimè,vtatur sene,cassiafi.& mundificantibus,balgaudio,& rob.de pomis maturis,diambra,& lætitia Gal.& quia inter omnia subita mutatio aëris cal.& frigi.plus nocet,ideo non alienet vestes,vt rarefactum subita frigiditas non subintret,& cum hoc non potare vinum nouum,quia malum germen in corpore introducit, sed vinum anni citrinum

Morbi autumnales.

Præcautio à morbus autūnalibus.

trinum in colore, deinde vulgare Prouincialiũ,castagnin, mediocre in substantia'odoriferum, hoc enim si temperatè sumatur theriaca,erit tantæ nobilitatis, quòd nihil ma lignum corpus poterit affligere.

De prognostication egritudinum hyemalium. CAP. IIII.

Hybernitẽ poris descri ptio.

HYems est totum illud tẽpus quod est à principio Capricorni vsq; ad finem Piscium, & cõtinet tria signa, sicut sunt Capricornus, Aquarius,Pisces, & continet tres menses,incipit fere in medio Decẽbris,& durat vsq; ad medium Martij. Et dico notabiliter fere, quia hæc cõputatio nõ est quo ad motum vnum, quia aliquãdo habet plus de mense,aliquando minus, ideo cõputatio medij mensis est grossa cõputatio,quasi ad medium motũ quãtum sufficiat medico. vel, Hyems totum illud tẽpus est,quod est à casu foliorum vsq; ad tempus pullulationis, germinationis, & productionis foliorum,& est tempus frigidum & humidũ. Latitudinem tamen habet secundum ꝙ fini,vel principio assimilatur,& etiam diuersificatur,secundum climatum diuisionẽ. Cum enim sol in prædictis signis excedens approximetur ad polum antarcticũ, & elõgetur ab arctico, ideo aspectus obliquus & reflectio modica, quare & apud nos frigiditas magna,& quanto clima magis approximatur ad polum arcticum,tanto frigiditas maior, & quia frigidum aggregat humidum,& aspectus signa,& orbes cõueniunt, ideo hu.& fri.& cum hoc frigi.& hu.nisi multum exedãt, est suum temperamentum. Intelligendum est enim,quòd corpori humano melius esset longè si totus annus esset tẽperatus & consimilis, quàm quando sequitur in oppositis,& cõtrariis qualitatibus, cum tempora distẽperata alterent corpus,& corrumpant,tamen viuẽtibus,& cõsuetis climatibus distemperatis, æquale distemperamentum est eis temperamentũ propter duo. Vnum est cõsuetudo,quia est altera natura. Secundum tempus subsequens, quod est distemperamentum in opposito, ita vnum quodammodo temperat malitiã alterius,vnde postquam ita est,ꝙ secundum diuersitatem climatum tẽpora sunt distẽperata, melius tamẽ est,quòd distẽperentur in oppositis qualitatibus quàm si remanerent in eadem distẽperantia. Vnde melius est modo,ꝙ Autumnus frigidus subsequatur Aestati,quàm si totus annus esset Aestas.& melius quòd Hyems humida

Gale. facultatũ natural. & desani.tẽda.

subseq

subsequatur Autumno ficco, quàm si totus annus esset Autumnus. A tali autem temperamento contingit Hyemem multipliciter prolongari, quoniam aut excedit in eisdem qualitatibus, aut quia Hyems nimis frigidus & humidus est, aut transmutatur ad oppositas qualitates, vt quia calidus & siccus ad naturam propriam comparãdo, non ad naturam Aestatis, quia ad caliditatem & siccitatem Aestatis venire non potest, aut quia propter vapores aër corrumpitur, aut propter distemperantiam temporum præcedentium, & secundum diuersitatem discrasiarum aliæ & aliæ ægritudines causabuntur. Qui igitur cognouerit, audacter prognosticabit. Si ergo Hyems & alia tempora seruauerint suum temperamẽtum quãtum est de proprietate temporis, cum quodlibet tempus multiplicet ægritudinem proportionalem, generabuntur ægritudines frigidæ & humidæ, vt apoplexia, epilepsia, lethargia, paralysis, & similia, & erunt ægritudines longæ, & apostemata plurima tardæ determinationis, & similia. Quãtum est autem de ægritudinibus generatis per viam attributionis, & diuersæ generabuntur per viam attributionis, quãtum est de Autumno, melancholiæ, quartanæ & similia: quantum est de Aestate, tertianæ, maniæ, & consimilia: quantum est de Vere, ægritudines sanguineæ. Si autem Hyems fuerit distemperata, & alia tempora temperata, tunc ægritudines diuersæ causabuntur secundum diuersitates discrasiarum, quæ omnia industriæ medici relinquantur. Medicatio erit talis, summopere præcauere à rheumate, & quia secundæ digestiuæ operatio hepatis est: san. cali. & hu. multiplicatur in animalibus fortibus, quorum corpus non est nimis rarum, aut debile, tamen de secunda generatione humorum in venis propter frigiditatem aëris & densitatem cutis, hu. frigi. multiplicantur, ideo competunt exercitia, bal. fricationes, vinum forte, & cibaria calida, fortis digestionis, cooperimenta plurima, ignes, ablutio capitis, fortis fricatio eius, semel multum comedere & non frequenter, & quia caput incurrit nocumentum, competunt suffumigationes factæ de ladano, myrrha, & styrace calamita, quantum est de nocumento corporis propter nocumenta eius & rheumata, competunt hyssopus & prassium, liquir. & ita de aliis, & sic præseruabitur Deo dante.

Ratio prognosticandi ægritudines hyemales.

Præcautio à morbis hyemalib.

Suffumigia in hyeme cur necessaria interdum.

De

De prognostication secundum naturam consuetudinis. CAP. V.

Consuetudinis tãta vis vt corpori & animæ imperet.

CÕsuetudo est altera natura,& res cõsueta naturã alterat & transmutat, quòd autẽ cõsuetudo alteret & transmutet,hoc est verum,nõ solum in corpore,immo animam ligat.Quòd autem res consueta liget animã,hoc patet in viuentibus sub diuersitate sectarum, quantã quilibet exponet se morti ad defendendũ assueta in secta, ideo fortis cõsuetudo incarcerat & ligat animã ad consuetum. Ideo qui voluerit acquirere bonos mores,assuescat in puericia.Hoc enim totum est,quia mores puerorum immutantur propter audita, inspecta,& malas musicas:quare puellæ assuescendæ in bonis moribus potissimè versus tempus eruptionis menstruorum,quia si sit disposita ad luxuriam, & assuescat in illo,tunc vix,aut nunquam corrigetur.Similiter dico de masculis tempore pubescẽtię.Consuetudo & animam sibi assimilat ipsam & continet irascibilitatẽ.Et sicut consuetudo allicit animam, ita & corpus, vt videmus in toto corpore & parte corporis. In toto apparet, si quis consueuit esse in æstate in sole, melius tolerat nocumentum caloris,quàm insuetus:& qui consueuit esse in tempore frigido cum paucis vestimentis,melius tolerat quàm ille qui non consueuit,& propter hoc dicit prouer.Secundũ vestes Deus frigus dat.Insuper qui cõsueuit comedere mala cibaria corrupta & grossa,aut etiam venenosa,melius digerit quàm ille qui non consueuit, quoniam cibus malus, aut venenum cum à principio paulatinè accipiuntur, alterant corpus,& sibi assimilant,& quia simile inquantum huiusmodi non alterat,nec transmutat, & corpus factum est simile malo cibo, ideo ex malo cibo tanquam simili non læditur.Assuetum igitur non transmutat, & in curatione morborum qui longo tempore vsus est vno medicamine non alteratur,quare oportet mutare medicamen, aut modum. Particulariter patet, quia ille qui consueuit audire campanam de propè, aut vocem tympani, aut tubæ, aut molendini, aut tonitrui magni,minus læditur, quàm ille qui non consueuit,ita de aliis sensibus. Hoc autem patet in sensu & motu. Nónne videmus in motibus manuum, quod est mirabile in illis qui tangunt instrumenta, quoniam ex consuetudine digitus aliquando mouetur in melodia ad chordã & locum præter hoc quòd intelligat ille

Consuetudo vitæ diligẽter à medico obseruanda.

quod

quod patet, quia aliquãdo rectè melodiabit, & cum aliquo loquetur. Ecce igitur quo modo digitus mouetur ex cõsuetudine ex se ad locum tãquam si haberet intellectum. Idem dico de pedibus in textoribus. Res igitur assueta alterat corpus, transmutat & facit à consueto minus pati, siue fuerit cal. siue frigid. siue sic. siue humid. siue motus, aut quies, & ira de omnibus aliis. Qui igitur naturam consuetudinis sciunt prognosticare poterunt per hunc modum: ægritudines quæ generantur cum natura consuetudinis sunt: ægritudines bonę terminationis, quia paruam habent causam, cùm vnumquodque diserasiatum lædatur à suo simili, & si infirmetur cum his quæ sunt contra consuetudinem, tunc est deterius, quia causa videtur fortis. Vnde velocius patefiet faber quantum est ex hoc ægritudines cali. quàm frigidas, & piscator frigi. quàm cali. Res igitur consuetæ non sunt molestæ, ideo citius curabitur assuetus habere febr. quàm non assuetus. Medicatio erit talis. Res enim cõsuetudinis obseruandæ sunt. Et si fuerint extra consuetudinẽ, reducendę ad consuetum, conualescentes ad consuetum reducendi. Si autem cõsuetudo mala fuerit, vt in illo qui diu comedit mala cibaria, aut incarceratus, aut qui nutritus fuit de veneno: primo debet modicum de bono cibo sumere, & multum de malo, secundo die plus de bono & minus de malo, postea, plus, & postea paulatim bonum addere & malum diminuere, donec ad bonum totaliter fuerit assuetus. Ita dico de motu, quiete, somno, vigilia & sex rebus non naturalibus. Semper enim sunt ad melius reducendi paulatinè. vide igitur quantum minus habet consuetudo. *Consuetudo mala.*

De prognosticatione secundum naturam ætatis. CAP. VI.

AEtates sunt multiplices, sicut ætas nouiter genitorum vsque ad sex menses, in qua corpus est in vltimo humiditatis, & ossa secundum genus suum, quod patet, quia figuræ sunt rectificabiles propter molliciem ossium, in qua multa accidunt particularia cum subito transmutatur ad aërem frigidum, & propter vmbilici incisionem, & propter lactis caliditatem, labia vlcerantur, & multa consimilia. Secunda ætas est dentium plantatiua, & durat fere vsq; ad sex annos, in qua humores incipiũt aliqualiter deficcari, ideo incipiũt loqui, ambulare, & propter dentes incurrũt ægritudines diuersas, & multas, sicut est feb. fluxus ventris, vi- *Prima ætas.* *Secunda ætas.*

Tertia ætas. giliæ, dolores intolerabiles, & consimilia. Tertia est ætas concussionis, & durat fere vsque ad 14. annum, in qua plus humidũ desiccatur, ideo motus fortior in principio huius ætatis cum membra incipiunt consolidari, & cum sint parati ad receptionem, debent poni ad officium, quia intendunt vel declinant, vt ad literas, vel ad militiam & consimilia, sicut melius dicemus in libro de regimine sanitatis, cũ regimen principaliter tractabimus, & quia in hac ætate incipiunt currere, saltare, & se adinuicem percutere, ideo incurrunt multas malas ægritudines, sicut est lapis, apostemata, epilepsia, & consimilia. *Quarta ætas.* Quarta ætas est pollutionis siue pubescẽtiæ, incipit in anno 14. & terminatur in 20. seu 24. vbi licet humidum sit consumptum, æqualis tamen est cali. in hac ætate & subsequentibus quantum ad radicem, quia adhuc est tantum humidum, quòd potest saluare calidum: ideo licet in hac ætate calidum sit magis intensum, æqualis tamen est in radice. Licet etiam sit in hac ætate magis extensum quantum est de subiecto humidi infusi non humidi primi: quòd autem aliquo tempore eadẽ saluetur in humido diuersificato secundum plus & minus, sicut patet in elychnio cãdelæ, ideo propter coitum, & similia incurrunt in hac ætate artheticas, podagram, & alias ægritudines innumerabiles. *Quinta ætas.* Quinta ætas est adolescentia, seu iuuentus, seu pulchritudinis, & durat ab anno vigesimo, vel vigesimoquinto vsq; ad trigesimumquintum, in qua augmentatur corpus & vires diuersimodè secundum diuersitatem complexionum, climatum & similium. Vnde licet in pueritia sit magis augmentum naturaliter, tamen apparenter & violenter in iuuentute magis propter coitum & motum, quia in hac ætate homines confidunt de virtutibus, & sunt mali regiminis, ideo multas pas. incurrunt, sicut sunt *Sexta ætas.* feb. acutæ, phreneſis & causum, & similia. Sexta ætas est senectus seu consistentiæ, durat à 55. fere vsque ad 60. In hac enim ætate calor diminuitur & infrigidatur corpus propter humidi radicalis consumptionem, in principio autem non multum sensibiliter apparet, licet in radice sit diminutio. In hac enim ætate virtus satis tolerat, caro, nerui, & ossa sunt solida, & non est multa resolutio, ideo potest pati frigus, cal. frigiditatẽ, vigilias, & sunt prompti ad omnes angonias, ideo in hac ætate sunt meliores milites. Illi enim

sunt

sunt meliores, qui labores plurimos possunt tolerare, & quia de viribus confidunt, sicut in ætate præcedenti, ideo propter malum regimen multas pass. incurrunt, sicut sunt feb. longæ, fluxus sang. & consimilia. Septima ætas est decrepitorum, in qua terminatur vita, & est frigida & ficca connaturaliter, & accidẽtaliter propter indigestionem sicci generantur humores. Est enim in hac ętate calor, sicut lucerna parata extinctioni. Vnde nihil aliud est senectus, quã semita ad mortem. In hac ætate multas ęgritudines, & pas. incurrunt, vt est epilepsia, lithargia, stupor, & consimilia. Quoniam tunc humidum factum est aquosum, & nõ potest saluari cal. & aduenit mors quę talibus destinata est per naturam, cum quodlibet naturale certa periodo mensuretur. Qui igitur ista cognouerit, poterit prognosticare. Aegritudines igitur quæ generantur ex proprietate ætatis, erũt similes ætati, & quòd per attributionem erunt omnes. Vnde sicut in Aestate multiplicantur tertianæ, in Autumno quartanæ, & in cõsueto cibariis cal. generãtur ægritudines cal. sic in ætatibus generantur secũdum similitudinem ætatis. In pueritiæ ætate ægritudines sanguineæ generabuntur, in iuuentute cholericæ, in senectute phlegmaticæ, & in decrepita ætate melancholicæ. Ex malo autem regimine, ęgritudines possunt venire. Medicatio nimis esset lõga, alibi per Dei gratiam pertractabitur. Consistit totũ regimen in hoc, quoniam quilibet erit in ætate qualibet sanatiuus, dum tamen sit boni regiminis, hoc enim continet totum, &c. *Septima ætas.*

Ad prognosticandum secundum naturam regionum.

CAPVT VII.

Regionum diuisio.

REgionum quædã sunt Orientales, quæ vergunt ad caliditatem & ficcitatem versus temperiem, pro tanto, quia Sol mundificat aërem, & consumit vapores. Vnde ibi sunt homines satis boni in moribus, quorum facies sunt vitulinæ, & arbores sunt longæ multorum fructuum, herbæ sunt multę, quorum equi & animalia secundum suum modum figuris assimilantur, aquæ sunt ibi mundæ, venti subtiles, homines sanatiui, & de facili inclinant ad pietatem.

Regiones Occidentales.

Quædam Occidentales quæ vergunt ad frigiditatem, & humiditatem, sicut Orientalis ad cal. & ficc. pro tanto, quia Sol modico tempore ibi moratur, & non potuit mundificare aërem, & vbi multi vapores sunt, ibi homines non sunt

sanatiui:,sed in Autumno rheumatici, in quibus multiplicantur hydropisis,apostemata aquosa, & ægritudines humidæ.In parte tamen occidentali quæ declinat versus meridiem versus Aphricam,homines sunt vt plurimum cholerici,mobiles,veloces in motu,cum faucibus oblongis,sicut melancholici, & Orientales hábent obtusas, ita vituli & equi eorum assimilantur eis,quoniam sunt macilenti, robustissimi,& facies eorum est macilenta oblonga, sicut patet ad sensus in gente Hispaniæ quæ approximatur ex vno latere versus meridiem maris cornu, & altero Oceano, vt patet in gente Arabum dicta vulgariter Genet. Quædam sunt meridionales, & sunt cal.propter approximationē ad torridam zonam, humidæ propter vicinitatem ad maria, quoniam licet in Septentrionali elementa grauia multiplicentur,& secundum hoc ibi sit aquarum generatio, tamen elementa leuia multiplicantur in meridie, & grauia diminuuntur,ideo propter depressionem elementorum grauiū, non currunt aquæ versus meridiem & multiplicantur maria,potissimè tamen aquæ salsæ currentes super terram, & rarissimè accidit in aliis regionibus : homines autem sunt bonorum morum,pacifici,quieti, & obedientes suæ legi & regi,propter debilitatem caloris in corde eorum, & decurrunt de facili nocumenta, & fluxum ventris & ægritudines quæ generātur de phlegmate salso. In Iudæa autem in terra nigrorum, homines sunt senes in tricesimo anno, vltra autem regionem vbi colligitur piper, accidunt multa monstra & peccata,sicut sunt Pigmæi, qui non sunt nisi ad longitudinem vnius palmæ, sicut ego vidi. Et multa monstra quæ non debemus hic ponere,nec ad nos pertinet.Aegritudines autem quæ his accidunt,sunt feb.longæ,epilepsia,paralysis, fluxus hæmorrh.fluxus menstruorum,& multa similia. Quædam sunt septentrionales,& sunt frig.& sic.Homines autem habent bonam digestionem & magnum appetitum,abundant in sanguine & calore. Sunt autem boni in naturalibus, mali autem in moribus, quoniā bellicosi, irascibiles, indomabiles, furiosi,parati ad bella,inobedientes regi & legi, & quia digestio venarum propter frigiditatem aëris corrumpitur,ideo pingues, albi. Et cum hoc natura fecit equos similes figuris eorum, pingues & rotundos, vt patet in equis Alemanorum,& propter malū regimen,quia confidunt

Regiones Meridionales.

Mores hominum Septentrionalium.

confidunt de digestiua, & quia aër frigidus, ideo ægritudines frigidas incurrũt. Partus sunt difficiles, & phthises incurrũt. Regiones tẽperatæ cognoscũtur ex effectibus temperatis. Vnde illa regio vniuersaliter est temperata, in qua inueniũtur homines temperati, iusti, electæ formæ, magnæ prudentiæ, & equi sunt secundum naturam eorum eis similes, & est ibi copia multa bor. bugloſſæ, olinarum, gallinarum, phasianorum, perdicum, & similium. Regiones autem aliæ & aliæ diuersificantur, quia quædam sunt petrosæ, & sunt multum calid. in æstate, & multum frigidæ in hyeme, & habitantes habent corpora solida, & sunt vigilantes, & armorum homines, & solertiam magnã in artibus, & acuitatem habent. Regiones autem quædam sunt petrosæ, quædam lutosæ, quędam arenosę, quædam pingues. Et secundũ hoc diuersificantur complexiones, quod industriæ medici relinquamus. Regiones quædam sunt humidæ, & sunt homines pulchræ formę, sed incurrunt fluxũ ventris. Regiones quędam sunt eleuatę in mõtibus, & tales sunt frigidæ, & incurrunt tusses, catarrhos, & consimilia. Sunt autem sani, & fortes, & diu viuunt. Regiones quę sunt in vallibus, habent malum aërem, homines non sunt sanatiui, & incurrunt humiditates multas. Qui igitur vult struere ciuitatẽ, eligat locũ non nimis depressum, & sint mõtes, & regio detecta à parte meridiei, & sit tecta à parte Occidentis propter ventum Austrinũ, sit detecta ex parte Orientis, vt Sol possit ipsam mundificare, & detecta ex parte Septẽtrionali, vt ventus Borealis possit perflare, & ℘ sit in regione copia bugloſſæ, & multitudo auiũ. Et non sit ibi arbor nucis, nec ficus, nec suellanæ, nec sinapis, nec lacus, sed approximetur mari mundo, & non sit in decursu multarum superfluitatũ, quòd indignæ sunt saluti, & carretiæ sint latę, altitudo, fabrica murorum & domorũ non sit nimis eleuata: in domo sint quatuor fenestrę versus quatuor partes mundi, & claudantur & aperiantur secundum quòd indiguerint secundũ diuersitatem ventorum. Aquę sint clarę, dulces, mũdę currentes supra terram mundam. Fons sit taliter dispositus, quòd currat versus Orientem. Et Sol de mane percutiat ostiũ fontis, & currat per loca munda, hauriatur longe ab ostio fontis, vt sit depurata ex virtute stellarum. Orobũ, & frumẽtum quo vtantur homines ciuitatis, sit collectum de

Regiones temperatæ.

Regionum tẽperatura secundũ loci diuersitatẽ.

Electio loci apti ad ciuitatem condendam.

Fontiũ situs cõmodior, et salubrior.

Legumina.

Carnes. terra leui, nõ de terra pingui, nec argillosa. Carnes quibus
Vinum. vtuntur sint nutritæ in mõtibus rupensibus. Ligna sunt de iunipero. Vinũ sit natum in collibus montium, & Sol tangat quotidie. Qui igitur nouerit ista in regionibus, poterit
Aegritudines regionis. prognosticare, poterit & curare. Aegritudines igitur sunt triplices, quædã regionales, quædã pestilentiales, & quædã diuersæ. Aegritudines regionales secundũ naturam climatum, montium & vallium, vt dictum est, fiunt. Vnde in mõtibus generantur tusses, phthisis, bocium gulæ, & similia. In vallibus, hydropisis, & similia. Et intelligamus de virtute regionum, vt dictum est. Aegritudines pestilẽtiales, sunt ex corruptione aëris, quæ omnes sunt pestiferæ, mortales, de quibus facta est superius mentio. Aegritudines diuersæ sunt, quæ ex malo regimine proueniunt, & sunt infinitæ.
Curatio præseruatiua. Curatio igitur esset nimis longa propter longitudinẽ verborum, nisi sicut conseruatio fit per simile, sic curatio per contrariũ. Aduertat igitur quilibet ad discrasiã regionis, & omnes res non naturales eleuentur in gradu opposito, donec fiat appositio discrasiæ regionis, ita fiat reductio ad tẽperamentũ. Septentrionales igitur vtantur cal. Meridionales frí. Occidentales siccis, Orietales humidis tẽperatè.

De prognostication morborum secundum naturam ventorum.

CAP. VIII.

De ventorum generatione, differentia & nominibus, vide Arist. lib. 3. Meteo. Plí. lib. 2. c. 49. & Gell. lib. 2. cap. 22. VEntus quantum est de se est vapor frig. & sicc. ex inferioribus resolutus, ideo cum vapor est affixus scilicet vapori, acquirit naturam leuẽ, & ascendit ad superiora. Cũ autem venerit ad mediam regionẽ aëris vbi est regio Septentrionis frigoris, tunc separatur sic. ab humido. Et portio sicci, quæ vltra medium eleuatur, est materia cum qua inflammantur stellæ comatæ, caudæ rotundæ, stellæ cadentes, assub. & aliarum impressionum multarũ, & inflammatorum apparentium tẽpore calido & sicco, tunc fontes & flumina deficcantur, tunc prognosticantur ingentes guerras, & mortem regum, quod posset esse propter multiplicationem choleræ anno illo quæ mouet ad iram & impetum. Vapor autẽ humidus, qui remansit in media regione,
Materia pluuiarum. est materia multarum impressionũ, sicut est pluuiarum magnarum, aut paruarum guttarum, aut nix, aut grando, aut lapides, & cõsimilia, secundum & plus vel minus condensantur. Et fortè aliquando propter aspectũ orbium, & Solis

luci

luciditatē, nubis, & reflexionē radiorum, generantur aurum, rana, vitulus, & consimilia. Altera autem pars vaporis sicci, quæ remansit cōpressa propter frigidum, est materia ventorū, & mouetur versus nos, sicut pellis extensa. Nunc autē aliquando prævalet motus calidi infixi facientis ascēdere, modo prævalet motus frig. comprimentis facientis descendere. Et ideo motus ventorum est sicut motus inundationis, sicut prævalet ille motus, vel ille qui ex se mouetur secundum rectitudinē propter cal. affixū, potissimè secundum rectitudinem actus, & secundū gibbositatē terræ.

Venti temperatura.

Ventus igitur de natura sua est vapor frig. & sic. sed facit diuersas transmutationes secundū diuersitatem locorum per quæ transit. Igitur sunt quatuor principales. Vnus est qui venit ab Oriente, & vocatur subsolanus, & habet alterum ex latere Septentrionali. Eurus ex parte meridionali, & trahunt ad cal. & sic. sunt subtiles, & non mutant corpus notabiliter de quo sit curandū. Secundus ventus principalis est Auster, habet ortum ex parte Oriētis, & declinat ad calid. & hum. Ille enim ventus transit per torridā zonam, & loca cōbusta, adusta, & per multitudinem marium, ideo quia cal. & hum. in excessu corrūpit corpus humanū inducendo vertigines, surditates, debilitatē neruorū, & totius corporis, & omnia mala in corpore adducit, & nullum bonum facit, nisi ꝙ ventrē laxat. Tertius ventus principalis est Fauonius, cōtinet ex parte meridiei Zephirū, & ex parte Septentrionis Eurum, ad frig. & hum. declinant, & non immutant, de quo sit curandū. Quartus ventus principalis est Boreas, & habet Aquilonē ex parte Orientis, & Circiū ex parte Occidentis, quorū natura est frig. & sic. quia trāsit per loca vallosa, mōtuosa, inculta, & per maria congelata, facit multa bona, quia corroborat virtutē animalē, vitalē & naturalem. Mala facit, quia inducit tussim, catarrhum, & consimilia. Qui igitur ista cognouerit, prognosticare potest in flatu venti borealis strictūram ventris & pectoris, & cōsimilia. Si igitur viguerit ventus meridionalis, surditates, caligines, & consimilia. Ad hoc igitur confert scire, & ponamus aliquē qui febriciter & vigeat ventus australis, & ꝙ patiatur caliginē & surditatē. Tunc diceret medicus, quod talia accidentia superuenientia mortē significarent, & non esset verum, quoniam ista eueniunt propter naturā

Quatuor venti principales à quatuor partibus mundi.

Fauonius.

Boreas.

Ventus meridionalis.

ventorum, & non veniunt propter naturam morborum.

Præcautio. Medicatio erit talis, cũ viguerit ventus Meridionalis, claudantur ſibi feneſtræ, & aperiantur illæ, quæ ſunt ex parte Septentrionis. Si flauerit ventus Borealis, claudantur feneſtræ vndiq;, & aperiantur illæ quæ ſunt ex parte Meridiei.

De prognoſticatione ægritudinum ſecundum complexiones.

CAP. IX.

Eadẽ habet Galen. lib. 1. de elemen. & lib. 2. de temp. CVm elementa cõfracta ſint in mixto, & minimũ vnius tangit minimum alterius, idcirco elementa ſunt cum ſpiritualibus neceſſario admixta. Et tunc ex nimia actione calid. cum frigido reſultat quędam qualitas, & ex actione ſicci, cum humido reſultat alia proportionalis. Qualitas igitur quæ reſultat ex proportione actiuarum & paſſiuarum, nominatur cõplexio. Et quia hæc confractio eſt multiplex, ideo cõplexio eſt multiplex. Nouem igitur complexiones erunt, vna tẽperata ſola, & aliæ omnes diſtẽperatę.

Nouẽ ſunt tẽperamenta. Complexio autẽ temperata, appellatur, non quo ad pondus quãtitatis materiæ, hoc enim penitus eſt impoſſibile. Cum enim ignis ſit maximè actiuus, ſi eſſet in tota quantitate, quo ad materiã, omnia ad ſe conuerteret, & parũ aut nihil duraret mixtũ. Si autẽ nos loquimur de quantitate virtutis, tunc eſt poſſibile. Vnde in aliquo mixto, poſſibile eſt, quòd in virtute tantum poſſit reſiſtere portio frigidi, ſicut calidi agere. Et etiam ita intelligo de ſicco & hum.

Temperamentũ duplex. Illud igitur corpus eſt tẽperatum, quod habet in virtute vnam portionem integram cal. & aliam frig. & vnam ſic. & aliam hum. tale corpus eſt propriè temperatũ. Alio modo dicitur corpus temperatum quo ad iuſtitiam, ſcilicet cum melius poteſt in operationes, quæ debentur ſpeciei, ita in vnaquaq; ſpecie eſt dare vnum corpus temperatum. Vnde iſte homo eſt tẽperatus, qui eſt in vltimo elegantiæ, & bonitatis naturæ, & eſt prudentiſſimus, ſapientiſſimus: & ille canis eſt tẽperatiſſimus in ſuo genere canum, qui melius venatur, & cognoſcit domum ſuã: & ille tirogillus eſt melius temperatus, qui melius ſcit fugere, ſe abſcõdere, & ſic de quolibet ſecundum operationem, quæ debetur ſpeciei.

Gal. lib. 2. de temperamentis. Nunc autem temperamentum corporis humani, vicinatur tẽperamento ad pondus. Corpus enim humanum tẽperatiſſimum eſt in vniuerſa ſubſtantia, ita quòd nihil eſt quod iſtud temperamentum attingere poteſt. Si enim inueniatur

tur eadem forma, meretur decorari. Hoc autē penitus est impossibile. Complexiones autem distemperatę sunt quatuor simplices, vt cali. frig. sic. hum. cum excedunt, & quatuor compositæ, vt cal. & sic. cal. & hum. frigi. & sic. frigi. & hum. & sic habemus octo, & cum hoc octo cum materia, & octo sine materia. Complexiones igitur humani corporis erunt quinque: vna temperata, quæ cognoscitur ex effectibus, & operationibus, vt dictum est: & quatuor distemperatæ: ex quibus quædam est cal. & sic. quæ cognoscitur, quia venæ sunt latæ, & quasi vacuæ, pulsus durus, velox, pilosus, iracundus, velocissimus. Quædam est cal. & humida, quæ cognoscitur, quia venæ latæ & plenæ, multæ carnis, color mixtus ex albo, & rub. & ita de aliis. Quædam est frigida, & humida, quæ cognoscitur, quia venæ strictæ, & plenæ, albus, mollis, & pinguis cum paucitate pilorum. Quædam frigida, & sicca, cognoscitur, quia venæ strictæ, quia symptomaticus, timidus cum pulso paruo, & ita de aliis. Qui igitur ista cognouerit, prognosticare poterit. Cum enim vnumquodque vt tempus, ætas, complexio, & consimilia, generent ægritudinem proportionalem, si videmus aliquem cholericum febricitare, dicemus quòd ex cholera est quantum est ex hoc: & si cal. & hum. quòd ægritudo est de san. & si frigi. & humi. quòd est de phlegmate: & si frigi. & sic. quòd est de melancholia. Aegritudines igitur de chol. & sang. erunt breues cum terribilibus accidentibus. Aegritudines de phlegmate, & melancholia erunt longæ, & malæ terminationis sine timorositate accidentium, & sicut dico de complexione quantum est ex hoc, idem possumus intelligere de tempore, ætate, regione, consuetudine, ita de omnibus aliis. Medicatio igitur est talis. Omnis mala complexio paulatinè, cum suo contrario reducenda est ad suum temperamentum, nisi vitæ necessaria impediant. Vitæ autem necessaria impediunt. Vnde melius esset fabro, quòd sit phlegmaticus quàm si haberet corpus temperatum ratione operis, quòd non potest effugere propter vitæ necessaria: & melius piscatori, quòd sit cholericus, quàm si haberet corpus temperatum. Si igitur volumus conseruare per similia, conseruemus in tempore, & natura. Si autem reducere per contraria, paulatinè.

Temperaturæ distemperatæ quatuor.

Signa temperaturæ calidæ, & humidæ.

Signa frigidæ, et hum.

Signa frigidæ, & siccæ.

INCIPIT TERTIA PARTICVLA QVAE DOCET PROGNOSTICARE SECVNDVM NATVRAM PAROXYSMORVM.

Prognosticatio secundum naturam continuationis primi paroxysmi, & durationis eiusdem. CAP. I.

Febrium differentia.

EBRIVM quædam sunt continuæ, quędam interpolatæ. Quædam affligunt plus per dies pares, vt ægritudines quarum motus est tardus, vt phlegmaticæ, & melancholicæ. Quędã affligunt per dies impares, vt ægritudines cholericæ, quarum motus est velox, & quædam æqualiter per pares & impares, vt ægritudines sanguinæ. Quædam sunt interpolatæ, & sunt triplices, & habet quælibet suum propriũ typum. Vnde rigor est in tertiana, frigus in quotidiana, & horripilatio in quartana. Prognosticatio igitur erit talis, quandocunq; secunda exacerbatio penitus incipit in hora in qua prima ægritudo est in principio, & si multũ continuauerit, ægritudo est lõga: & ratio dictorum est, quoniam postquã exacerbatio penitus non anticipat, nec suboccupat, materia videtur multa, & grossa, ita ꝙ natura nõ potest mouere, nec in ea potest prævalere, nec potest calor profundari in materia, sicut sol nõ potest profundari in aqua profunda valde: pro tanto parũ venit de materia ad mineram. Materia autẽ multa & grossa, longũ facit morbum, cum in modico tempore digeri nõ possit. Quare si secũdus paroxysmus in eadẽ hora incipiat sicut primus, longum morbum significat, & significat quòd morbus est in principio, quia adhuc natura nihil digessit, de quo sit curandum. Et hoc modo potest significari sic in cõtinua, sicut in interpolata: quoniã in tertiana continua, si exacerbatio non incipit in die tertia, nisi fuerit sicut prima, virtutis debilitas, materię multitudo significatur. Idem intelligendũ est de his, quæ mouentur per dies pares, & quæ dicuntur aut dicentur de interpolatis, intelligendũ est de continuis

Prognosticandi ratio in febribus.

suo

suo modo. Medicatio erit talis, detur multus cibus in tali casu, cū status multū distat à principio, & medicamina dētur subtiliatiua, aperitiua oppilationum, euacuatiua repletionum, & per hunc modum morbus longus abbreuiatur. *Præcautio.*

Docet prognosticare secundum naturam anticipationis paroxysmi. CAP. II.

ANticipatio paroxysmorum prouenit ex causis multis valde: & ideo naturaliter, nisi aliud impediat, secunda accessio debet anticipare. Pro tanto quia membrum vbi est minera debilitatum est, ideo materiam aduenientem citius recipiet cum resistere non possit, supercalefactū est pluſquam prius, ideo plus attrahunt venæ, & foramina sunt magis dilatata, ideo citius fit transitus, materia magis est mota, & calefacta, ideo currit velocius. Et prognosticatio igitur erit talis. Omnis ægritudo cuius secundus paroxysmus anticipat, erit breuis, quoniam ægritudo videtur in augmento: & ratio est, quoniam anticipatio significat fortitudinem virtutis mouere materiam. Quanto igitur materia est obedientior, & virtus fortior, tanto ęgritudo breuior, hoc autem signatur ex anticipatione. Quare anticipatio est signum breuitatis, sicut perseuerantia longitudinis. Et ita signum augmenti cum sit augment. quoniam natura materiam digerit manifestè, & vbicunq; & quandocunque hæc anticipatio incipit, signum est breuitatis ægritudinis relatiuè. Medicatio erit talis. Parum detur de cibo quia status non distat à principio, & medicina sit debilissima, quia natura est satis potēs per se, cum modico auxilio præualebit. *Paroxysmus anticipans significat morbū breuem, tardans verò longum.*

Docet prognosticare secundum longitudinem paroxysmi. CAP. III.

SIcut inceptio secundi paroxysmi cum est eadē sicut primi, significat morbi longitudinē propter grossitiē, multitudinem, & viscositatem materiæ, & quia virtus præualere nō potest, etiam si sicut sequens paroxysmus duret ęqualiter, vel propè cum suo prędecedenti, grossities & viscositas materiæ significatur, & quia non completè naturam mouere potest. Sic & quòd paroxysmus duret longius quàm cōsueuerit fortitudo virtutis potentis mouere materiam, & mittere ad mineram significatur, & sic de aliis particularibus. Cum ergo videbit medicus aliquam ægritud *Causa morbi longitudinis.*

tudinem, cuius duratio secundi paroxysmi est æqualis, primo prognosticabit ægritudinem longam, cuius status est remotus. & ita plus dandū est de cibo. Et quia materia est grossa, indiget medicamine subtiliatiuo: & quia multa, euacuatione. Si autem viderit ægritudinem cuius sequentes paroxysmi sunt longiores quàm primi, prognosticabit ægritudinem breuem, cuius status est propinquus, cum sit in augmento quod significatur ex forti actione naturæ supra materiā, cùm natura materiam moueat vndiq;, & fere tangit profundum eius. Cibus igitur dabitur paucus, & medicina debilissima & in parua quantitate.

Docet prognosticare secundum naturam fortitudinis paroxysmi. CAP. IIII.

Causa paroxysmi vehementis, vel debilis.

FOrtitudo & debilitas paroxysmi accidunt secundum naturam maioris, vel minoris inflammationis. Inflammatio igitur maior, vel minor accidit secundum quòd natura plus vel minus mouet materiam. Cōmouet autem materiam secundum quòd plus vel minus eam digerit, quoniam quanto plus agit in eam, & quanto plus se profundat & plus eam circuncingit vndiq;, tāto magis inflammatur: ideo bene se compatiuntur, quòd paroxysmus erit fortior, & materia erit magis digesta. Prognosticatio igitur erit talis, cum videbit sequentem paroxysmum æqualem cum præcedenti, præter hoc quòd ægritudo est in statu, quod cognoscitur, quia paroxysmus non anticipauit, tunc ægritudo erit longa, cum debilitatio, & potentia naturæ supra materiā significatur, ideo plus cōpetit de cibo, & medicamina fortiora. Si autē paroxysmus sit fortior, & plus affligat, & maiora nocumenta inducit, ægritudo est breuior, & ita minus de cibo, & medicamina leuia debent esse.

Prognosticādi ratio.

Docet prognosticare secundum naturam incolumitatis & malitiæ paroxysmi. CAPVT V.

ALiquādo paroxysmus est ita malitiosus quòd inducit quasi stuporem, syncopim, intolerantiam, impatientiam, & febris malignitatem magnam, aliquando contrarium, & quanto adsunt ista signa peiora & fortiora, tanto ægritudo erit breuior. Tunc minus dandū est de cibo. Sed medicamina si qua competant, cordialia debent esse. Quādo autem sunt incolumiora, & cum minori malitia, tanto ægritudo erit longior. Et iam patet per ea quæ prius dicta

sunt,

sunt: plus igitur de cibo, & medicamina competunt fortiora.

Docet prognosticare secundum naturam postpositionis paroxysmi. CAP. VI.

SIcut enim anticipatio paroxysmi significat augmentū, sic postpositio declinationem: postponitur autem paroxysmus, quia natura negligit materiam & paruipēdit, quia minorata est in temporibus præcedētibus & digesta, ideo minus affligit, quia parum curat, ideireo suboccupat, ēùm natura contra materiam tardè moueatur. Quare consumptio & terminatio ægritudinis significatur, ideo regimen sicut in conualescentibus vel quasi debet esse, cum fere sit in conualescentia.

Victus ratio in declinatione qualis.

Docet prognosticare secundum naturam minoris durationis paroxysmi. CAP. VII.

SIcut longior afflictio significat augmentum, sic breuis afflictio significat declinationem, quia materia est pauca, ideo in breui spatio est consumpta. Breuitas autem paroxysmi plus quàm consueuit, breuem ægritudinem & ferè consumptam significat: quare diuersificabitur medicatio & diæta.

Docet prognosticare secundum naturam minoris afflictionis paroxysmi. CAP. VIII.

SIcut fortis & magna afflictio significat augmentum, sic debilis & parua significat declinationem. Cum enim maior pars materiæ sit cōsumpta, minorata, & digesta, cessat actio naturæ supra materiam, ideo inflammatio nō potest esse magna. Minor igitur inflammatio significat minorem afflictionem. Quare tunc est agendū, sicut expedit declinationi. Intelligendum tamen est breuiter, vt totam particulam comprehendamus, quòd tempora morborum, cognoscuntur per naturam paroxysmorum. In quocunque morbo sequens paroxysmus, aut multi, aut plus incipit in eadem hora, qua primus, æqualiter affligit, æqualiter durat, & caliditas eadem. Tunc in tempore illo toto, ægritudo est in principio. Quando autē paroxysmus anticipat, & longius durat, & plus affligit, & magis terribiliter, tūc est augmentū. Quando autem omnia ista inceperunt intendi, & fortificari, si eodem modo maneant, tunc est status: aliquando tamē sunt finis augmenti, & status in vno paroxysmo,

Tempora morborum cognoscuntur secundū naturā paroxysmorū.

Quomodo cognoscitur declinatio.

mo,& tunc paroxysmus fortior est status. Quando autem paroxysmus suboccupat,minus durat,& minus affligit,tũc est declinatio. Et est intelligendum non alterum istorum tantum, quia nisi omnia conueniant, aut pars maior, non significarent exquisitè naturam morborum,ideo ad omnia ista attendendum est. Vnde quædam sunt ægritudines,quarum materia est composita, & tunc à principio, vsq; ad finem procedit anticipatio, & quædam quæ à principio,vsque ad finem procedit suboccupando. Medicus igitur in talibus esset deceptus,nisi ista consideraret. Materia autẽ in qua talia accidentia eueniunt, est composita ex subtili & grosso,ita quòd contingit quòd grossum aliquando primo putrefit,& postea subtile. Aliquãdo autem primo subtile,& postea grossum. Si enim pars grossa primo putrefiat quàm subtile,semper procedit anticipando,eum subtilis velocius moueat. Si autem pars subtilis primo putrefiat,& postea grossa,semper præcedit suboccupatio, cũ materia grossa,sit tardi motus. Qui igitur naturam paroxysmorum perfectè cognouerit, nunquam decipietur in cognoscendo morbum longum,vel breuem,& in quo tempore morbi sit quælibet ægritudo:cùm quælibet ægritudo,à qua quis cõualescat,habeat quatuor tempora,& sciet etiã diætare.Quare ista multum conferunt in scientia prognosticandi,& etiam prædicendi.

Quomodo cognoscitur declinatio.

Natura paroxysmorũ à medico cognoscẽda.

INCIPIT PARTICVLA QVARTA, QVAE DOCET PROGNOSTICARE à virtutibus.

De signis sumptis à dispositione virtutis animalis regitiuæ,sicut imaginatiuæ & memoratiuæ. CAP. I.

Tres cerebri cellulæ siue ventriculi.

INTELLIGENDVM est q̃ in cerebro sunt tres cellulæ, prima quæ est in parte anteriori:secunda quæ est in medio,tertia quæ est in postremo.In anteriori parte primę cellulæ iacet sensus cõmunis, cuius operatio est comprehendere omnes formas receptas in sensibus particularibus, & iudicare de eis. Vnde recipit colores,odores, &

ita

ita de omnibus aliis. In postrema autem parte primæ cellulæ iacet phantasia, cuius operatio est conseruare species receptas in sensu communi. Vnde phantasia est thesaurus sensus communis. In principio autem secundæ cellulæ, iacet imaginatiua, quæ in tota vita non quiescit, nec in tempore somni, nec in tempore vigiliarum, immo instanti sine imaginatione esse non potest, cuius operatio est componere. Præcedentes enim virtutes nihil composuerunt, sed receperunt & conseruauerunt. Præcedentes autem virtutes nesciunt fabricare & componere vnum certum ex diuersis coloribus, odoribus & sensibilibus: sed imaginatiua cum coponit chimeram, tragelaphum, ycotrinum. Vnde imaginabitur hominem volare, montem, & smarag. & postea cõponit, & dicit, homo volat supra montes smaragdinos. Vnde hæc virtus, duo habet nomina. Si enim virtus obediens rationi, & imaginata sint verè sensibus conuenientia, tunc appellatur cogitatiua: si autem non conueniant sensibus & sit obediens æstimatiuæ, tunc propriè vocatur imaginatiua, quoniam tunc imaginata sunt falsa, & forte de impossibilibus. In postremo autem mediæ cellulæ iacet æstimatiua, cuius operatio est iudicare de formis sensu nõ perceptis, sicut est amicitia. Per hãc enim agnus iudicat lupum, quẽ nũquam magis vidit, inimicum. Vnde sicut çstimatiua est in brutis propriè per quã reguntur, sic & homines regũtur per rationem. Vnde qui regunt se per çstimatiuam, contingit peccare in operibus, & tales homines sunt bestiales, quando enim reguntur per rationẽ, non deficiunt. In postrema autem cellula, est memoria. Nunc autem accipiens cogitatiuam pro ratione, dicamus quòd tres sunt virtutes, imaginatio, cogitatio & memoria. Et omnes istæ virtutes sunt naturales & corruptibiles, & sunt organorum. Supra autem omnes has virtutes est alia virtus incorruptibilis, quæ nõ est virtus in organo, licet non operetur sine organo, cuius virtutes prædictæ administrãt, sicut lapides, & ligna latomo administrantur. Hæc autem virtus diuina, alta, incorruptibilis est. Iste felix intellectus est, qui (quantum est de præsenti) est duplex, agens, & possibilis, extrahit formas, & denudat à conditionibus materialibus, quæ sunt hîc nunc, & illuminatis tanquam à forma luminis intellectus agentis. Et de hoc

Virtus imaginatiua.

Tres virtutes in tribus cellulis.

Intellectus duplex.

quod

quod habet in potentia intelligibile facit actu intelligibile. Vnde sicut lux est forma caloris, sic agens possibilis. Nunc autem contingit istas virtutes deficere, & errare propter defectum instrumenti. Vnde aliquando deficit imaginatiua & alię sunt saluæ: aliquando ecõtrario, imaginatiua est salua, & aliæ sunt lęsæ, quod patet, quia inanimatus quidam percutiebat patrẽ suum, & pater dixit ei, en debétne pater percuti à filio? & ipse aduertens flexis genibus petebat ei veniam. In isto imaginatiua erat læsa & patrẽ ignorabat. Ratio tamen non fuit læsa, quia rectè patrem iudicauit nõ esse percutiendum. Sic accidit Gal. quòd ipse antequam sciret artẽ sanatiuam, infirmatus est ægritudine forti valde, & imaginabatur muscas & cimices esse in lecto, & carpebat eas, & medici iudicauerunt eum esse morituru, quòd venerit ad signa prognosticorum, ipse hoc audiens rogauit eos dicens: O vos amici iuuetis me. & circa noctem epithimauerunt caput eius, & cum graui somno & terribilibus accidẽtibus curatus est, quæ curatio toti mundo fuit magna cõsolatio. Gal. habuit imaginatiuam lęsam, sed ratio fuit salua, & propter hoc euasit. Aliquando accidit econtrario, quoniam ratio est lęsa & imaginatio est salua. Sicut accidit de quodã iuuene, qui stabat in fenestra & tenebat vasa vitrea in manu. Et venerunt quidam, & dixit iuuenis, vultis ista vasa? Ita, dicebant transeuntes. Ipse proiecit & fracta sunt vasa. Tunc non habuit imaginatiuam læsam, quia bene cognoscebat trãseuntes, & nominabat nominibus suis, cognoscebat vasa, & quodlibet nomine suo nominabat. Sed ratio fuit læsa. Credebat enim vasa esse infrangibilia. Et Hippo. dicit de eodem, quòd tenebat vnũ puerũ, & dixit vultis istum? & dixerũt sic, & proiecit, & fractus fuit puer. imaginatio nõ fuit læsa, quia bene cognoscebat puerũ. Sed ratio fuit læsa, quia credebat ipsum impassibilẽ esse. Aliquãdo vtręq; corrũpuntur, vt in phreneſi, & in similibus morbis. Aliquando imaginatio læditur, & memoria remanet salua. Vnde postea in sanitate recordãtur. Aliquando memoria corrũpitur, sicut accidit in tẽpore pestilentiali in ægritudinibus corruptis, in forti lethargia, & in similibus, vbi fit tanta corruptio, quia post sanitatẽ nihil sciunt de eis quæ sciuerũt, immo propria ignorãt. Sicut ergo nocumẽta sunt diuersa, sic indicabit nocumentum

Interdũ vna facultatum harũ deficit, alijs sanis & illęsis manẽtibus.

Gal. lib. 4. de locis affectis. cap. 1.

Memoria interdum lędtur.

tum & lęsionem in diuersis cellulis, & prognosticabit de morte, vita & nocumento. Et medicatio diuersificabitur secundum diuersitatem nocumentorum, vnde remedia applicabuntur aliquando antè, aliquando pòst, secundum nocumentum cellularum post epithimando, & ita de aliis.

De prognostication sumpta à facie. & 5. sensibus.

CAPVT II.

SIgnorum apparentiũ in facie & in oculis, quędam sunt quę apparent versus primos tres dies, & quędam sunt quę apparent post: illorum autem quę apparent in primis tribus diebus sunt hęc, oculi concaui, tempora plana, frons arida, & extensa, nares acutę, aures frigidę & inuersę & cõtractę, color liuidus, aut viridis aut niger, & cõsimilia. Nũc autem omnia ista aliquando prouenitũt ratione morbi aut aliorum. Si ratione morbi, mortẽ significant pro tãto quia virtus significatur debilis, quia non potest resistere morbo. Et feb. valida consumens, liquefaciens corpus & hauriens substãtiales corporis humiditates, ideo sunt aures inuersę, quia spasmatę propter humidi radicalis consumptionem, & oculi concaui & alia arida propter liquefactionem carnis & humiditatum faciei. Vnde ingens debilitas virtutis signatur contentiuę. Si autem propter alia venerint, non propter malitiam feb. tunc non significatur mors. Ista autem sunt vigilię, fluxus ventris, sanies, & consimilia: & si ex aliis prouenirunt, non est tantũ malum: quia exteriora non agũt sic in radicalibus & minera, sicut morbus. Vnde enim est hoc, quòd fluxus narium, menstruorum, & aliorum possent interficere, tamen nos non loquimur quòd exteriora agant sic in vltimo. Sicut quòd oculi sunt concaui, ita de aliis. Dico quòd ista non significant mortem, quia adhuc stat virtus in corde & in membris principalibus. Ista ergo non solum agunt in exterioribus, immo primo & principaliter in mineris, cum cali. & feb. sint in corde tanquam in fonte. Intelligendum est, quòd ista in principio morbi mortem significant, & non sic si apparuerint pòst, pro tanto quia postquam in principio ita cito consumitur corpus, videndum quòd est ita malitiosus, quòd natura non potest sibi penitus resistere. Et pro tanto significatur mors. Intelligendum tamen, quòd talis consumptio non potest à principio euenire, nisi ista particularia cõueniant, quòd sit

Hip. 1. prasagiorum.

Hæc eadem tradit Gal. in commentario libri primi prædictorum.

Si ista in. tio morbi apparent lethale.

iuuenis,cholericus, qui diu laborauerit, & est in æstate, & hu.subtiles,cõtentiua debilis,corpus rarũ,& fe.valida. Cer tè cum ista particularia cõueniunt iufra primos tres dies, quòd apparet talis cõsumptio,& facies ita horribilis, mor tem exquisitè significat, potissimè si egestio est liquida & vrina vnctuosa, nisi succurratur ei cum iis quæ virtutem confortant. Tunc enim competunt styptica,vt triasand.ro. camphora,& medicinæ cordiales,vt est aurum, hyacinthi, os de corde cerui,& consimilia. Qui enim talem non iuue rit,ipsum interficit. Et si omnia ista propter morbum vltra tres dies apparuerint,aut in processu morbi longi,tunc nõ significant malum, quia si in longo tempore cum talibus particularibus talia apparuerint,non est mirabile,quia ra tionabile est quòd corpus consumatur,immo esset malum signum si non consumeretur. Sed de principio est mirabile,ideo vehemẽs debilitas virtutis signatur,quare est mor tale cum ista apparent in principio. Sed si postea apparent, nos tamen debemus scire quòd talia post principium ap parentia cum debilitate virtutis, possent significare mor tem,licet non tanta efficacia sicut si apparent in principio.

Concludendum igitur est, si propter causas primitiuas non ita malum,velut quia feb.longa, & patiens senex, aut quia fluxus,ita de aliis. Gal. solers medicus in hoc canone 4.considerauit,cõsumptionem tanquam signum, morbum tanquam efficiens, conditiones eius & causas primitiuas, propter quas potest hoc euenire, & quãdo & propter quas causas,signat,& quando post principium. Intelligendum tamen, quòd signa sumpta à facie sunt veridica in vltimo, quia non solum designant,imò attestãtur supra dispositio nem membrorum principalium. Vnde si facies assimilatur sano vel sibi sano,optimum est.Et sic intelligendo,suppositi consumptione aliquali quæ debet fieri secundum natu ram seb.& aliorum particularium. Hæc enim consumptio ne suppositi,quãto plus assimilatur,tanto melius,quia vir tus significatur fortis,& significatur priuatio malorum ac cidentium, quoniam in eadem dispositione in qua erat sa nus,non debet esse in infirmitate penitus, quoniam multi tudo,grossities,viscositas materię significatur. Sicut igitur optimum est, cum sano seu sibi sano assimilatur, sic pessi mum est in vltimo elongatiouit à facie sua naturali, quia

Signa à facie sumpta certissima.

Hippoc. in prognostico & Gale.in commento.

signifi

significatur morbi malitia & debilitas virtutis. Ista igitur quæ dicta sunt, si ex morbi malitia proueniunt, in principio mortem proculdubio significãt, & in sexto & septimo: ita de aliis virtute debili & aliis signis malis apparẽtibus, licet non ita exquisitè sicut in principio. Nunc autem intelligendum, quòd signorum quæ apparent in facie, quædã sunt quæ apparent post principiũ, vt in quarta die, aut post, & sunt ista, quòd non possunt videre lumen, & quòd emittant lachrymas præter voluntatem, & quòd oculi appareant tortuosi, aut alteratio maior fuerit & alba oculorum fuerint ru. sang. & venæ apparent nigræ, fuscæ, aut pallidæ, & habeant lippitudinem, & fuerint mutabiles, aut tremuli, aut extra fuerint nimis eminentes, aut intus nimis submersi, & quòd tota facies sit horribilis & turpis aspectus. Ista omnia inquam significant mortem, si appareant post: quoniam si appareant in principio, non significant mortem vtplurimum, quoniã aut nunquam apparent, aut apparent propter causas primitiuas, cuius ratio est. Ista accidẽtia dicta peiora sunt, quã primo dicta. Peius enim est effugere lumen, & ita de aliis, quàm si oculi sint cõcaui, & ita de aliis. Ideo morbus bene potest facere prima nocumenta tanquã debilia, & respectiuè. Ista autem non, quoniam non est feb. quæ repente, & subito veniat sicut fulgur. Et accidentia ista terribilia in morbi principio propter morbum venire non possunt. Et credo quantum est de præsenti, ꝙ ista sunt vera vtplurimum, & propter hoc, quòd inuenitur feb. ita malitiosa, quæ in prima die interficiat, quædam in secũda, quædam in tertia. Hoc enim non audemus negare, & ponamus ex alia parte virtutem debilem, materiam multam, & malitiosam. Nónne iste qui morituru est in tertia, potest esse ita victus in secunda, quòd effugiat lumen, & lachrymę appareant inuoluntarię, postquam vbicunq; appropriant, apparent propter debilitatem virtutis, & malitiam morbi. Et ista sunt possibilia in ægritudine mortali in principio. Igitur in principio talia accidẽtia poterunt apparere, & ita mortale. Hoc tamẽ est de ratò contingẽtibus. Et cum appareant post, propter morbi malitiam, semper significant mortem. Propter igitur alterum duorum dictum est, non apparent in principio, quoniam ratò apparent, & si apparent, propter causas primitiuas apparent plus. Ista igitur

Distinctio signorũ quæ à facie sumuntur.

Signa pernicioſa.

apparentia post propter mortẽ, sunt pessima, quia virtus in vltimo debilis significatur, & specialiter contentiua, morbus est malitiosus, & apostema magnũ, quare ista sunt mortalia. Et possumus igitur concludere, vt dicitur quandoq;, & vbicunq; in principio, aut post, omnia ista apparent, quæ dicta sunt propter morbi furiam, & debilitatem virtutis, mortem proculdubio significant. Et tota virtus consistit in hoc, quòd nos sciamus vtrum illa accidentia proueniunt propter morbũ, aut propter causas primitiuas. Concludendo igitur in morbis acutis, ista sunt signa mortalia, aures frigidę, inuersæ, & ꝙ non audiat, frons arida, tẽsa, tempora plana, oculi nimis concaui, aut nimis eminentes, lachrymę apparentes, palpebrę inuersæ, alba oculorum in somnis apparentia, & quòd non videat, ita de aliis. Et quod de saporibus nihil sentiat, & quòd consueuit sentire totaliter prohibeatur, & ꝙ nihil odoret, & quòd appareant dentes ficci, sicut ligna. Ista & alia consimilia, proculdubio mortem significant: ita de tactu, & de aliis sensibus. Ista enim non solum significant mortẽ, sed mortem in ianuis. In talibus nõ comperit medicatio, sed quantum est possibile fugere, &c.

Signa lethalia in morbus acutis.

De signis sumptis à motu, sensu, decubitu, somno & vigilia.

CAPVT III.

Gal. de vsu partiũ et de administratione anat.

DEus benedictus in secula muniuit vnãquanq; partem nostri corporis, potissimè exteriorem sensu tactus, vt nusquam pateretur ignorans. Nunc autem sensus & motus procedunt à cerebro ad totũ corpus mediantibus neruis, per quorum diaphanitatem transit spiritus animalis præstans sensum & motum in toto corpore. Nunc autem nerui sensitiui procedunt plus à parte anteriori, motiui autem à parte posteriori, ita quòd sensus aliquando fit per neruum vnum, motus per alium & aliquando per vtrunq;, ideo potest amitti sensus & non motus, sed si vtrunq; fiat per vnum neruum, tunc si amittatur sensus & motus, quia plures spiritus sunt necessarij ad motũ quàm ad sensum. Sed si amittatur motus & propter hæc non sensus, quia amisso fortiori, non propter hoc debilius, sed ecõuerso. Vnde ponamus, quòd duæ vnciæ spirituum faciant motum, & vna sensum, potest tunc amitti vncia & non erit motus. Et remanebit vna & remanebit sensus tactus. Si igitur aliquis patiatur fortè causam doloris, virtus tactiua fortiter est læsa: quòd

Gal. de loc. affec. lib. 4. ca. 5.

si non

si non sentiat, hoc nō est ex alio nisi quòd neruus est oppilatus, aut sic angustatus, ꝙ spiritus penetrare non potest, aut quia spiritus mortificatus, ꝙ amisit sensum, aut quia membrum est mortificatū, aut ratio est amissa & cōsimilia. Vnumquodq; autem istorum est malum, igitur malum est quòd morbus sit tantus, & quòd patiens suum non sentiat nocumentum. Et ista accidunt in fortissimis seb. & morbis pessimis approximantur ad mortem, vt patet in apoplexia, paralysi, lethargia, & similibus. Idem dico de motu, cum non potest erigere caput, aut pedes, aut manus. Grauitas autem membrorum est ex maioribus rebus significātibus debilitatem virtutis animalis. Hæc autem cognoscuntur cum creditur tenere & non potest tenere, aut ambulare & non potest. Et pro tanto tales mutant se de cubitu ad cubitum, & de situ ad situ, credentes ex mutatione situs meliorari. Virtus enim motiua corporis, est ita debilis, ꝙ non potest corpus regere, nec etiā tolerare. Cum enim virtus motiua est fortis, tunc motus est bonus, & bonus decubitus.

Decubitus igitur est naturalis, qui est plus supra partem dextram. Ideo in principio noctis sanus, & infirmus debet iacere supra partē dextram. Tunc enim fit melior digestio. Supponitur enim tunc hepar stomacho sicut ignis iebeti. Post primum autem somnū, debet se vertere supra partem sinistram vt dextra melius nutriatur, quæ fuerat depressa propter decubitum: vnde nutrimentum non poterat penetrare: & postquam sufficienter in sinistra fuerit, item debet se vertere ad dextram, & ibi iacere per totam noctem. Modus autem debet esse talis, quia non debet tenere pedes nimis extensos, nec nimis duplicatos. Sic de manibus, & de toto corpore, figura debet esse mediocris inter omnino curuum & extensum, hoc est, quòd figura corporis scilicet sit aliquantulum duplicabilis: & videre de instinctu naturali apud vulgus, quoniam boni pictores in pingendo decubitum, seruant talem modum, vnde versus genua faciunt quandam duplicationem, & sani iacent per hūc modum. Si igitur infirmi aliquem alium decubitum seruauerint, malum est, nisi ad illum sint assueti. Decubitus igitur naturalis est multiplex & diuersus. Iacere supinum est pessimum, quia virtutis summa debilitas designatur, & cum hoc currunt superfluitates ad interiora. Decubitus supra ventrem

Decubitus naturalis.

Decubitus illaudabilis.

est malus, quia dolor significatur nimius, aut alienatio, & est timendū de suffocatione propter coarctationē anhelitus. Et si iaceat brachiis nudis & pedibus, spasmus significatur. Si post somnū, & quocunq; modo subito, & inordinatè vertatur se à capite lecti vsque ad pedes, alienatio, & virtutis debilitatio significatur. Si pedes sunt discooperti siue cum motu & agitatione, angustiā significat. Si iacuerit ore aperto, & pedibus tortis, spasmus significatur. Si subitō cogatur surgere & stare, malū, quia significatur suffocatio propter strictūram viarum anhelitus. Omnia ista dicta sunt vera, nisi fuerint propter consuetudinē, vt apparet talis motus in principio feb. quartanæ. Si fiat talis motus in morbis acutis, malum, quia spasmus significatur, motus omniū lacertorum mouentium mandibulam inferiorem, claudendo, aperiēdo seu transuersaliter, pessimū igitur est, & mortale. Si cum manibus festucas, aut pilos, & consimilia tenter de vestimentis, aut pariete remouere, potissimè si non fuerit læsa imaginatio, sic quòd non intelligat quid agat, vltimata adustio, & mortificatio significatur, cū humores, adusti corrupti ascendant cerebrū, oculos, & humiditates oculorum perturbant, & est peius, quàm alienari propter alia. Contractio igitur labiorū, aut manuum, aut virgæ, aut sociorum, malum, quia significatur spasmus. Sic etiam color niger, aut viridis in vaguibus cum aliis malis signis, & ante signa digestionis, mortē significant. Si autem post signa digestionis apparuerint, salutem significant, nisi quia est timendum de membro vbi est ille color. Similiter de somno dico, quòd somnus naturalis est de nocte, & nō de die. Naturaliter enim loquendo, maior cibus debet sumi de sero, vt propter longū somnum cibus melius digeratur, cum hodie à cōsuetudine à multis fiat contrarium, ideo in quolibet consuetudo est seruanda, tamen nimius somnus quocunq; modo fiat, est malus, quia frigiditas, aut humiditas, aut vtrunq; significatur. Intelligendū tamen, q̄ humiditas mala, corrupta, pungitiua inducit aliquando vigilias, & est signū distinctiuū, quòd dolor capitis est tunc cum magna grauitate. Medicatio in somno, & vigilia erit talis. In somno igitur superfluo, qui ꝓpriè nō est somnus, sed stupor, fiant cōfricationes extremitatū cum sale, & aceto tepido, postea clysteria, & ponatur in loco luminoso, fricetur

Imaginatio læsa.

Somnus naturalis.

Præcautio.

cetur occipitiũ,& finaliter fiat circa occipitiũ emplaſtrum de euphorbio,ſinapi,& fiant conſimilia. Contra vigilias,ſi fiant propter cal.& ſic. fiant iſta.R. lactis mulieris, & aquæ roſ.ſyr.de papauere,& nenupharis q.ſ.intingatur ibi bombax,ponatur in naribus, & tẽporibus. Si autẽ vigiliæ fuerint propter hu.R.camphoræ, omnium ſandalorum,aquæ roſ.& aceti q.ſ.applicẽtur tẽporib',& naribus,ita de aliis. *Ad vigilias ſuperfluas.*

De ſignis ſumptis ab anhelitu. CAP. IIII.

MOrs quatuor modis accidit,quantũ eſt de præſenti. Primo enim & principaliter,& per ſe aduenit mors propter defectũ humidi aërei vnctuoſi, quod inquã eſt pabulũ calidi innati,quod patet in hecticis conſumptis, macilentis,& decrepitis. Secundo aduenit mors propter abũdantiã humidi aquoſi extinguentis & ſuffocantis calorem naturalem,vt eſt in pinguibus, phlegmaticis & repletis in vltimo. Tertio accidit mors propter calorẽ extinctiuum, quòd eſt in nimio exceſſu conſumens humidũ radicale & liquefaciens membra,ſicut eſt calor febr. Quarto modo accidit mors propter malam & modicam & inordinatã euentationẽ caloris cordis & arteriarũ, quæ euentatio ſeu nutritio fit per anhelitũ & pulſum conuenientia inter pulſum & anhelitum. In anhelitu ſunt duo motus, expulſionis & attractionis. Similiter eſt in pulſu motus dilatationis & conſtrictionis,qui motus aſſimilatur expulſioni. Anhelitus igitur eſt factus propter euentationẽ caloris cordis. Attractus igitur anhelitus fit propter euentationẽ caloris cordis,& conſtrictio ſiue expulſio fit vt ſuperfluitates fumoſæ aggregatæ circa cor expellantur, & ita eſt in motu cordis & arteriarum. Mouentur enim cor & arteriæ propter eandem virtutẽ. Ideo cum cor & arteriæ dilatantur,attrahitur aër vt calor euentetur. Cum conſtringitur, fumoſæ ſuperfluitates expelluntur. Et ita motus cordis arteriarum & pectoris ſunt propter eundẽ finem. Sed differunt, quoniã motus pectoris partim eſt voluntarius & partim non. Et pro tanto anhelitum ad tempus retinere poſſumus. De motu autẽ cordis & arteriarũ non eſt ſic. Sine anhelitu igitur eſſe nõ poſſumus, licet ſine motu aliquarũ arteriarum eſſe poſſumus,vt patet cum ligantur in aliquibus extremitatibus. Anhelitus igitur naturalis ſi non diuerſificabitur in qualitate,nec quantitate,nec ordine,certum ſignum eſt *Mors quatuor modis accidit.* *Gal.de motu muſculorum.* *Motus cordis.* *Signa ab anhelitu ſunt certiſſima.*

in omnibus febribus acutis: eius terminus est in xl. dieb⁹. In feb. ergo acutis, est certū signū, sed in chronicis & aliis morbis posset mori, licet anhelitus esset bonus. Anhelitus igitur frigidus, aut paruus, magnus, aut frequens, aut cum sonitu in pectore, est malum & signum mortale. Si igitur aliquis patiatur difficultatē anhelitus in attrahendo, aut in expellendo, aut in vtroq;, pessimū est signū, & inter omnia alia signa signū sumptum ab anhelitu est fortissimum. Primo quia attestatur supra virtutem animalem propter motū pectoris. Secundo, quia attestatur supra vitalē, cum sit eius finis. Tertio supra naturalem propter compassionē, tamen si lædantur nocumento magno, vt stomachus, hepar, splen & matrix, compatitur diaphragma, & secundum hoc anhelitus immutatur. Immutatur igitur anhelitus propter dispositiones animales, vitales, & naturales. Si igitur anhelitus sit laudabilis, & alia quoq; sunt salubria, vel saltem sine magno nocumento. Tria igitur sunt efficientia anhelitū caloris cordis, necessitas, virtus mouens, & instrumentum obediens. Si igitur calor cordis est ignitus, intēsus, anhelitus est magnus, velox & frequens, secundum quod calor est maior vel minor: & si calor cordis est modicus, anhelitus erit paruus, tardus & rarus. Ita immutatur interim secundum cordis dispositionem & necessitatem ad hoc vel illud. Secūdo immutatur anhelitus propter virtutem: quoniam si virtus est fortis potens mouere, & dilatare pectus, anhelitus erit magnus, & attrahit vna vice quantum indiget. Si autem virtus est debilis, tunc nō potest extendere pectus, & redditur anhelitus paruus, debilis & frequens. Tertio immutatur anhelitus propter instrumentum, quoniam si nerui & lacerti pectoris, diaphragmatis, cannæ pulmonis, & pulmo ipse, & totum pectus sit sine morbo consimili, officiali, aut communi, tunc omnia instrumenta sunt obedientia virtuti mouenti, tunc est anhelitus laudabilis, vel approximatur. Si autem fuerit mala complexio & consimilia, tunc non est anhelitus naturalis, & instrumentum non obedit virtuti mouenti. Et est intelligendum, quòd anhelitus immutatur secundum primam fabricam, quòd accipit à cerebro, vel corde. Et considerētur anhelitus tota mente, quia non possum plus addere timens prolixitatem.

Tres causæ respirationis.

Ad

Ad prognosticandum secundum pulsum. CAP. V.

PVlsus est motus cordis & arteriarũ, qui secundũ diastolen & systolen fit ad euentationem caloris innati, & expulsionem fumosarum superfluitarum. Vnde dico, quòd pulsus est motus, quia in pulsu est motus dilatationis & motus constrictionis: & cum hoc sunt duæ quietes, quies post dilatationẽ, & quies post constrictionem. Inter enim duos motus contrarios, necessario cadit quies media: ideo duo motus & duæ quietes cõstituunt pulsum, & sequitur cordis motũ. Virtus enim animæ non quia sensitiuũ, non quia vegetatiuũ, non quia rationale. Sed quia forma & cõplexio complet hunc motũ, primo & principaliter in corde, & à corde procedit virtus omnis in arterias complens hunc motum, qui pulsus appellatur, & sequitur motum arteriarum: & dicitur arteriarum, quia sicut in motu cordis sunt duo motus & duæ quietes, sic in motu arteriarũ. Ita quòd virtus quæ ista cõplet in corde, complet in arteriis, vnde corpore excedente in naturali dispositione, motus cordis & arteriarũ est subitaneus. Vnde in eodẽ instãti in quo dilatatur cor, & omnes arteriæ: quod sensibiliter potest cognoscere qui tangit pectus & arteriã simul. Et sentitur secundũ diastolen, id est, dilatationẽ, quoniam dilatantur cor & arteriæ, vt aër introducatur, quod si nõ fieret in instãti, vel quasi fieret, mors sequitur systolen, id est cõtractionẽ, vt fumosæ superfluitates expellãtur. Cum enim ex virtute animæ, & complexione cordis san. digeratur in corde & rarificetur, ex puriori vapore huius rarificationis generantur calor & spiritus. Et quia gratia arteriæ nõ potest totũ esse resolutũ purum: ideo vapores multi immundi remanent separati à calore, & spiritu: qui vapores si remanerent in corde & in arteriis, suffocarent caloreẽ, & spiritũ. Idcirco necessaria fuit cõstrictio, vt omnes isti vapores superflui expellerentur. Et sequitur ad euentationẽ, & bene dicitur, quia cor propriè nõ indiget infrigidatione, sed potissimè euẽtatione seu nutritione, quia euẽtatio seu nutritio suo modo loquendi per aërem fit. Videmus enim ad sensum, quòd si ignis cooperiatur sic, q̃ omnimoda careat euentatione, quòd statim extinguitur. Ideo calor nostri corporis euentatione indiget. Vnde aër attractus euentat, nutrit, & refocillat suo modo loquendi, cũ calor conti

Pulsus definitio.

Gal. de vsu partium.

Caloris & spiritus generatio.

nuè fluat ſicut flumen, & ſequitur caloris innati euẽtatio. Eſt intelligendũ, quòd non ſolum calor innatus à primis parentibus contractus euentatur, ſed etiã calor fluens generatus ex ſanguine cum virtute cordis ab anima proueniente, ſequitur expulſionẽ fumoſarum ſuperfluitatũ: quoniam ſicut dictum eſt, neceſſariũ eſt vt fumoſæ ſuperfluitates expellantur: quoniam ſi retinerentur, aut calor naturalis ſuffocaretur, aut putrefieret, aut hecticã generaret, & ſimilia incõmoda. Modus autẽ & ſufficientia accipitur per hunc modũ. Pulſus aut ſunt principales, aut annexi. Si principales, tunc aut ſumuntur à diſpoſitione virtutis, aut inſtrumenti, aut neceſſitatis. Si virtutis, ſic eliciuntur tria genera pulſuum cõſiderando tempus, velocitatẽ, & fortitudinem. Et ſunt iſta genera, ſcilicet magnus, paruus & mediocris, quę cõſtituunt primũ genus: velox, tardus, mediocris, quæ conſtituunt ſecundũ genus: fortis, debilis, mediocris, quæ cõſtituunt tertiũ genus: & ita habemus tria genera ex parte virtutis. Si autem ſumantur ex parte neceſſitatis, ſic habemus vnum genus tantum, ſicut eſt frequens, rarus & medius. Si autẽ accipiantur ex parte organi, tunc aut accipiuntur ex parte contenti, vel continentis. Si contenti, ſic habemus vnum genus, quod eſt plenum, vacuum, mediocre. Si autem ex parte continentis, tunc aut ſumitur à cõſideratione primarum qualitatum, aut ſecundarum. Si primarum, ſic habemus ſextum genus, quod eſt cal. fri. & mediocre. Si ſecundarum, ſic habemus ſeptimũ genus, quod eſt molle, durum & mediocre, & ſic habemus ſeptẽ genera principalia. Si autem ſint annexi, tunc cõſiderantur à parte quietis, vel motus. Si quietis, ſic habemus octauum genus, quod eſt decidens & incidens. Si à parte motus, tunc aut conſideratio eſt mediata ſupra alia genera, aut immediata. Si immediata, ſicut eſt pulſus æqualis, & inæqualis. Si autem conſideratio fuerit mediata, ſic habemus decimum genus, quod eſt pulſus ordinatus & inordinatus. Si autem iſtam materiam prolongaremus particulariter, nimis prolongaretur opus, quoniam alibi cum auxilio diuino intendimus pertractare per modum tabularum. Nunc autem pauca pertractemus quantum pertinet operi noſtro. Vniuerſale eſt enim in omni criſi, quòd pulſus ſit diuerſus, inordinatus, potiſſimè in criſi timoroſa. Pulſus fortis

Differẽtia pulſuum.

Signa ex pulſu ſumpta.

fortis, signum est commune omnibus speciebus euacuationis. Pulsus vndosus, significat crisim per sudorem. Pulsus magnus, significat crisim per fluxū sanguinis narium. Pulsus durus, significat crisim per vomitum: cum vero occultus, significat crisim per fluxum ventris. Præterea cum corpus consumatur propter causas multiplices, aut propter magnitudinem feb. aut propter fluxum ventris, oportet quòd medicus habeat signa distinctiua. Si autem fuerit propter feb. pone manum supra pectus, & si calor penetraret manum velut scintilla ignis, tunc est consumptio propter feb. Si autem palpebræ mouentur cum difficultate, & pulsus est durus, siccus, aridus, tunc dico quòd macies est propter vigilias. Si occultus, tunc est propter fluxum ventris. Consumptio autem ex fame cognoscitur ex priuatione aliorum. Et est intelligendum, quòd frequenter est dubitatio, vtrum crisis venerit ad salutem vel ad mortem: & cognoscitur per hunc modum, si cōtinuè post crisim addit pulsus magnitudinem vel fortitudinē & ordinationē, tunc crisis fuit ad bonū, & significat perfectā salutem. Si autem pulsus addat paruitatem, debilitatem, occultationē & inordinationem, proculdubio crisis fuit ad malum, & significat mortem. De pulsibus dico totum: qui habet artem & exercitium longum, minus de pulsibus ignorabit. Excuso tamen me de prolixiori determinatione, quia per Dei gratiam longius tractaturus sum hanc materiam arduam.

Corporis cō sumptio in morbis multis de causis.

Signa crisis ad salutem vel mortē.

De signis sumptis à sputo. CAP. VI.

SPutum indicat ægritudines, & tēpora morborū. Sputū al. & viscosum, indicat materiā phlegmaticam. Sputum liuidum, aut nigrum, indicat materiam melancholicā. Sputum citrinum, indicat materiam chol. Sputum rub. indicat materiam san. Tempora morborum indicantur per sputum, aut quòd non expuitur, aut quòd indigestū expuitur, & totum illud tēpus in quo nihil expuitur, est morbi principium: totum illud tempus in quo incipit expuere, est tamen indigestum, est augmētum. Et quando sputum est per secte digestum, & expuitur cum velocitate, illud est status. Ad statum autem sequitur declinatio in saluandis. Cadit ergo differētia inter screatum & sputū, quoniā screatio dicitur propriè quando aliquis humor naturaliter est admixtus, aut cho. aut phlegma, aut san. aut melancholia. Nunc

aut

Corrupta digestio in sputo quando.

autem intelligendum est, quòd istius sputi, quoddam est quod significat ablationem digestionis, quoddam minorationem, & quoddam corruptionem. Ablatio dicitur in sputo, quando sputum penitus est indigestum, aut ita modicũ, quòd non est curandum. Vnde totum illud tempus in quo nihil expuitur, ablatio digestionis significatur: aut si quod expuitur est subtile, aquosum, aut grossum, viscosum, totũ hoc sub ablatione cõtinetur, & ablatio vniuersaliter significat longum morbum. Si virtus est fortis, saluari potest: si debilis, morietur. Minoratio digestionis appellatur, quando sputum aliqualiter est digestum, sed non manifestè, vt si aliqualiter est album, si expellitur cum difficultate. Vnde etiam minoratio significat morbum longum, sed non tantum sicut ablatio, & significat quòd adhuc ægritudo est in principio. Corruptio autem appellatur, quando in aliã naturam est mutatum, sicut est sputum sanioſum, aut nimis citrinum, rub. liuidum, viride, nigrum, aut grossum, viscosum. Ista autem omnia mortem significant, secundum plus vel minus, quoniam nigrum est in vltimo pernicie. Sputum autem al. in colore, mediocre in substantia, & exit velociter & cum modica tussi, digestionem perfectam, statum & salutem futuram proculdubio significat. Vnde intelligendum est, quòd quando sputum apparet à principio velociter, digestionem & ægritudinem breuem, & salutem significat. Si autem tardè apparear, tardè curabitur. Signa tamen digestionis semper bona, & vbicunque bona. Si autem signa corruptæ digestionis tardè appareant, tardè morietur: si cito, cito expedietur. Sputum autem quod secundum naturam suam non est nimis intensum, & est fortiter incorruptum cum creatu, bonum vniuersaliter est. Sputum digestum si retineatur, aut si expellatur cum summa difficultate, & tussi laboriosa, pessimum. Peius tamen quando indigestum est: quoniam si indigestum, vlcerare & suffocare potest, & consimilia. Signa ergo salutis in morbis spiritualium sunt, quòd sputum appareat à principio cum velocitate, & cum alleuiatione patientis, bonitate anhelitus, modica siti, egestione laudabili, & vrina: & sputum mortiferum est, quod tardè spuitur, cum difficultate, aggrauatione, difficultate anhelitus, siti nimia, vrina indigesta, & egestione mala.

Signa sputi pernicioſa.

Signa salubria morborum spiritualium.

De

De signis sumptis à fluxu sanguinis vndecunque. CAP. VII.

QVando corpus est plethoricum, aut san. dominatur, & spiritus vergit ad temperamentum, patiens est iuuenis, & virtus fortis. Crisis vt plurimum est per fluxum sangui.narium: & huius signum est, quia apparent lampades, color rub. dolor in fronte, temporibus, & talia fluxum sangui.significant. Quado igitur sanguis aduenit paulatinè, & cum alleuiatione patientis ex parte eadē vbi est morbus, talis fluxus est bonus. Si autem venerit ex parte diuersa & inordinatè, cum impetu, & aggrauatione patientis, malus est. Fluxus autem sangui. aut prouenit ab interioribus, aut ab exterioribus. Si ab interioribus, hoc est propter tria: aut ob virtutem, aut materiā, aut membrum. Si ob virtutem, & fuerit fortis valde, tunc expellit ad longā distantiam, & ita expellit per fluxum narium. Si non est fortis, expellit per inferiora, vt per hæmorrhoidas, aut per menstrua. Si fiat gratia materiæ, aut quia multa, aut subtilis, quæ mouetur cum impetu, potissimè eum replet. Si propter membrum, vt rarum, porosum, debile, apertum, ideo quando corpus est rarum & sanguis subtilis, apparent aliquando guttæ sudoris sanguineæ. Si fluxus san. aduenias propter causas extrinsecas, multæ sunt & diuersæ valde, quæ patientis iudicio relinquantur. Si autem san. venerit cum tussi, semper malum, quia à spiritualibus prouenit. Si cum rasçatione, non ita malum, quia à gingiuis, aut à capite procedit. Si cum vomitu, & affuerit febr. pessimum. Prouenit autē à stomacho & nutritiuis. Si autē fluat per inferiora, potissimè in melancholicis & cum alleuiatione patientis, bonum. Fluxus autē san. criticus nō debet intercipi, nisi excedat, nec symptomaticus, nisi corpus fuerit mundificatum, deinde tractus ad oppositum, & tunc argilla cum aceto fronti & temporibus apponatur, & testiculi fricentur fortiter in viris, & mamillæ in mulieribus.

Crisis sæpe aduenit per fluxum sanguinis narium.

Fluxus sanguinis pernicios⁹.

Fluxus criticus.

De signis sumptis à vomitu. CAP. VIII.

NAusea, singultus & vomitus, sunt passiones stomachi, ita ꝙ in nausea materia est imbibita in tunicis, ideo mouetur ad expellendum, sed non potest. In singultu est materia cōtenta, multo magis profundata. Ideo animalis virtus excitat naturalem, fortiter expellere intendit, & est motus qui appellatur singultus. In vomitu autem materia in

Signa sumpta à vomitu.

in concauitate stomachi cõtinetur, ideo de facili materia ad exteriora expellitur. Tunc autem materia in stomacho adunatur de se propter malitiam suam aut cibi: aut quia mittitur à toto corpore mediante hepate & venis meseraicis, & venit à splene & chifti fellis. quod igitur in stomacho continetur, aut est species cho. sicut est col. citri. aut vitel. aut pras. aut æru. Et cognoscuntur propriè choleræ, vt quia citrinæ, aut similes vitellis ouorũ, aut similes prassio aut viridi æris: aut cognoscuntur, quia inducũt sitim, amaritudinem, dolorem, punctũrã, inquietudinẽ, & aliquando acutissimos dolores syncopales. Si sint species phlegmatis tunc sunt vt insipidum, salsum, dulce, gypseum, vitreum, & cognoscuntur per colorem, per substãtias, & per effectum. Si autem fuerint species melancholiæ, tunc est quędam naturalis, & quædam etiam aduritur. Aliquãdo etiã ex phlegmate adusto, aliquando etiam ex cho. aliquando ex san. & cognoscuntur ex colore, saporibus, effectibus, & similibus. Aliquando aggregatur san. & attestatur semper super rupturam venæ, aut splenis, aut hepatis, aut stomachi: & si fuerit à stomacho cum feb. mortale est. Aliquãdo vẽtositates & aquositates, quæ omnia per saliuam cognoscuntur, eructuationes, sapores, colores, odores, & similia. Et quod emittitur, aliquãdo est fœcidissimũ, aliquãdo venenosum, aliquãdo sanies, & ex omnibus his malæ dispositiones stomachi cognoscuntur. Qui igitur omnia ista cognouerit, prognosticare poterit in apostematibus, feb. acutis, & morbis periculosis. Quoniã cum apparet in principio vomitus niger, mortem proculdubio significat. Vomitus viridis, aut liuidus, perniciem significat. Omnis vomitus singularis purus, in quo dominium vnius hu. manifestè fuerit, sine dominio alterius, pessimum est, quia nimia eius exuberantia significatur. Color igitur quasi compositus est melior, cum nimium dominium nõ significetur. Omnis vomitus cuiuscunque conditionis fuerit, dum tamen venerit post signa digestionis & cum alleuiatione patientis, bonus & laudabilis, siue per viam artis, aut per viam naturæ venerit post signa digestionis, & cum quo fit alleuiatio, non restingendus est, nisi excederet: quoniam aliquando incipit à bono, & terminatur ad malum, & tunc debet natura iuuari: nec etiam vomitus symptomaticus, nisi cum cautela

Vomitus sanguinis cum febre, mortale.

Vomitus species quæ bona & mala.

Vomitus laudabilis quando.

tela & paulatinè. Non igitur prouocetur vomitus in colerico, qui habet oculos debiles, aut cerebrum debile, aut pectus strictum. Cum igitur volumus prouocare, ligentur oculi, & prouocetur cum aqua & oleo, aut cum oxymelle, aut sc.atriplicis, & similibus. Carnes etiam quæ nauseam inducunt, sunt carnes pingues, si continuentur. Et si vomitus esset superfluus & restringi non posset, fricentur extremæ, & fiant clysteria, aut vniuersalis purgatio, fiat epithimia cum ros. sandalis, sumach & similibus. Timor subitus curat singultum.

Vomitus quibus per nicios.

De signis sumptis ab egestione. CAP. IX.

EGestiones sunt superfluitates primę digestiuæ: sicut stomachus habet naturam transmutandi ad chylum, ita intestina habent virtutem transmutandi ad stercus. Egestio igitur naturalis est quæ prouenit in hora solita, aut saltem iuxta: & quantitas veniat iuxta naturam cibi assumpti, vt si cibus fuerit multus, egestio sit multa: & si paucus, quòd sua superfluitas sit pauca: quòd non sit dura sicut lapis, nec liquida sicut aqua: sed sit continua, mediocris, vergens ad citrinitatē sine ventositate, spuma, viscositate, coforum multitudine, & similibus, & quòd sit sine dolore, & aggrauatione, immo cum quadam delectatione & sine fœtore nimio, quoniam aliqualiter grauem odorē debet habere. Egestio igitur naturalis nō solum atteſtatur supra sanitatem stomachi & intestinorū, immo etiá hepatis & totius corporis. Si autē fuerit innaturalis, nō propter hoc stomachus & intestina erunt præter naturam, quoniam ab hepate & à toto corpore venire potest. Egestio igitur naturalis multiplex designatur, vt ex parte coloris, odoris, substātiæ, hora exitus, modo egerendi, & eis quæ cum egestione mixta sunt & similibus. Ex parte coloris per hunc modum: color vnus dum tamen nō excedat, melior est quàm multiplices, quia multiplices significant materiam multam & diuersam, vnus autem vnam. Nunc autem facilius est naturæ digerere vnam materiam quàm diuersam & multam: quare vnus color melior quàm multi: vnus tamen secundum se proprer nimium excessum, potest male significare. Color igitur naturalis debet trahere ad citrinitatem. Si igitur albus sit, priuationem digestionis significat: Si nimis citrinus, nimiam coctionem significat: Si liuidus,

Deiectiones non solū denotant affectus vētriculi & intestinorū sed etiā hepatis & totius corporis, ideo in omni ferè morbo sunt obseruanda.

mort

mortificationē: Si viridis, aut niger, aduſtionem, aut mortificationem ſignificat. Color autem vnus, aut multiplex, aut per viam artis, aut naturæ, dum tamen prouenit poſt ſignum digeſtionis & cum alleuiatione pat. bonum ſignificat. Si autem ante ſigna digeſtionis apparuerint & cū grauitate, malum ſignificat. Ex parte ſubſtantiæ ſignatur egeſtio, quia egeſtio ſignificat nimium calorē, nimiam deſiccationem, humidi conſumptionē, & hoc eſt malum. Egeſtio autem liquida, ſignificat quòd cibus ob membra penetrare nō poteſt, aut quòd humores nimij ab hepate à toto corpore mittuntur ad inteſtina. & ſi miſſio fuerit per viā mundificationis, bonum: ſi per viam ſymptomatis, malum: bonum eſt igitur, quòd ſit in ſubſtantia mediocri. Ex parte odoris ſignificatur digeſtio, quoniam quando nihil fœtet, malum, quia mala digeſtio ſignificatur, & quòd natura non ſegregauit purum ab impuro: cum autem nimis eſt fœtida, corruptionem digeſtionis ſignificat & malitiam humoris. Ex parte horę ſui exitus ſignificatur, quoniā ſi anticipatur in horis ſanitatis, malum, quoniam expulſiua ſequitur digeſtiuam. Nūc autem impoſſibile eſt, quòd digeſtio ſit fortior in ægritudine quàm in ſanitate. Ex vi igitur ſymptomatis eſt expulſio. Si autem nimis tardauerit, malum, quia tarda digeſtio ſignificatur, aut quia calor hepatis trahit chyloſitatem, & quòd inteſtina ſunt oppilata & ſimilia. Aliquantulum igitur poſt horam ſolitam in ſanitate venire poteſt. Ex ſui quantitate, quæro ſi fuerit in pauca quantitate comparādo ad cibum ſumptum, ſignificat quòd nimis humiditatem chyloſam trahit ad ſe hepar. Si autem in nimia quantitate, ſignificatur ꝙ corpus nō nutritur, cum humiditas chyloſa non vadit ad hepar: debet igitur eſſe mediocris cōparando ad cibum. Ex modo egerendi ſignificatur, quoniam nō debet eſſe ſpumoſa, quia nimius calor, aut agitatio ſignificatur: nec vnctuoſa, quia liqueſactio adipis ſignificatur: nec viſcoſa, quia diſſolutio membrorū ſignificatur: nec ventoſa, quia calor debilis ſignificatur, qui poteſt ventum generare, ſed non cōſumere: ſi fuerit cū ſonitu, multitudo vaporis & ſtrictura meatuū ſignificetur: ſi ſine ſonitu, ſignificatur contrarium. Ex his quæ cōmixta ſunt cognoſcitur, quoniam vermes admiſcentur aliquando: & ſi in principio apparuerint, aut ſunt viui, aut mortui. Si viui, malum eſt,

Deiectio b quids.

est, quia significatur quòd tãta est corruptio, quòd vermes non possunt tolerare & fugiunt. Si mortui, bonum est, quia videtur quòd veniunt per viam mundificationis. In principio enim morbi, mortui propter malitiam esse nõ possunt. Si enim in fine apparuerint mortui, malum, quia ex malitia morbi significantur & videntur esse mortui. Si viui, bonum est, quia ex mundificatione videntur exire. Aliquando ergo miscentur cum egestione multa alia, vt sanies, aut hu. aut alia contenta & consimilia. De quibus debet determinare. Sanguis igitur exiens per inferiora, aut venit ab hepate, aut ab excoriatione intestinorum, aut ab apertione venarum hæmorrhoidarum. Si ab hepate hoc contingit, videtur quòd virtus hepatis est debilis, aut propter apostema, aut consimilia. Et sanguis hepatis non potest completè digeri, tunc apparet egestio, sicut lotura carnis, venit subito, & in multa quantitate. Aliquando est sanguis multus & bene digestus, sed hepar non indiget, tũc mittitur ad stomachum, aut ad intestina, & est multus in quãtitate, clarus & ru. & attestatur supra rupturam in hepate cum dol. partis dextræ versus hypochondrium. Aliquando est san. multus & bene digestus cum propter aliquã causam infrigidatur. Aliquando aduritur. Aliquando etiam non bene mundificatur, sed remanet aliqua portio melãcholiæ. Et tunc san. vergit ad aliquam nigredinem, sicut sunt sanguisugę, quia san. cum infrigidatur, denigratur, & cum aduritur, & cum melancholia nõ bene mundificatur, & est multus, non bene lucidus, quasi coagulatus, & cum virtutis debilitate: in quo decipiuntur qui anatomiã ignorant credentes esse substantiam hepatis propter coagulationem, quod si esset, non potuisset per meseraicas penetrare. Aliquando venit etiã propter excoriationem intestinorum, tunc venit guttatim: aliquando cum pelliculis, & sicut rasura pergameni, & si rasuræ venerint in dysenteria propter intestina gracilia, quod cognoscitur ex minutione rasurarum, tunc est mortale. Si autem propter grossum intestinũ, quod cognoscitur, quia rasuræ sunt grossæ quasi carnosæ, tunc non est ita malum. Aliquando etiam venit propter hæmorrhoidas, & tunc nisi excedat, est bonum, quia à multis pas. melancholicis liberat & prẹseruat, & constringi non debet nisi vna relinquatur, dum tamen fuerint assuetæ. Aliquando tamen venit in

Sanguinis diectionis per inferiora causæ.

Deiectionis nigræ causa.

his qui membra amiserunt. Natura enim non indiget, tunc mittitur ad exteriora. Intelligendum est, quòd egestio nigra ex multis causis & diuersis venire potest. Aliquando egestio nigra non est nisi propter duo, aut propter mortificationem, aut propter aduſtionē. Si propter mortificationem & infrigidationem, vt cum sang. infrigidatur in hepate, & non potest transire ad mēbra, & fluit ad intestina, tunc est color sicut sānguisugæ. Si propter aduſtionem, hoc est quia sān. aduritur, & habet quādam modicam luciditatem: aut quia chol. aduritur, & habet luciditatem sicut bitumen iudaicum: aut quia melancholia aduritur, tunc si proiiciatur super terram, ebullit sicut acetum: aut ipsamet pura melancholia, tunc est sicut fex vini grossi: aut quia aliqua portio melancholiæ mixta est cum stercoribus, & cognoscitur tunc, quia egestio coagulata est, alia autē non est coagulata. Aliquando etiam sanies apparet in egestionibus. Si apparet ante cibum, à grosso intestino procedit. Si post, à gracilibus procedit. Si sanies autem mixta est cum egestione, à mediis intestinis procedit. Intelligendum tamē est, quòd saniei egestio est multa propter tria. Primo, quia accepit cibum in multa quantitate. Secundo, quia chol. multa delegatur ad intestina pungēs & mordicans. Tertio est venter laxus naturaliter propter debilitatem contentiuæ. Venter autem est cōstrictus propter causas contrarias: ideo qui est laxus in iuuentute, erit strictus in senectute: & non deficit nisi in vno casu, quoniam contentiua debilitatur in iuuentute propter cal. Et qui in iuuentute est constrictus, in senectute erit laxus: & non deficit nisi in vno casu, cum venter est strictus propter priuationem chol. quia tunc erit strictus in senectute, cum tunc minus de chol. generetur.

Saniei deiectio multa est propter tres causas. Alui lubrica & cōstricta causa.

De signis sumptis ab vrina. CAP. IX.

Vrina quid.

VRina secundum veritatem non est nisi quædā species aquæ, ideo non est ei generatio nisi ex aliorum humorum segregatione. Cum enim humores in simo hepatis recipiunt generationem, & chol. superflua fuerit attracta & melancholia, adhuc remaneat aquositas, quia sang. nōdum receperat perfectam formam, quam recipit in gibbo, & remansit aquositas, vt ipsum per venas angustas hepatis facere transire vel penetrare, tunc iuxta venam chilim maior portio attrahitur à renibus, & alia portio vadit per venas

Vrina super fluitas primæ coctionis.

cum

cum sanguine per totum corpus, iterum reuertitur ad chilim, & postquam fecit iuuamentum, attrahitur à renibus, & colatur in vesica per foramē diagonale, quod est in collo vesicæ, vbi vna tunica vesicæ diuiditur in duas secūdum longum. Cum igitur corpus est secundum naturam, cum hac aquositate aliquid de chol. vna & humiditate permiscetur. Et vrina naturaliter in corpore optimo est citrina, aut ruffa aut subruffa, in chol. mediocris in subst ātia cum modica hypostasi residēte, & talis perfectam naturæ actionem significat: omnis alia (comparādo ad corpus optimū) innaturalis est. Vrina autem de natura sua supra disposi-

Vrina propriè indicat affectus hepatis & venarum.

tionem hepatis, & venarum attestatur, per accidēs autem, id est, quod admixtum est, aut ratione febr. supra dispositionem totius corporis. Vrina igitur, quæ est in vltimo bonitatis, quæ vergit ad ruffum, subtilem, seu ruffa, non inuenitur nisi in corpore optimo. Et omnes aliæ dicuntur tales in aliis corporibus per resolutionem adustam. Vrina quædam significat ablationem digestionis, quædam minorationem, quædam corruptionem. Ablationem, sicut vrina al. tenuis. Hæc enim vniuersaliter significat ablationem digestionis: si virtus est fortis, salutem significat in longo tempore: si debilis, mortem. Minorationē significat vrina pal. tenuis, quia initium digestionis occultum tantum significat ex parte coloris. Corruptionem digestionis significat vrina liuida, aut viridis, aut nigra, aut contentum crinoydale, aut petroloydale, aut furfureum. Color liuidus vel niger vel viridis mortificationē, adustionem, infrigidationē, aut vtrunq; significat. Contentū furfureum nimis in quantitate, & pingue in se, attestatur supra dissolutionem membrorum solidorū, sicut est arteria, & neruus. Similiter vrina vnctuosa, oleaginosa, fœtida, corruptionē digestionis significat: & omnes vrinæ quæ corruptionē significant, sunt pestiferæ, & mortales, nisi venerint per viam mundificationis, aut ex parte renum, aut vesicæ, & consimilium. Vrinarū autem quædam sunt, quæ significant digestionem ablatā seu occultam, & quædam manifestam, quædam completam. Et secundum hanc diuisionem morborum tempora exquisitè, & secundū veritatem cognoscuntur: quoniam licet tempora distinguantur ex parte paroxysmorum, verius tamen & exquisitius, & per se ex parte digestionis: quoniam totum

illud tempus in quo nihil digeritur aut occultè digeritur, principium morbi est. Cum autē manifesta signa digestionis apparent, tunc est augmentum: quando autem apparent signa digestionis completa, tunc est status, at statū sequitur declinatio. Omnes igitur istæ vrinæ, morbi principium significant, & sunt istæ, al. tenuis, spissa, subpalearis, pal. tenuis, citrina, subcitrina, & tenuis. sed diuersimodè tamen, quædam plus, & quædā minus. Al. igitur tenuis est in vltimo cruditatis, & si continuatur, longissimum morbum significat. Tunc igitur aut apparet cum feb. aut sine febr. Si cum feb. aut acuta aut chronica. Si acuta in principio, alienationem & mortem significat. Si in feb. chronica apparuerit, longum morbum significat. Si sine feb. aut propter crapulā, aut propter dispositionem istomachi, aut hepatis, aut renum, aut vesicæ, aut totius corporis, aut ætatis, aut lepra prouenit: & hoc pertractare particulariter esset nimis longum. Post hanc autem venit vrina, quæ mingitur tenuis, & postea inspissatur. Vnde modicam ebullitionem significat, & longum morbum, non tamen sicut prima. Postea venit, vrina quæ mingitur spissa, & remanet spissa, quæ maiorem ebullitionem in hepate significat. Postea venit vrina quę est spissa, & pòst attenuatur, ista enim vicinatur decoctioni: in modico enim tempore si plus stetisset, ventositas esset consumpta. Postea venit vrina, quæ æqualiter incipit colorari, & significat maiorem digestionem. Ista autem per ordinem sic procedit. Primo vrina glauca, quæ fit propter modicam portionem chol. admixtam. Et quia chol. est luminosa, ideo quandam dat aquositati admixtæ luminositatem, & postea venit subpalearis, deinde palearis, postea citr. ita quòd cū omnibus istis substantia fit tenuis, tunc magis approximatur digestioni. Omnes autem istæ vrinę principium ægritudinis significāt. Principiū autem ægritudinis, terminat principiū digestionis. Omnes autem prædictæ vrinæ, ablationem coctionis significant, aut principiū digestionis occultum. Cum autē manifesta signa apparent, tunc incipit immediatè augmentum. Signum autē manifestæ digestionis, sumitur ex parte coloris, & subst̄atiæ. Si igitur color fuerit laudabilis, & substantia mediocris, tunc est signum manifestæ digestionis. Immediatè igitur cum apparet color citrinus, aut subruffus, aut ruf. aut subrubeus, aut rubea clara, cum

Signa manifestæ coctionis.

cum substantia mediocri, tunc verè est augmentum. Sicut enim color per se significat digestionem occultam, ita substantia significat digestionem manifestam. Ideó is facilius est colorare, quàm substantiare. Quare natura primo dat colorem, quàm substantiam: dico substantiam, quæ digestionem significat, quoniam substãtia sine colore digestionem non significat, sed quandam ebullitionem, humorum perturbationem, & naturæ impotentiam. Cum autem signa completæ digestionis apparent, tunc est status. Signa autem completæ digestionis sumuntur ex colore laudabili, substantia mediocri, & hypostasi al. æquali residente cum suis conditionibus, & tunc verè est status. In ægritudinibus autem à quibus accidit liberatio, sequitur necessario declinatio. Patet igitur quomodo quatuor morbi tempora cognoscuntur per vrinam. Colores igitur vrinæ sunt XII. vt albus, lacteus, glaucus, subpal. pal. subci. citrin. subruf. subrubeus, rub. subrubi. rubi. charapos, cyanos, inopos, linidus, viridis, niger. Et substantia est quadruplex, absolutè tenuis, mediocriter tenuis, mediocriter spissa, absolutè spissa. Qui igitur prognosticare voluerit, primo consideret vrinam naturalem, secundo elongationem à naturali, iudicabit à lapsu maiori vel minori. Omnis ergo vrina veniens post signum digestionis in die critica cum alleuiatione patientis, bona, quæ contraria, contrariè.

Vrinarum colores.

De signis sumptis à sudore & menstruis. CAP. XI.

SVdor naturaliter prouenit ex secunda digestiua, effectiuè: aut prouenit ex tertia, quantũ est ex materiali expulsiua. Vnde quidam est naturalis, quidam præter naturam. Naturalis vt in crisi, in exercitio temperato, in bal. & similibus, ex quantitate & qualitate. Innaturalis ex membro, quoniã sudor tantùm in vno loco, tunc materia ægritudinis, quantum est ex hoc, est in vno membro: si in multis, tũc est in multis: potissimè verificatur in tussi siue syncopi: quia in crisi licet in vna parte sit tantum materia, tamen in bona crisi expanditur ad totum corpus in syncopi, licet contineatur in toto, tamen tantum apparet in capite aut in pectore: ea propter debilitatem virtutis expulsiuæ ex frequentia designatur. Si autem interpolatè, & modo plus & modo minus & inæqualiter, tunc talis est malus, quia diuersitatem materiæ, & inæquale virtutis dominiũ, & debilita-

tem significat. Sudor enim designatur sui quãtitate: quantitas autem quædam multa, quædã pauca. Quantitas multa est duplex, quia sudor multus aliquando prouenit ex consumptione substantialis humiditatis propter calorem fortẽ corpus resoluẽtem. Sudor multus est propter humiditates melancholicas, & accidit hoc multipliciter: aliquãdo propter multitudinẽ hum. aut propter raritatẽ corporis, aut propter vires expulsiuæ: paruus autẽ fit propter causas contrarias. Ex vi qualitatis discernitur sudor, & hoc multipliciter, ex calore, colore, odore, sapore, & liquore. Ex calore quidã cal. quidam frig. vnde caliditatẽ significat cal. & frig. frigiditatem: calidus significat ægritudinẽ breuem. Frigid. autem si appareat in morbo acuto, mortem significat: si in longo, longitudinem morbi significat. Ex sui colore discernitur, quia quidam est albus, viscosus, & attestatur supra dominium phlegmatis. Si citrinus, supra dominium chol. Si ru. supra dominiũ sang. Si liuidus aut niger, supra dominiũ melancholiæ. Ex parte odoris discernitur, quia fœtidus, corruptionẽ & malitiã humoris significat. Ex parte saporis, quia dulcis, attestatur supra sang. Amarus supra chol. Insipidus aut acetosus cum humiditate, attestatur supra phlegma. Ponticus & stypticus, supra dominiũ melancholiæ. Ex parte liquoris discernitur, quia quidã grossus, viscosus, & attestatur supra hum. frig. grossos. Quidã subtilis est, & attestatur supra subtiles: & sicut significationes habentur ex sudore, ita ex sputo, & similibus. Intelligendũ enim, quòd in omni eo, quod à corpore expellitur, siue fuerint menstrua, siue hæmorrhoid. vel vrina, egestio, sudor, vomitus, aut sputum, aut fluxus sang. narium, aut sordities, virus, aquositas, ventositas, lachrymæ, quoniam omnia expelluntur, aut retinentur. Si retinẽtur, aut per exteriora, aut per interiora. Si expellũtur, aut per interiora, aut per exteriora. Si per exteriora expelluntur, exeunt post casus & contusiones. Si per exteriora retinentur, est quia aër frigidus claudit poros, aut balnea aluminosa, aut applicationes medicaminũ stypticorũ, & similia, poros claudentia, & constringentia, sicut sunt ligaturæ, & similia. Si autẽ ab interioribus expellantur, hoc est propter tria: aut ex parte virtutis, aut mẽbri, aut materiæ. Si ex virtute, vt quia virtus cõtentiua est debilis, & expulsiua fortis.

Retentorũ & excretorum causæ.

tis. Si ex membro, vt quia rarum, laxum, molle cum virtute debili. Si à materia, vt quia multa, aut acuta, aut mordicatiua, aut subtilis, & sic de aliis. Significationes in his omnibus sumuntur ex colore, odore, dolore, punctura, mordicatione, & similibus. Si autem retinentur propter intrinsecas, hoc erit propter tria, aut propter virtutem, aut materiam, aut membrum: si propter virtutem retinentur, aut quia expulsiua debilis & contentiua fortis: si propter membrum, quia solidum, densum, compactum: si propter sum. quia grossus, viscosus, paucus, & ita de aliis. Et significationes in his omnibus accipiuntur ex qualitatibus, quãtitatibus, & similibus, vt dictum est &c.

De prognostication ex signis, & significationibus. CAP. XII.

INtelligendum est, quòd signa quædam sunt, quæ sunt signa crisis tantum, ita quòd indicant, sed non faciunt: & quædam sunt quæ indicant, & faciunt: quædam sunt quę non indicant, nec faciunt. Signa quæ tantum indicãt, sunt duobus modis, aut demonstratiua, aut prognostica. Demõstratiua sunt multa, paraphrenesis, dolor capitis, apparitio lampadæ, scotomia, coruscationes, & multa alia similia. Ista enim omnia, & consimilia indicant crisim & bellum, quod est inter naturã & morbum, esse in præsentia, vnde conflictum significant tantum: verum autẽ iste conflictus terminetur ad bonum vel ad malum, ex his signis non habetur. Sed si signa digestionis non apparuerint, & dies nõ fuerit critica, tunc terminatio est ad malum. De se igitur nihil significant certum, quãtum est de se iudicio mortis, & vitæ: imò incipit quandoq; iste motus, & non completur, tunc est malũ signum: quia cum apparent signa demonstratiua crisis, & crisis non est in præsentia, mortẽ vel recidiationem sunt indicantia: crisis igitur bona, aliquando mala. Si signa digestionis præcesserint, non terreatur medicus: si non præcesserint, fugiat. Sed signa prognostica futuræ crisis sunt signa digestionis, quæ si apparuerint in die quarta, crisim significant in septima. Et cum apparent in principio morbi, breuẽ morbum significant: si pòst tardè, longum morbũ significant. Tempora autẽ morbi proportionata sunt adinuicem: quoniá si principium est lõgum, tota ægritudo erit longa: si breue, tota ægritudo erit breuis: ideo Alexius de ciuitate Andriç non potuit curari, nisi

Signa demonstratiua.

Signa prognostica.

in longo tẽpore, quia signa manifesta nõ apparuerunt, nisi vsq; ad diem xvij. Et ex hoc patet, quod dictum est, quòd quantum est à principio ægritudinis vsq; ad manifesta digestionis signa, tantum est de manifestis signis digestionis vsq; ad tempus crisis: & quia non maximè apparuerunt signa digestionis manifestæ, nisi in die xvij. ideo duplicatũ fuit tempus crisis, & criticauit in die xxxiiij. Differunt igitur signa digestionis ab omnibus aliis signis: quia signa digestionis semper bona, vbicũq; bona, & nõ fallunt: & sicut signa digestionis sunt semper bona, ita signa digestionis corruptæ semper mala. Signa autem crisis quæ sunt signa, & causæ sunt, sicut sudor, vomitus, fluxus sang. nariũ, sputum multũ digestum, vrina, menstrua, hæmorrhoid. Ista enim omnia crisim demonstrant in præsentia, & cum hoc sunt causę, quia materia ægritudinis per ea euacuatur. Ista enim signa de se nõ significant nec bonã crisim, nec malã, quia quantum est de se æqualiter habent ad vtrunq; : sed specificantur: quia si signa digestionis præcesserint, & fit in die critica, cum alleuiatione patientis, tunc talis euacuatio est ad bonum: si contrariũ aduenerit, malũ. Signorum autem quædã sunt quæ non proportionantur ad crisim, ideo non sunt signa nec causæ. Ista autem sunt bonitas mentis, appetitus, anhelitus, pulsus, motus, & similia, nihilominus sunt duorũ generum in cõmuni, quædam sunt bona semper, & quædã mala semper. Eorũ quæ semper bona sunt, sunt sicut bonitas mentis, sensus, motus, & bonitas anhelitus, pulsus, appetitus, & similia. Ista enim semper bona, & vniuersaliter bona. Ad crisim igitur non omnino approximantur, nec omnino elongantur. Ex alio latere sunt quædam quæ sunt semper mala, sicut malitia mentis, sensus, motus, anhelitus, pulsus, appetitus, & similia. Ista enim semper mala, ideo si cum mala crisi conueniant, peius est. Et si contraria conueniant cum bona crisi, melius erit, & ita nõ omnino elongantur, nec omnino approximantur. Intelligendũ tamen est, quòd differentia inter signũ, & significationẽ est: quoniam significatio dicitur de rebus crisis, quæ demonstratione habentur: Signum autem dicitur de rebus veris vrplurimum. Secunda differentia est, quòd significatio dicitur de iis, quæ ratione inuestigantur. Signum autem dicitur de iis, quæ experimento habentur.

Differentia signorũ coctionis ab aliis signis. Signa crisim præsentem indicantia.

Tertia

Tertia differentia est, quòd signum transmutat se ad oppositas differentias, sicut est clamor, dolor capitis, tensio hypochondriorum, eruptio menstruorum, hæmorrhoid. & similia. Significatio autem dicitur de rebus vniformibus semper veris, quæ ad oppositas differentias transmutari non possunt, sicut sunt signa digestionis & contraria eius.

Docet prognosticare diem, & horam mortis. CAP. XIII.

Quæ medico necessaria ad præsagiendum diē & horā mortis.

AD prædicendū diem & horam mortis, oportet primo cognoscere statum. Secundo oportet præcognoscere vtrum terminatio sit ad bonū aut ad malum. Tertio vtrū terminatio fiat cum crisi aut non. Quarto & vltimo concludatur dies & hora mortis. De primo igitur fit sermo. De nobilioribus & altioribus rebus quæ sunt in tota scientia prædicendi est cognoscere statum. Tēpore enim cognito, scitur dietæ ordinatio in toto morbo. Ad cognitionem status quatuor sunt necessaria. Primo quòd cognoscatur virtus. Secundo natura ægritudinis. Tertio maneries, incolumitas, & modus affligendi. Quarto cōuenientia & discouenientia particulariū. Virtus enim est cōsideranda vtrum sit fortis vel debilis quòd possit morbū tolerare. Et est simile de portitore portante onus vsq; ad terminum. Nullus potest scire vtrum portitor portet onus vsq; ad terminū, nisi sciat virtutis quantitatē, portitoris fortitudinē, quantitatē ponderis, & lōgitudiné viæ: virtus est sicut portitor, morbus sicut onus, status est sicut terminus. Igitur oportet primo virtutē considerare. Secundo ægritudiné, materiam ægritudinis, & particulā patientē: quia materia chol. citius terminatur, melancholica tardius, phlegma multum tardè, & san. satis cito. Similiter cum ægritudo est in membro nobili, velociter fit terminatio, in membro autem vili tardè: quare oportet ægritudines cōsiderare. Tertio considerare manerié, quia quædam sunt ægritudines quæ mouentur motu velocissimo, impetuoso, & quædā tardè, vbi non est inflammatio, & sunt nihilominus malignæ, malæ, fraudulentæ, & sunt quædam quæ sunt cum vehementi inflammatione & intensis symptomatibus, nihilominus salubres valde. Quare oportet modum & manerié ægritudinis considerare. Quarto oportet considerare conuenientiam particularium, vt si ægritudo est de cho. quòd sit iuuenis, cholericus, & in regione ca. in tempore ca. cōsueuit

laborare, ita de aliis, & ita intelligimus de aliis particularibus. Ista ergo oportet considerare. Ponamus igitur verbi gratia, quòd aliquis infirmetur, cuius sit virtus fortis, ægritudo de cho. & in membro nobili, & quòd ægritudo moueatur motu veloci, sit inuenis, cho. in æstate, cũ aliis particularibus. Dico quòd in isto poterimus prognosticare q̃ status erit propinquus. Dato etiam quòd aliquid erroris acciderit, & ponamus aliquem, cuius virtus sit debilis, & materia frigida multa, & quòd ægritudo motu tardo moueatur, & quòd conueniant alia particularia in frigido, vt tempus, complexio, & similia. Dico quòd status est remotissimus. Dato etiam quòd per medicamina adiuuetur, si medio modo se habeat, status se habebit mediocriter. Solers igitur medicus consideret maiorẽ vel minorem cõuenientiam particularium, & secundum hoc iudicabit statũ remotum vel propinquũ, secundum plus vel minus. Et per hunc modũ, & per omnia quæ dicta sunt superius cognoscitur status. Secundo oportet considerare circa istam materiam, vtrum terminatio sit ad bonum vel ad malũ. Oportet igitur scire alleuiationẽ, diem, & virtutem: si ergo virtus sit fortis, potens tolerare morbũ vsq; ad crisim, euadet infirmus: si multa signa digestionis & completa præcesserint, necessario terminabitur ad bonũ: cum crisis autẽ fit in die critica, & fit melior terminatio, quia tunc videtur crisis in motu materiæ, & in motu orbis, quia iuuatur à materia & orbe, ideo fit ad bonũ. Impossibile igitur est aut summè difficile, si virtus est fortis & materia digesta, & sit in die critica, quin terminetur ad bonũ. Sed medicus decipitur cum tempus est pestilentiale, aut materia venenosa quæ occultatur, & mouetur interdum in crisi, & decipitur propter orbis infortuniũ in quo incipit infirmari, & etiam propter errorẽ, & cõsimilia: aliter prædictis apparentibus impossibile est quin terminetur ad bonũ: sed multipliciter possumus decipi, ideo oportet aliquod signũ considerare, scilicet vtrũ post crisim alleuietur vel aggrauetur, & hoc est quod docet bonam crisim vel malam, quoniã calor remittitur & discrasia alleuiatur propter causas diuersas vel de. Ponamus igitur fuisse ad malum, & calorẽ feb. esse mitigatum propter mortificationẽ caloris naturalis, tunc propter remissionem caloris credit medicus quòd euaserit, &

Hypothesis.

Signa crisis futuræ ad bonum.

tamen

tamen surgit ad sedem & ad asellam, vel sudat, statim morietur: & in tali oportet cõsiderare pulsum, si addit indebilitatem & occultationẽ & inordinationẽ, & ꝙ ista cõtinuè intendantur, proculdubio morietur. Si autẽ pulsus melioretur & fortificetur, & ordinatio augmentetur, & ista continuè fortificentur, tunc crisis ad bonũ terminabitur proculdubio. Quare ad cautelam, licet omnia sint præcognita quia multipliciter posset decipi medicus, ideo oportet alleuiationẽ & aggrauationẽ considerare post crisim. Hoc enim est de sublimioribus signis sempiternaliter veris. In omni euacuatione facta siue per naturã vel artem, & per locũ à sensu cõtrario, ęgritudo mortalis cognoscitur, cum apparẽt signa digestionis corruptę, aut ablatę cum virtute debili, etiã cum sit crisis in die critica, & cum aggrauatione, intolerãtia patiẽtis, & similibus. Tertia cõsideratio quę accidit circa istã materiã est, ꝙ nos sciamus vtrũ terminatio sit cũ crisi aut sine crisi, & ad hoc cõsiderandũ tria oportet scire. Primũ est, vtrum aliqualis digestio præcesserit vel nõ. Secundum est, vtrũ virtus sit fortis vel debilis. Tertiũ est, vtrũ ægritudo moueatur motu veloci vel tardo. Intelligendum est, ꝙ propriè nõ est crisis, nisi natura aliqualiter intendat resistere morbo, ideo cum nihil appareat de digestione, nõ poterit crisis fieri, cũ nullo modo moueatur contra materiã. Digestio igitur est cõsideranda. Secũdo oportet considerare virtutem, cum virtus est debilis, nunquam fit crisis: quia nullo modo potest resistere. Tertio oportet cõsiderare motum: quia si ægritudo moueatur motu tardo, nunquam fiet crisis, cum in crisi sit motus velox & fortis. Quando igitur ista cõueniunt, ꝙ virtus est fortis, ęgritudo est aliqualiter digesta, & motus ęgritudinis est velox tunc fit terminatio ægritudinis cum crisi: si autem virtus fuerit debilis, ęgritudo indigesta, & mouetur motu tardo, tunc fit terminatio sine crisi. Vtrum ista terminatio sit ad bonum, vel ad malum, hoc scimus per prædicta. Tripliciter igitur contingit mori sine crisi, in principio paroxysmi, in statu paroxysmi, & in declinatione paroxysmi. In principio, quãdo materia est multa subito suffocans & interficiens, & pro tanto sine crisi, quia natura nullo modo inuadit materiam, imò subitò suffocatur propter multitudinem materiæ. In statu contingit mori sine crisi propter mult

Aegritudinis mortalis signa.

Tria necessaria in prognosticando, an morbus cum crisi, vel sine crisi terminabitur.

Mors sine crisi accidit tribus modis.

multitudinem ęgritudinis,& vltimatã intolerationem vbi accidentia ad vltimitatem deueniunt,quod interficit sine resistentia.In declinatione paroxysmi moritur & sine crisi cũ virtus est debilis, aut nullo modo potest resistere morbo.Licet igitur aliquis moriatur in declinatione paroxysmi,cũ vera totius morbi declinatione,nõ est possibile nisi ex errore, quoniã postquam natura potuit resistere,quod plus est,&verè poterit quod erit minus:ideo in declinatione morbi nõ moritur patiens, pro tanto, quia vera tẽpora morbi distinguuntur secundum digestionem, tẽpora autem paroxysmi non: ideo natura tolerauit labores totius paroxysmi,nihilominus moritur in declinatione,quia materia nõ erat digesta.In declinatione tamen totius non est possibile,cum cõpletè in ægritudinibus, in quibus est declinatio,materia in statu fuit digesta.Mors igitur sine crisi accidit tribus modis:& ex alia parte cum aliqualis digestio est, virtus aliqualiter est fortis, & ægritudo mouetur motu veloci,tunc fit crisis: vtrũ ad bonum vel ad malum, cognoscitur per prædicta. His autem tribus cognitis,scitur quartum,scilicet dies & hora mortis.Et sicut cõtingit mori sine crisi,ita cum crisi.Confortatur mens tua de morte,vt dictum est,quia si signa digestionis corruptæ præcesserint,vt vrina nigra,hypostasis nigra,& similia,sic cõtingit mori sine crisi. Cum enim vrina est multa,cũ resedẽtia multa, ægritudo mouetur motu tardo, & alia signa bona præcesserunt,tũc curabitur sine crisi per paulatinã materię euacuationem.Quartum quod est propriè istius intentionis,scilicet cognoscere diem & horã mortis.Cognoscitur per hunc modũ. Sicut enim est in morbi principio ꝙ signa digestionis apparent,& cum hæc omnia aut bona signa,necessario fit terminatio in quarta aut infra, sicut cũ in morbi principio signa corruptæ digestionis apparent,moritur in quarta aut infra.Et si motus morbi est velocissimus cum aliis particularibus cõueniẽtibus, terminabitur in tertia. Et si motus morbi nõ est ita velox,in quinta cõtinuus terminatur,in quarta vero propter inferiorẽ:sed suboccupat à tertia,aut anticipat à quinta.Qui igitur diem mortis vel euasionis scire voluerit,vel cum crisi vel sine crisi,consideret dies quartas:& si signa digestionis apparent in quarta, & motus morbi erit velox, cum omnibus aliis particularibus

Morbus sine crisi quãdo terminatur.

Morbi terminatio.

ribus conuenientibus, morietur infra quartam sine crisi. Insuper si in prima quarta aut in quacunq; apparent signa corruptæ digestionis, & morbi motus est velox, morietur in secunda quarta cum crisi. Si autem morbi motus est tardus, sine crisi in secunda quarta morietur. Et sicut dico hãc regulam de prima quarta & secunda, ita intelligendum est de qualibet subsequenti, nisi quia quartæ sequentes non sunt ita certæ sicut præcedentes, sicut determinabitur in sequenti parte huius. Et tamen intelligendum est, quòd terminatio ad malum non est ita certa, sicut terminatio ad bonum: quia motus naturæ sunt ordinati, adhærentes viæ vni & ordini vni. Motus autem morbi sunt inordinatissimi, ideo non ita certus mortis sicut vitę. Si igitur signa mortis apparent, & motus morbi est velox, mors erit in proximo. Si autem signa mortis appareant, & motus est tardus, morietur, sed non ita in proximo. Si ergo victoria morbi appareat supra naturam, mors erit velox. Si autẽ non ita manifestè apparant, mors erit tarda. Ergo si sit dubitatio de duobus diebus in quo illorum morietur, tunc considerandus est motus morbi, & in illa die in qua motus morbi est fortior, in illa die morietur, & non in alia. Si velimus scire horã, tunc debemus considerare horas fortiores in quibus magis affligebatur, tunc in illa hora morietur. Si etiam moritur cum crisi, vel sine crisi, cõsideremus ea quę dicta sunt, quia si materia multa, viscosa, tunc in principio paroxysmi morietur. Si calor est intẽsissimus, in statu morietur. Si virtus est debilis, in declinatione morietur, ita cõsiderãdo statũ paroxysmi, scietur hora: per ea autẽ quæ dicta sunt, dies & hora mortis poterit cognosci, sicut superius dictũ est &c.

Docet prognosticare per quam regionem debet crisis fieri.

CAPVT XIIII.

Terminatio morbi sine crisi.

SIcut superius dictum est, cum virtus est debilis, & motus morbi est tardus, & non apparuerũt signa digestionis, tunc fit terminatio sine crisi. Et cũ vrina est multũ spissa cũ hypostasi bona residente, fit terminatio ad bonũ sine crisi. Cum autem signa contraria apparent, terminatio fit cũ crisi. Crisim igitur antecedũt motus difficiles in nocte, si crisim oportet esse in die. Ista autẽ accidẽtia sunt sicut difficultas anhelitus, paraphrenesis, dolor capitis, insomnietas, & consimilia. Crisis igitur fit per partem ad quam materia

Crisis variis fit modis.

ria declinat: tũc ergo crisis aut fit per exiturã, aut per euacuationem. Si per euacuationem, tunc si corpus est plethoricum, tempus est vernale, & apparent corpora rub. do lor est temporibus, & tensio in hypochondriis sine dolore est citra 35. & pulsus est fortis & magnus, tunc significatur quòd terminabitur ægritudo per fluxum sang. narium. Si autem apparent corpora citrina, titillatio labij inferioris, pul. est durus, & cibi reiectio, & dolor præcordiorum, signum est vomitus futuri. Si pulsus est vndosus, & superficies corporis est humida, vaporosa, & temperata, signum est sudoris. Si autem pulsus est occultus, tardus, & mordicatio sentitur circa intestina, significat crisim per fluxum vẽtris. Si autem sit dolor & mordicatio sentitur circa vias vrinales, & alia sunt priuata, crisim per multitudinem vrinæ significat: vtrum autem bonam vel malam, hæc scimus per ea quæ dicta sunt, & quia materia ægritudinis euacuatur. Et si ęgritudo est de phlegmate, euacuatur phlegma & non cho. ita de aliis. Si autem fiat crisis per exituram, hoc significatur, quia apparent signa ablatę digestionis, & quia elongatur ægritudo, & quia est salutifera: tunc igitur materia, aut mittitur inferius aut superius. Si superius, versus maxillam vel versus radicem auris, & carnem mollem, cognoscitur per difficultatem anhelitus & dolo. capitis: hoc autem fit cùm materia est ca. habens aliquid subtilitatis. Materia autem grossa mittitur versus inferiora, & cognoscitur ex dolore & extensione hypochondriorum &c.

* * *

INCI

INCIPIT V. PARTICVLA,

QVAE DOCET NATVRAM crisium.

Quid sit crisis. CAP. I.

CRISIS est velox motus & vehemens morbi, ducens ad sanitatem vel ad mortem. Est autē, cum natura à bonis diuidit nociua, vt ad expellendum faciat apparata quandocunq; fuerit necesse, & infirmus patitur angustiam, & morbus duresca. Verba posita in hac notificatione, indicant totam naturam crisis: quia secundum naturam crisis & virtutem, nihil aliud est crisis, quàm subita immutatio accidētis morbi ad cōsumptionem: ideo in quocunq; morbo non accidit mutatio subita & velox, nullo modo potest fieri crisis. Et licet iste motus subitus propriè accidat in acutis, nihilominus attribui potest aliquando in chronicis: licet enim chronica moueatur motu tardo, tamen aliquando ex aliqua causa subita, tribulatio & angustia potest euenire, & quòd in illo motu subito terminetur morbus, ideo est crisis. Crisis igitur est mutatio subita & velox accidens morbi: ideo in notificatione primo ponitur crisis, quæ nihil aliud est quàm iudicium, sicut declaraui in secundo cap. & postea sequitur, velox, ad declarandum quòd motus paulatinus morbi aut paulatina terminatio propriè non est crisis, nisi motus sit velox: ideo notabiliter ponitur, velox: & sequitur, vehemens, ad declarandum quòd motus velox nō sufficit ad declarandum quòd in crisi est motus localis & motus alteratiuus, cùm materia alteratur assimilando, digerendo, calefaciendo, & sic de aliis motibus alteratiuis, & est ibi motus localis, quia motus est mutatio præexistentium. Nunc autem mutatur & mouetur materia partim interius, partim exterius, & partim ad membra sensibilia, ideo est ibi propter hunc motum localem, tanta angustia & tanta tribulatio quæ sequitur morbum. Et est intelligendum quòd iste motus aliquando est morbi actiuè, aliquando est morbi passiuè. Morbi actiuè, cum principaliter & symptomaticè

Galen. lib. 1. de crisi.

Motus morbi passiuus, motus morbi actiuus.

ticè monetur morbus contra naturam, & succũbit natura & moritur, tunc iste motus est morbi actiuè. Aliquãdo passiuè, cùm natura prævalet morbo, mouet morbũ & succumbit morbus, & inest motus morbi passiuè: ita hic excipitur hoc magis propriè motus morbi. Verum est passiuè, quia crisis plus pertinet sanitati quàm morbo, nisi in morbis pestilentialibus, vbi corrumpuntur principia vitæ. Vnde intelligẽdum est, ꝙ quæcunq; fiat crisis finaliter ad malum nunquam est crisis, nisi natura aliqualiter intendat resistere morbo, vt dictum est, aut sequitur ducens ad sanitatem aut mortem, quia crisis non est nisi iudicium, ideo terminatur de se ad vtrunque: & quando virtus est fortior, terminus est ad salutem: & quando morbus est fortior, terminus est ad mortem: & vt indicaret quòd aspectus est ad vtrunque, ideo posuit vtrunq;. Aliquãdo igitur est ad sanitatem, aliquando ad mortem. Et sequitur, est cùm natura à bonis diuidit nocitiuum, vt ad expellendum faciat apparatũ: per ista verba potissimè notificatur nobis crisis quæ fit ad bonum. Bona enim crisis & laudabilis non fit nisi vt nocitiuũ segregetur à iuuatiuo. Si enim iuuatiuum expelleretur, tunc fieret ad malum & cum aggrauatione. Si autem nocitiuum, tunc fit ad bonum & cum alleuiatione. Primo fit diuisio, & postea amissio, non quòd diuisio fit alia virtus, nec continetur sub' digestiua, immo continetur sub expulsiua, ex ea enim virtute quæ expellit, ex ea separatur. In hac enim diuisione spargitur vt plurimum ad mẽbra, ideo est dolor admirabilis, & pro tãto fit iniquior status horarum, & paratur tunc vt ad exterius expellatur. Si autem crisis fiat ad malum aliqualiter, & natura intendit resistere, separare & expellere, licet non possit completè. Et sequitur, quodcunque est necesse &c. In crisi autem propriè dicta in qua accidit propriè velox & subita mutatio, necesse est statum esse nequiorem horarum, & ideo magna inflatio cum tota ambiatur vndique, magnus dolor & angustia, cum transeat per membra sensibilia. Vnde igitur concluditur, quòd crisis est velox & vehemens motus morbi &c.

Crisis laudabilis causa.

Symptomata quæ crisim propiũ quã̃ sequi solent.

Vnde dicitur crisis. CAP. II.

Crisis vnde nomẽ sumpsit.

CRisis sumpsit nomẽ à iudiciis: sicut enim vir positus in iudicio sanguinis, totus expauescit, sic patiens in crisi cõturbatur. Crisis enim iudicium interpretatur propter

pter hanc similitudinem. In bona enim crisi & vero iudicio, quatuor sunt necessaria, scilicet actor, reus, testes, & iudex: Vnde bonus iudex licet sit de causa certificatus secundum se, tamen non debet aliquem condemnare, nec absoluere, nisi secundum naturam testium. Medicus autem est loco iudicis, iste bonus medicus veluti bonus iudex vndique certificat per naturam accidentium, sicut per pulsum & vrinam, ita de aliis, bene naturam absoluere & morbum condemnare, & ita prognosticare ipsum euasurum. Si autem pulsus & alia bene testificãtur pro morbo, debet morbum absoluere, & naturam condemnare, & ita ipsum prognosticare morituram.

Docet species crisis. CAP. III.

Species crisis sex.

SPecies crisis sunt 6. Prima species, in qua pat. subito mouetur ad salutem. Secunda est, in qua pat. subito ad mortem mouetur. Tertia est, in qua pat. paulatinè ducitur ad salutem. Quarta est, in qua pat. paulatinè ducitur ad mortem. Quinta est, in qua pat. subito ducitur ad bonum imperfectum, & paulatinè ad perfectum. Sexta est & vltima, in qua pat. ducitur subito ad malum imperfectum, & paulatinè ad perfectum. Et propriè non potest dici crisis, nisi de primis duabus speciebus, quoniam crisis est velox & subita mutatio: & ista mutatio nõ fit nisi in istis duabus. Et si propriissimè vellemus loqui, non dicitur crisis, nisi de prima, cum crisis magis proueniat sanitati quàm morti: omnes autem alię species non dicuntur crisis, nisi quadam attributione. Species igitur crisis non sunt nisi sex, &c.

Docet prognosticare conditiones necessarias ad veram crisim.

CAPVT IIII.

Sex necessaria ad crisim perfectam.

IN vera autem crisi & perfecta, necessariæ sunt 6. cõditiones. Prima, vt sit completa: Secunda, quòd sit certa. Tertia, quòd sit salua: Quarta, quòd si manifesta: Quinta, quòd sit indicata: Sexta, quòd sit in die critica. Vnde dico, quòd prima conditio est, quòd sit completa. In bona & perfecta crisi requiritur quòd materia peccans euacuetur, & quòd tota euacuetur: vt in tertiana euacuetur chol. & tota materia peccans: in quotidiana phlegma totum, & sic de aliis. Si autem materia non peccans purgetur, non curabitur morbus, cum non euacuetur sua causa. Et sic requiritur, quòd tota materia euacuetur, quoniam aliter aut morbus

non cessabit, aut faciet recidiuam. Prima igitur conditio quæ requiritur in bona crisi & perfecta, est quòd sit completa. Secunda conditio est, quòd sit certa. Hæc secunda conditio dependet ex prima certa, id est, quòd nihil remaneat, ne deinde possit facere recidiuam. Tunc enim crisis est certa, cum completa morbi materia euacuatur. Tertia conditio quæ requiritur est, quòd sit salua, id est, quòd non veniat cum terribilibus accidentibus & pernecabilibus: quoniam aliquãdo eruitur oculus, & amittitur manus, aut remanet alienatum, & sic de aliis: talis crisis est symptomatica, cuius materia est venenosa, pernecabilis, & non omnino salubris: licet curetur primus morbus, tamen terribili cum crisi curatur, & ita requiritur tertia conditio, quod sit salua. Quarta cõditio quæ requiritur est, quòd sit manifesta, id est, quòd euacuet cũ euacuatione sensibili, aut cum exitura. Intelligendum est, quòd impossibile est aliquem à morbo acuto euadere sine euacuatione sensibili, aut sine exitura. Vnde cum sine istis feb. cessat subito, tunc enim distinguo, aut enim feb. est valida, aut lenta. Si fortis & valida esset præter insensibilem euacuationem, aut exituram, tũc distinguo, aut enim regitur sicut conualescẽs & sanus, aut sicut infirmus. Si sicut conualescens, necessario recidiuabitur. Si bene regatur sicut infirmus, recidiuabit, sed non ita male sicut prius. Si autem feb. fuerit lẽta & cessauerit præter ista, tunc distinguo: aut regitur sicut sanus, aut sicut infirmus. Si sicut sanus, necessario recidiuabit. Si sicut infirmus, possibile est quòd non recidiuet, & in hoc solo casu & rarò possibile est quòd non recidiuet, id est, febricitans febre continua, lenta, cuius feb. cessauit sine euacuatione manifesta, aut exitu. Cum autem vtitur regimine sicut infirmus, verum est, quod possibile est, quòd pat. sit cholericus & materia pauca, subtilis, & alia particularia conueniant, & quòd euacuetur materia insensibiliter, ita terminabitur morbus cum euacuatione insensibili, & sine exitura. Hoc tamen est de rarò contingentibus, ideo debet medico talis terminatio semper esse suspecta: propterea est possibile aliquem euadere à morbo acuto sine euacuatione sensibili, aut sine exitura. Euacuatio sensibilis appellatur sicut fluxus sanguinarium, vomitus, & ita de aliis. Quarta igitur conditio quę in bona crisi & perfecta requiritur est, ꝙ sit manifesta.

Euacuationes sensibiles.

Quinta

Quinta conditio est quòd sit indicata, & ista est de magis principalibus. Impossibile enim est crisim fieri ad bonum, nisi signa digestionis præcesserint. postquam enim manifesta est & perfecta, signa digestionis apparuerunt in die indicatiua, & continuata sunt illa signa, impossibile est mori ex illa ægritudine, nisi error intercidat, & ita ista conditio est summè necessaria in bona & perfecta crisi, quòd sit indicata, id est, quòd signa digestionis præcesserint. *Crisis quæ ante digestionis signa apparet mala.*

Sexta & vltima conditio est, quòd crisis sit in die critica. Virtus enim diei criticę est fortis, quoniâ si in ea apparuerint bona signa, meliora erunt, & si mala, peiora erunt: ratio autem inferius subiungetur. Ista autem materia aliter cõsueuit perscrutari. In illa enim crisis melior est, quę cum purgatione est, quàm illa quæ est cum apostemate. Secunda conditio est, quòd illa crisis quæ purgat materiam nociuam, melior est, scilicet opposita. Tertia conditio est, quòd illa crisis est melior, quæ fit per emunctoria debita, quàm quæ per sibi opposita. Quarta conditio est, quòd illa crisis melior est, quæ fit cum alleuiatione, quàm scilicet opposita. Quinta conditio, quòd illa crisis est melior quæ venit post signa digestionis. Sexta, quę fit in die critica. Ista enim omnia oportet in bona crisi & perfecta adesse. *Crisis quæ laudabilior.*

Docet naturam dierum criticorum prognosticare via experimenti. CAP. V.

AD hoc vt aliquis veniat in notitiã dierum criticorum per viã experimenti, tria oportet scire. Primo, vt scian tur principia ægritudinis. Secundo, quòd sciat si error non intercedat. Tertio, quòd crisis si continuauerit per tres dies, quòd sciatur cui illorum attribuetur. De primo est agendum. Intelligẽdum quòd de facilioribus rebus est scire principium morbi, & quòd principium morbi non est computandum à principio decubitus. Aliquis enim est fortis & magni cordis, & febricitauit per tres dies vel plus antequam velit iacere, & ità esset medicus deceptus in decubitu. Aliquis etiam est delicatus, rarus & mollis per naturam, & incipiet iacere antequam febricitet per tres dies, ita medicus decipietur. Non igitur à principio decubitus, morbi principiũ computabitur. Ex alio igitur oportet cõputare. Illud igitur est principiũ morbi, cum operationes manifestè læduntur. Dum igitur aliquis non comedit sicut *Tria considerãda.* *Morbi principiũ quando.*

cõsueuit,nec dormit,nec vigilat,nec sudat,nec ambulat,& sic de aliis.Hoc principiũ morbi computabitur,scilicet manifestè cessare ab operationibus consuetis:& quia sensibilia manifesta sunt, ideo de facilioribus rebus est scire principium morbi. Et principium igitur computabitur à manifesta læsione in operibus consuetis. Secundũ, quod oportet scire, est,quòd non intercedat error:ideo oportet hic quatuor considerare. Primum, quòd medicus sit sciens, si enim erret,nescit diętare & medicamina applicare.Vnde oportet,quòd pereat virtus dierum criticorum. Secundum est,quòd patiẽs sit obediens.Si enim recusẽt pharmaciam,phlebotomiam,localia remedia, prolongabitur morbus,aut veniẽt periculosa symptomata, ita perit virtus dierum criticorum. Tertium est,quòd ministri sint diligẽtes, licet rarò inueniantur, & ponamus vnum grossum exemplum,tameu notum,cum patiens debeat iuxta præceptum medici vti hordeato,aut contuso, sed tamen fuerit tritum piper,aut allia & similia in vase in quo parãtur,& minister non auertit,aut parat ibi cibaria,aut contusum,immediatè illud destruit. Non igitur est dubium,si ministri inepti sunt perit virtus dierũ criticorum.Quartum est, quòd omnia quæ extrinsecus sunt,quæ fere innumerabilia sunt,sint ad velle patientis : verbi gratia, ponamus quòd in die vij. debet fieri crisis,& in nocte antecedente debeat pat.dormire & quiescere,si angustiatur propter latratum canum, aut insultum latronum,aut malos rumores,& similia innumerabilia,certè peribit virtus diei critici.Ergo ad hoc, quòd dies critica cognoscatur per viam experimenti, oportet quatuor scire,quòd Medicus sit sciens, patiens,obediens, ministri diligentes,& omnia quæ extrinsecus sunt, sint ad velle patientis.Tertium quod oportet scire,est quòd si crisis continuauerit se per tres dies,& nõ sciatur cui illorum attribuatur,ex consideratione depẽdent quatuor.Primum est, vt sciatur ægritudo : Secundum est, vt sciatur natura diei. Tertium est, vt sciatur principium circuitus : Quartum,quòd sciatur tempus durationis. De primo est agendum. Ponamus quòd crisis continuauerit se per diem vj. vel vij.& medicus ignoret cui illorum illa crisis debeat attribui,tunc debet recurrere ad ægritudinem:& quòd sciatur vtrum moueatur per numerum parem,vel impare m:si

per

Ne error cõmittatur, quatuor sunt necessaria.

Quatuor cõsiderãda in crisi, si prolongaue rit.

per imparem, crisis debet attribui vij. cum sit impar, & ita oportet scire naturam ægritudinis. Secundum quod oportet scire est, natura diei. Ponatur, quòd crisis continuet se per diem vij. & ix. & medicus dubitet cui illorum debeat attribuere: tũc debet considerare naturam diei, nũc autem viij. nullo modo est critica, ix. est critica, quia intercidens, tunc ipse debet attribuere crisim nonæ, & non viij. quia nõ critica. Tertium quod oportet scire, est, quòd medicus non ignoret principium circuituũ: & ad hoc oportet tria scire. Principium circuitus, principium rei, & consumptionem. Principium circuitus appellatur, cum dolores, tensiones & vigiliæ incipiunt intendi. Principium rei appellatur, cum materia euacuatur per sudorem & similia. Consumptio appellatur, cum manifestè materia euacuata est. Nunc autem ponamus, quòd crisis continuauerit per quartam diem & quintam, ita quòd principium circuitus est in quarta, principium autem rei est in v. Modo dubitat Medicus cui debeat attribuere crisim, certè quintæ, quæ habuit duo, principium rei & consumptionem, & est intelligendum quòd si dies quarta habuisset principium circuitus & principium crisis, quartæ esset attribuenda, & illa dies erit critica, plurima istorum habebis. Quartum & vltimum quod oportet scire, est, tempus durationis: verbi gratia, ponamus quòd crisis continuet se per tres dies, ita quòd principiũ circuitus est in quarta, & durauit per 6. horas, & principium rei fuit in quinta, & durauit per 7. horas, & consumptio fuit in 6. & durauit per 8. horas: tunc medicus nescit cui illorum debet attribuere: igitur medicus debet considerare quæ dies habuit plus de tempore, id est, quæ dies habuit plures horas: & illi quæ plures habuit horas, crisis est attribuenda. Quarta ergo non est critica, quia non habuit nisi 6. horas: nec sexta, quia non habuit nisi 8. Quinta vero quæ habuit 12. horas, erit critica, crisis igitur erit sibi attribuẽda. Qui igitur naturã dierum criticorũ scire voluerit, primo oportet cõsiderare ꝙ error non introducatur, & quòd sciatur principiũ morbi: si crisis continuauerit se per tres dies, ꝙ sciatur cui illorum attribuatur: & ad hoc oportet quatuor scire, naturã ægritudinis, naturã diei, principiũ circuitus, & tẽpus durationis, in principio circuitus oportet scire principium circuitus rei, & consumptionem, &c.

Medicus vt diem crisis rectè præsagire possit, hæc debet cõsiderare.

Docet inuestigare naturam dierum criticorum per causam sumptam à quadris Lunæ. CAP. VII.

NVmerus & sufficientia dierum criticorum habetur per hunc modũ, Dierum criticorũ quidam sunt critici, quidam indicatiui, & quidam intercidentes. Prima & secunda dies sunt non critici. Impossibile enim est crisim ibi venire ad bonum, cum crisis bona non fiat nisi post signa digestionis, & tam in modico tẽpore materia non potest esse digesta. Tertia est intercidens. Possibile enim est crisim fieri ad bonum, cum materia moueatur per motum imparem, & morbi motus velocissimus. Ideo per radicem inferiorem magis fit crisis quàm per superiorem in tertia. Dies autẽ quarta propriè loquendo est indicatiua, quę est indicatiua primæ septimanæ, quicquid debet fieri in vij. & si in iiij. appareant signa bonæ digestionis, in vij. crisis fiet ad bonũ. Si in iiij. appareant signa corruptę digestionis, morietur in vij. Et si nullum istorũ appareat, nihil innouabitur in vij. Quarta dies non est critica quantũ est de radice inferiori, quia motus materiæ aut est per numerũ parem, aut imparem. Si autem ægritudo per motum imparem moueatur, tunc non mouebitur in quarta, cum sit dies par. Si autem materia moueatur per motum parem, tunc in tam modico tempore non potest moueri ad bonũ, & ita quantum ad radicem inferiorem, non potest fieri crisis in iiij. ad bonum. Verum est, quòd largo modo accipiendo crisim à quacunq; die ægritudinis est possibile mori, ita erunt critici: euadere autẽ non nisi in tertiis diebus, ideo non omnis dies critica. Aliquando igitur est possibile crisim fieri in quarta, quantum est ex radice superiori, cum sit semiquadra ex aspectu orbis & motu materiæ. Et cum morbi motus est æqualis, vt in homotono, rarò accidit: igitur dies quarta non est propriè critica, nec intercidens, licet indicatiua. Ergo ei propriè pertinet, quòd est indicatiua, & non quoquomodo indicatiua, sed fortissimè. Et quia virtus est fortis adhuc, & quia Lunæ influentia vadit ad complementum, ideo hypostasis al-pendens in vrina apparens in quarta, sufficit ad proiiciendũ crisim in vij. quòd non esset sic in aliis quartis indicatiuis sequentibus. Quinta autẽ dies propriè est intercidens, quoniã propter velocem motum materiæ aliquando anticipat à vij. aut suboccupat

à ter

Per radicem inferiorem intelligit virtutẽ quæ sumitur à natura & morbo: per radicẽ verò superiorẽ intelligit vim illam quæ à latione superiori influit corpori.

Quartus dies est aliquando criticus.

à tertia. Sexta autẽ dies est propria non critica: non enim in ea fit crisis cum omnibus suis cõditionibus bonis, sed est mala, aut facit recidiuam, & similia, pro tanto quia non semiquadra, nec finis quadræ, ideo non fit ibi crisis quantũ est ex aspectu orbis: nec etiã ex motu materiæ: quia si motus materiæ est per imparẽ, tunc cum sexta non sit impar, ideo non mouebitur nisi symptomaticè, & ita ad malum. Si materia mouetur per dies pares, tunc ægritudo quæ naturaliter mouetur per motum parem, est chronica. Chronica autem ægritudo non potest esse digesta in tam modico tempore, ideo non est crisis ad bonum in vj. & hoc non est verũ nisi in febr. sanguinea, cum moueatur æqualiter, per parem & imparem potest terminari ad bonũ in die vj. sed est de rarò contingentibus. Hoc igitur est de natura diei vj. Dies autem vij. est critica, hoc est dies beata: & habet priuilegia multa valde. Ibi enim concurrit radix inferior, & est ibi motus materiæ, quia impar: concurrit ibi radix superior, quia est finis quadræ, & ita influentia magna ex orbe, igitur in vij. vt plurimum crisis ad bonum fortior est inter omnes: primo quia virtus est fortis, & in tam modico tempore non posset esse debilitata, & quia motus materiæ cum sit impar, & quia finis quadræ: vij. enim ex beneficio orbis est fortissima. Cũmq; Luna sit in directo aspectu, ponamus quòd Luna sit in principio ægritudinis, in principio Arietis, tũc est in signo cal. & sicc. tunc cũ Luna est in vij. est in principio Cancri, quæ habet influentiã oppositam, quod est frigidũ & humidũ, quia igitur confortatur morbus ex simili, & curatur ex contrario, & quotiens in quocunq; signo Luna fuerit, cum est vij. tunc est in signo contrarię qualitatis, aut quo ad vtraſq; qualitates, aut quo ad alteram, & ista influit influentiam oppositã: quare vij. à principio in quocunq; fuerit signo Lunę, erit fortissima, cum sit transmutatio facta ad oppositam influentiam, sicut melius videbitur inferius. Est igitur septima finis primæ septimanæ. Octaua autẽ est principium ij. septimanæ, & est dies par, & non est critica. Impossibile enim est fieri crisim ibi ad bonum, cum non participet aliquid de radice superiori, nec inferiori. Nona autẽ dies est intercidens, vnde propter aliquas causas intrinsecas vel extrinsecas, crisis suboccupat à vij. aut anticipat ab ij. Dies 10 est non

Sextus dies nunquã bene iudicat.

Quare crisis quæ fit septimo die vt plurimũ bona est.

Octauus dies nõ potest iudicare ad bonum.

Dies vndecimus propriè est indicatiuus & non criticus.

critica. Dies autem 11. est dies indicatiua, est enim media secundæ septimanæ, vnde sicut 4. indicat 7. ita 11. 14. tamen oportet, quòd signa sint magis manifesta, cum virtus magis sit debilitata. Dies 12. nullo modo est critica & non critica appellatur. Dies autem 13. quantum est ex radice inferiori debet esse critica. Sed quia virtus est debilis ex se nō potest mouere materiam, ideo expectat beneficium orbis, sed ad 14. 13. intercidens appellatur. Decimaquarta indicatiua appellatur, ibi enim est verè iudicium cum sit Luna plena, & si non conuenit morbus cum lunatione, saltē est in orbe signorum cum critica oppositione & opposita influentia, sicut Aries, Libra, Taurus, Scorpio, & sic de aliis 14. ergo est indicatiua, & finis 2. septimanæ, & principium tertiæ. Decimaquinta dies est intercidens, quoniam ibi est crisis suboccupando propter aliquas causas à 14. aut anticipando à 17. Decimasexta nullo modo est critica. Decimaseptima autem est proprie indicatiua, & est medium 3. septimanæ. Vnde sicut quarta indicat 7. & 11. 14. ita 17. 20. Decima autem octaua secundum omnem modum est non critica. Decimanona est intercidens. Vicesima autem dies propriè est indicatiua, & est finis tertiæ septimanæ. Et ita 6. periodi particulares procedendo de quarto in quartum includuntur in hoc periodo vniuersali, & sic in his primis 20. diebus 3. septimanæ computantur: ita per ordinem in aliis 20. diebus aliæ tres septimanæ computabuntur. Et ita secunda periodus vniuersalis terminabitur in 40. & tertia 60. & ita de aliis. Sed aduertendum, quòd post 20. diē, dies medij non sunt ita critici in medio, sicut in prima periodo vniuersali, cum virtus procedat continuè debilitando. Dies enim critici post viginti, sunt illi qui non proportionantur particulariter. Primi dies igitur non critici post 20. sunt, 22. 23. 24. 25. 26. 29. 30. & 32. & 33. & 35. 38. & 39. Post dies autem 40. raro accidit crisis, nisi per exituram aut per paulatinam materiæ digestionem, ideo computamus per septimanas, menses, annos, & ætates.

Post quadragesimū propriè non accidit crisis.

De natura & complexione superiorum quantum pertinet medico. CAP. VII.

Circa istam materiam est intelligendum, quòd natura dierum criticorū sumitur à duplici indicatione: quarum vna est inferior sumpta à materia morbi, quæ quidem

est

est agitabilis & variabilis non habens inhærere viæ: nec ordini vni vnquam. Alia autem est sumpta à radice superiori, quæ quidē non est agitabilis, nec variabilis, adhærēs viæ vni, & ordini vni: vnde omne quod est pulchrum & honestum de sursum prouenit. Aegritudines autem duplices sunt, quædam acutæ, & quædam chronicæ. Chronicæ autē reguntur per motum solis, cum sol non peragret zodiacū nisi per annum, & ideo quòd mouetur motu tardo: acutæ regulantur per motum Lunæ, cum Luna peragret zodiacum totum in mense vno. Vnde Luna his inferioribus dominatur, non propter virtutem suam maiorē, sed quia magis approximatur ad nos, & recipit influentiam omnium inferiorum, vnde in humido dominatur, quod probant conchilia, fluxus & refluxus maris: vnde Luna assimilatur consuli, Sol autem regi magno: vnde secundum, quòd superficies Lunæ inferior plus, vel minus de lumine Solis recipit, secundū hoc in his inferioribus Luna influit plus, vel minus: vnde Sol est in medio stellarum erraticarū sicut rex in regno suo: vnde nullo indiget, omnes verò eo indigent: quod patet, quia Sole ascendente, nullo obstante facit æstatem, Sole descendente, nullo obstante facit hyemem. Luna autem in ascendendo duas habet quadras, & duas semiquadras, & ita habet 4. aspectus in ascendendo, licet inæquales, & 4. in descendendo. Primus aspectus Lunæ vocatur sextilis, pro tanto, quia 6. pars Lunæ est illuminata, & quia sexta pars signorum zodiaci est inter Solem & Lunam, & sunt duo signa, & est dies quarta: & habet debiliter influere, cum parum sit illuminata, & pro tanto raro accidit crisis in quarta die. Secūdus aspectus vocatur quartus, quia quarta pars Lunæ est illuminata, & quia quarta pars signorū zodiaci est inter Solem & Lunam, & sunt signa tria, hoc est in septima die. Quando ista conueniunt, quod est in 7. ægritudinis & in 14. Luna cōmuniter est crisis fortior inter omnes. Septima enim de se est fortis, cum sit in signo oppositæ complexionis, & satis sit illuminata. Tertius aspectus vocatur tertius, quia tertia pars Lunæ est illuminata, & quia zodiaci tertia pars sit inter Solem & Lunam. Et sunt quatuor signa, & est dies 11. licet ex orbe fortior sit influentia. Virtus tamen est debilitata, & est media secundæ quadræ, sicut quarta primæ. Quartus autem

Morbi longi reguntur motu solis.

Luna consuli comparatur, Sol autē regi.

Aspectus Lunæ hexagonus.

Aspectus tetragonus.

Tertius aspectus trigonus.

Plenilunium. aſpectus vocatur oppoſitionis ſeu bederei, id eſt plenilunium, quia medietas ſignorũ zodiaci eſt inter Solẽ & Lunam, tota eſt illuminata, & eſt dies 13. Et quantum eſt de ſe influentiã in vltimo fortitudinis, & eſt finis ſecundæ quadræ. Iſtæ autẽ duæ quadræ, & duæ ſemiquadræ, quę ſunt in aſcendendo, ſunt fortiores, quantum eſt de ſe, quàm illæ quæ ſunt in deſcendendo: cum in aſcendendo Luna vadat ad cõplementum, & in deſcendendo continuè minuatur.

Alij aſpectus quatuor. Luna autem in deſcẽdendo habet alios quatuor aſpectus. Primus vocatur ternus, cum Luna ſit in decreſcentia in 17. die. Secundus vocatur quartus, cum Luna eſt in 20. Tertius ſextilis, cum ſit Luna in 24. Quartus eſt coniunctionis, cum eſt Luna in 27. die. Vnde intelligendũ, quòd alia eſt influentia in coniunctione, alia in oppoſitione: quia in coniunctione moratur vtplurimùm tribus diebus: in oppoſitione autẽ vno inſtanti. Intelligendum etiam, quòd ſupra hanc influentiã oportet alia cõſiderare, ſcilicet eufortuniũ, & diſfortuniũ: quia ſecundum iſta ægritudines aliter & aliter terminantur. Ponamus duos, quorum vnus habet fortunium in Ariete, & alter habet fortunium in Tauro. Certè quotiens contingat primum infirmari in Ariete, aut in ſignis oppoſitis per quadraturã, vt in Cancro & ſimilibus, bene terminatur ab ægritudine ſua: & quotiens ſecundum contingit infirmari in Tauro, aut in ſignis oppoſitis per quadraturam, vt in Leone & ſimilibus, peſſimè tunc eſt ei in illa ægritudine. Ideo ponamus eos infirmari in eadẽ die, quorũ vnus incipit infirmari cum eufortunio, & alter cũ infortunio, licet ægritudo ſit æqualis, nihilominus vnus in 7. criticabit, qui erat cum eufortunio: & alter morietur, ſcilicet qui erat cũ infortunio. Et eſt intelligendum ſecundũ narrationem Aegyptiorum, quòd ſecundum naturã cõſtellationis, & influentiæ omniũ orbium in hora caſus ſeminis in matrice accidit mẽbrorum lineatio & figura, & ſecundũ naturã influentiæ in hora natiuitatis regulabitur tota vita in moribus, & à vultu, cum vultus inferior ſit ſubiectus vultui ſuperiori. Ideo cũ orbes nõ influãt ſecundũ neceſſitatẽ, influũt tamẽ ſecundum aptitudinẽ, & ſecundũ diſpoſitionẽ: ita q̃ ſi aliquis ad hoc ſit diſpoſitus quantũ eſt ex orbe, nunquam erit in cõtrario ita aptus: & de hoc ſapientes Aegyptij narrant exẽpla multa. Primum

Hypotheſis.

poteſt

poteſt eſſe iſtud. Filius cuiuſdam regis fuit aptus quantum eſt ex influentia ſuperiorum, quòd eſſet faber, & nunquam potuit eſſe in contrario, quia pater eius adminiſtrabat ei ſcutum & lanceam, & filius ſemper ibat ad fabros, & fuit optimus faber, in cõtrario autem officio fuit ineptiſſimus. Similiter narratur, quòd duo philoſophi iacuerunt in domo cuiuſdam textoris, & illa nocte natus eſt filius, & notauerunt aſcendentem, & adæquauerunt planetas, & inuenerunt, quòd diſpoſitus erat ad philoſophiam, ſcripſerunt nomen textoris, pueri, & vetulæ. Et poſt multa tempora cum pater eius vellet ponere eum arti ſuæ, ipſe reſpuebat intantum, quòd finaliter fugit ad manus prædictorum philoſophorum, & factus fuit philoſophus. Hæc & alia multa poſſemus apponere, ſed relinquuntur propter breuitatem.

Hiſtoria.

Aliud exẽplum.

Docet computare ſeptimanam medicinalem & menſem.

CAPVT VIII.

MEdicus velit nolit, aut ſupponendo, aut quoquomodo contineatur, debet ad minus ſcire naturam, complexionem ſignorum, & complexionem ſtellarum erraticarum. Nunc autem intelligendum eſt, quòd ſigna ſunt 12. & ſtellę erraticę ſunt 7. Primum ſignum zodiaci eſt Aries: ab eo enim incipiũtur omnes operationes: eſt enim cal. & ſic. complexionis: & eſt ſignum mobile, maſculinum, cuius oppoſitum eſt Libra, & habet aſpectum ad caput & ad collũ. Secundum ſignum eſt Taurus, & eſt ſii. & ſic. complexionis, eſt ſignum ſtabile, fixum, cuius oppoſitum eſt Scorpio, & habet aſpectum ad collum & ſpatulas. Tertium ſignum eſt Gemini, & eſt cal. & hum. complexionis, mediocriter inter ſtabile & mobile, & eſt maſculinum, cuius oppoſitum eſt Sagittarius, & habet aſpectum ad brachia. Quartum ſignum eſt Cancer, frigi. & hu. complexionis, eſt ſignum mobile, fœmineum, cuius oppoſitum eſt Capricornus, & habet aſpectum ad pectus. Quintum ſignum eſt Leo, cal. & ſic. complexionis, ſignum ſtabile, maſculinum, & habet aſpectum ad cor, ſtomachum & membra vicina cordi, cuius oppoſitum eſt Aquarius. Sextum ſignum eſt Virgo, frigid. & ſic. complexionis, eſt ſignum mediocre inter mobile & ſtabile, & eſt fœmineum, cuius oppoſitum eſt Piſces, & habet aſpectũ ad vmbilicum & partes vicinas. Septimum ſignum eſt Libra, cali. & hum. complexionis, & ſignum eſt mobile, maſculi

Quæ pars Aſtrologiæ medico cognoſcenda eſt neceſſaria.

Aries.

Taurus.

Gemini.

Cancer.

Leo.

Virgo.

Libra.

masculinum, cuius oppositum est Aries, habet aspectum ad anchas, ad renes, & ad miniá naturæ. Octauum signum

Scorpio. est Scorpio, fri. & hu. complexionis, & est signũ stabile, fœmineum, cuius oppositum est Taurus, & habet aspectum ad matricem, virgam, testes, & peritonæon. Nonum signum

Sagittarius est Sagittarius, cali. & sic. cõplexionis, & est signum medio cre inter stabile & mobile, & est masculinum, cuius cõpositum est Gemini, habet aspectum ad musculos coxæ. Deci

Capricornus. mum signum est Capricornus, signum frig. & sic. cõplexionis, mobile, fœmineum, cuius oppositum est Cancer, & ha

Aquarius. bet aspectum ad genua. Vndecimum signum est Aquarius, cal. & hu. complexionis, est signum stabile, masculinum, & habet aspectum ad tibias, cuius oppositum est Leo. Duo-

Pisces. decimum signum est Pisces, & est frig. & siccæ cõplexionis mobile, fœmineum, & aspectum habet ad pedes, cuius op posirum est Virgo. Et intelligendum, ꝙ quodlibet signum habet 30. gradus, ita in toto zodiaco sunt 360. gradus. Sunt

Saturnus. autem planetæ erratici 7. Primus est Saturnus, vitæ contrarius, maleuolus, frig. & sic. cõplexionis, tardi motus, qui habet aspectum ad viros nigros, melancholicos, macilentos, tristes, & qui libenter deturpant vestes suas, & ad viros ponderosos, maleuolos, habẽtes barbam raram: cuius prima domus est Capricornus, in quo gaudet sicut anima in corpore: secunda domus est Aquarius. Et est intelligendũ, quòd quilibet planeta habet duas domos præterquam Sol & Luna. Ita quòd prima domus est per se, in qua supre mè gaudet planeta, sicut rex in throno suo, quia ei similis est, & in ea fuit creatus. Secunda domus non est ita principalis, & pro tanto nõ est ita virtuosa. Secũdus planeta per

Iupiter. ordinem est Iupiter, qui est beneuolus, calid. & hu. complexionis, tardus in motu suo, & est planeta virorum, qui sunt benigni, gratiosi, religiosi, reuerendi, & habent barbã spissam subruffam, nec sunt calui: cuius prima domus est Sa-

Mars. gittarius, & secunda Pisces. Tertius planeta est Mars, qui est ca. & sic. maleuolus, mediocris in motu suo, & est planeta iracundorum, rixantium, furiosorum, & caluorum, maleuolorum, scriptorum superborum, cuius prima domus est

Sol. Scorpio, & secũda Aries. Sol est planeta beneuolus, qui est quartus, ca. & sic. complexionis, influens lumen & vitam hominibus viuentibus, in motu suo mediocris, & est planeta pul

ta pulchrorum & splendidorum in facie, & in omnibus ge
stibus, qui libenter cum magistratibus, & nobilibus con-
uersantur, cuius domus vnica est Leo. Quintus planeta est *Venus.*
Venus, frig. & humi. complexionis temperatę, benevolus,
& motus eius fere sicut motus Solis: habet aspectum ad
iuuenes lasciuos, comptos, luxuriosos, & illos qui libenter
agunt opera mulierum: cuius prima domus est Libra, & se
cunda est Taurus. Sextus planeta est Mercutius, tempera *Mercurius.*
tæ cõplexionis, benevolus, & est cõmunicans dispositionẽ
suam secundũ naturam eorũ quibus adiũgitur, siue in bo-
no, siue in malo, & est ferè motus eius, sicut motus Solis:
habet aspectũ ad viros bene doctrinaros, sacerdotes, sapiẽ
tes, lenis moris, nec magni corporis, flaui coloris: cuius pri
ma domus est virgo, secunda Gemini. Septimus & vltimus,
quo magis intendimus, est Luna. frig. & humid. complexio *Luna.*
nis, benevolus, & regit omne humidum: cursus eius velo-
cissimus, quoniam fere in 27. diebus & 8. horis cõplet totũ
zodiacum: aspectum habet ad viros phlegmaticos, arthri-
ticos: cuius domus est vnica, scilicet Cancer. Sed quia for-
te medicus adæquationem omnium planetarum scire non
potens, potest se excusare, ideo medicus tenetur habere ta
bulam adæquationis Lunę quo ad medium motum, quam
communiter tenetur habere, & habeatur vnum & rectum
calendarium lunationis, sine autem his non est medicus.
Et est intelligendum, quòd fere Luna est in quolibet mẽ-
se per duos dies occupata, computando quo ad medium
motum. Vnde aliqua pauca sunt subiũgenda hic. Si aliquis
fuit vulneratus in capite, Luna existente in Ariete, vix aut
nunquam curabitur, esto quòd vulnus sit mediore. Si quis
fuerit vulneratus in collo, Luna existente in Cancro, perí-
culosus erit morbus, & sic de singulis. Præterea nullus po-
test facere phlebotomiam Luna existente in Geminis, quo
niam aut nihil exibit de sang. aut bis percutietur. Etiam
medicus debet facere omnes confectiones suas in certis
influentiis. Verbi gratia, volo facere medicamen constri-
ctiuum frigi. & sic. sicut est diacodion, certè confectio de-
bet esse in simili influentia & conuersione, quia conueniẽt
rad. inferior & superior, fortissima erit influentia. Fiat igi-
tur Luna existente in Tauro, vel in Virgine, ita de multis
similibus intelligamus. Si igitur ordo & regimen est in me
dio,

dio, & vultus inferior subiectus est vultui superiori, bene erit. Ista autem pauca posui nō ad alia me extendendo, nisi quòd quilibet posse suo scire conetur naturam superiorū, aliter non esset perfectus in scientia prognosticandi, nec operandi.

De mense Solari & Lunari.

Mensis duplex, Solaris & Lunaris.

Duplex est mensis, Solaris & Lunaris. Mensis Solaris cō tinet spatium 30. dierum: & quodlibet signorū habet tres facies, primam, secundam, tertiam: & quælibet facies habet 10. gradus, ita in toto signo nō sunt nisi 30. gradus. Sol autem moratur per vnam diem ad peragrandum vnū gradum, & ita moratur in quolibet signo per 30. dies. Mensis ergo Solaris est 30. dierum. Nunc autem Sol habet aspectum ad cor, ad virtutem vitalem: & quia nos loquimur de mense per comparationem ad crisim, & crisis non fit per virtutem vitalem, & per consequens non per virtutem Solis, ideo de mense Solari nihil curat medicus. Nūc autē luna habet aspectum ad virtutē naturalem, ideo medicus tenetur mensurare mensem Lunarem. Mensis igitur Lunaris est triplex, primus scilicet consecutionis, secundus propriq peragrationis, tertius apparationis. Mensis autem consecutionis appellatur totum illud tempus in quo Luna moratur attingere Solem, siue cōsequi. Vnde ponamus, quòd Sol & Luna nunc sint in primo puncto Arietis, tunc vterq; mouetur velocius, cum Luna venerit ad primum punctum Arietis, tunc non inueniet ibi Solem, moratur in consequēdo per duos dies & quatuor horas, & ita tota Lunatio durat 30. diebus, & 8. horis, ita vna Lunatio scribitur 30. dierum, & altera 30. dierum & octo horarum, & hæc computatio est Lunaris clismatica. Hęc autem computatio est quo ad medium motum, & non est vera in puncto, neq; fixa, ideo medicus de isto mense Lunari non curat. Secundus mensis vocatur peragrationis, & durat totum illud tempus in quo Luna mouetur de puncto ad punctum, vt cum incipit moueri de primo puncto Arietis, iterum cum est in principio Aerietis, totum illud tempus, vel spatium vocatur mensis propriæ peragrationis, & sunt 27. dies, & 8. horę, & habet influere eufortuniū & diffortunium. Tertius mensis vocatur apparationis, totum illud tempus in quo Luna apparet nobis illuminata, & sunt 16. dies, & 22. hor

Mensis Lunaris triplex.

Secundus mensis.

Tertius mensis.

horæ,& iste habet virtutem calefaciendi, infrigidandi, & ita de aliis. Nunc autem ad crisim sunt duo necessaria, eu fortunium, diffortunium, calefactio,& ita de aliis. Ideo alter istorum mensium non potuit esse mensis medicinalis. Conflatur autem mensis medicinalis ex his duobus, quam mixtionem solus Deus cognouit. Modus autem conflandi mẽsem medicinalem ex mense apparationis & mense peragrationis, est iste. Mensis igitur peragrationis excedit mensem apparationis in 20. horis, quę si diuidãtur per medium, tũc erunt 10. horæ: dentur igitur istæ 10. horæ mensis apparationis qui habebat 26. dies, & 12. horas, fient 26. dies & horæ 22. Mensis igitur medicinalis rectè conflatus ex mense apparationis & mense propriæ peragrationis, continet 27. dies minus duabus horis. Nunc autem propter vulgares qui nõn credunt, quòd sit vera computatio nisi æqualis & integra, ideo oportet æqualiter computare. Licet sit intelligendum quòd annus non erit integer, nec mẽsis, nec septimana: tunc igitur si mensis medicinalis æqualiter diuidatur, quælibet septimana habebit 6. dies, & 17. horas cum dimidia. Ad hoc igitur vt septimana sit integra oportet addere primæ septimanæ 6. horas cum dimidia. Prima igitur septimana manu leuauit à secunda 6. horas cum dimidia, & 17. cum dimidia, & 6. cum dimidia, sunt 24. & ita cõplemr dies naturalis. Prima igitur septimana medicinalis terminatur in die 7. Secunda incipit in die 8. huic autẽ septimanæ deficiunt 13. horæ, videlicet sex cum dimidia, quas accommodauit, & sex cum dimidia quæ deficiebant ei, & ita sunt 13. horæ, Tunc venit secunda septimana ad tertiam, & dixit quòd accommodaret ei 13. horas, tunc accõmodauit, & completa est secunda septimana, & terminatur in 14. Tunc venit tertia septimana, & deficiunt 13. horæ, quas accommodauit, & de se sex cum dimidia, & ita sunt 19. cum dimidia. Tũc videns tertia septimana, quòd non poterat manu leuare à quarta, tunc reuersa est ad secundam, & fecerunt pactum, quòd haberent vnam diem mediam, & ita 14. dies facta est media secundæ septimanæ, & media tertiæ 14. igitur dies est finis secundæ septimanæ, & principium tertiæ, ita tertia septimana terminatur in 20. die. Tunc venit quarta septimana, & deficiebant ei 6. horæ,

Ad crisim perfectam duo sunt necessaria.

Septimana medicinalis.

horæ, & non inuenit qui accommodaret ei, sed inuenit quòd 4. horæ superauerant tertię, & accepit eas, & de se habebat sicut aliæ, 6. dies & 17. horas cum dimidia, tunc adde quatuor cum dimidia, & fient 22. Quarta igitur septimana continet 6. dies minus duabus horis. Patet ergo quomodo mensis medicinalis continet 27. dies minus duabus horis &c.

Mensis medicinalis quot dies contineat.

De compendiosa recapitulatione signorum prognosticorum.

CAP. II.

VT breuiter tota ars & prædicendi doctrina comprehendatur, quatuor sunt nobis necessaria: scilicet primo considerare figuram corporis & dispositionem: secundo membrorum operationes: tertio ea quę à corpore egre diuntur: quarto naturam morborum. De primo igitur sic. Suppositā consumptione rationabili secundum naturam seb. & particularium, quanto facies & figura corporis magis approximatur factei naturali, aut sibi ipsi sub dispositione naturali, tāto melius est, quoniam fortitudo virtutis regitiuę corporis significatur potentis regere corpus & resistere morbo, ideo quòd oculi sunt concaui aut eminētes, & tēpora plana, tota facies horribilis, ita de omnibus aliis quæ ponūtur in libro prognosticorum, quandocunq; omnia illa mala signa narrata in principio prognostic. apparentia in facie, quantum apparent propter malitiam morbi, & nō propter causas extrinsecas, semper pessimum & mortale, siue in principio morbi siue post, in morbo acuto & chronico in quacunque ætate, regione, quòd facies ita horribilis sit, & ex morbi malitia prouenit sempiternaliter, pessimum & mortale, cum vltima virtutis prostratio designetur nō potentis defendere corpus malitia eius. Et intelligo semper quòd veniat ratione morbi: quia si veniret propter causas extrinsecas, non est ita malum, cum non ita lędatur virtus in minera, nisi excedat in vltimo, vt fluxus vltimus, ita de aliis. Debemus etiam considerare iuxta signum corporis dispositionē, vtrum ictericia venerit ante septimam diem, quoniam mirabiliter est malum, quia materia ictericiæ est grossa, & non potest venire ad bonū nisi post digestionem. Nunc autem materia grossa non potest esse digesta in septem diebus, ideo ictericia ante vij. semper mala. Post autē vij. si materia fuerit digesta

Ad artem prædicendi comprehendendā quot sint necessaria.

Hippocrates libro 4. aphoris. 62.

& die

& die critica, semper bonum, potissimè cum alleuiatione patientis. Etiam cum huius figura considerãdum est, vtrum calor sit æqualis, vniformis in toto, & hoc est bonum. Si autem calor fuerit diuersus, ita quòd interiora sint multum calida & exteriora frigida, pessimum signũ & mortale, cum magnitudo in apostematibus in interioribus significetur, vnde caloris inæqualitas semper malum. Et cum hoc circa corporis figuram & dispositionem aduertendum. Si hypochondria fuerint mollia, æqualia, tractabilia, vniformia, hinc inde calore æquali non multum excedente, optimum signum est. Si autẽ fuerint dolorosa, aspera, inæqualia cum intenso calore, pessimum signum est. Et hoc est primum quod circa corporis figuram & dispositionem considerabimus. Secunda autem consideratio cadit circa membrorum operationes. Operationes autem sunt tres, sicut animalis, vitalis, & naturalis. Animalis sunt duæ, regitiuæ & sensitiuæ: Regitiuæ vt imaginatio, cogitatio, memoria: Sẽsitiuæ, vt sensus, motus in morbis acutis continuis, & ægritudinibus cerebri. Si virtutes regitiuæ sunt saluę, bonum signum est, quòd virtus animalis est salua, & ꝙ non est dubium de illo morbo. Si autem istæ virtutes corrumpantur, signum est mortale, quia corruptio virtutis animalis significatur in radice. Si autẽ in casu dicto aliquis bene audiat, videat, olfaciat, gustet, moueatur, sentiat, bene se habeat in decubitu, & bene dormiat, bonum signum est, quia in morbis prædictis mori non potest, cum virtus animalis sit salua in minera. Si autem in morbis prædictis propter malitiam morbi aliquis amittat auditum, & nullus istorum venerit propter crisim, & oculi caligent, amittit sensum & motum, non dormit, aut continuè dormit, aggrauatur post somnũ, & decubitus est malus & innaturalis cũ spasmatione vnius partis aut multarum, signum est pessimum & mortale: & ista habent veritatem in morbis prædictis, quia in fluxu ventris & similibus non habent significationem. Secunda operatio est virtutis vitalis in nullo aut modico, diuersificatus pulsus, fortis & ordinatus, bonum. Aër cum difficultate magna attractus vel expulsus, pulsus debilis deficiens, serrinus, vermiculosus, formicans, pessimũ est & mortale. Tertia est operatio virtutis naturalis, vnde si appetitus bonus, & digestio, & approximatur ad horam solitam, & reli-

Facultates tres corpus nostrum dispensantes.

Secunda operatio.

Tertia.

qua omnia signa apparent in operationibus virtutis naturalis, signum est certum in morbo quantum est ex hoc salutis & euasionis. Si autem appetitus prosternatur, digestiua corrũpatur, contentiua auferatur, & expulsiua similiter, signum est pestiferum in omni morbo. Tertia consideratio cadit super ea quæ ex corpore expelluntur. Si aliquis apostema patiatur capitis, & sanies aut aquositas expellatur per nares, aures, palatum, in die critica, & quod expellitur videtur esse digestum & cum alleuiatione, signum est exquisitæ salutis. Si autem aggrauetur, & sit indigestum, signum est contrarium. Si autem in morbis capitis, aut hypochondriorum, aut in morbo de repletione, vbi sanguis cum acumine dominatur, superueniat fluxus sang. in die critica, & guttatim ordinatè, & per eandem partem in qua est ægritudo, aut per alias sibi communicantes, signum est salutis certum. Si autem inordinatè venerit fluxus cum aggrauatione, syncopi, & debilitate virtutis, signum est mortale. Si autem sputum in ægritudine pectoris & pulmonis apparet facile, & cum modica tussi album cõiunctum cum alleuiatione, signum est exquisitæ salutis. Si autem tardè venerit aut nihil cum laboriosa tussi, & globosum, aquosum, nigrum, liuidum, viride, fœtidum, cum molestia & aggrauatione, signum est pessimum & mortale. Si autem vomitus venerit cum colore multiplici in die critica, & cum alleuiatione, signum est salutis. Si autem fuerit nimis citrinus, aut rub. aut alb. aut viridis, aut liuidus, signum est pessimum & mortale, potissimè si in morbi principio apparuerit. Si autem egestio fuerit continua & æqualis, non dura, non aquosa, & hora solita, & quòd proportionetur vt decet cibo assumpto, cum alleuiatione, & in die critica vermes fuerint commixti, bonum signum est & laudabile. Si autem fuerit calida, aquosa, frequens & inordinatè manauerit cum aggrauatione, & fuerit fœtida, coloris nigri, aut liuidi, sine præcedente digestione, signum est pessimum & mortale. Si autem vrina venerit in die critica multa, & cum signis completæ digestionis à parte coloris, & substantiæ, & hypostasis, signum est salutis. Si autem retineatur aut minus expellatur, & fuerit nigra, aut hypostasis nigra aut aquosa cum virtute debili & cum aggrauatione, aut spissa remissa post diem criticam, signum est pessimum & mortale.

Ab excretis.

Crisis per fluxum sanguinis è naribus.

Sputum in affectibus thoracis cõsiderãdum.

Vomitus quando confert.

Egestiones.

Vrina quãdo salutem præsagit.

mortale. Et est intelligendum quòd vrina laudabilis, debile signum est salutis, nisi in ægritudinibus hepatis. Si autem fuerit mala, fortissimum signum est ad mortem, siue ægritudo fuerit extra venas vel intra, cum virtus digestiua deficiat in radice. Si autem sudor fuerit vniuersalis in die critica, & post signa digestionis cum alleuiatione, signum est salutis. Si autem in altera parte tantum venerit frigidus & nimius, cum aggrauatione & syncopi, signum est mortis. Et est intelligendum quòd omne quod egreditur à corpore cuiuscunque odoris, aut coloris, aut quantitatis, aut ordinis, cum venerit in die critica & post signa digestionis & cum alleuiatione patiẽtis, signum est exquisitum salutis. Si autem contrario modo euenerit, signum est pessimum & mortale. Quarta cõsideratio cadit circa naturam morborum: in casu igitur capillorum, tinea & similibus capitis infectionibus, si varices innascantur, bonum, & si deficiant, malum. In mania, melancholia, & consimilibus speciebus desipientiæ, si hæmorrhoides aperiantur, bonum: & si retineantur, malum. In apostemate frigido, lethargia, paralysi, si veniat febr. efficitur bonum. In spasmo de repletione, febr. superueniens, bonum. In phreneſi, sternutatio superueniens sine rheumate, bonum. In apostematibus & dolore capitis, sanies aurium, aut aquositas, aut narium, aut palati, aut fluxus sang. potissimè narium, bonum cum alleuiatione pat. cum aggrauatione pat. malũ. In ophthalmia, passione oculorum, pas. aurium, & partium superiorum, fluxus ventris veniens cum alleuiatione pat. bonum. Si autem venter retineatur & superiora aggrauentur, malum. In febr. tertianis continuis & aliis secundum statum suum, fissura labiorum, narium & linguæ, & paruæ pustulæ cum appareant, signum est salutis, potissimè cum alleuiatione, si contraria, contrariè. Si in squinantia appareat tumor, rubor, & deriuatur ad exteriora cum maturatione & alleuiatione, signum est salutis. Si autem vadat ad interiora, semper malum. In apostematibus pectoris & pulmonis, si sputum appareat digestum, & sanies mundificatur per exteriora, & in die rupturæ cesset febr. & bonificatur appetitus, bonum signum. Si vero sputum est indigestum, febr. non cessat in die rupturæ, & alia mala signa apparent, signum est malum & transmutationis ad feb. hecti-

Aphor. 12. partic. 6.

Aphor. 57. partic. 4.

Aphor. 57 partic. 6.

Aphor. 12. particul. 1.

cam. Si autem in ægritudinibus pectoris oriatur apostema in radice aurium & in pedibus, ac corporis extremitatibus, bonum est. Si autem reuertatur materia ad interiora & currat ad pulmonem, pessimum est & mortale, imò in omni apostemate exteriori in quacunque parte corporis fuerit, potissimè de materia venenosa, reuersio ad interiora, pessimum est & mortale. In singultu, sternutatio superueniens, bonum. In siti, modica tussis superueniens, bonum. Vomitus san. cum feb. continua pessimum signum & mortale. In ægritudinibus hepatis vt hydropisi, & similibus, fluxus ventris phlegmaticus aut aquosus aut ventus exiens per inferiora, bonum: ita de aliis secundum dispositionem humoris. In ægritudinibus splenis, hęmorrhoides superuenientes, bonum. Breuiter intelligendum quòd omnis morbus qui mutatur à membro nobili, sensibili & periculoso interiori versus mẽbra exteriora minus nobilia & necessaria & minus sensibilia, semper bonum. Quando autem fit mutatio ad mẽbra nobilia periculosa, semper malũ.

Apher. 14. partic. 6.

Primo omnis mutatio morbi in morbum magis periculosum, malum: omnis etiã ægritudo in fortibus pueris & iuuenibus citius curatur, nisi fuerint in membro nimij sensus: ægritudo autem veniens debilibus & senibus vniuersaliter tardius curatur. Et hæc sufficiant de prognostication e, &c.

PHAR

PHARMACORVM OMNIVM, QVAE IN COMMVNI *sunt practicantium vsu, tabulæ decem, Remacio F. Lymburgensi authore, quarum prima de Syrupis vnumquemlibet humorem concoquentibus.*

Præparant
- Pituitam
  - Clementiora
    - Mel ros.
    - Oxymel. s.
    - Oxymel Compo.
    - Sy. Acetosus.
  - Valentiora
    - De duabus radicibus
    - De quinque rad.
    - Oxymel Scilliticum
    - Sy. de stœchade
  - Aquæ
    - Fœniculi
    - Apij
    - Absinthij
    - Saluiæ
    - Nepetæ
    - Asparagi
    - Menthæ
    - Petroselini
    - Decoc. rubiæ.
- Bilem flauam
  - Clementiora
    - Sy. violaceus.
    - Sy. Ros. ex infusione
    - Sy. de succo Ros.
    - Sy. de endiuia
    - Sy. de cichorio. s.
    - Sy. de cichorio cum Rhab.
    - Sy. de succo acetosæ
    - Sy. de agresta
    - Sy. de Nymphæa
  - Aquæ
    - Violarum
    - Endiuiæ
    - Acetosæ
    - Cuscutæ
    - Lactucæ
    - Portulacæ
    - Nymphææ
    - Cichorij
    - Plantagi.
    - Solani
  - Valentiora
    - Oxysaccarum
    - Sy. de granatis
    - Sy. de limonibus
    - Sy. de acetositate citri
    - Rob. de ribes

- Bilem atram
  - Clementiora.
    - Mel.rosæ
    - Sy.de lupulis
    - Sy.de fumaria
    - Sy.de byfantiis
    - Oxyme.s.
    - Oxymel.compos.
    - Sy.de bugloſſa
  - Valentiora.
    - Sy.de thymo
    - Sy.de epithymo
    - Sy.de pomis
    - Sy.de calamentho
    - Sy.de ſcolopendria

Aquæ
- Meliſſæ
- Baſiliconis
- Lupulorum
- Fumariæ
- Abſinthij
- Boraginis
- Bugloſſæ
- Scolopendriæ
- Maioranæ
- Floriũ ſambuci
- Florum geniſtę

SYrupos hodie practici aquis diſtillatis commiſcere ſolent, & ita potandos præbent, obſeruántque vt ſit dupla aquarum menſura ad vnam ſyruporum: Syruporum autem ac aquarum mixtionis quantitas non tranſcendere debet ℥. iiij. Exhibentur verò omnes ſyrupi magna ex parte ſummo mane, interdum etiam veſperi circa ingreſſum lecti, illi potiſſimùm qui ſomni conciliandi gratia ſumuntur.

DE

cuilibet membro appropriatis. Tab. 11.

Syrupi concoquētes pituitā in

- Capite.
  - Mel ros.
  - Sy. de stœchade.
  - Aquæ: Saluiæ, Betonicæ, Maioranæ, Rorismar.
- Thorace.
  - Mel viol.
  - Sy. de hyssopo
  - Sy. de prassio
  - Sy. de calamentho.
  - Aquæ: Scabiosæ, Capilli ve. Hyssopi, Saluiæ, Enulæ campa.
- Ventriculo.
  - Mel ros.
  - Sy. de mentha
  - Sy. de absinthio.
  - Aquæ: Menthæ, Absynthij, Melissæ, Fœniculi.
- Iecore.
  - Sy. de absinthio
  - Sy. de eupatorio
  - Oxymel. s.
  - Oxymel compos.
  - Aquæ: Cuscuræ, Cichorij, Absinthij, Apij, Eupatorij.
- Liene.
  - Sy. de eupatorio.
  - Sy. de thymo.
  - Sy. de calamentho
  - Oxymel. s. & compos.
  - Aquæ: Cuscuræ, Geniſtæ, Scolopend. Calamenthi. Bugloſſæ.
- Renibus.
  - Sy. de duabus radi.
  - Oxymel compos.
  - Oxymel. s.
  - Aquæ: Asparagi, Saxifragiæ, Fœniculi.
- Vtero.
  - Sy. de artemisia
  - Sy. de rubea tinctorum
  - Oxymel. s. & compos.
  - Aquæ: Artemisiæ, Matricariæ, Melissæ, Nepetæ, Fœniculi.

Cõcoquẽtes bilem flauã in

- Capite.
  - De nymphæa
  - De papauere.
  - Aquæ: Lactucæ, Plantag., Nenupha.
- Thorace.
  - Syr. viol.
  - De iuiubis
  - De liquiricia.
  - Iulep viol.
  - De papa.
  - Aquæ: Hordei, Viol., Capill. ve.
- Ventriculo.
  - Acetosæ
  - Sy. myrtillorum
  - De cytoniis
  - De agrestа
  - De succo acetosæ.
  - Aquæ: Lactucæ, Cichorij, Acetosæ, Plantag., Ros.
- Iecore.
  - Sy. de succo endiuiæ
  - De cychorea cũ rhaba.
  - Acetos. s.
  - De bysantiis.
  - Aquæ: Endiuiæ, Acetosæ, Cichorij, Portulacæ.
- Liene.
  - Viol.
  - Acetos. s.
  - Sy. de duabus rad.
  - Aquæ: Endiuiæ, Bugloſſæ, Boragi., Scolopend.
- Renibus.
  - Sy. acetos. s.
  - Acetos. compo.
  - Endiuiæ.
  - Violarum,
  - Aquæ: Endiuiæ, Maluæ, Se. communium fri., Solatri.

Atram bilem in

- Capite.
  - De Lupulis
  - De fumoterr.
  - De pomis
  - Oxymel.
- Ventriculo. Hepate, & Liene.
  - Mel ros.
  - De thymo.
  - De epithymo
  - Oxymel.
  - Aquæ: Meliſſæ, Baſiliconis, Fumariæ, Boragi., Bugloſſæ, Scolopend., Maioranæ

DE MEDICAMENTIS PVRGANTIBVS IN FORMA LIquidæ vnumquemlibet humorem. Tab. III.





A mitioribus semper inchoandum erit, quæ aluum leuiter mouent, atque sine tumultu exonerant, quorum dosis erit ad ʒ. ß. de paulò autem validioribus, drachmas sex hodie, aut paulò plus minúsve, pro ætatis, sexus, annique temporum ratione & pro sumentis viribus practici exhibere solent. Sumuntur autem omnia medicamenta purgantia, summo mane cum ventriculus ciborum copia non grauatur.

DE

DE MEDICAMENTIS PVRgantibus solidis, siue in forma pilulari. Tab. IIII.



Atram

Atrambilem.
- Clementiora.
  - Iudæ
  - De fumo terræ.
- Valentiora.
  - De lapide lazuli.
  - De lapide armeno.

Pilulæ quæ ad caput expurgandũ hodie exhibentur, cæteris maiores esse debent: quo diutius ventriculo immorata, potentius ad se noxios humores trahant & hæ vesperi duabus, aut tribus horis à cœna sumuntur. Quędam minori forma parantur, vt sunt alephanginæ & communes dictæ, vt statim in ventriculo dissoluantur, parũ purgant, sed ventriculum magis confortant, & illæ solent exhiberi duabus horis ante cœnam. Quæ vero ad aluum deiiciendam, mediocri forma debent esse & diluculo summo exhibentur. Dosis autem pilularum, rarò drachmam vnam excedere debet, nisi in corporibus expertis, volutantur in puluere vel cinamomi, liquiritiæ, nonnunquã etiam aut obducuntur, vt minori molestia accipi possint.

DE BOLO PVRGATORIO.

Bolus purgatorius, id est buccella, quantum bucca vna vice capere potest, diuersis formatur modis: Aliquando ex simplicibus medicamentis, interdum ex antidotis purgantibus liquidis, quæ excipiuntur saccharo, nonnunquam etiã ex solidis antidotis adiectis pulueribus & speciebus ad vehementiam quorundam corrigendum, atque syrupo vel alio liquore excipiuntur, & in formam boli reducuntur. Quantitas autem boli nunquam transire debet vncias duas, nam vna vice deuoranda erit.

DE

DE INFVSSIONIBVS DECOctis, clysteribus & suppositoriis, Tab. v.

Infusio hodie dicitur liquor, in quo medicamēta parum trita, vel puluerizata, vel solida etiā integra macerātur absque vlla decoctione, per horas plures, noctē totam, biduū, vel triduum pro natura medicamēti, vt virtus eius tota in liquorem trahatur & transeat. Diuitibus & delicatis exhibentur, eo ꝙ gratiores sunt huiusmodi potiones purgatrices, quàm ipsa solidorū substantia, citius etiā distribuuntur liquida quàm crassa. Obseruandum est quoq; diligēter, vt semper medicamentis purgātibus adiiciātur quæ vehementiam eorū corrigere possunt, & quanto tempore macerāda sint: hodie duodecim horas, nonnunquam integram noctem & diem macerantur, quæ macerata valentius colando exprimuntur, aut per colum rarius, vt per manicam Hipp. transmittuntur, nonnunquam à nonnullis medicamenta purgātia liquida & syr. vt gratior fiat potio, iis cōmiscentur, alij alterant saccharo, aut cinamomo, vt patiēs se medicamentū sumpsisse nesciat. Aliquādo vice infusionis iusculo aliquo supradicta medicamenta nodulo ligata incoquimus. Quidā hodie iuxta humorū redundantiā, decoctū pro medicamentis purgantibus parant, vt si pituita redūdat, è seminibus atq; radicibus quæ lentos & crassos humores incidunt & obstructiones liberant, si bilis flaua, è vio. lactuca, cichorio &c. quæ bilis acrimoniam refrenant, decocta faciunt. Primus modus est hodie magis in vsu.

Medicamenta quæ infunduntur seu macerantur liquore aliquo sunt,

Agaricum, Dosis est ad ʒ.ʃ.
Senna, Dosis ad ʒ.6.
Rhabarbarum, Dosis ad ʒ.4.5. aut sex.
Turbith ad ʒ.1.
Scammonium ∋ ß. vel grana 3.
Hermodactylus.
Myrobalani ad ʒ.3.
Tamarindi ad ʒ.2.
Psyllium ad ℥.1. sicut fumus terræ.
Aloë ad ʒ.2.

Et alia permulta super cineres calidos temperantur aliquandiu humore siue liquore idoneo, vt vis vehemens corrigatur.

Agar

Agaricū, est familiaris medicina, vbi correcta fuerit: corrigitur autē cū oxymelite scillitico, aut sale gēma, vel zingibere, semper admiscēdo tertiam partem, & quia ventriculo aduersatur sua leuitate, debet admisceri aliqua medicina stomachica, sicut cinamomum, caryophi. mastiche aut calamus aromati. dantur binæ drachmæ cum oxymelite, vel melle ros. macerati, dosis ad 3.5. potest dari in forma liquida, aut pilulari, vel pulueris.

Senna corrigitur cū zingibere, vel datur cum iure gallinę, pulli, vel carnium absq; trituratione.

Rhabarbarū corrigitur cum tertia parte spicæ nardi aut cinamomi, vel iunci odorati aut mastiches: datur cum sero lactis, aut succo cichorij, vel cum decoctione purgante bilem flauam. Maceratur in iisdem decoctis, aut in aquis distillatis, idq; in æstate: hyeme verò in vino albo optimo in substantia datur ad 3.4. vsque.

Turbith corrigitur cum subdupla, aut tertia parte zingiberis. Datur cum melle ro. aut cons. viol. vel passularum decocto, pondere drachmæ vnius, aut paulò plus, pro sumētis viribus, pituitam glutinosam purgat, longis morbis medetur.

Scammoniū, id est, diagrydium, corrigitur decoquendo in cytonio, admiscentur ex iis quæ iucundum spirant odorem & stomachum confortant vt anisum, mastiche, thymus aut pulegium &c. Datur per se cum melle aut ptisanæ cremore, vel cum aqua myrobal. citrinorum, cum saccharo viol. vel ros. syr. alij macerant in oleo violato, tunc absque noxa deorsum vergit. Dosis est ad ℈.ß.

Myrobalani, quorum genera sunt quatuor, citrina, cepula, inda siue nigra & emblica: Citrina bilem flauam: nigra, atram: cepula, pituitam detrahunt, ventriculum & intestina sua adstrictione roborāt trita, vsta, aut elota, corrigūtur cum saccharo, amygdalis dulcibus, passulis, semine anisi, in forma potabili dantur cum decoctione communi vel sero caprino: citrini dantur cum decoctione purgante bilem flauam: nigri, cum iis quæ atram bilem: alij cum iis quæ pituitam, quorum dosis ad 3.3. aut 4. trita.

Tam

Tamarindus, noxas omnes à calore natas mitigat. datur ad febr. ardentes cum rhabar. & cassia. dosis est ʒ.1. contunditur, contusus in aliquo liquore miscetur, vt in hepatis pass. aqua endiuiæ: ventriculi, menthæ: deinde colando exprimitur, vt aliquid substantię eius extrahatur.

Aloë datur iis qui capitis doloribus à ventriculo afficiuntur, nec non laborantibus oculorũ suffusionibus. Dosis est ad ʒ.2. ex aqua mulsa.

Polypodium, eius radicis purgatæ, dantur ʒ.2. ex aqua mulsa. Alij cum odoratis corrigunt eius vim, vt cum zinginbere, sc. anisi, cariophilis, cinamomo, & similibus. Aluũ deiicit citra molestiam in gallinaceo iure, tum in ptisanæ cremore radix cocta.

Epithymum datur adultis tusum & cribro excussum. ϑ. ʒ. aut ʒ.2. cum passo, vel aceto mulso, adiecto pauxillo piperis, vel salis gemmæ, parum decoquitur.

Elleborus niger, corrigitur cum seminibus odoratis, datur ex passo, aut aceto mulso ad ϑ.ʒ.

Hiera picra, multum de se debilis, per se enim data non operatur, nisi in debilibus: potest dari in potione, sed propter eius amaritudinem præstabit potius dare in forma pilulari, quamuis in potione potẽtius operetur, datur in potione securè ad ʒ.ß.

Mezereon, Esula & huiusmodi, macerantur in aceto, vt deponant acrimoniam.

Armenius lapis, quo pictores vtuntur, datur ad ϑ.4.

DE DECOCTIS.

Decocta parantur ex seminibus, foliis, radicib. & plantarum florib. fol. & flo. Manipulis, fructus numero, radices & semina, põdere æstimentur. Radicum quantitas ʒ.ʒ. ad summum quinq; foliorum fasciculorum manualiũ quinq; seminum

minum ʒ.4.aut sex: florũ manipulorũ quatuor nõ excedat: aquę mensura in qua decoquuntur supradicta, libras tres non debet transire. Ceterùm cuilibet libræ aquæ, ℔.ß. saccari,& mellis admiscentur. Si verò decoctio parãda sit, vt iucundior fiat,cuilibet libræ decocti. ʒ.2.odoramentorum commiscendæ erunt.

DE CLYSTERIBVS.

Clysterum varia sunt genera,ad quorũ cõpositionẽ qua tuor rebus opus est. Primum aliquo liquore,vt decocto pi sorum,cicerum,pulli,gallinæ, capi,castratorũ,vel aliarum carnium aut alio decocto, iuxta morbi naturam variati so let:aliquando enim abstergendũ, adstringẽdum,glutinandum,&c. Secundo,medicamenta purgãtia requirũtur,quę duplo põdere dãtur ad ea quę deuorãtur. Tertio,sunt olea & pinguedines,quæ etiam pro morbi diuersitate variãtur. Quarto,salis genera, vt facultatem excretoriam excitent, præterea aliquando mel,aut saccarum aut butyrum,aut vitelli ouorum prout morbus postulat,adiiciuntur. Estq; cõmunis regula, quod ad iuris decocti, vel alterius, libram vnam,oleorum ʒ.iiij.vel iij. pinguedinum, mellis, butyri, saccari ʒ.j.aut ß. vitelli ouorum duo aut tres. Salis vero ʒ. j.plus minúsve. Clysterum, quidam sunt debiles, quibus vtimur in febribus,& in iis qui longo morbo debilitati,senibus, & intestinorum torminibus: vehementioribus, & acribus in morbis frigidis longis, & qui exitiale venenum sumpserunt.

Herbæ quinque cõmunes: Malua, Althea, Mater viol., Atriplex, Mercurialis. Singulorum quantitas potest esse M.j.decoquantur ad tertias, & colo diffundãtur, accipiatúrq; iuris decocti ℔. j. medullæ cassiæ ʒ. j. adiicitur interdum hieræ picræ ʒ ß.cum mellis ros.ʒ.iij.olei.ʒ.iij. & salis ʒ.j.

Clyste

Clysteres iniici possunt omni tempore, modò duabus aut tribus horis vel longius à cibo adhibeantur.

DE SVPPOSITORIIS.

Suppositoriorũ tria sunt genera. Quædam lenia, & ista nobis sunt familiaria: fiunt enim ex radice betæ, caulis vel mercurialis, lardo, caseo, stercore humano exiccato, melle perunctis, suillo adipe sale conspersо, sicu inuersa & butyro, adiecto sale. Quædam verò mediocria, & fiunt è vitello oui, croco additis melle & sale, vel quæ è sale, & melle componuntur. Quædam sunt vehementiora, vt quæ recipiunt Scammonium, Euphorbium, Elleborum & huiusmodi puluercs, quibus magna necessitate vtimur in morbis magnis. Danda est opera vt drachmæ vni specierum, & salis vnc. j. mellis addatur, puluercs triti & cribrati, & cum melle cocto aut cera & oleo donec in vno coëant, misceantur. Dum subiiciuntur, prius oleo, butyro aut alia pinguedine, illita esse oportet. Si voluerit Medicus fortificare virtutem expulsiuam, subiiciat suppositorium in signis Luna existente frigidis sicut in Cancro, Scorpione, & Piscibus.

DE SPECIEBVS AROMATicis siue confectionibus, vnamquamlibet partem roborantibus.

Tab. V.

Respiciunt

- Catup
  - Frig.
    - Diarhodon abbatis
    - Diacoralli
    - Manus Christi
    - → Ad cerebri passiones calidas.
  - Cali.
    - Diambræ
    - Mithridatum
    - Diamarg. calid.
    - Electua. pliris narcoticon
    - → Apoplexiæ, epilepsiæ, & affectibus melancholicis medentur.
- Thoracem.
  - Frig.
    - Tragacanthum frigid.
    - Diapapapauer
    - Diapenidion
    - → Distillationibus ad pectoralia calidis exhibentur.
  - Cali.
    - Tragacāthū ca.
    - Diacalamētum
    - Diapraſſium
    - Diairis Salom.
    - Roſata nouella
    - → Ad thoracis & pulmonum vitia, vt ſputa, lenta, craſſa in pectoralibus contenta.
- Ventriculum.
  - Cali.
    - Aromaticū roſ. d.G.
    - Aromatici Caryophil.
    - Diatrion piper.
    - Diagalanga
    - Dianiſum
    - Diacyminum
    - Diacinamomum
    - Diagingiber
    - Confectio de xiloaloë
    - → Ad prauam ventriculi coctionem, flatus acidóſque ructus.
  - Frig.
    - Triaſandali
    - Diarhodon abbatis
    - Diacitoniten
    - → Aduerſus ventriculi & iocinoris calorem.

Reſpi

Componuntur magna ex parte hæ confectiones è speciebus multorum antidotorum, adiectis quibusdam nouis & recentibus: vocantur hodie à nostris practicis rotulæ seu tabulæ, quoniam formam orbicularem accipiunt. Quæ verò forma sunt longa, morselli & lozengiæ dicuntur. Modus exhibitionis, drac.j.sem. aut drac.ij. pro sumentis habitu & affectu. Dantur diluculo & vesperi, tribus aut quatuor horis à cœna elapsis.

DE CONSERVIS, SIVE HODIE conditis vocatis, necnon & trochiscis atque eclegmatis,

Tab. VII.

Respiciunt	Caput	Anthos, Acori, Lauandulæ, E betonica, E peonia	Aduersus comitialē morbum, apoplexiam & alia capitis & neruorum frigida mala.
	Frigi.	De nenuphare, Rosarum, Violarum	E pruenella. Ad vapores incerebrum irrepentes reprimendos.
	Thoracem.	Enulæ campanæ, Capilli veneris	Ad viscida & lenta sputa in pectoralibus educenda.
	Cor.	Boragi, Bugloſſæ, Acetoſæ	Palpitationi melancholicis, & triſtibus auxiliantur.
	Ventriculum.	Abſinthij, Gingiber conditum, Acorus conditus, Saluiæ, Citria condita	Ventriculū firmant, concoctionem iuuant, oriſq; ſuauitatem efficiunt.
		Roſarum, Cichorij, Acetoſæ, Cotonea condita, De nenuphare	Acrimoniā bilis obtundunt, vehementioribus febribus ſubueniunt, doloribꝰ quos bilis creat, & capitis dolores ſedāt.

Nullus in iis ſumendis præſcriptus eſt modus: vſus hodie ſeruat, vt manè & veſperi nucis iuglandis quantitate exhibeantur: nonnunquam his admiſcentur pulueres aromatici, & cum ſaccaro, vel ſyrupo appropriato mixtura, quam vocant, conficitur.

DE

DE TROCHICIS.

- Trochisci,
  - Aperitiui
    - De rhabarbaro
    - De eupatorio
    - De myrrha
    - } Ad hepatis obstructiones & febrium horrores, quos pituita creat, necnon aquam intercutem.
  - Constrictiui.
    - De spodio
    - De vesicaria
    - De terra lemnia
    - De caphura
    - De berberis
    - } Ad febres ardentes, iocinoris calefactionem, atq; ventris profluuium.

Trochisci cùm vsus postulat, triti ex aqua aut vino, aut alio quouis liquore ebibendi exhibentur. Nonnunquam antidotis, saccaro, pilulis, clysteribus, vnguentis, aliísque huiuscemodi commiscentur. Trochiscorum, qui sine aliorum medicamentorum mixtione sumuntur, dosis non debet transire drac. j. vel ʒ. j. ß. & ij. quorum compositionem opium ingreditur ℈. j. aut drac. ß. dantur.

DE LOCH, SIVE ECLEGMATIS.

- Loch
  - Mitiora.
    - De pino Mes.
    - De pulmone vulpis Me.
    - De caulibus Gordonij
    - } Tussi diuturnæ, & asthmati medentur.
  - Valentiora
    - Sanum & expertum
    - De scilla
    - } Asthmati antiquæ à crassis & viscidis humoribus auxiliantur.
  - Frigi.
    - De papauere
    - } Tussi à caliditate & siccitate subuenit.

Possunt sumi omni hora præter loch de papauere, qui datur hora post cœnam.

DE STVPEFACIENTIBVS, somnum prouocantibus, & de iis quæ vomitum prouocant.

Tab. VIII.



Cauendum, ne vnquam membris principalibus vt cerebro, cordi, iecori adhibeantur: neque pueris, senioribus, grauidis, ac aliis imbecillioribus applicentur.

Mitiora

Mitiora simplicia vomitum elicientia.

- Aqua calida
- Hordei decoctum
- Ficuum recentium longa comestio
- Oleum crudum digitis aut penna in os dimissum.

} Sumuntur cũ vnctuosis vel sine.

Mediocria

- Atriplicis semen & radix
- Semen
  - Raparum
  - Nasturcij
  - Erucæ
  - Melonum
- Cucumer asininus
- Nastutium
- Radix betonicæ

} Ista in aqua decoquuntur, & cũ oleo vel vnctuosis assumuntur.

Composita

- Sy. acetosus, simpl. & compos.
- Oxymeli

} A cibo sumuntur ad ʒ. iij.

Valentiora

- Hydromeli
- Radix raphani & semen eius
- Cæpæ & semen eius
- Baurach
- Vterque elleborus
- Radix cucumeris sylvestris
- Flores sparti
- Nux vomica

} Sumpturis ista vehementiora cõfert præsumere paucum cibũ: neque hæc imperari debent, nisi vbi strangulatus suspicio imminet.

Aduertendum, potiones, quæ vomitus ciendi gratia bibuntur, tepidas affatimque sumendas esse.

DE ERRHINIS, MASTICATORIIS, odoramentis, & suffumigationibus.

Tab. 1 x.

- Errhina
  - Mitiora
    - Aquæ distillatæ capitales
    - Anagallidis vtriusq; succus
    - Succus cæparum
    - Succus cyclaminis
    - Succus brassicæ
    - Succus foliorũ enulæ cãpanæ

    → Liquida naribꝰ illinuntur, aut iniiciuntur: interdum oleis & speciebus aromaticis cal. admiscentur.
  - Valentiora
    - Succus struthij
    - Succus rad. nigellæ
    - Succus marrubij
    - Castoreum
    - Piper
    - Elleborum album

    → Quę sicca sunt, calamo indũtur naribus, vel aliquo liquore aut cera componuntur, & filo naribus induntur.

Liquorum ʒ.ß. vna vice infudisse sufficit, vnicè tamen obseruandũ, vt qui sumunt, prius os aqua impleãt, ne è naribus per vias siue meatus defluãt succi: ac caput in posteriora reclinandũ: neq; his vtẽdũ, nisi cor pus prius vacuatũ fuerit medicamẽto deiectorio aut phlebotomia, horũ vsus est in lõgis capitis morbis, præsertim morbo comitiali, nariũ obstructionibus, odoratus difficultate, & oculorũ affectibus antiquis.

DE MASTICATORIIS, SIVE apophlegmatismis.

- Masticatoria
  - Mitiora
    - Hyssopus
    - Origanum
    - Thymum
    - Pulegium
    - Cappares
    - Sinapium
  - Valentiora
    - Mastiche
    - Radix acori
    - Zinziber
    - Piper
    - Pyrethrum

    → Retinentur in ore, & commanducantur, dentibúsq; confringuntur, aut contusa & liquore aliquo vel melle excipiuntur, & manfiles pastilli formantur.

Vtendum

Vtendum masticatoriis maximè matutino tempore, quum corpus expurgatum est à reliquis excrementis, atque post illorum vsum os abluendum est aqua, vel melicrato aut ptissana.

DE ODORAMENTIS.

Calida odoramenta. { Lignum aloës, Cinamomum, Macis, Mastiche, Moschus, Nigella, Iuniperus, Genista, Maiorana, Garyophil., Ladanum, Lauandula, Thus } Citra ignis accessionem fiunt, suo odore cerebrũ alterant, oleo vel aliquo liquore, orbiculi ad vsum formantur aut vnguenta vel poma trita excipiuntur liquore.

Frigida. { Nenuphar, Oleum violarum, Oleũ de papaue. } { Rosæ, Viola, Santali } { Camphora, Vnguentum populeonis, Mandrag. }

Vsus horum est ad iucundum odorem faciendum, ad pestilentiæ contagia arcenda, ad distillationes à capite ad pectoralia: túneque naribus admouentur.

DE SVFFVMIGATIONIBVS.

{ Saluia, Rosmarin., Macis, Cinamomum, Thus, Maiorana } { Basilicon, Caryophylli, Lignum aloës, Myrrha, Mastiche } Trita ista excipiuntur liquore, incenduntur aut ignitis carbonibus iniiciuntur.

Vsus est ad odorem gratum comparandum, ad distillationes à capite ad pectoralia, ad pestilentiæ contagia arcenda, tunc naribus admouentur, conueniunt asthmaticis, vbi vapor per os recipiendus.

DE OLEIS, VNGVENTIS, Linimentis, Emplastris, & Cataplasmatis.

Tab. x.

Repellentia frigida & adstringentia.

- Oleum rosatũ, omphacinum
- Oleum myrtinum
- Violarum
- Nymphæ
- Papaueris
- Cytoniorum.

→ Refrigerant, adstringunt, incandescentibus inflammationũ feruoribus medentur.

Digerentia siue rarefacientia.

- Mitiora
  - Oleum chamæmeli
  - Anethinum
  - Rosarum completum
  - De nucibus
  - Amygdal. dul.

  → Ista temperato calore rarefaciunt, ad longas maximè febres discutiẽdas accõmodantur.
- Valentiora
  - Oleum de Iunipero
  - Laurinum
  - Costinum
  - Rutaceum
  - Mastichinum
  - Absinthij
  - Nardinum
  - Vulpinum
  - Amygd. amararum
  - Scorpionum.

  → Calefaciunt, resiccant, membra refrigerata, & imbecilla roborãt, neruorum morbis medentur.

DE VNGVENTIS.

Vnguenta repellentia frigida.

- Populeon
- In frigid. Gal.
- Sandalinum
- De bolo

→ Ad partes refrigerandas accommodantur erysipelati aliisque calidis inflammationibus medentur.

Calida valenter rarefacientia siue digerentia.

- Aregon
- Martiatum
- Agrippa
- Dialthea
- De Meliloto
- Alabastrum

→ Aduersus frigida corporis mala, resolutionem, ischiadem, nephritim, febrium pituitosarum horrores maximè faciunt, emolliunt durities, &c.

Vnguen

Vnguẽta componuntur ex ſpeciebus iuxta morbi naturam, oleis, & cera: interdum adhibẽtur adipes, medullæ, butyrum, & ſimilia: aliquando gummi commiſcentur, nonnunquam ſucci: ingredientia quædam ſeorſum debent puluerizari. De cera non datur præſcriptus modus, niſi ad conſiſtentiam vnguenti adiicitur. Hodie in componendis vnguentis practici obſeruant vt vnciæ vni oleorum vel alterius liquoris, ʒ.i. puluueris, & ʒ.ii. cerę adhibeamus, ſed præſtat arbitrio Medici cerę quãtitatem relinquere.

DE LINIMENTIS.

Linimenta ex eiſdem ferè rebus fiunt quibus vnguenta, dempta ſola cera, conſiſtentiam paulò molliorem & liquidiorẽ accipere debent. Hora applicandi vnguenta & linimenta laudabilior eſt poſt vniuerſales euacuationes.

DE EMPLASTRIS.

Emplaſtra fiunt ex herbis, floribus, radicibus, ſpeciebus groſſa arte contuſis cum oleis vel aliis liquoribus ſimul mixtis vel bullitis. Herbæ & flores per M. numerantur: Radices per vncias aut drachmas, ſimiliter pulueres & farinæ. Obſeruant hodie in componendis emplaſtris, vt cuilibet Manipulo, oleorum aut alterius liquoris ʒ.i. aut i.ʒ.ß. comiſceatur. Præterea Emplaſtrũ ex herbis viridibus, & radicibus, ſi quãdo Medicus componere intendat, tantũ bulliri iſta oportet, donec ad ſpiſſitudinem veniant: deinde adduntur liquores vt vel oleum, adipes, butyrum, & huiuſmodi iuxta Medici arbitrium volentis vel digerere, vel ſuppurare. Si verò cum melle emplaſtrum ſit componendum, pro ℔.i. mell. ſpecierum ʒ.4. admiſcentur: compoſitum emplaſtrũ linteolo affectæ parti adhuc calidum illitum admoueatur.

DE CATAPLASMATIS.

Cataplaſmata ab emplaſtris differunt, quæ fiunt tãtùm è plantis viridibus contuſis, vel iiſdem ad mollitudinem vſque in aqua decoctis abſque aliquo liquore pingui, hypochondriis adhiberi ſolent aliiſque partibus, quæ ſuſpecta ſemper ſunt, niſi prius corpore vacuato.

FINIS.

MOBORVM AC RERVM

DE QVIBVS HOC TOTO volumine tractatur, index copiosissimus.

Aborsus causæ. 636
Abscessuum figura. 1006
Abscessuum terminatio. ibidem & seq.
Abscessuum inter se cõplicatio. 1007
Abscessus membrorum nutritiorum. 1009
Acetum. 958
Accidentia quæ phlebotomiam prohibeant. 691
Accidentia animi quantum possint. 886
Accidentia animæ quæ senibus conueniant, 915
Actiones quando fiant. 859
Adolescentiæ vita. 830
Aer quis eligendus sit in phlebotomia. 697
Aer senibus conueniens. 914
Aer quomodo debeat temperari 899
Aer quot modis mutetur præter naturam. 926
Aegritudines quomodo curandæ sint. 949
Aegritudo vna quomodo aliam excedat. 944
Aegri de vtro latere sint phlebotomandi. 700
Aestatis descriptio. 1017
Aestate quid fieri conueniat. 926
Aetas est triplex. 830
Aetas nascendi qualis sit. 832
Aetas adolescẽtiæ quare sit ætas doloris & laboris. 834
Aetas senectutis quare sit ætas mortis ibidem.
Aetas pueritiæ quare phlebotomiam prohibeat. 691
Aetatum diuisio & numerus. 1024
Aetatibus singulis morbi proprij 1025
Agens non agit vltra suam speciem. 901
Agnina caro. 958
Agnus castus. 953
Albedo sanguinis duplex. 706
Allia. 953
Alopecia 146
Aloes virtus. 895
Ambustorum remedia. 131
Amore insanientium remedia 216
Amygdalæ. 956

Ange

Angelus quare vnicuiq; datus. 667
Anates. 959
Anethum. 955
Angina. 337
Anhelitus retentio. 883 & 884
Ani affectus. 514
Ani abscessus. 518.519
Ani & recti intestini ixitus. 520
Ani pruritus & fistula. ibid.
Animi mores, corporis temperamentum sequuntur. 188
Animalis spiritus transitum ad neruos prohibentia. 203
Animalis facultas an tota in somno quiescat. 207
Anima sedēdo fit prudens. 849
Animæ, tanquàm tabulæ rasæ, quæ apponantur. 833
Animalia sylvestria quare sint pulchriora. 855
Animalia pituitosa cur dētes habent acutos & eminentes. 324
Anseres. 959
Apertura in phlebotomia quando debet esse parua, & quando magna. 699
Appetitus omnino sedari non debet. 869
Appetitus nimius quomodo curandus sit, & quomodo diminutus. 929
Appetitus rei acutæ vnde contingat, & quomodo curandus sit. 930
Appetitus duplex. 432.440
Appetentiæ corruptæ in grauidis causa. 441
Appetentia canina. 436
Appetentia corrupta. 439
Appetitus debilis aut ablatus. 420.
Appetitus naturalis, animalis 424
Aphithæ. 323
Apium. 954
Apostema quæ prænūcient, & quomodo præcaueri debeat. 935
Apostema capitis quomodo curetur in pueris. 841
Apophlegmatismorum vsus. 1112
Apoplexia. 239
Apostematum variæ ac multiplices differentiæ. 71
Apostematū curatio in vniuersum. 74
Apostema nullum fit sine materia. 86
Apostematum frigidorum curatio. 89
Apostematū durorum, seu scirrhi curatio. 92
Apum punctura curatio. 63
Aqua quæ sit eligenda, & quæ reijcienda. 879
Aqua quando bibenda sit, & quomodo non. ibidem
Aqua an competat in omni ætate. 891
Aqua quare non sit potanda in mensa. 880
Aqua quomodo itinerātibus sit reclificanda. 941
Aqua cisternarum quare nō sit bon

bona. 879
Aqua feruens Galeno qua sit. 892
Aqua niuis qua mala inducat. 879
Aqua. 963
Aqua calida. 963
Aqua frigida. ibid.
Aqua pluuialis. ibid.
Aqua putrida. 963
Aqua salsa. ibid.
Aqua tonitrualis. ibid.
Aqua maris qua ratione dulcis fieri possit. 144
Aque frigide potio in morbis acutis. 19.973.978
Aqua ocularis. 282
Aque hordei vires. 398
Aqua praue que sint. 963
Aqua vtilitas. 882
Aque bona conditiones. ibid.
Aque mala que remedia sint. 941
Aquositas quid sit, & quid pre sset. 704
Aquositas humorum quare impediat phlebotomiam. 689
Ardor vesice quomodo sit curãdus. 930
Arietes. 959
Arteria quomodo & quando sint inscidenda. 683
Arteriæ percussæ remedium. 677
Arteriarum minutio quando competat. 716
Arteriæ abscisse remedia. 130
Arthritis. 644
Asthmatis curatio. 382
Aspectus lunæ in hæc inferiora. 1080
Astrologia qua medico noscenda. 1082
Assa fœtida contra frigus efficax. 940
Atriplex. 954
Auellane. 956
Augmentũ quæ promoueãt. 887
Augmento duo sunt necessaria. ibid.
Aures quomodo sint præseruande. 908
Aurium dolor quomodo curandus sit in pueris. 842
Aurium humiditas quomodo curanda sit in pueris. ibid.
Aurium tinnitus & sibilus. 295
Aurium dolor & abscessus interius. 298
Aurium vlcera & sanies. 301
Aurium affectus. 291
Auribus sanguis effluens. 302
Aurium obstructio à re extrinseca. ibid.
Autumnus quomodo sit temperatus. 694
Autumni tempore quæ vitanda. 916
Autumni descriptio. 1019
Axillarum fœtor. 415

B

BAlnei vsus in febribus 973. 979
Balneum sit propter tria. 865
Balneum quando competat. 859
Balneum ad impinguãdum quomodo & quando fieri debeat. 865

Balneum ad macerandum quomodo & quãdo fieri debeat. ibid.
Balneum aquæ frigidæ an impediat augmentum. 886
Balneum aquæ feruentis an competat Athletis. 891
Balneum sanitatis quomodo fieri debeat. 865
Balneum sinibus conueniens. 915. 922
Balneum aquæ nimis calidæ quæ re impediat augmentum. 887
Balneatus aquam frigidam quare bibere non debeat. 866
Balneari in aqua frigida qui non possint. 866
Balnei aquæ dulcis calidæ iuuamentum & nocumentum. 865
Balnei locus. 866
Balneũ an fieri debeat ante phlebotomiam. 702
Basilica quando minuatur, & quomodo. 714
Basilica quare minuenda sit cum cautela. 715
Basilica non apparente, quæ vena incidi debeat. 687
Baucia. 915
Beatitudo vnde acquiratur, & quomodo. 829
Bellum qualem hominem requirat. 848
Bilioſi piloſiores alijs. 147
Bilis redundantis curatio. 777. 778
Bilis putrescentis morbi. 997
Bolus purgatorius. 1100
Borago. 954
Bouina caro. 958
Bulimos. 418
Butyrum. 960
Butyrum cũ fero &c. an melius nutriat quàm per se. 925

C

Calculus renum. 772. & seq.
Calculi generatio. 581
Calculosi quæ vitare debeãt. 874
Calendæ an obseruandæ in phlebotomia. 713
Calida in 4. gradu non esse semper venena. 57
Calidi complexione quale vinum sumere debeat. 881
Calor solis quibus valeat. 861
Calor naturalis quomodo febrem inducat. 906
Calor æstiuus quantum possit. 695
Calor mediocris duplex. 554
Caloris & spiritus generatio. 1048
Calor febrilis quid. 380
Caluities duplex. 150
Cancri curatio. 87
Cancri fluuiales. 366
Canities duplex. 154
Canities vnde. 157
Canis rabidi morsus. 63
Capillorum defluuium. 15 & 157
Capillorum ornatus. 156
Capillorum asperitas. 153
Capitis doloris causæ. 168
Capitis dolor ex bilioſis humoribus. 174
Capitis dolor à melãcholico humore.

re. 175
Capitis dolor cũ rheumate. 176
Capitis dolor in febre. 177
Capitis dolor ex ebrietate ibidem.
Capitis dolor ex eius imbecillitate. 178
Capitis dolor criticus. ibid.
Capitis dolor ex ictu & casu. 179
Capitis dolor à vaporib. in cerebrum. ibid.
Capitis dolor ex calore natus. 173
Capitis dolor ex plenitudine. 174
Capitis dolor à frigore. 175
Caput quare nimiũ cooperiri non debeat. 907
Caput quomodo purgandũ sit pernares. 895
Caput debile quomodo sit præservandum. 907
Caput dolentes quos cibos vitare debeant. 872
Capitis figura qualis esse debeat. 835
Caprina caro. 958
Carnes conuenientes quæ sint. 867
Carnes senibus conuenientes. 914
Caro. 958
Caro castratorum. 959
Caro assa. 960
Caro cocta. ibid.
Caro sylvestris. 959
Caro volatilium. ibid.
Caro deperdita cur regeneretur. 134
Caryophylli cur fœtorem oris inducant. 323
Cari seu soporis & somni profundi curatio. 199
Castitatis nobilitas. 854
Caseositas lactis quid præstet. 925
Caseus. 960
Castaneæ. 957
Caules. 953
Catalepsis seu congelatio. 197
Cataplasmatum compositio & eorum vsus. 1115
Catholico an inebriari liceat. 881
Cataracta. 279
Catarrhus seu rheuma. 307
Catarrho qui obnoxij. 310
Causi curatio. 16. & 791
Cauterium de ferro. 724
Cauterium de argento. ibid.
Cauterium de auro. ibid.
Cauterium de ligno. ibid.
Cauterium quando & quomodo faciei sit applicandum. 726
Cauterium quando collo sit applicandum. 726
Cauterium quando iunctur sit applicandum. 727
Cauterium quomodo & quando pectini sit applicandum. 727
Cauterium quando temporibus sit applicandum, & quando lachrymali oculi. 725
Cauterium potentiale quando & quomodo sit applicandum. 724
Cauteria quare fuerint inuenta. 724

Cauteria quàm diu debeant teneri aperta. 727
Cauteria quando capiti sint applicanda. 725
Cauteria quando applicentur supra ventrem, iecur, &c. 727
Cepe. 953
Cephalee curatio. 180
Cephalica quando minuatur, & quomodo. 715
Cerasa. 955
Cerebrum. 959
Cerebrum inflammari posse. 224
Cerebri affectus frigidi quid inter se differant. 199
Chærefolium. 954
Cholere nigre proprietates que. 948
Cholere rub. proprietates. ibidem
Cholera indigesta quomodo sit curanda. 927
Cholera veniens ad intestina, quare prouocet ventrem. 931
Choleram peccare vnde cognoscatur. 889
Cholerici quare cibis calidis vti non debeant. 875
Cibaria que debeant precedere. 870
Cibaria desiderata quare magis competant. 873
Cibaria subtilia que sint, & quibus danda. 869
Cibaria duo sumere in eadē mensa, quare sit malum. 870
Cibus quando sumendus sit. 887
Cibus verus quis sit. 868
Cibus de nocte naturaliter maior esse debet. 876
Cibus & potus quantus sumi debeat. 853
Cibus & potus qualis esse debeat. ibidem.
Cibus subtilis quare potiùs precedere debeat, quàm grossus. 871
Cibi qui sint conuenientes. 687
Cibi qui vitandi sint. 868
Cibi crassi qui sint, quibus competant & quibus non. 869
Cibi malicia duplex. 912
Cibi qualitas quomodo sit consideranda. 868
Cibi substantia quare sit consideranda. 868
Cibi sumendi modus. 854
Cibum sumere, stomacho nauseante, est pessimum. 872
ex Cibo malo an possit generari bonus sanguis. 912
Ciborum triplex diuisio. 870
Cibi repletio quare phlebotomiā prohibeat. 693
Cibi fastidium. 451
Cicer. 952
Cissonia. 956
Ciminum. 958
Citrulli. 955
Clysterum compositio. 1104
Coctionis prime vitium an reliquis emendetur. 475
Coctionis signa in vrina. 1059
Cœna an prandio leuior esse debeat. 454
Cholera morbus. 482
Coitus reddit lac fœtidum. 885

quando fieri debeat. ibid.
Coitus concupiscentia quomodo curanda sit. 931
Coitum qui vitare debeant. 884
Coitu nimio debilitatus quomodo sit curandus. 885
Coitu nimio debilitatus an sit balneandus. ibid.
Colica præmunita. 934
Colicus quæ vitanda sunt. 874
Colica passio. 503
Collyrium efficacissim. in visus obscuritate. 279
Color niger vnde. 805
Color viridis vnde. 803
Color niger quare sit in fundo sanguinis. 707
Color superficiei sanguinis est considerandus. 710
Color sanguinis, sicut seuum, vbi appareat. 705
Color sanguinis, sicut lac, quid indicet. ibid.
Color sanguinis, sicut seuum. 707
Colores boni, & mali, in sanguine qui sunt. 705
Colorum diuersitas in sanguine malum. 705
Complexio melancholica quare prohibeat phlebotomiam. 692
Comedendi modus optimus. 872
Complexio quæ sit maximè longæua. 947
Complexio frigida quomodo sit reducenda. ibid.
Complexio humida quomodo sit reducenda. 902
Complexio sicca quomodo sit reducenda. ibid.
Complexio fluens regitur à radicali. 921
Complexio fluens à radicali distare non debet. 923
Complexio diuersa in toto corpore, an sit magis morbosa, quàm in vna parte. 941
Complexio lapsa, tempore morbi an sit reducenda. 920
Complexio lapsa in vna parte, quare sit deterior, quàm in toto. 944
Complexio mala non semper est reducenda. 920
Complexio mala iuuenis in toto, quomodo sit pessima. 947
Complexio propria vnde acquiratur. 918
Complexio temperata quid requirat, & quid distemperata. 868
Complexionis calidæ regimen. 901
Complexionis distemperatæ regimen. 901
Cœna quibus noceat. 876
Condita cuilibet membro peculiaria. 1108
Confectiones aromaticæ cuilibet membro propriæ. 1106
Consuetudo est altera natura. 1023
Consuetudinis habenda ratio. ibidem.
Consuetudo quantam vim habeat. 874

Consuetudo longi temporis quare seruanda. ibid.
Consuetudo quare impediat phlebotomiam. 692
Consuetudinis vis. 677
Contraria simul eidem non inesse 769
Conualescentium victus ratio. 924
Conualescentes quæ vitare debeant. 924
Conualescentes & senes sibi similes sunt. ibid.
Coquus ægrorum qualis. 982
Cor quomodo præseruari debeat. 909. 959
Cordis palpitatio seu tremor. 254 401.
Cordis motus. 404.425
Coryza. 307
Corporis dispositio quomodo per sanguinem cognoscatur. 702
Corporis humani potestas. 667
Corporis humani custodes. ibid.
Corporis humani mensura. ibid.
Corporum superiorum in hæc inferiora influentia. 1080
Corpus ex quibus constet. 948
Corpus humanum vnde corrumpatur. 925
Corpus densum quomodo sit curandum. 905
Corpus rarum quomodo sit curandum. ibidem
Corpus temperatum quomodo viuere debeat. 899
Corpus optimũ an indigeat exercitio, fricatione, & balneo. 866
Corpus optimũ an possit inueniri in regione frigida. 878
Corpora rara vnde cognoscantur, & à quibus facilè lædãtur. 904
Corpora temperata vbi inueniantur. 878
Corpora temperata quibus sunt regenda. 899
Corporibus immundis quæ competant. 906
Coxarum excoriatio quomodo curanda sit in pueris. 845
Cranij fractis curatio. 132
Crisis quid. 1050
Crisis quo excretionis genere futura sit & eius signa. 1068
Crisis post diem quadragesimum non fit propriè. 1079
Crisim propinquam symptomata præcedentia. 1071
Crisis vnde nomen habet. ibid.
Crisis species sex. 1072
Crisis vera quæ. ibid.
Crisis diminuta vnde cognoscatur. 923
Crisis ante signa coctionis mala. 740
Criticorum dierum natura ex motu lunæ. 1077
Criticorum dierum cognitio ex tribus. 1074
Crocus venenis annumeratur. 35. 404
Cruditas humorum quare impediat phlebotomiam. 689
Cubebæ. 952
Cucumeres. 955
Cucurbita. 955
Cutis quare facta sit debilis. 944
Cutis color hummoré subiacentem

indicat. 888
Cynanche. 337

D

Dactyli. 957
Debiles multi sunt sani. 945
Decocti parandi ratio. 1105
Decoctio mirabilis in impinguando. 905
Dentes quomodo sunt præseruandi. 908
Dentium affectus. 332
Dentium perforatio & corrosio. ibidem
Dentium vermes. 333
Dentium mobilitas. ibid.
Dentium incrementum. ibid.
Dentium ortus acceleratio. ibidem
Dentium stridor, stupor, debilitas & fœditas. ibidem
Dentes sunt partes similares & organicæ. 335
Dentes absessum pati posse. 330
Dentes indolenter euelli posse. ibidem
Dentium dolor. 326. 331
de Deo quomodo sit loquendum. 853
Deus immediatè quid custodiat, &c. 167
Diabetes curatio. 584
Diarrhœa. 485
Diatrionpipereon quibus dandum. 891
Dies Ægyptiaci an sint considerandi in phlebotomia. 712
Difficultas anhelitus quomodo curanda in pueris. 843
Digestiua vnde corrumpatur plurimum. 871
Disciplina quid sit. 852
Discipuli boni conditiones. 851
Dislocationis curatio. 131
Dispositio laboriosa vnde fiat. 893
Dispositionis deficcatiuæ cura. 891
Distratio vbi & quando fiat, & eius vis. 673
Diuitum peruersus ordo in sumendo cibum. 871
Diuretica quare non conueniant, ventre constipatio. 932
Doctrina magistri qualis esse debeat. 852
Dolor apostemosus quis sit. 888
Dolor capitis aut spatularum quid significet. 933
Dolor grauatiuus quis sit, & vnde fiat. 888
Dolor vlceratiuus quis sit, & vnde fiat. ibid.
Doloris grauatiui cura. 890
Doloris inflammatiui cura. ibidem
Doloris tensiui cura. ibid.
Doloris vlceratiui cura. ibid.
Doloris vlceratiui causa an sit liquefactio carnis. 893
Doloris species multæ. 887
Doloris & caloris actio. 682
Doloris causæ 66
Doloris differentiæ & signa. 67
Dolor quomodo sensibilis. 182
Dolor duplex. 183
Dolor capitis. 168
Dolorum curatio. 64
Dolor potest esse morbus, morbi causa

causa & symptoma. 181
Dorsi dolores. 655
Dormiendi modus optimus. 883
Dormire supra dorsum quare nõ liceat. ibid.
Duces iuuenes quare non eligantur. 832
Dysenteriam quæ præmuntient. 934
Dysenteria. 496. & 476
Dysuria. 591

E

EBrietas vnde accidat. 880
Ebrietas quomodo sit curanda. ibid.
Ebrietatis remedia. 219
Ebrietatis symptomata 319.320
Ebrius quando sit phlebotomandus. 694
Eclegmata. 1112
Effectus idem contrariarũ causarum. 252
Electuaria calida quando danda. 992
Emplastra ex quibus fiant. 1115
Empyematis curatio. 376
Epidemia minor, media & magna vnde fiant. 926
Epidemia veniens à causis superioribus. 926. à causis inferioribus. ibidem
in Epidemia quæ sunt seruanda. ibidem.
in Epidemia calida quæ seruanda sint. 927
Epilepsiam & Apop. quæ præmuncient. 933
Epilepsia. 227
Epilepsia curatu difficilis. 231.
& sequentibus.
Errhinorum vsus. 1113
Erysipelatis signa. 1006
Erysipelatis curatio. 76
Eruca. 958
Euacuatio quid sit. 669
Excrementa quotidiana cur purgari non possint phlebotomia, &c. 858
Exercitium quid sit. 856
Exercitium quare sit necessariũ. 857
Exercitium quæ euacuet. 859
Exercitium quando non competat. ibid.
Exercitium an calorem naturalem augeat. 861
Exercitium quando fieri debeat. 862.
Exercitium vnde incipiat calefacere, & vnde Sol. ibid.
Exercitium sembus conueniens. 915
Exercitium an melius euacuet superflua, quàm medicina laxatiua. 858
Exercitium in quadriga vbi valeat. 860
Exercitium in nauicula cui competat. ibid.
Exercitium an competat, quando ex vigiliis crudi humores sunt in primis venis. 900
Exercitij commoda. 857
Exercitanti duo sunt necessaria. 857
Exercitiorum species multæ. 860
Exitus ani quomodo curandus sit in pueris. 845

F

Faba. 951
Facies lentigines. 325
Facultates noſtrum corpus diſpenſantes tres ſunt. 1088. & ſeq.
Famem ſedans compoſitio optima. 938
Fames ſyncopalis. 439
Fatigatio quid ſit. 857
Fauus capitis morbus. 162
Febris quid. 8
Febris diuiſio. ibid. & 1012
Feb. ephemera. 7. & 1011
Febres omnes ephemeram ſequi poſſunt, ephemera autem nullam. 14
Febris continua phlebotomiam requirit. 690
in Febre putrida quare ſit vena inſcidenda. 681
Febricitans quomodo ſit purgandus. 682
Febris pueri quomodo ſit curanda. 645
Febris interpolata cur vena ſectionem non admittat in principio. 690
Feb. putrida. 1013
Feb. ſanguinea. 25. & 789
Feb. phlegmaticæ curatio. 764
Feb. quotidiana. 35. & 997
Febris quotidiana continua. 998
Feb. tertiana exquiſita. 20. & 786. 994
Feb. tertiana notha. 996
Feb. tertiana continua. ibid.
Febris tertiana interpolata. ibid.
Febris diuiſio. 690
Feb. tertiana duplex. 997
Febris ardens. 15. & 792
Feb. peſtilens. 45
Feb. quartana. 29. & 999. & 770
Feb. compoſitæ. 41. & 1001
Febrium compoſitarum ſigna. 1003. 1004
Feb. epiala & liparia. 769
Febris hectica. 42. & 1014
Febris ab inflammatione partiũ internarum. 1005
Feb. hectica ex phthiſi. 371
Feb ſemitertiana. 780
Febrium acceſſiones pro varia humoris natura. 782
Febr. caloris à calore naturali differentia. 14
Ficus. 955
Ficus purgatoria. 330
Fiſtula curatio. 81
Fiſtula lacrymalis. 268
Fluxus ſtomachalis. 488. et 494
Fluxus inteſtinalis. 488
Fluxus hepaticus 481. 490. & 495. & 540
Fluxus ventris à variis cauſis. 491. 498
Fluxus cerebralis. 481. & 488
Fluxus ſpleneticus. 481
Fluxus colliquans. 482
Fluxus ob poros obſtructos aut apertos. ibid.
Fluxus à medicamento purgãte. ibid.
Fontium ſitus ſalubrior. 1028
Formicæ ſeu herpetis miliaris curatio. 81
Fœunditas in qua ætate potiſſimum ſit. 877

Fœnugrecum. 953
Fractura remedia. 131. & 132
Fricatio quo loco fieri debeat. 863
Fricatio quæ conueniat ante exercitium, & quæ post. ibid.
Fricatio aspera quomodo fiat. 862
Fricatio lenis quomodo fiat. ibid.
Fricatio dura quæ sit, & quid efficiat. 862
Fricatio mollis quid efficiat. ibid.
Fricatio multa, & pauca quæ sit. ibid.
Fricatio temperata quæ sit. 863
Fricationum vtilitas. 863
Fricationes senibus conuenientes. 915
Frigiditas humorum quare impediat phlebotomiam. 689
Frigida & sicca quare senibus nõ competant. 922
Frigidus quare sibi cauere debeat ab aqua calida. 940
Fructus quomodo sumendi sint. 877
Frumentum. 949
Fungi. 955
Furfurum capitis curatio. 158

G

Galeno multa licuerũt quæ nobis non licent. 886
Gallina. 959
Galli castrati. ibid.
Gaudium quibus competat. 855
Gaudium subitum mortem inducit. 885
Gangrenæ curatio. 78
Generationi qui sint apti. 885
Glacies. 953
Glandularum curatio. 90
Gingiuarum affectus. 334
Gonorrhœa. 604
Granata. 956
Grues. 959

H

Habitudo quæ impediat phlebotomiam. 692
Habitus fixus nõ separatur. 848
Habitudo quæ sit magis morbosa. 904
Habitudo densa vnde cognoscatur, & quibus facilè ladatur. ibid.
Habitudo macilenta quare sit mala. ibid.
Habitudo pinguis & extenuata qua fricatione egeat. 863
Habitudo rara qua fricatione indigeat, & qua solida. ibid.
Habitudinum corporis diuersitas. 903
Hæmorrhoidum curatio. 514
Hæmorrhagiæ remedia. 135
Hectica febris. 42. & 1014
Hemicraniæ curatio. 180
Hemitritæi species quatuor 1003
Hemitritæorum febrium curatio. 780
Hepar. 959
Hepatis diuersa intemperies. 523
Hepatis obstructio. 528
Hepatis imbecillitas. 532
Hepatis dolor. ibid.
Hepatis inflammatio. ibid.
Hepatis abscessuum curatio. 795
Hepatis substantia in fluxu per intestina emitti potest. 482
Hepar vnde sit debile, & quomodo præseruari debeat. 910

Hepar calidum quomodo sit regendum. ibid.
Hepar parvum quomodo regendum sit. ibid.
Hepatis apostema & opilationem quæ significent. 834
Hepatis vicinentiũ habentes quæ vitare debeant. 873
Herniæ curatio. 611. & 612
Herpesthiomeni curatio 78
Herpes miliaris. 78
Holera quomodo sumenda. 876
Homo quare sit princeps animalium. 667
Hora electa quæ sit. 696
Hora necessaria quæ sit. ibid.
Hordeum. 951
Hordei facultates. 964
Hordeatum. 995
Humiditates collecta ex multo tempore, quare tardè curentur. 903
Humidum an dolorẽ inferre possit. 182
Humore vno corrupto alios necessariò non corrumpi in corpore. 24 25
Humorum motus 40. & 179
Humoris melancholici generatio. 564
Humor melancholicus putrere potest. 34
Humores quomodo abundẽt, & quid requirant. 670
Humores mali quomodo curentur. 682
Humorum dispositio quando prohibeat phlebotomiam. 688
Humores vnde mittantur ad exteriora, & interiora. 889
Humorem crudum peccare vnde contingat. 889
Humoribus crudis in primis venis quomodo succurratur. 891
Humorum grossities cur impediat phlebotomiam. 689
Humor peccans vnde cognoscatur. 889
Humor quietus non nocet. 905
Humor ex lõgo tempore collectus, an brevi reduci possit. 903
Humores infra diaphragma existentes, quomodo purgandi. 894
Humorum proprietates. 948
Hydropem quæ præmuncient, & quomodo præcauenda sit. 933
Hydrops. 543. & 774
Hydrophobia. 65
Hydromel duplex. 972
Hydromelitis vsus. 977
Hyemis descriptio. 1021
Hyemi quæ conueniant, & quæ vitanda sint. 872
Hyemi quis cibus sit conueniens. ibid.

I

Ichor vimium in sanguine quid significet. 708
Ichor & vrina eiusdem coloris esse debent. ibid.
Ictericiam quæ præmuncient, & quomodo præcauenda sit. 934
Ictericus. 556. & 799. & 804
Ictericus niger. 559
Ieiunandum quare non sit ante 21. annum. 887

Iliaca passio. 500
Impetiginis & serpiginis differentia. 86
Impetiginis & serpiginis curatio. 80
Impediti in negociis quomodo sint præseruandi. 911
Incubus. 228
Indicationes curandorum morborum. 980
Indicatio à morbo sumpta an ea sit potior, quæ à viribus sumitur. 28
Infusio medicamentorum. 1100
Incontinentia quid sit. 854
Incontinentia contra rationẽ est ibid.
Infans quandiu lactandus sit. 837
Infantes quomodo consolentur. 837
Infanti nascenti quomodo subueniendum. 835
Inflammationis labor quid requirat. 685
Ira quare sit vitanda. 886
Ira & furor quid inducant. 855
Ischias seu sciatica. 644
Intellectus duplex. 1038
Intestinorum tortura. 469
Itinerantium per loca calida regimen. 939
Itinerantium per loca fœtida regimen. ibid.
Itinerantium per loca frigida regimen. 940
Itinerantium per mare regimen. 941
Inuolucræ quomodo sint præseruandæ. 911
Iuuenis carnosus balneari potest in aqua frigida. 866
Iuuenum mos in sumendo cibum. 871

L

Labiorum fissuræ quomodo curandæ sint in pueris. 842
Labor desiccatiuus quis sit, & vnde fiat. 838
Labor sine exercitio quid indicet. 185
Lac. 962
Lac camelinum. ibid.
Lac caprinum. ibid.
Lac ouinum. ibid.
Lac vaccinum. ibid.
Lac est heterogeneum. 925
Lac quibus non competat. ibid.
Lac an senibus competat. 924
Lac senibus conueniens. 915
Lac matris quare sit magis conueniens. 835
Lac nutricis quale esse debeat. 836
Lac coitu fœtidum redditur. 836
Lac quid summè multiplicet. 838
Lac matris, vtrum sit melius lacte alterius mulieris. 864
Lactis asinini præstantia. 916
Lacti sal & mel quare sit admiscendum. 925
Lac phthisicis conueniens. 43
Lac vstulatum vocatum. 429
Lactis natura & vires. 365
Lactis in mammis diminutio. 411

Lactis in mammis exuberantia. 412
Lactis in mammis coagulatio. 413
Lacrymarum ex oculu manantium curatio. 268
Lactuca quem sanguinẽ gignat. 912.
Lapidem quæ præuncient, & quomodo sit præcauendus. 935
Lapsus quare modò infirmetur, & modò non. 945
Lapsus æqualis in toto, quare citiùs reducatur, quàm in parte. 946
Lassitudinis causæ. 888
Lassitudines quid præuncient. 889
Leges à quo sint constituendæ, & vnde procedant. 831
Lentes. 952
Lentigines faciei & cutis totius. 325
Leporis cerebrum quid præstet. 838
Lepræ signum. 711
Lepræ signa vnde sumantur. ibid.
Lepram quæ præuncient. 933
Lepra quid. 94
Leprę causæ. 95. & 113
Leprę signa. 96. & 110
Leprosus an sit cui nullum signum leprę apparet in facie. 105
Leprosis an conueniat balneum & phlebotomia. 112
Lethargus. 189. & 1008
Lethargi curatio. 187. & 775
Lethargi non veri curatio. 195
Lex rectè viuere docens, est triplex. 831.
Lienis obstructio. 561
Lienis durities. 562
Lienteria. 495. & 472
Linguæ. 959
Linguæ affectus. 317
Linguæ nobilitas. 853
Lini semen. 953
Linimenti cõponendi ratio. 1115
Loca conuenientia humoribus purgandis. 998
Loquendo quid sit aduertendum. 853
Lunatio num sit obseruanda in phlebotomia. 713
Lumbricorum tres species. 510
Lumbricorum in ventre generatio. 513
Lunæ quatuor quadrantes. 239
Lupiarum seu gangliij curatio. 88

M

MAceratio vnde contingat, venis existentibus plenis sanguine. 927
Macula oculi. 265
Magistri boni conditiones. 850
Mala granata. 956
Malua. 954
Mali mortui curat. 122
Mamillarum situs ratio. 415
Mamillarum in fœminis augmenti ratio. 416
Mamillarum affectus. 411
Mamillarum apostemata. 413
Mamillarum nodi, glandulæ, erosio, vlcera, fistulæ. 414

Mamillarum diminutio. 415
Mania & melancholia morbi. 208
Maniæ prænuntia. 933
Manuum vlcera & rhagades. 138.
Maratrum. 954
Materia putrefacta quãdo febrire faciat. 906
Matrix quomodo rectificanda. 834
Mediana quare minuẽda sit cum cautela. 715
Medicamen ad omne Quare. 994
Medicamen dentes confortans. 908
Medicamen aures confortans. ibid.
Medicamen pectus confortans. 909
Medicamentum testiculos præseruans. 911
Medicamentum faciem præseruãs à puluere & vento. 939
Medicamenta caput confortantia. 907
Medicamenta cor corroborantia. 909
Medicamenta stomachum confortantia. 910
per Medicinam an aliquis possit seruari sanus sine errore. 898
Medicus, inquantum medicus, an consideret accidentiã animæ. 855
Medici finis quis sit. 856
Medici nostri temporis reprehenduntur. 899
Medici castra sequentis officium. 145
Medicamenti componendi ratio exemplo declarata. 752
Medici agrum inuisentis officium. 820
Medici officium. 982
Medicamẽtorum soluentium vsus & ratio. 968
Medicamenta euacuantia per insensilem transpirationem. 978
Medicamenta ad affectus capitis. 655
Medicamenta ad affectus thoracis. 659
Medicamenta ad affectus ventriculi, hepatis, splenis, & similiũ. 661
Medicamenta ad affectus renum & vesicæ. 665
Medicamenta mulierum faciem decorantia. 665
Medicamenta digerentia vbi conueniant. 971
Medicamenta alterantia, & humores præparantia expulsioni. 671
Medicamenta purgantia liquida. 1096
Medicamenta purgantia solida. 1098
Medicamentorum purgantium dosis & correctio. 1100
Medo. 962
Mel. 957
Mel senibus conueniens. 916
Melancholiam peccare vnde cognoscatur. 839

Melancholici vulnerati historia. 214
Melancholia à vaporibus partiũ inferiorum in cerebrum ascendentibus. 215
Melancholia hypochondriaca. ibid. & 509.
Melancholici humoris redundantis curatio. 770
Mellis facultas. 355
Membra sana quando scarificentur. 682
Membra interiora vnde cognoscantur. 704.
Membrum debile quomodo cognoscatur. 907
Membrum extenuatum quomodo sit curandum. 912
Memoria vnde perturbetur, & quomodo curetur. 929
Memoria qui plurimum valent. 192
Memoriæ corruptio. 193
Menstrua quomodo sint prouocanda. 896
Menstrua quomodo sint restringenda. 931
Menstruis fluentibus quomodo fiat phlebotomia. 691
Menstruorum suppressio. 615
Menstruorum redundantia. 619
Mensis solaris & lunaris. 1084
Mensis lunaris triplex. ibid.
Mensis medicus. 1087
Mesenterium. 256
Mensura æternitatis. 667
Method. curandi morbos. 880
Micidas sanguinis. 579
Milium. 951
Milites in exercitu quomodo morbos præcauere possint. 144. 145
Mingentes in lecto noctu quomodo curentur. 590
Mola vteri. 643
Mora. 955
Morbi principium quando. 1074
Morbi motus. 1070
Morbi contagiosi qui. 276
Morbi verni. 1017
Morbi æstiui. 1017. 1018
Morbi autumnales. 1020
Morbi hyemales. 1022
Morbi magnitudo & malitia ex quibus cognoscitur. 993
Morborum tempora ex natura paroxysmorum in feb. cognosci. 1036
Morbus triplex in omni apostemate. 85
Morbi in morbum mutatio. 1091
Morbus definit tripliciter. 923
Morbus definens sine euacuatione quem victum requirat. ibid.
Morbus definens cum crisi diminuta, quid requirat. ibid.
Morbus definens cum crisi perfecta, quid requirat. 924
Morbi primo principio quæ considerandæ sint. 897
Morbum quid præcedat. 890
Morborum causa præcipua quæ sit. 945
Morbosus quare esse possit longæ vitæ. 947
Mores vnde corrumpantur. 832

Mori bene quid sit. 247
Mors naturalis qualis sit. 235
Mors vltimum terribilium est. 834
Mortis memoria quid praestet. ibid.
Mortis diem & horam praedicendi ratio. 1064
Mors sine crisi 3. modis. 1066
Mors 4. modis accidit. 1046
Morphea causa & signa. 114
Morphea curatio. 114
Morsus serpentum & aliorum venenosorum animalium 59
Motus compositus ex animali & naturali motu. 361
Motus animi & alienationis causa. 683
Mulier custodia domus. 838
Mulier partui proxima quomodo sit regenda. 835
Mulierum iuuenum & senum mē strua. 696
Multitudo humorum est duplex. 737
Mutatio omnis fieri debet paulatim. 875
Mutatio ad fertilitatem quare periculosa. 876
Mutationes magnae tres. 781

N

Narcotica & refrigerantia. 1110
Narium foetor. 904
Narium emunctio quomodo curanda. 929
Nasturtium. 955
Natura quare similis sit Regi facto. 903
Naturae quomodo nihil sit impossibile. 867
Naturae humanae imbecillitas. 833
Naturae humanae mutabilitas. ibid.
Naturae sagacitas. 859
Naturae corporeae mensura. 667
Naturae intellectiuae mensura. ibid.
Natura quando indigeat medico. 670
Nauiganti quae facienda vt minus maris molestetur. 144
Nausea. 460
Nerui puncti cura. 715
Nerui incisi curatio. 130.131
Nix. 963
Nodorum generatio. 91
Nuces. 956
Nutrimentum an perfectè assimilari possit. 839
Nutrix quomodo sit rectificanda. 836
Nutricis bonae conditiones. 836
Nyctalopes. 284

O

Ocium excaecat intellectum. 852
Oculi. 959
Oculorum anatome. 252 & 257
Oculi tunicae coniunctiuae durities & pruritus. 267
Oculis inimica. 281
Oculi tunicae coniunctiuae pustulae, vlcera, sanies, carnis diminutio & excrescentia. 267
Oculi debiles quomodo sint praeser-

ſernandi. 970
Oculorum inflatio quomodo curanda ſit in pueris. 342
Oculi profundatio ſeu imminutio & atrophia. 288
Oculi tunicæ corneæ vlcera. 271
Oculi tunicæ corneæ veſica & ruptura. 273
Oculi tunicæ corneæ cancer & coloris mutatio. 273
Oculi tunicæ corneæ nebula, corrugatio, durities diminutio, albugo & cicatrix. 274
Oculi exitus ſeu eminentia. 287
Oculi à re extrinſecus incidente leſi curatio. 266
Oculus conſtitutionem corporis indicat. 105
Odoramenta. 1113
Oedematis ſigna. 1006
Oeſophagi affectus. 417
Oleũ de ſemine cucurbitæ ad quid valeat. 939
Olecrum vſus 1114
Olei è ſcorpionibus parandi ratio. 584
Olei tartari conficiendi ratio. 116
Oleum. 957
Oliuæ. 957
Oppilationes in ſenibus quomodo curandæ ſint. 916
Ophthalmia. 259
Opio quando vtendum. 208
Oreginome puerorum quomodo ſit curanda. 843
Oris fœtor. 522
Oris vlcera varia. 324
Oris tortura. 356
Oſſa abſceſſum pati poſſe. 224
Oſſa. 959
Oua. 960
Oua ſenibus conuenientia. 915
Oua frixa. 960
Oua elixa. ibid.
Oues. 959
Oxymel duplex. 972
Oxymelitis vſus. 977

P

Palpebrarum ſcabies. 288
Palpebræ durities, modus ſeu lupia. ibid.
Palpebrarum cõglutinatio ſeu inuiſcatio. ibid.
Palpebrarum ſeparatio. ibid.
Palpabrarum tuberculum, hordeolum dictum. 289
Palpebrarum carnoſitas ſeu ſycoſis. ibid.
Palpebrarum pruritus, vlcera, apoſtemata & tumores. 290
Palpebrarum verruca. ibid.
Palpebras aperiendi & claudendi difficultas. ibidem
Palpebrarum pilorum caſus. ibid.
Palpebra pilus additus. ibid.
Palpebrarum pediculi. 291
Palumbes 959
Panis quis ſit conueniens. 867
Panis ſenibus conueniens. ibid.
Panis. 950
Panis hordeaceus. 951
Panicum. 951
Pannus ſeu panniculus oculi morbus. 261
Paralyſis. 243
Paralyſi mẽbra affecta nutriuntur.

tur. 248
Paralysim quæ prænuncient. 923
Parotidas. 304
Paroxysmorum natura medico no scenda. 1035
Paroxysmus quare prohibeat venæ sectionem. 991
Partus difficultas quomodo curanda. 634
Passeres. 959
Postinaca. 955
Pectus quomodo purgari debeat. 895
Pectus quomodo sit præseruandum. 909
Pectus strictum quomodo sit ampliandum. 884
Pedes. 959
Peregrinationes longinquas suscipienti quid opus facto contra itineris molestias. 142
Peripneumonia. 402 779 & 1009
Peripneumoniã & phthisim quæ prænuncient. 914
Persica. 956
Petroselinum. 954
Pharmaca quare non sint frequentanda, nec negligenda. 897
Pharmaca quare non conueniant tenuiter viuentibus. 875
Philosophia summa quæ sit. 856
Phlebotomia quando sit facienda. 890. 927
Phlebotomia quando competat. 936
Phlebotomia quam multitudinem euacuet. 937
Phlebotomia an competat, quando sanguis est paucus, & humores crudi multi. 935
Phlebotomia quare non sit frequẽ tanda nec negligenda. 896
Phlebotomia dextri lateris quando sit facienda, & quando sinistri. 895
Phlebotomia ad syncopen vsque facienda non est. 886
Phlebotomia stricta quid efficiat. 699
Phlebotomia de parte dextra, quæ re valeat in malis hepatis. 716
Phlebotomiæ vtilitas in multis morbis. 671
Phlebotomiam quæ prohibeant, & quæ significent. 679
Phlebotomiam quæ impediant. 688
Phlebotomiam multã qui ferant. 671
in Phlebotomia ad quæ aduertere oporteat. 677
in Phlebotomia cum magno foramine quare sanguis non exeat. 707
Phlebotomator quibus instructus esse debeat. 676
Phlebotomatus vtrum dormire possit. 700
Phlebotomatorum dieta. 717
Phlebotomia quid sit. 669
Phlebotomia quare sit vniuersalu. ibid.
Phlebotomia quando & quos iuuet. 670
Phlebotomia quantum valeat in humorum multitudine. 671
Phlebotomia quãdo & quibus noceat.

cetat. 671
Phlebotomia propter quas intentiones fiat. 672
Phlebotomia fit propter distractionem materiæ. 672
Phlebotomia quare attrahat. 674
Phlebotomia quare fiat ad alterandum. ibid.
Phlebotomia quomodo præseruet. 675
Phlebotomia fit propter alleuiationem. ibid.
Phlebotomia quando sit facienda, & quando non. 684
Phlebotomia vnde euacuet, & vnde scarificatio. 688
Phlebotomia quando summè competat. 694
Phlebotomia de vtro latere fieri debeat. 700
Phlebotomia quando sit frequentanda. 701
Phlebotomia quando sit iteranda. ibid.
Phlebotomia vtrum competat in tertiana. 702
Phlebotomia quo tempore lunæ non sit facienda. 713
Phlebotomia præseruatiua quantum possit. 695
Phlebotomia cur fiat in Maio. 672
Canones xxxix. seruandi in phlebotomia. 677
Phlegma peccare vnde cognoscatur. 889
Phlegma quomodo euacuandum sit, & quomodo melancholia. 927
Phlegmatici cibis frigidis vti non debent. 876
Phlegmatici & melăcholici quare non sint phlebotomandi. 692
Phlegmatis proprietates. 948
Phlegmones signa. 1006
Phthiriasis siu pediculatio. 166
Phthisis. 362
Phrenitis. 224.1008.776
Pilorum generationis causæ. 146
Pilorum temperatura. 149
Pilorum materia. 151
Pilorum color & forma varia. 150.158
Pilulæ sub lingua 311. 349. & 350
Pineæ. 954
Pinguedo nimia quomodo sit curanda. 904
Piper. 958
Piper quare attrahatur ab hepate. 932
Pira. 956
Pisces. 960
Pisces exiccati. ibid.
Pisces lacustres. ibid.
Pisces petrosi. ibid.
Pisces squamosi. ibid.
Pisces conuenientes qui sint. 868
Pisces senibus conuenientes. 915
Pituitæ putrescentis morbi. 998
Pituitæ redundantis curatio. 759
Pituitæ salsæ redundantis curatio. 778
Pituitæ dulcis redundantis curatio. ibid.
Pituitæ vitreæ redundantis curatio. 367.368

Pituita acida redundantis curatio. 766.778
Planetarum influentia in hæc inferiora. 1083
Pleuritis. 388.973. 1009
Plenitudo quomodo curetur. 682
Pluuiarum materia. 1029
Podagra. 644.645
Pollutio nocturna. 604
Poma. 956
Porcellina caro. 958
Porcina caro. ibid.
Porri. 953
Portulaca. 954
Potio efficax in vlceribus. 132
Prægnantium vitæ ratio. 635
Prælati quomodo sint exercitandi. 860
Priapismus. 902
Principijs obstandum est. 929
Prognostica à sudore & menstruis. 1060
Prognostica à sputo sumpta. 1050.
Prognostica à fluxu sanguinis sumpta. 1052
Prognostica à vomitu sumpta. 1052
Prognostica ab alui deiectionibus sumpta. 1054
Prognostica ab vrina. 1057
Prognostica à facie ex sensibus exterioribus sumpta. 1040
Prognostica sumpta à motu, sensu, decubitu, somno, & vigilia. 1043
Prognostica sumpta à respiratione. 1046
Prognosticorum tota ratio in quibus est sita. 1087
Prognosticorum vtilitas. 992
Prognostici vis præcipua vnde. ibidem
Prognostici ratio ex morbi cognitione pendet. 994
Prognostici ratio in febribus ex tempore paroxysmi. 1033
Prognostici ratio ex vehementia aut debilitate paroxysmi. 1035
Prognostici ratio ex varia paroxysmi natura. 1036
Prognosticum à tribus facultatibus nostrum corpus gubernantibus sumendi ratio. 1037 1038
Prognostica ex signis sumpta. 681. & 1062.
Prognostica à pulsu sumpta. 1048
Prognostica à facultate animali. 1037. 1038
Pruna. 955
Pruritus gingiuarum quomodo curandus sit in pueris. 842
Ptisana. 951
Pudendi virilis effectus. 607. & 608
Puella quare nunquam ociosa esse debeat. 855
Puellæ quomodo sint nutriendæ. 854
Puellarum modus viuendi particularis. 855
Puer quare cubare nõ debeat iuxta nutricem. 837
Puer dentiens quomodo sit regendus. 838
Puer ab anno quarto quomodo re

gendus sit. 847
Puer sex annorum quomodo regendus sit. ibid.
Puer annorum 12. quid facere debeat. 848
Puer appetens militiam quomodo regendus sit. ibid.
Puer appetens negotiationẽ quomodo regendus sit. 849
Puer cupiens esse piscator quomodo sit regendus. ibid.
Puer cupiens studere quomodo sit regendus. ibid.
Pueri parandi modus. 836
Pueri iam nati cibus. 835
Pueri quare melius digerant, quã iuuenes. 928
Puero tria vitanda sunt. 847
Puerorum cibus. ibid.
Puerorum aegritudines quæ sint, & quomodo curandæ. 841
Puerorum vita. 830
Puritia ætas an sit temperata. 927
Puer quando sit phlebotomandus, & quando non. ibid.
Pueri quomodo sint phlebotomandi. 677
Pulmo. 959
Pulmonis vlcera curatu difficilia. 363.364
Pulsus scientia difficilis. 741
Pulsus quid. 824.828
Pulsuum genera. 828
Pulsuum differentiæ & signa. 1049
Pupillæ dilatatio. 276
Pupillæ constrictio seu diminutio. 277
Purgatio quibus fieri debeat. 897
Pustulæ in lingua, quomodo curandæ sint in pueris. 843
Pustulæ totius corporis quomodo curandæ sint in pueris. 846
Pustulæ. 123. & 160
Putrefactio duplex. 322
Putrefactionis duo principia. 918
Pterigium. 264
Ptisanæ conficiendæ ratio. 398. & 965

Q

Quadra lunæ quatuor, & earum temperamenta. 696
Quadræ lunæ quomodo phlebotomiam varient. ibid.

R

Radix. 953
Rapa. 952
Raucitatis curatio. 307. & 346
Regimen conseruatiuum quomodo fiat. 920
Regimen reductiuum quod sit, & quomodo fiat. 919
Regimen resumptiuum quod sit, & quibus competat. 920
Regimen præseruatiuum quomodo fiat. ibid.
Regiminis diuersitas. 919
Regionibus distemperatis quare optimum corpus non inueniatur. 878
Regio quæ impediat phlebotomiam.

miam. 692
Regiones temperatæ. 1028
Regionum diuisio & temperies. 1026
Regionibus singulis morbi, & mores peculiares. 1027. & 1029
Regulæ seruandæ in phlebotomia. 676
Renes. 359
Renes vrinam trahunt. 367
Renes quomodo sint præseruandi. 910
Renum apostema quæ significēt, & quomodo præcaueri debeat. 935
Renum dolor. 566
Renum imbecillitas. 568
Renum obstructio. ibid. & 570
Renum inflammatio. 576
Renum vlcera. 577
Respirationis causæ tres. 1047
Resumptiua in 1. digestione reducunt, &c. 921
Retentorum & excretorum causæ. 1061
Ructus curatio. 441
Ruptura siphac quomodo curanda sit in pueris. 844
Ruta. 955

S

Saliua fluxus nimius. 321
Salis granum proiiciendum in sanguinem. 708
Salsa quid sit. 854
Saluia. 954
Sanguinis proprietates. 948
Sanguis expellitur in nimio coitu. 886
Sanguis putrescens. 29. & 791
Sanguis menstruus quadruplex. 330
Sanguinis è naribus profluuium. 311
Sanguis febrem simplicem non facit. 1002
Sanguis vnde infrigidetur. 674
Sanguis quot modis vitietur. 680
Sanguis qua hora sit euacuãdus. 696
Sanguis quomodo cognoscatur per colorem. 704
Sanguis solus quare membra non nutriat. 703
Sanguis, thesaurus corporis, quare sit rubicundus & candidus. 668
Sanguis naturalis qualis sit. 706
Sanguis grossus quare citò coaguletur. 710
Sanguis grossus subtiliari debet, antequam educatur. 707
Sanguis fluens quare digito sit tãgendus. 708
Sanguis quomodo sit abluendus, & ablutus quid significet. 711
Sanguinis quantum detrahi debeat. 698
Sanguinis extrahendi quantitas quomodo cognoscatur. 681
Sanguinis venalis & arterialis discrimen. 706
Sanguinis gutta ponenda supra vnguem. 708
Sanguinis gutta proiicienda in aquam. ibid.
Sanguinis sapor naturalis & innaturalis. 708

Sanguinis odor grauis, malum. 708
Sanguinis cita coagulatio & tarda, quare sit malum. 709
Sanguinis substantia quomodo examinetur. 710
Sanguinis substantia quid prædicet. 711
Sanguinem destillant Alchimistæ. 710
Sanguinis quatuor humores. 703
Sanguinem peccare vnde cognoscatur. 889
Sanguisuga de nocte vt non bibatur, cautela. 941
Sanguisuga in quibus passionibus valeant. 723
Sanguisuga quæ sint eligendæ, & quomodo applicandæ. 724
Sani ex vtra parte sint phlebotomandi. 700
Sanitas perfecta vnde perficiatur. 704
Sani per similia conseruandi. 918
Sanitatis conseruandæ ratio. 454. 455
Saphenæ quando & quomodo minuendæ. 716
Sapo saracenicus. 157
Sapo gallicus. ibid.
Satyriasis. 602
Scabies quid, eius differentiæ, & causæ. 118
Scabiei signa & curatio. 119
Scabies sicca & vlcerosa. 121
Scientia sine eloquentia qualis sit. 851
Scientia sanatiua quare sit admirabilis. 898
Scientiæ signum. 851
Scirrhi signa. 1006
Scorpionum punctura signa & curatio. 62
Scotomatis curatio. 186
Scrophularum generatio. 92
Scrophularum curatio. 90
Secundæ educendæ ratio. 642
Semen qua ætate sit fœcundum. 877
Senex quomodo sit sanus. 922
Senes quare absolutè sani non sint, nec infirmi. 919
Senes sunt neutri. 919
Senes regendi sunt sicut conualescentes. 911
Senes & conualescentes similes sunt, & quæ eis conueniant. ibid.
Senes sunt duplices. 913
Senes quoties comedere debeant. 915
Senes quomodo sint regendi. 913
Senes quare non sint sine querela, & quomodo curandi sint. 917
Senes an debeant regi per similia, an per contraria. ibid.
Senibus quomodo venter sit subducendus. 919
Senibus qualis cibus dari conueniat. 923
Senibus quare non competant frigida & sicca, nec calida & humida. 921
Senum vita. 831

Senum temperamentum, & constitutio. 919
Senum sanitati præesse quare sit difficile. 913
Sensibilia multiplicia. 183
Sensus tactus obiectum omnes sensus immutat. 207
Sensus subtilitas stomachi vnde cognoscatur. 693
Sensus quare sit omni ratione dignior. 943
Septimana medica. 1086
Serpentis exuuium. 330
Signi & significationis differentia. 1063
Signa prognostica triplicia. 1062
Signorum Zodiaci natura & aspectus. 1082
Similia quare senibus non competant, nec contraria. 921
Singultum puerorum quid curet. 843
Singultus. 447
Sitis immensa curatio. 441
Sitim auferens compositio optima. 938
Sinapi. 918
Solutio continui, eius causa & species. 125
Solutio continui doloris causa. 186
Somnus duplex. 199
Somnum conciliantia. 1110
Somniorum ratio. 207
Somnus quid sit. 883
Somnus quare senibus competat. ibid.
Somnus quare non competat corpori inanito. ibid.
Somnus quare non competat repletis. ibid.
Somnus quando debeat esse prolixior. 883
Spasmus. 248
Splen quomodo sit præseruandus. 910
Spinachia. 954
Sputi sanguinis curatio. 371. & 372
Sterilitatis curatio. 595
Sterilitatis mulieris curatio. 628
Sternutatio quomodo curanda in pueris. 842
Sternutationis remedia. 225. & 314
Stomachus quomodo præseruari debeat. 910
Stomachus vacuus vnde cognoscatur. 867
Stomachus cibo repletus quomodo curandus. 869
Stomachi debilitas quomodo curanda sit in pueris. 843
Stomachus quando venæ sectionem prohibeat. 693
Stomachi debilitas vnde cognoscatur. 693
Stomacho debili & subtilis sensus quid exhibendum. ibid.
Strabositas seu strabismus. 285
Stranguria. 589
Studiosi quo cibo sint nutriendi. 872
Subtilitas humorum quare impediat venæ sectionem. 689
Sudor quomodo sit prouocandus. 896
Sudor nimius quomodo sit restrin-

gendus, & pancus prænocandus. 931
Sudor quid, & vnde. 47. & 1060
Suderis superflui curatio. 48. & 49
Suffusio. 278
Suffumigiorum vsus. 1115
Sugillatio. 264
Superflua quomodo à membris propellantur. 944
Suppositorij parandi ratio. 1105
Suppositorium somnum conciliãs. 480
Surditatis curatio. 291
Synochi curatio. 679
Syncopes prænuntia. 934
Syncopisantibus in phlebotomia quid faciendum. 717
Syncopes curatio. 406
Syrupi humores præparantes. 1092
Syrupi & aquæ membro cuilibet propria. 1094

T

TEmperamenta nouem. 1031
Temperamentum duplex ibid.
Temperamẽtis singulis morbi peculiares. 1032
Temperamentorũ singulorum signa. ibid.
Temperamentum corporis sequitur temperamentum aëris. 1019
Tempus est duplex. 694
Tempus necessitatis quare legem non habeat. ibid.
Tempus quod impediat phlebotomiam. 692
Teneſmus. 484
Teneſmum quæ prænuncient, & quomodo sit præcauendus. 935
Tertiana interpolata quare in principio venæ sectionem non requirat. 702
Testiculi quomodo sint præseruandi. 911
Testiculorum inflammatio, & vlcera. 610
Timor quid inducat. 856
Timor in somnis, quomodo sit curandus in puero. 842
Tinea, capitis scabies. 163
Transglutiendi cibi difficultas. 417
Tremor. 253
Trochiscorum vsus. 1109
Trochisci de calce viua. 336
Trochisci de sangui. hirci. 573
Turtures. 959
Tumores calidos phlebotomia plurimum iuuat. 684
Tumorum præter naturam species quatuor. 1005
Tussis curatio. 352. 359
Tussis puerorum. ibid.
Tussis motus qualis. 361
Tussis puerorum quomodo curanda. 843
Tussientes quæ vitare debeant. 873

V

VAporum à partibus inferioribus ascensus in cerebrum.

brum. 238
Varices. 655
Varices quæ vene appellentur. 684
Variolæ seu exanthemata. 51
Variolarum signa & curatio. ibidem
Vena quando sit inscidenda, & quando non. 681
Vena frontis quando minuatur. 714
Vena pollicis quando minuatur. 716
Vene colli quando & quomodo phlebotomande. 714
Vene abscissæ remedia. 130
Vena an secanda in causo. 16
Vene sectio in pleuritide. 969. & 979
Vene brachij tres. 715
Vene in angulis oculorum quando minuantur. 714
Vene sub lingua quando minuantur. 715
Vene temporum quando minuende, & inscidende. 714
Vene Guidezi quando sint minuende. 715
Venarum diuisio. 714
Veneni præcautio. 56
Veneni sumpti curatio. 57
Venenorum varia genera. 54. & sequenti.
Venter quibus solui debeat. 895
Venter an prouocetur minutissimè tritis. 931
Ventris dolor quomodo curandus in pueris. 844
Ventris egestio nimia quomodo curanda sit, & quomodo retentio. 930
Ventris constipatio quomodo curanda sit in pueris. 844
Ventris fluxus infantum quomodo curandus sit. ibid.
Ventris tumor vnde proueniat puris, & quomodo curandus. 843
Ventre constipati quibus vti debeant. 873
Ventriculi nocumentum habentes, quæ vitare debeant, & quæ eligere. 873
Ventriculi vitia & actio læsa. 424. 425
Ventriculi cruditas & imbecillitas. ibid.
Ventriculi dolor periodicus aliquando. 429
Ventriculi nutritio. 424
Ventriculi inflatio. 467
Ventris profluuium à variis causis. 484. & 493
Venterum natura. 1029
Ventosa quid sit, & quomodo applicanda. 717
Ventosa trahit materiam in oppositum. 719
Ventosa membrum ad suum locum reducit. ibid.
Ventosa quando ponatur in fronte. 721 & in spatulis. ibid.
Ventosa quando ponatur ad aures. ibid.
Ventosa quando ponatur in mento. ibid.
Ventosa quando ponatur in pectine. 722

Ventosa quibus melior, quàm phlebotomia. 723
Ventosa quare non sit ponenda supra mamillas. 722
Ventosa qua de causa applicentur 717
Ventosæ à toto corpore euacuant. 717
Ventosæ virtutem minus debilitant, quàm phlebotomia. 718
Ventosæ sanguinem tenuem euacuant. ibid.
Ventosæ calfaciunt. 719
Ventosæ flatum consumunt. ibid.
Ventosæ attrahunt. ibid.
Ventosæ quando ponantur in occipitio. 720
Ventosæ quando ponantur subtus mamillas. 722
Ventosæ quando ponantur in hypochondriis. 722
Ventosæ quando ponantur supra renes. 723
Ventosæ quando applicentur crvribus. ibid.
Ventosæ quando applicentur caullu. 723
Ventosis quando vtamur. 718
Ventositas intestinorum quomodo curanda. 930
Ventus quis eligendus sit in phlebotomia. 697
Ver quare sit sanißimum. 922
Veris initio quid fieri conueniat, & quid post medium. ibid.
Vermes puerorum quomodo curandi sint. 844
Vermium curatio. 510
Verni temporis descriptio. 1016
Verrucarum curatio. 88
Vertiginis curatio. 186
Vesicæ vlcera curatu difficilia. 581. 582
Vesicæ vlcerum curatio. 794
Vesicæ exulceratæ signa. 935
Victus ratio in morbis acutis. 964 & 975
Victus tenuis duplex. 133.134
Victu tenui quando vtendum. 965
Vigiliæ puerorum quomodo sint curandæ. 841
Vigiliæ vnde accidant, & quomodo curandæ. 929
Vigiliarum curatio. 204
Vini differentia. 977
Vini vsus & noxa. 221
Vini nocumẽtum post lactis vsum. 365
Vinum in morbis acutis. 972
Vinum an sit humidum. 645
Vinum quomodo humectare dicatur. 646
Vinum quibus competat. 880
Vinum an competat pueris. 849
Vinum quare pueris non competat. 880
Vinum senibus conueniens. 914
Vinum temperatè sumptum quid præstet. 880
Vinum moderatè, & immoderatè sumptum, quid præstet. 852
Vini optimi conditiones. 882
Vinorum genera diuersa. 880
Vinum quando apostemati noceat 687
Vinum. 961
Vinum album, grossum, & subtile

tile. 962
Vinum citrinum. ibid.
Vinum clarum odoriferum. ibid.
Vinum forte. 962
Vinum subalbidum. ibid.
Vinum subrufum. ibid.
Vinum rufum. 962
Vinum nigrum grossum. 962
Vinum rosum. ibid.
Vinum rubeum. ibid.
Vinum de datilis. ibid.
Vinum de uuis passis. & ficubus. ibid.
Vini diuisiones. 961
Viperarum præparatio in lepra. 101. & seq.
Virtum robur unde. 992
Virtus debilis an melius pharmaciam quàm phlebotomiam ferat 891.
Virtutis debilitatio quare impediat phlebotomiam. 690
Visus debilis aut integer pro spiritus visorij substantia. 285
Visus debilitas, corruptio, & ablatio. 280
Vita humana triplex. 819
Vita ciuilis. ibid.
Vita speculatiua. ibidem.
Vita uoluptuosa. ibid.
Viuens bene, moritur bene. 947
Vitalis vis quare fortior non sit in frigida regione. 879
Vitalina caro. 958
Vlcerum sanioforum curatio. 78
Vmbilici prominentia, & dislocatio. 654.655
Vmbilicus quomodo sit abscindendus. 835
Vmbilici apostema quomodo curandum sit in pueris. 844
Vnguentorum usus. 1114
Vnguium materia & situs. 139
Vnguium morborum curatio. 136
Vngues an sint de materia ossiu. 139
Vngula oculi. 264
Vocis lesæ remedia. 346
Vocis mutatio in pubertate. ibid.
Vomitus curatio. 461
Vomitus sanguinis. 463
Vomitum prouocantia. 386 & 1111
Vomitus quomodo sit prouocãdus. 895
Vomitus quare non sit frequentandus, nec negligendus. 897
Vomitus puerorum quomodo curandus. 843
Vomitus in omni feb. intermittente utilis. 24
Vrbi condendæ locus aptus. 1028
Vreterum inflammatio. 574
Vrina quid. 730
Vrinæ generatio. 730.758
Vrinæ color varius. 733
Vrinæ substantia. 738.777
Vrina hominis ab vrina aliorum animalium differt. 738
Vrina & à cibo, & à potu decidatur. 764
Vrina à morbi materia decidatur. 772
Vrinæ substantia & color unde. 804
Vrinæ colores intensi. 778

Vrinæ color rub. cum ſubſtantia ſpiſſa. 789
Vrina citrina cum ſubſtantia tenui. 786
Vrinæ color citrinus, ſubrufus, cum ſubſtantia tenui. 791
Vrinæ color citrinus, rufus, aut ſub citrinus, ſubrufus cum ſubſtantia mediocriter ſpiſſa. 777
Vrina alba cum ſubſtantia tenui & feb. continua. 776
Vrinæ colores remiſsi cum ſubſtantia craſſiore. 758
Vrinæ colores remiſsi cum ſubſtantia mediocri. 756
Vrinæ color remiſſus cum ſubſtantia tenui, & arenis. 773
Vrinæ remiſſus color cum ſubſtantia ſpiſſa & febre. 774
Vrina remiſſa cum ſubſtantia tenui & reſidentia globoſa. 778
Vrina fœtida. 807
Vrina ſanorum. ibid.
Vrinæ ſanorum & ægrorum collate. ibid.
Vrinæ contenta viginti. 809
Vrinæ hypoſtaſis. 815
Vrinæ hypoſtaſis cuius coctionis ſit excrementum. 816
Vrinarum impoſturis quo pacto occurrendum. 818. & 821
Vrina quo pacto inſpicienda. 821
Vrinæ certius indicium quàm pulſus. 740
Vrina quos affectus indicet. 1057
Vrina iudicio quæ requirantur. 746
Vrinæ prægnantium. 749
Vrina quadrupedum. ibid.
Vrina colamentum ſanguinis, & aliorum humorum. 749
Vrinæ copia aut paucitas. 750
Vrinæ duplex conſideratio. 752
Vrinæ colores. 1060
Vrinæ color remiſſus cum ſubſtantia abſolutè tenui. 770
Vrinæ color remiſſus ab albo ad citrinum in febr. 764
Vrinæ color ruber remiſſus cum ſubſtantia ſpiſſa & febre. 775
Vrinæ color liuidus, viridis, niger. 799
Vrina nigra propter tria. 804
Vrina tribus modis corrumpitur. ibid.
Vrina color cyanus cum contentis trumbosis. 794
Vrinæ color œnopos. 795
Vrinæ incraſſatio. 780
Vrina indicans hemitritæos. 780
Vrinæ quando fallaces. 742
Vrinæ regiones ſeu locorum differentia. 742
Vrina contenta quid indicent. 743
Vrina boni iudicij quæ. 744 745
Vrina quibus prouocari debeat. 896
Vrina nimia quomodo ſit curanda & quomodo eius retentio. 930
Vrinæ prognoſtica. 752
Vrina peſsima aut optima, quæ. 756.
Vrina vehiculum ſanguinis. 757

Uteri suffocatio. 621
Uteri inflammatio. 623
Uteri rhagades. 625
Uteri precipitatio. 627
Uua. 917
Uua passa. ibid.
Vulgus sanguinem mittit in vtero. 686
Vulnerum curatio. 127
Vuula affectus. 243. & 1008

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google